SANCTI

HIERONYMI STRIDONIENSIS OPERVM.

TOMVS VI.

CONTINENS COMMENTARIA IN MATTHAEVM, ET EPISTOLAS PAVLI AD GALATAS, AD EPHEſios, *ad Titum & Philemonem, & librum Didymi de Spiritu ſancto à Hieronymo verſum.*

OMNIA OPERA AC STVDIO
MARIANI VICTORII REATINI, EPISCOPI
AMERINI, AD FIDEM VETVSTISSIMORVM EXEMPLARIVM,
DVCENTIS CIRCITER SVBLATIS ERRORIBVS EMENDATA.



LVTETIÆ PARISIORVM,

Apud Bibliopolas vrbis Pariſienſis Conſortes.

M. DC. XXIII.

HIERONYMI IN QVATVOR EVANGELIA AD DAMASVM PRAEFATIO.

NOuum opus me facere cogis ex veteri: vt poſt exemplaria ſcripturarum toto orbe diſperſa, quaſi quidam arbiter ſedeã, & quia inter ſe variant, quæ ſint illa quæ cum Græca conſentiant veritate, decernam. Pius labor, ſed periculoſa præſumptio, iudicare de cæteris, ipſum ab omnibus iudicandum: ſenis mutare linguam, & caneſcentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus, cum in manus volumen aſſumpſerit, & à ſaliua quam ſemel imbibit, viderit diſcrepare quod lectitat, non ſtatim erumpat in vocẽ me falſarium, me clamitans eſſe ſacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Aduerſus quam inuidiam duplex cauſa me conſolatur, quod & tu, qui ſummus ſacerdos es, fieri iubes, & verum non eſſe quod variat, etiam maledicorum teſtimonio comprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides eſt adhibenda, reſpondeant quibus: tot enim ſunt exemplaria pæne quot codices. Si autem veritas quærenda de pluribus: cur non ad Græcam originem reuertentes, ea quæ vel à vitioſis interpretibus male reddita, vel à præſumptoribus imperitis emendata peruerſius, vel à librarijs dormitantibus aut addita ſunt, aut mutata, corrigimus? Neque verò ego de veteri diſputo inſtrumento, quod à Septuaginta ſenioribus in Græcam linguam verſum, tertio gradu ad nos vſque peruenit. Non quæro quid Aquila, quid Symmachus ſapiant, quare Theodotio inter nouos & veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio quam Apoſtoli probauerunt. De nouo nunc loquor teſtamento, quod Græcum eſſe non dubium eſt, excepto Apoſtolo Matthæo, qui primus in Iudæa Euangelium Chriſti Hebraicis literis edidit. Hoc certe cum in noſtro ſermone diſcordat, & in diuerſos riuulorũ tramites ducit, vno de fonte quærendum eſt. Prætermitto eos codices quos à Luciano & Heſychio nũcupatos, paucorum hominum aſſerit peruerſa contentio: quibus vtique nec in toto veteri inſtrumento poſt Septuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in nouo profuit emendaſſe, cum multarum gentium linguis ſcriptura ante tranſlata doceat falſa eſſe quæ addita ſunt. Igitur hæc præſens præfatiuncula pollicetur quatuor tantum Euangelia, quorum ordo eſt iſte, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes, codicum Græcorum emendata collatione, ſed veterum: quæ ne multum à lectionis Latinæ conſuetudine diſcreparent, ita calamo temperauimus, vt his tantũ quæ ſenſum videbantur mutare correctis, reliqua manere pateremur vt fuerant. Canones quoque, quos Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus, Alexandrinum ſecutus Ammonium, in decem numeros ordinauit, ſicut in Græco habentur, expreſſimus. Quod ſi quis curioſis voluerit noſſe quæ in Euangelijs, vel eadem, vel vicina, vel ſola ſint, eorum diſtinctione cognoſcet. Magnus ſiquidem hic in noſtris codicibus error inoleuit, dum quod in eadem re alius Euangeliſta plus dixit, in alio quia minus putauerint, addiderunt. Vel dum eundem ſenſum alius aliter expreſſit, ille qui vnũ e quatuor primum legerat, ad eius exemplum cæteros quoque exiſtimauerit emendandos. Vnde accidit, vt apud nos mixta ſint omnia, & in Marco plura Lucæ atque Matthæi, rurſus in Matthæo plura Ioannis & Marci, & in cæteris reliquorum, quę alijs propria ſunt, inueniantur. Cum itaque canones legeris qui ſubiecti ſunt, confuſionis errore ſublato, & ſimilia omnium ſcies, & ſingulis ſua quæque reſtitues. In canone primo concordant quatuor, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes. In ſecun-

do tres, Matthæus, Marcus, Lucas. In tertio tres, Matthæus, Lucas, Ioannes. In quarto tres, Matthæus, Marcus, Ioannes. In quinto duo, Matthæus, Lucas. In ſexto duo, Matthæus, Marcus. In ſeptimo duo, Matthæus, Ioannes. In octauo duo, Lucas, Marcus. In nono duo, Lucas, Ioannes. In decimo, propria quique quę non habentur in alijs, ediderunt. Singulis verò Euangelijs, ab vno incipiens vſque ad finem librorum, diſpar numerus accreſcit. Hic nigro colore præſcriptus, ſub ſe habet alium ex minio diſcolorem numerum: qui ad decem vſque procedens, indicat, prior numerus in quo ſit canone requirendus. Cum ergo aperto codice (verbi gratia) illud ſiue illud capitulum ſcire volueris, cuius canonis ſit, ſtatim ex ſubiecto numero doceberis, & recurrens ad principia, in quibus canonum eſt diſtincta congeries, eodemque ſtatim canone ex titulo frontis inuento, illum quem quærebas numerum, eiuſdem Euangeliſtæ, qui & ipſe ex inſcriptione ſignatur, inuenies: atque e vicino cæterorum tramitibus inſpectis, quos e regione habeant, annotabis: Et cùm ſcieris, recurres ad volumina ſingulorum, & ſine mora repertis numeris, quos ante ſignauerat, reperies & loca in quibus vel eadem vel vicina dixerunt. Sciendum tamen (ne quis ignarum ex ſimilitudine numerorum error inuoluat) quod ſicubi in ſubnotatione canonũ diſtinctorum, in canone quolibet tres Euangeliſtæ bis, ter, vel quater, aut etiam amplius eundem numerum per ordinem habuerint annotatum, & quartus e contrario, diſcrepantes, quod id tres in eo loco ſemel dixerint, quartus toties in corpore voluminis ſui ponat, quoties diuerſi numeri in eius canone poſiti ſtát, contra prædictorum numerorum continuatas ſimilitudines. Item ſi in vno quolibet eorum, aut etiam duobus, idem in canone numerus, bis, ter, & quater, aut eo amplius reperiatur in ordine collocatus, & diſpares inueniantur in cęteris: dubium non erit, quin id quod illis illorumve canonis numerus bis, terque repetitum ab his in volumine ſemel dictum eſſe oſtendit, alter alterive eorum toties vno atque eodem ſenſu loquantur, quoties prætulerint in numerorum annotatione diſtantiam. Et hoc in omnium nouem canonum collatione ſeruabitur. Cæterum in decimo (quoniam propria ſingulorum tantummodo continentur) non poteſt contra id comparatio eſſe, quod ſolum eſt. Opto in Chriſto valeas, & memineris mei Papa beatiſſime.

Canon

CANON I.

Canon Matthæus	primus Marcus	in quo Lucas	quatuor Ioannes	Canon Matthæus	primus Marcus	in quo Lucas	quatuor Ioannes
8	2	7	10	284	165	266	67
11	4	10	6	289	170	275	126
11	4	10	12	291	172	279	156
11	4	10	14	294	175	281	161
11	4	10	28	295	176	282	57
14	5	13	15	295	76	282	42
23	27	17	46	300	181	285	158
23	27	34	46	300	181	285	79
23	27	45	46	302	183	287	160
70	20	37	38	304	184	289	170
87	139	250	141	306	187	290	162
98	96	116	110	306	187	290	174
98	96	116	111	310	191	297	69
98	96	116	40	313	194	294	172
98	96	116	144	314	195	291	166
98	96	116	129	314	195	291	168
98	96	116	131	315	196	292	175
133	37	77	109	318	199	300	176
141	50	19	59	320	200	302	178
142	51	21	35	325	204	310	184
147	64	93	49	326	205	311	188
166	82	94	74	326	205	313	194
209	119	234	100	328	206	314	196
211	121	238	21	331	209	315	197
220	112	239	85	332	210	318	197
220	129	241	88	334	212	321	201
220	122	261	77	335	214	324	199
244	139	250	141	336	215	317	198
244	139	250	146	336	215	319	198
274	156	260	20	343	223	329	204
274	156	260	48	348	227	332	205
274	156	260	96	349	228	333	208
276	158	74	98	352	231	336	109
280	162	269	122	352	231	336	211
284	165	266	. 55				
274	165	266	63				
284	165	266	65		Finis	Canonis	Primi

CANON II.

Canon ſe- Matthæus	cundus Marcus	in quotres Lucas
15	6	15
21	10	32
31	102	185
32	39	133
32	39	79
50	41	56
62	13	4
62	13	24
63	18	33
67	15	26
69	47	83
71	21	58
72	22	39
72	22	186
73	23	40
74	49	85
76	52	169
79	29	86
80	30	44
82	53	87
82	53	110
83	54	88
83	54	112
85	55	114
85	55	88
88	41	148
88	141	251
92	40	80
94	86	97
94	86	146
103	1	70
114	24	41
116	25	42
116	25	105
116	25	177
121	32	117
122	33	129
123	34	147
130	35	82
131	36	76
135	38	78
137	44	167
143	57	90
144	59	12
149	66	43
149	66	51
153	69	63
164	79	144
168	83	95
168	83	206
170	85	95
172	87	98
174	90	99
176	93	101
178	95	[illegible]
178	95	217

Canon ſe- Matthęus	cundus Marcus	in quotres Lucas
179	99	197
190	105	195
192	106	216
193	107	121
193	107	218
194	108	152
194	108	219
195	109	220
198	110	221
199	111	173
201	112	222
203	114	270
205	116	224
206	117	232
208	118	233
217	127	240
219	128	241
223	130	243
225	134	245
226	133	244
229	135	137
229	135	246
242	137	237
242	137	248
243	138	249
248	143	209
248	143	253
249	144	254
251	146	255
253	148	204
258	150	257
259	151	258
264	155	156
269	154	228
271	42	230
278	160	263
281	163	268
285	166	265
285	166	267
296	177	280
296	177	284
301	182	286
308	189	305
312	193	299
316	197	293
317	198	295
322	202	309
338	218	322
339	219	325
340	220	327
342	222	323
344	224	328
346	225	330
353	232	337
354	233	338
Finis	Canonis	ſecūdi.

CANON III.

Canon Matthæus	tertius Lucas	in quo tres Ioannes
1	14	1
1	14	3
1	14	5
7	6	2
7	6	25
59	63	116
64	65	37
90	58	118
90	58	139
97	211	105
111	119	30
111	119	148
111	119	114
112	119	44
112	119	8
112	119	61
112	119	76
112	119	87
112	119	90
112	119	154
112	119	142
146	92	47
Finis	canon.	tertii.

CANON IV.

Canon Matthæus	quartus Marcus	in quo tres Ioannes
18	8	26
117	26	93
117	26	95
150	67	51
161	77	23
161	77	53
204	115	91
204	115	135
216	125	128
216	125	133
216	125	137
216	125	150
277	159	98
279	161	72
279	161	121
287	168	152
293	174	107
297	178	70
299	180	103
307	188	164
321	201	180
321	201	192
323	203	183
329	207	185
329	207	187
333	211	203
Finis	canonis	quarti.

CANON V.

Canon V. Matthæus	in quo duo Lucas
3	2
10	8
12	11
16	16
25	46
26	47
28	48
30	49
34	194
36	162
38	53
40	52
41	55
43	123
46	153
47	134
48	191
49	150
51	59
53	125
54	54
55	170
57	61
58	60
60	171
61	64
65	172
66	66
68	105
78	108
84	111
86	109
93	145
95	160
96	182
96	184
102	69
104	71
105	193
107	73
108	115
110	118
119	126
125	62

Canon V. Matthæus	in quo duo Lucas
12	128
127	132
129	130
132	81
134	120
138	168
156	57
158	226
162	161
175	200
182	187
182	189
183	198
187	199
197	272
213	235
221	181
228	139
211	179
231	215
232	142
234	136
236	135
237	138
238	140
240	141
241	175
255	202
256	205
257	213
261	207
262	212
265	257
266	155
267	158
270	229
272	231

Finis.

CANON VI.

Canon VI. Matthæus	in quo duo Marcus
9	3
17	7
20	9
22	11
44	126
77	63
100	98
139	45
145	60
148	65
152	68
154	71
157	72
159	73
160	76
163	78
165	80
169	84
173	89
180	100
189	103
202	113
214	120
215	124
224	131
246	140
247	142
250	145
252	147
254	149
260	152
263	153
275	157
282	164
286	167
288	169
290	171
292	173
298	179
305	185
309	190
311	192
330	208
337	217
341	221
347	226
350	229

Finis.

CANON VII.

Can. VII. Matthæus	in quo duo Ioannes
5	83
19	19
19	32
19	34
120	82
185	215
207	101
	Finis.

VIII.

Can. VIII. Lucas	in quo duo Marcus
23	12
25	14
27	16
27	28
28	17
84	48
89	56
91	61
100	75
103	97
247	136
277	215
335	230
340	234
	Finis.

IX.

Canō IX. Lucas	in quo duo Ioannes
30	219
30	222
262	113
262	124
274	227
274	229
274	231
303	182
303	186
303	190
307	182
307	186
307	190
312	186
312	190
312	182
340	213
341	217
341	221
342	223
342	225
	Finis.

CANON X.

Canon Matthæus	decimus Matthæus	in quo Marcus	ſinguli Lucas	proprie Lucas	ſcri- Ioannes	pſe- Ioannes	runt Ioannes
2	196	19	1	214	4	81	157
4	200	31	3	223	7	84	159
6	210	43	5	225	9	86	163
13	212	46	9	227	11	89	165
24	218	58	18	236	13	92	167
27	222	62	20	252	16	94	169
29	227	70	22	256	18	97	171
33	230	74	29	259	22	99	173
35	233	81	31	264	24	102	177
37	235	88	50	271	27	104	179
39	239	90	51	273	29	106	181
42	245	92	67	276	31	108	189
45	268	94	68	278	33	110	191
52	273	101	72	283	36	112	193
56	283	104	75	288	39	115	195
75	303	123	104	296	41	117	200
81	319	132	106	298	43	119	202
89	324	186	107	301	45	123	205
91	327	213	113	304	50	125	207
99	345	235	117	306	52	127	210
101	351		122	308	54	130	212
106	555		124	316	56	132	214
109			131	320	58	134	216
113			143	326	60	136	218
115			149	331	62	138	220
118			151	334	64	140	224
124			154	339	66	143	226
126			159	343	68	145	228
136			163		71	147	230
140			164		73	149	232
151			166		75	151	
155			174		78	153	
167			176		80	155	
171			178				
177			180				
181			183				
184			188				
186			190				
188			192				
191			196				
			201				
			203				
			208				
			210				
	Finis.	Finis.		Finis.			Finis.

D. HIERONYMI PRESBYTERI, IN COMMENTARIOS SVPER MATTHÆVM AD EVSEBIVM CREMONIENSEM,

PROOEMIVM.

PLVRES fuiſſe qui Euangelia ſcripſerunt, & Lucas Euan- *Luc.1.a*
geliſta teſtatur, dicens: Quoniam quidem multi conati
ſunt ordinare narrationem rerum, quæ in nobis comple-
tæ ſunt, ſicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderũt
ſermonem, & miniſtrauerunt ei: & perſeuerantia vſque in
præſens tempus monimenta declarant, quæ a diuerſis au-
ctoribus edita, diuerſarum hæreſeon fuere principia: vt eſt
illud iuxta Ægyptios, & Thomam, & Mathiam, & Bar-
tholomæum, duodecimque Apoſtolorum, & Baſilidis
atque Apellis, ac reliquorum, quos enumerare longiſſi-
mum eſt: cum tantum in præſentiarum hæc neceſſe ſit dicere, extitiſſe quoſdam,
qui ſine ſpiritu & gratia Dei conati ſunt magis ordinare narrationem, quam hi-
ſtoriæ texere veritatem. Quibus iure poteſt illud propheticum coaptari: Væ qui *Ezec.13.a*
prophetant de corde ſuo: qui ambulant poſt ſpiritum ſuum: qui dicunt, dicit Do-
minus: & Dominus non miſit eos. De quibus & ſaluator in Euangelio Ioannis lo-
quitur: Omnes qui ante me venerunt, fures & latrones fuerunt. Qui venerunt, *Ioan.10.a*
non qui miſſi ſunt. Ipſe enim ait: Veniebant, & ego non mittebam eos. In venien- *Hier.25.c*
tibus enim præſumptio temeritatis: in miſſis obſequium ſeruitutis eſt. Eccleſia au- *Matt.16.c* *Cant.1.c*
tem, quæ ſupra petram, Domini voce fundata eſt, quam introduxit rex in cubicu- *& 5.6.& 26.*
lum ſuum: & ad quam per foramen deſcenſionis occultæ miſit manum ſuam, ſi- *Gen.2.b*
milis damulæ hinnuloque ceruorum, quatuor flumina paradiſi inſtar eructans, *Exod.25.b*
quatuor angulos & anulos habet, per quos quaſi arca teſtamenti & cuſtos legis
Domini, lignis immobilibus vehitur. Primus omnium Matthæus eſt publicanus,
cognomento Leui, qui Euangelium in Iudæa Hebræo ſermone edidit, ob eorum
vel maxime cauſam, qui in Ieſum crediderant ex Iudæis, & nequaquam legis vm-
bram, ſuccedente Euangelij veritate, ſeruabant. Secundus Marcus, interpres A-
poſtoli Petri, & Alexandrinæ Eccleſiæ primus Epiſcopus: qui Dominum quidem
ſaluatorem ipſe non vidit, ſed ea quæ magiſtrum audierat prædicantem, iuxta fi-
dem magis geſtorum narrauit quam ordinem. Tertius Lucas Medicus, natione *2.Cor.8.c*
Syrus Antiochenſis, cuius laus in Euangelio, qui & ipſe diſcipulus Apoſtoli Pauli, *Ioan.21.f* *Ibid.19.c*
in Achaiæ Bœotiæque partibus volumen condidit, quædam altius repetens: & vt
ipſe in prooemio confitetur, audita magis quam viſa deſcribens. Vltimus Ioannes
Apoſtolus & Euangeliſta, quem Ieſus amauit plurimum: qui ſupra pectus Domi-
ni recumbens, puriſſima doctrinarum fluenta potauit, & qui ſolus de cruce me-
ruit audire: Ecce mater tua. Is cum eſſet in Aſia, & iam tunc hæreticorum ſemina
pullularent Cerinthi, Ebionis, & cæterorum, qui negant Chriſtum in carne venil- *1.Ioan.2.c*
ſe: quos & ipſe in Epiſtola ſua antichriſtos vocat, & Apoſtolus Paulus frequenter *Rom.3.a* *2.Cor.5.c*
percutit, coactus eſt ab omnibus pæne tunc Aſiæ Epiſcopis, & multarum Eccleſia-
rum legationibus, de diuinitate ſaluatoris altius ſcribere: & ad ipſum (vt ita dicã)
Dei verbum non tã audaci quam felici temeritate prorũpere. Vnde & Eccleſiaſtica
narrat hiſtoria, cum à fratribus cogeretur vt ſcriberet: ita facturum ſe reſpondiſſe,
ſi indicto ieiunio in commune omnes Deum deprecarentur: quo expleto, reuela-
tione ſaturatus, illud prooemium è cœlo veniens eructauit: In principio erat ver- *Ioan.1.a*
bum: & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud

Deum. Hæc igitur quatuor Euangelia multo ante prædicta, Ezechielis quoq; vo- Ezech. 1
lumen probat, in quo prima viſio ita contexitur. Et in medio ſicut ſimilitudo qua-
tuor animalium: & vultus eorum, facies hominis, & facies leonis, & facies vituli, &
facies aquilæ. Prima hominis facies Matthæum ſignificat, qui quaſi de homine ex-
orſus eſt ſcribere: Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filii Abraham. Secũ- Matt. 1 a
da Marcũ, in qua vox leonis in eremo rugientis auditur: Vox clamantis in deſerto, Marc. 1 a
parate viã Domini, rectas facite ſemitas eius. Tertia vituli, quæ Euangeliſtam Lu-
cã à Zacharia ſacerdote ſumpſiſſe initium præfigurat. Quarta Ioannẽ Euangeliſtã, Luc. 1 a
qui aſſumptis pennis aquilæ, & ad altiora feſtinans, de verbo Dei diſputat. Cætera
quæ ſequuntur, in eundẽ ſenſum proficiunt. Crura eorum recta, & pennati pedes, Ezech. 1 a
& quocũque ibat ſpiritus, ibant & non reuertebantur, & dorſa eorũ plena oculis,
& ſcintillæ ac lãpades in medio diſcurrentes, & rota in rota, & in ſingulis quatuor
facies. Vnde & Apocalypſis Ioannis poſt expoſitionem vigintiquatuor ſeniorum, Apoc. 4 b
qui tenentes citharas & phialas, adorant agnũ Dei, introducit fulgura & tonitrua
& ſeptem ſpiritus diſcurrentes, & mare vitreum, & quatuor animalia plena oculis,
dicens: Animal primũ ſimile leoni, & ſecundum ſimile vitulo, & tertium ſimile ho-
mini, & quartũ ſimile aquilæ volanti. Et poſt paululum: Plena erant, inquit, oculis,
& requiem non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Domi-
nus Deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt. Quibus cunctis per-
ſpicue oſtenditur, quatuor tantũ debere Euangelia ſuſcipi, & omnes apocrypho-
rum nenias mortuis magis hæreticis, quam Eccleſiaſticis viuis canendas. Satiſque
miror, Euſebi dilectiſſime, cur Romam ſubito nauigaturus, hanc tibi à me quaſi
απ.κεω dari volueris: vt Matthæum breuiter exponens, verbis ſtringerem, ſenſibus
dilatarem. Si meminiſſes reſponſionis meæ, numquam in paucis diebus rem anno-
rum peteres. Primum enim difficile eſt omnes legere qui Euangelia ſcripſerunt.
Deinde multo difficilius adhibito iudicio, quæ optima ſunt excerpere. Legiſſe me
fateor ante annos plurimos, in Matthæũ Origenis vigintiquinque volumina, &
totidẽ eius Homilias, commaticumque interpretationis genus: & Theophili An-
tiochenæ vrbis Epiſcopi Cõmentarios: Hippolyti quoque martyris, & Theodori
Heracleotæ, Apollinariique Laodiceni, ac Didymi Alexandrini: & Latinorũ Hila-
larij, Victorini, Fortunatiani opuſcula: è quibus etiã ſi parua carperem, dignũ ali-
quid memoria ſcriberetur. At tu in duabus hebdomadibus, imminente iã Paſcha,
& ſpirantibus ventis dictare me cogis, vt quando notarij excipiant, quando ſcri-
bantur ſchedulæ, quando emendentur, quo ſpatio digerantur ad purum, maxime
cum ſcias me ita tribus menſibus languiſſe, vt vix nunc ingredi incipiam, nec poſ-
ſim laboris magnitudinem breuitate temporis compenſare. Igitur omiſſa aucto-
ritate veterũ, quos nec legendi, nec ſequendi mihi facultas data eſt, hiſtoricam in-
terpretationẽ, quam præcipue poſtulaſti, digeſſi breuiter, & interdum ſpiritualis
intelligentię flores miſcui, perfectum opus reſeruans in poſterum. Si autem mihi
vita largitor fuerit, aut tu in redeundo tua promiſſa compleueris, tunc nitar im-
plere quod reliquum eſt: imo iactis fundamẽtis, & ex parte conſtructis parietibus,
pulcherrimum culmen imponam, vt ſcias quid interſit inter ſubitã dictandi auda-
ciam, & elucubratã ſcribendi diligentiam. Certe noſti (& mendacii mei erubeſce-
rem te teſtem vocare) quod præſens opuſculũ tanta celeritate dictauerim, vt alie-
na magis legere, quã mea condere me putares. Nec hoc de arrogãtia & fiducia in-
genii dictũ putes, ſed quod oſtendere tibi cupiam quantum apud me valeas, qui
periclitari magis apud doctos voluerim, quam tibi ſedule poſtulanti quidquam
negare. Vnde obſecro, vt ſi incomptior ſermo eſt, & nõ ſolito lapſu fertur oratio,
feſtinationi hoc tribuas, non imperitiæ, & des exemplaria, cum Romam veneris,
virgini Chriſti Principiæ, quę me rogauit vt in Canticum canticorum ſcriberem:
à quo opere excluſus ægrotatione diuturna, ſpem in futurum diſtuli, hac te lege
conſtringens, vt ſi tu ei ad te ſcripta ſubtraxeris, illa quoque armariolo ſibi poſtea
ſcribenda concludat.

CAPVT I.

a Ibet a generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, b filij Abrahã. Abrahã genuit Iſaac. Iſaac autẽ genuit Iacob. Iacob autẽ genuit Iudã & fratres eius. Iudas autẽ genuit Phares & Zarã de Thamar. Phares autẽ genuit Eſrõ. Eſrõ autem genuit Arã. Arã autẽ genuit Aminadab. Aminadab autẽ genuit Naaſon. Naaſon d autẽ genuit Salomon. Salomõ autẽ genuit Booz de Raehab. Booz autẽ genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Ieſſe. Ieſſe autẽ genuit Dauid regẽ. Dauid autẽ rex genuit Salomonẽ ex ea quæ fuit Vriæ. Salomõ autẽ genuit Roboã. Roboã autẽ genuit Abiã. Abia autẽ genuit Aſa. Aſa autẽ genuit Ioſaphat. Ioſaphat autẽ genuit Iotã. Iotã e autẽ genuit Oziam. Ozias autẽ genuit Ioatham. Ioathã autẽ genuit Achaz. Achaz autẽ genuit Ezechiã. Ezechias autem genuit Manaſſen. Manaſſes autẽ genuit Amõ. Amõ autẽ genuit Ioſiã. Ioſias autẽ genuit Iechoniã & & fratres eius, in tranſmigratione Babylonis.

Et f poſt tranſmigrationẽ Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autẽ genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autẽ genuit Eliud. Eliud autẽ genuit Eliazar. Eliazar autẽ genuit Matthan. Matthan autem genuit Iacob.

Iacob g autẽ genuit Ioſeph virum h Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus. b Omnes itaque generationes ad Abraham vſque ad Dauid, generationes quatuordecim, & à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim, & a i tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtũ, generationes quatuordecim. Chriſti k autẽ generatio ſic erat. c Cũ l eſſet deſpõſata mater eius Maria Ioſeph, antequã m cõuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. n Ioſeph d autẽ vir eius cum eſſet iuſtus, & nollet eã traducere, voluit occultè dimittere eã. Hæc autẽ eo cogitante, ecce angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph: dicẽs: Ioſeph o fili Dauid, noli

Eſa. 53. c a ¶ *Liber generationis Ieſu Chriſti.*] In Eſaia legimus: *Generationẽ eius quis enarrabit.* Non ergo putemus Euangeliſtam Prophetæ eſſe contrarium, vt quod ille impoſſibile dixit effatu, hic narrare incipiat: quia ibi de generatione diuinitatis, hic de incarnatione eſt dictum. A carnalibus autem cœpit, vt per hominem Deum diſcere incipiamus.

b ¶ *Filij Dauid*, &c.] Ordo præpoſterus, ſed neceſſario commutatus. Si enim primũ poſuiſſet Abraham, & poſtea Dauid: rurſus ei repetendus fuerat Abraham, vt generationis ſeries texeretur. Ideo autem cæteris prætermiſſis, horum filium nuncupauit: quia ad hos tantum eſt facta de Chriſto repromiſſio. Ad Abraham: *In ſemine*, inquit, *tuo benedicentur omnes gentes*, (Gen. 22. d) quod eſt Chriſtus. Ad Dauid: *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* (Pſal. 131. b)

c ¶ *Iudas autem genuit*, &c.] Notãdum in genealogia Saluatoris nullam ſanctarum aſſumi mulierum, ſed eas quas ſcriptura reprehendit: vt qui propter peccatores venerat, de peccatoribus naſcens omnium peccata deleret. Vnde & in conſequentibus, Ruth Moabitis ponitur, & Bethſabee vxor Vriæ.

B

d ¶ *Naaſſon autem*, &c.] Iſte eſt Naaſon princeps tribus Iudæ, ſicut in Numeris legimus. (Num. 1. a & 2. a)

e ¶ *Ioram autem*, &c.] In quarto Regum volumine legimus de Ioram Ochoziam fuiſſe generatum: quo mortuo, Ioſabee filia regis Iorã, ſoror Ochoziæ, tulit Ioas filium fratris ſui, & eum internecioni quæ exercebatur ab Athalia, ſubtraxit. Cui ſucceſſit in regnum filius eius Amaſias: poſt quem regnauit filius eius Azarias, qui appellatur & Ozias, cui ſucceſſit Ioathã filius eius. Cernis ergo quod ſecundum fidem hiſtoriæ tres reges in medio fuerint, quos hic Euangeliſta prætermiſit: Ioram quippe non genuit Oziam, ſed Ochoziam, & reliquos quos enumerauimus. Verum quia Euangeliſtæ propoſitum erat tres teſſaradecades in diuerſo temporum ſtatu ponere, & Ioram generi ſe miſcuerat impiſſimæ Iezabel, idcirco vſque ad tertiam generationem eius memoria tollitur, ne in ſanctæ Natiuitatis ordine poneretur. (4. Reg. 8. f; 4. Reg. 11. a; 4. Reg. 14. a & 15. a; 4. Reg. 8. e)

f ¶ *Et poſt*, &c.] Si voluerimus Iechoniam in fine primæ teſſaratæ decadis ponere, in ſequẽti non erũt quatuordecim, ſed tredecim. Sciamus igitur Iechoniam priorem ipſum eſſe quem & Ioacim: ſecundum autẽ, filium, non patrẽ: quorum prior per K & m, ſequens per ch & n ſcribitur: quod ſcriptorum vitio & longitudine temporum apud Græcos Latinoſque confuſum eſt. (Vide Hieronymũ.)

g ¶ *Iacob autem*, &c.] Hunc locum obiecit nobis Iulianus Auguſtus de diſſonantia Euangeliſtarum: cur Euangeliſta Matthæus Ioſeph dixerit filium Iacob, & Lucas eum filium appellarit Heli: non intelligens conſuetudinem ſcripturarum, quod alter ſecundum naturam, alter ſecundum legem ei pater ſit. Scimus enim hoc per Moſen Deo iubente præceptũ: vt ſi frater aut propinquus abſque liberis mortuus fuerit, alius accipiat vxorem ad ſuſcitandum ſemen fratris vel propinqui ſui. Super hoc & Africanus tẽporum ſcriptor, & Euſebius Cæſarienſis in libris διαφωνίας εὐαγγελίων plenius diſputarunt. (Luc. 3. e; Deut. 25. b & 1.) III.

h ¶ *Virum Mariæ*, &c.] Cum virum audieris, ſuſpicio tibi non ſubeat nuptiarum, ſed recordare cõſuetudinis ſcripturarum, quod ſponſi viri, & ſponſæ vocentur vxores. (Deut. 22. d)

i ¶ *Et à trãſmigratione*, &c.] Numera à Iechonia vſque ad Ioſeph, & inuenies generationes tredecim. Quartadecima ergo generatio in ipſum Chriſtum reputabitur.

k ¶ *Chriſti autem*, &c.] Quærat diligens lector & dicat: Cum Ioſeph non ſit pater Domini Saluatoris, quid pertinet ad Dominum generationis ordo deductus vſque ad Ioſeph? Cui reſpondebimus primum, non eſſe conſuetudinis ſcripturarũ, vt mulierum in generationibus ordo texatur. Deinde ex vna tribu fuiſſe Ioſeph & Mariam: vnde ex lege eam accipere cogebatur vt propinquam, & quod ſimul cẽſentur in Bethlehem, vt de vna videlicet ſtirpe generati. D

Hieronym. Tom. 6.

l ¶ *Cum eſſet*, &c.] Quare nõ de ſimplici virgine, ſed de deſponſata concipitur? Primum vt per generationẽ Ioſeph, origo Mariæ mõſtraretur. Secundo ne lapidaretur à Iudæis vt adultera. Tertio vt in Ægyptum fugiens haberet ſolatiũ. Martyr Ignatius etiam quartam addidit cauſam, cur à deſponſata conceptus ſit: vt partus, inquiens, eius celaretur diabolo: dum eum putat non de virgine, ſed de vxore generatum. (V; X)

m ¶ *Antequam conuenirent*, &c.] Non ab alio inuenta eſt niſi à Ioſeph, qui pene licentia maritali futuræ vxoris omnia nouerat. Quod autem dicitur, antequam conuenirent: non ſequitur vt poſtea conuenerint: ſed ſcriptura quod factum non ſit, oſtendit.

n ¶ *Ioſeph autem*, &c.] Si quis fornicariæ coniungitur, vnũ corpus efficitur, & in lege præceptum eſt, non ſolum reos, ſed & conſcios criminum obnoxios eſſe peccati: quo modo Ioſeph cum crimen celaret vxoris, iuſtus ſcribitur? Sed hoc teſtimonium Mariæ eſt, quod Ioſeph ſciens illius caſtitatẽ, & admirans quod euenerat: celat ſilentio: cuius myſterium neſciebat. (Leui. 5. a)

o ¶ *Ioſeph*, &c.] Iã & ſupra diximus ſpõſas vxores appellari;

CANON E

quod plenius libet aduerſus Heluidium docet. Et blandiétis affectu ei per ſomnium angelus loquitur: vt iuſtitiam ſilentij comprobaret. Simulque notandum quod Ioſeph filius eſſe dicatur Dauid, vt Maria quoque de ſtirpe Dauid monſtraretur.

a ¶ *Et vocabis, &c.*] Ieſus Hebræo ſermone ſaluator dicitur. Etymologiam ergo nominis eius Euangeliſta ſignauit, dicens: Vocabis nomen eius Ieſum: quia ipſe ſaluum faciet populum ſuum. (ישוע יהושע)

Eſa. 9. c

b ¶ *Hoc autem totum factum eſt, &c.*] Pro eo quod Euangeliſta Matthæus dicit, in vtero habebit: In Propheta ſcriptum eſt: in vtero accipiet (ἐν γαστρὶ λήψεται): Sed propheta quia futura prædicit, ſignificat quid futurum ſit, & ſcribit, accipiet: Euangeliſta quia non de futuro, ſed de præterito narrat hiſtoriã, mutauit: accipiet: & poſuit, habebit. Qui enim habet, nequaquam accepturus eſt. Tale quid & in pſalmis legimus: *Aſcendens in excelſum, captiuam duxit captiuitatem: accipiet dona in hominibus.* Hoc teſtimonium Apoſtolus ponẽs, non dixit, accipiet, ſed dedit: quia ibi de futuro ſignificatum eſt, quod accepturus eſſet: hic de eo narrat hiſtoria, qui iam dederat quod acceperat.

Pſal. 67. d 2 5 VII — Eph. 4. b 6 X

F

c ¶ *Et accepit coniugem ſuam, &c.*] Ex hoc loco quidã perueſſiſſime ſuſpicãtur, & alios filios habuiſſe Mariam, dicẽtes: primogenitum non dici niſi qui habeat & fratres: cũ hic mos ſit diuinarum ſcripturarum, vt primogenitum, non eum vocent quem fratres ſequantur, ſed eum qui primus natus ſit. Lege ſupradictum libellum aduerſum Heluidum.

CAP. II.

CVm d ergo natus eſſet, &c.] Vidimus enim ſtellam eius in Oriente. Ad confuſionem Iudæorum, vt natiuitatem Chriſti à gentib. diſcerent, oritur in oriente ſtella: quam futuram Balaam, cuius ſucceſſores erant, vaticinio nouerant. Lege numerorum librum. Deferũtur autem Magi ſtellæ indicio in Iudæam, vt ſacerdotes à Magis interrogati, vbi Chriſtus naſceretur, inexcuſabiles fierent de aduentu eius.

Num. 4 c

e ¶ *At illi, &c.*] Librariorũ hic error eſt, putamus enim ab euangeliſta primum editũ, ſicut in ipſo Hebraico legimus, Iudæ, non Iudææ. Quæ eſt enim aliarum gentium Bethlehem, vt ad diſtinctionem eius hic Iudææ poneretur? Iudæ autem idcirco ſcribitur: quia eſt & alia Bethlehem in Galilæa. Lege librum Ieſu filij Naue.

Ioſue. 19. b

noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Pariet autẽ filium, a & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluũ faciet populum ſuum à peccatis eorum. Hoc b autem totum factũ eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetã dicentem: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filiũ, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod eſt interpretatum, nobiſcum Deus. Exurgens autem Ioſeph à ſomno fecit ſicut præcepit ei angelus Domini. Et c accepit coniugem ſuam, & non cognouit eam, donec peperit filium ſuum primogenitum, & vocauit nomen eius Ieſum.

CAPVT II.

CVm d ergo natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iudæ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hieroſolymam, dicentes: Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorũ? Vidimus enim ſtellam eius in oriẽte, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cũ illo. Et cõgregans omnes principes ſacerdotũ & ſcribas populi, ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur. e At illi dixerũt ei In: Bethlehẽ Iudæ. Sic enim ſcriptũ eſt per Prophetã: Et tu Bethlehẽ terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meũ Iſrael. b Tũc Herodes clã vocatis magis diligẽter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis: & mittẽs illos in Bethlehẽ, dixit: Ite, & interrogate diligẽter de puero, & cũ inueneritis, renũciate mihi, vt & ego veniẽs adorẽ eũ. Qui cũ audiſſẽt regẽ, abierũt. Et ecce ſtella quã viderãt in Oriẽte, antecedebat eos, vſq; dũ veniẽs ſtaret ſupra, vbi erat puer. Videntes autẽ ſtellã, gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrãtes domũ, inuenerũt puerũ cũ Maria matre eius: & procidẽtes adorauerũt eũ. Et f apertis theſauris ſuis, obtulerũt ei munera: aurũ, thus, & myrrhã. g Et reſpõſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodẽ per aliã viã reuerſi ſũt in regionẽ ſuã. Qui cũ receſſiſſent, h ecce angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens. Surge, & accipe puerum & matrẽ eius, & fuge in Ægyptũ, & eſto ibi vſque dum dicam tibi. Futurum eſt enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui conſurgẽs, accepit puerum & matrem eius nocte, & ſeceſſit in Ægyptũ, & erat vbi vſque ad obitũ Herodis. Vt i adimpleretur quod dictũ eſt à domino per Prophetam dicẽtem: ex Ægypto vocaui filium meũ. Tunc Herodes videns quoniam illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde, & mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, ſecundum tempus quod exquiſierat à Magis. Tunc k adimpletum eſt quod

G — Mich. 5. a

Denique & in ipſo teſtimonio quod de Michææ prophetia ſumptum eſt, ita habetur: *Et tu Bethlehem terræ Iuda.*

f ¶ *Et apertis theſauris, &c.*] Pulcherrimè munerum ſacramenta Iuuencus presbyter vno verſiculo comprehendit: Thus, aurũ, & myrrham, regique, hominique Deoque. Dona ferunt.

g ¶ *Et reſponſo accepto in ſõmnis, &c.*] Qui munera obtulerant Domino, conſequenter reſponſum accipiunt. Reſponſum autem (quod Græce dicitur χρηματισθέντες) non per angelum fit, ſed per ipſum Dominum: vt meritorum Ioſeph priuilegium demonſtraretur: Reuertuntur autem per aliam viam, quia infidelitati miſcendi nõ erant Iudæorum.

h ¶ *Ecce angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicẽs: Surge & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum, &c.*] Quando tulit puerum & matrem eius, vt in Ægyptum tranſeat, nocte tulit & in tenebris: quando vero reuertitur in Iudæam, nec nox nec tenebræ ponuntur in Euangelio.

i ¶ *Vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem: &c.*] Reſpondeant qui Hebræorum voluminum denegant veritatem: vbi hoc in LXX. legatur interpretibus. Quod cum nõ inuenerint, nos eis dicemus in Oſee Propheta ſcriptum: ſicut & exemplaria probare poſſunt, quæ nuper edidimus. Poſſumus autem locum iſtum & aliter conſolari, propter contentioſos: quorum conſuetudinem Paulus Apoſtolus habere ſe denegat, & eccleſiam Chriſti: & teſtimonium proferimus ex Numeris, dicente Balaam: Deus ex Ægypto vocauit eum: gloria eius ſicut vnicornis.

H — Oſe. 11. a — 1. Cor. 11. a — Num. 21. d — ὁ θεὸς ἐξαγαγὼν αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου.

k ¶ *Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt per Hieremiã Prophetam dicentem: Vox in Rama audita eſt: ploratus & vlulatus, &c.*] De Rachel natus eſt Beniamin, in cuius tribu non eſt Bethlem. Quæritur ergo quomodo Rachel filios Iudæ, id eſt, Bethlehem quaſi ſuos ploret: Reſpondebimus breuiter: quia ſepulta ſit iuxta Bethlehem in Ephrata, & ex materno corpuſculi hoſpitio matris nomen acceperit. Siue quoniam Iuda & Beniamin duæ tribus iunctæ erant, & Herodes præceperat non ſolum in Bethlehem interfici pueros, ſed & in omnibus finibus eius. Per occiſionem Bethlehem intelligimus multos etiam de Beniamin fuiſſe

Hier. 31. — Gen. 35. e

CANON C

quod dictum eſt per Hieremiã Prophetam, dicentem: Vox in Rama audita eſt, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt. Defũcto autem Herode, ecce angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph in Ægypto, dicens: Surge, & accipe puerũ & matrẽ eius, & vade in terram Iſrael. Defuncti [a] ſunt enim qui quærebant animam pueri. Qui [b] ſurgẽs accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Iſrael. Audiens [c] autẽ quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo, timuit illo ire, & admonitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilææ. [a] Et [d] veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth, vt impleretur quod dictum eſt per prophetas: quoniã Nazaræus vocabitur.

CAPVT III.

IN [e] diebus autem illis venit Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudææ, & dicẽs: pœnitẽtiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Hic [f] eſt enim qui dictus eſt per Eſaiam Prophetam, dicentem: [g] Vox clamans in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius. Ipſe [g] autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos. Eſca [h] autem eius erat locuſtæ & mel ſylueſtre. [c] Tũc exibat ad eum Hieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua. Videns autem multos Phariſæorum & Sadducæorum venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis. [d] Progenies viperarum, quis demõſtrauit vobis fugere à vẽtura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intra vos: patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens [i] eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ: Iam [k] enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignẽ mittetur. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem poſt me venturus eſt, [e] fortior me eſt, cuius [l] non ſum dignus calciamenta portare: ipſe [m] vos baptizabit in Spiritu ſancto & igne. [f] Cuius vẽtilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autẽ comburet igni inextinguibili. [g] Tũc [n] venit Ieſus à Galilæa in Iordanem, vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Re-

A — fuiſſe cæſos. Plorat autem filios ſuos, & non recipit conſolationem, ſecundum duplicem intelligentiã. Siue quod eos in æternum mortuos æſtimaret: ſiue quod conſolari ſe nollet de his, quos ſciret eſſe victuros. Quod autem dicitur, in Rama, non putemus loci nomen eſſe iuxta Gabaa: ſed Rama (רמה) excelſum interpretatur, vt ſit ſenſus: Vox in excelſo audita eſt, id eſt, longe lateq; diſperſa.

a ¶ *Defuncti ſunt enim*, &c.] Ex hoc loco intelligimus nõ ſolum Herodem, ſed & ſacerdotes & ſcribas eodem tempore necẽ Domini fuiſſe meditatos.

b ¶ *Qui ſurgens*, &c.] Non dixit, accepit filium ſuum & vxorem ſuam: ſed puerum & matrẽ eius: quaſi nutritius, non maritus.

c ¶ *Audiens autẽ*, &c.] Multi labuntur errore propter ignorantiam hiſtoriæ, putantes eundem eſſe Herodem, à quo in paſſione ſua Dominus irridetur, & qui nunc mortuus refertur. Ergo Herodes ille, qui cum Pilato poſtea amicitias fecit, huius Herodis filius eſt: frater Archelai: quem & ipſum Tyberius Cæſar Lugdunũ, quæ Galliarum eſt ciuitas, relegauit, fratremque eius Herodem ſucceſſorem regni fecit. Lege Ioſephi hiſtoriam. (B — Ioſeph. 17. antiquit. Cap. 10.)

d ¶ *Et veniens*, &c.] Si fixũ de ſcripturis poſuiſſet exemplũ, nunquam diceret, quod dictum eſt per Prophetas, ſed ſimpliciter quod dictum eſt per Prophetã: nũc autẽ pluraliter prophetas vocans, oſtendit ſe non verba de ſcripturis ſumpſiſſe, ſed ſenſum. Nazaræus ſanctus interpretatur. Sanctum autem Dominum futurum, omnis ſcriptura commemorat. (Num. 6.a) Poſſumus & aliter dicere, quod etiam iiſdem verbis iuxta Hebraicam veritatem in Eſaia ſcriptum ſit: *Exiet virga de radice Ieſſe, & Nazaræus de radice eius conſcendet.* (Eſa. 11.a — נצר)

CAP. III.

IN *diebus autem illis*, &c.] Primus Baptiſta Ioãnes regnum cœlorum prædicat: vt præcurſor Domini hoc priuilegio honoretur.

f ¶ *Hic eſt enim*, &c.] Animas credentium præparabat, in quibus ambulaturus erat Dominus, vt purus in viis puriſſimis ambularet dicens: *Habitabo in eis & inambulabo, & ero Deus ipſorum, & ipſi erunt mihi populus.* (Leui. 26.b) Porphyrius, iſtum locum Marci Euangeliſtæ principio comparat, in quo ſcriptum eſt: Initium Euangelij Ieſu Chriſti filij Dei, ſicut ſcriptum eſt in Eſaia Propheta: *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* (Malac. 3.a) *Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius.* (Eſa. 40.b) Cum enim teſtimonium de Malachia Eſaiaq; contextum ſit: quærit quo modo velut ab vno Eſaia exemplum putemus aſſumptum. Cui eccleſiaſtici viri pleniſſime reſponderunt. Nos autem nomen Eſaiæ putamus additum ſcriptorum vitio, quod & in aliis locis probare poſſumus: aut certe de diuerſis teſtimoniis ſcripturarum vnum corpus effectum. Lege tertiũ decimum pſalmum: & hoc idem reperies.

g ¶ *Ipſe autem*, &c.] De pilis habebat, non de lana. Aliud auſteræ veſtis indicium eſt, aliud luxuriæ mollioris. Zona autẽ pellicea, qua accinctus fuit & Elias, mortificationis ſymbolum eſt. (4. Reg. 1.b) Porro quod ſequitur.

h ¶ *Eſca autem*, &c.] Habitatori ſolitudinis cõgruum eſt, non delicias ciborum, ſed neceſſitatem humanæ carnis explere.

i ¶ *Potens eſt* &c.] Lapides, ethnicos vocat, propter cordis duritiam. Lege Ezechielem: *Auferam*, inquit, *à vobis cor lapideum, & dabo cor carneum.* (Ezech. 36.) In lapide duritia, in carne, mollitia monſtratur. Siue ſimpliciter Dei indicat potentiam: quod qui de nihilo cuncta fecerit, poſſit & de ſaxis duriſſimis populũ procreare.

k ¶ *Iam enim*, &c.] Prædicatio ſermonis euangelici, qui ex vtraque parte acutus eſt gladius ſecuris appellatur: iuxta Hieremiam Prophetã, qui verbum Domini ſecuri comparat cædenti petram. (Hier. 46.f)

l ¶ *Cuius non ſum*, &c.] In alio Euangelio: *Cuius*, ait, *non ſum dignus ſoluere corrigiam calciamenti*: (Luc. 3.c) hic humilitas, ibi myſteriũ demõſtratur: quod Chriſtus ſponſus ſit, & Ioãnes non mereatur ſpõſi corrigiã ſoluere: ne vocetur domus eius iuxta legem Moyſi & exemplum Ruth, domus diſcalciati. (Deut. 25.c; Ruth. 4.b)

m ¶ *Ipſe vos*, &c.] Siue quia ignis eſt Spiritus ſanctus, vt Acta Apoſtolorum docent: (Act. 2.a) quo deſcendente ſedit quaſi ignis ſuper ſingulos credentium, & impletus eſt ſermo Domini dicentis: *Ignem veni mittere ſuper terram, & quam volo vt ardeat.* (Luc. 12.f) Siue quia in præſenti, ſpiritu baptizamur, & in futuro igne: Apoſtolo quoque huic ſenſui congruente: *Vniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit.* (1. Cor. 3.c)

n ¶ *Tunc venit*, &c.] Triplicem ob cauſam Saluator à Ioanne accepit baptiſmum. Primum, vt quia homo natus erat: omnem iuſtitiam & humilitatem legis impleret. Secundo, vt baptiſmate ſuo, Ioannis baptiſma comprobaret. Tertio, vt Iordanis aquas ſanctificans, per deſcenſionem

Canon margin: a 7 III. — b 8 I — D — c 9 VI. — d 10 V — e 11 I — f 12 V — g 13 X

CANON E columbæ, Spiritus ſancti in lauacro credentium monſtraret aduentum.

a ¶ *Sine modo.*] Pulchre dixit, ſine modo, vt oſtenderet Chriſtum in aqua. Ioannem à Chriſto in ſpiritu baptizandum. Sine aliter: Sine modo, vt qui ſerui formam aſſumpſi, expleam & humilitaté eius: alioquin ſcito in die iudicij, meo te eſſe baptiſmate baptizandum. Sine modo, dicit Dominus Ieſus: habeo & aliud baptiſma quo baptizandus ſum. Tu me baptizas in aqua, vt ego te baptizem pro me in ſanguine tuo.

b 14
I

b ¶ *Sic enim decet nos implere, &c.*] Non addidit, iuſtitiá legis ſiue naturæ, vt nos vtrunque intelligamus: vt ſi Deus ab homine accepit baptiſma, nullus à conſeruo dedignetur accipere.

a 15
II.
b 16
V

c ¶ *Et ecce aperti ſunt ei cæli, &c.*] Myſterium Trinitaris in baptiſmate demóſtratur: Dominus baptizatur, ſpiritus deſcendit in ſpecie colūbæ: patris vox teſtimonium filio perhibentis, auditur. Aperiuntur autem cœli non reſeratione elemétorum, ſed ſpiritualibus oculis: quibus & Ezechiel in principio voluminis ſui apertos eos eſſe commemorat. Sedit quoque columba ſuper caput Ieſu: ne quis putaret vocem patris ad Ioannem factam, non ad Dominum.

F
c 17
VI.
d 18
IIII
e 19
VII

Reſpondens autem Ieſus dixit ei: Sine[a] modo: ſic [b] enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Tūc dimiſit eum. [b] Baptizatus autem Ieſus confeſtim aſcendit de aqua: & [c] ecce aperti ſunt ei cæli, & vidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cælis dicés: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

CAPVT IIII.

T[a]Vnc [d] Ieſus ductus eſt in deſertū à ſpiritu, [e] vt tentaretur à diabolo. [b] Et [f] cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit. Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, [g] dic vt lapides iſti panes fiant. [h] Qui reſpondeos dixit. Scriptum eſt: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. [i] Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem, [k] & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi, & dixit ei: Si [l] filius Dei es, mitte [m] te deorſum: Scriptum eſt enim: Quia angelis [n] ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. [o] Ait illi Ieſus rurſum: Scriptum eſt: Non tentabis Dominum Deum tuū. [p] Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde, & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc [q] omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Tunc [r] dicit ei Ieſus. Vade Satana: ſcriptum eſt enim: Dominum [f] Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. [c] Tunc [t] reliquit eum diabolus, & ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. [d] Cum autem audiſſet Ieſus quod Ioannes traditus eſſet, ſeceſſit in Galilæam, [e] & relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Nephtali, vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam Propbetam: [u] Terra Zabulon, & terra Nephtali, via maris trás Iordanem Galilææ gētium. Populus qui ſede-

CAP. IIII.

T[Vnc [d] *Ieſus ductus eſt in, &c.*] Haud dubium quin à ſancto Spiritu. Sequitur enim.

e ¶ *Vt tentaretur à diabolo.*] Ducitur autem non inuitus aut captus, ſed voluntate pugnandi.

G ceſſitatem putat. Ex hoc autem loco intelligitur quid ſit illud quod in alio ſcribitur loco: *Abierunt in ſanctam ciuitatem, & multis apparuerunt.* Matt. 27. f

k ¶ *Et ſtatuit eum, &c.*] Vt quem ſame tentauerat, tentaret eum & vana gloria.

l ¶ *Si filius Dei es.*] In omnibus tentationibus hoc agit diabolus, vt intelligat ſi filius Dei ſit: ſed Dominus ſic reſpōſionem temperat, vt eum relinquat ambiguum.

m ¶ *Mitte te deorſum.*] Vox diaboli, quæ ſemper omnes cadere deorſum deſiderat. Mitte te, inquit, deorſum: perſuadere poteſt, præcipitare non poteſt.

n ¶ *Angelis ſuis, &c.*] Hoc in nonageſimo pſalmo legimus: verum ibi non de Chriſto, ſed de viro ſancto prophetia eſt. Male ergo interpretatur ſcripturas diabolus. Certe ſi vere de Saluatore ſcriptum nouerat, debuerat & illud dicere, quod in eodē pſalmo contra ſe ſequitur. Super aſpidem & baſiliſcū ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. De angelorum auxilio quaſi ad infirmum loquitur: de ſua cōculcatione quaſi tergiuerſator tacet.

o ¶ *Ait illi Ieſus rurſum &c.*] Falſas de ſcripturis diaboli ſagittas veris ſcripturarum frangit clypeis. Et notandum quod teſtimonia neceſſaria de Deuteronomio tantum protulerit, vt ſecundæ legis ſacramenta monſtraret. H Deut. 6. a

p ¶ *Iterum aſſumpſit, &c.*] Gloria mundi, quæ cum mūdo prætéritura eſt, in monte & in ſupercilio demonſtratur: Dominus autem ad humilia deſcendit & campeſtria, vt diabolum humilitate ſuperaret. Porro diabolus ducere eum feſtinat ad montes, vt per quos ipſe corruerat, etiam exteri corruant, iuxta illud Apoſtoli: *Ne inflatus incidat in iudicium diaboli.*

f ¶ *Et cum ieiunaſſet, &c.*] In iſto numero, quadrageſimæ nobis oſtenditur ſacramentum, in quo & Moyſes ieiunauit in monte Sina, & Elias iuxta montem Oreb permittitur auté eſurire corpus, vt diabolo tétádi tribuatur occaſio. Exod. 24. d / 3. Reg. 19. b

g ¶ *Dic vt lapides, &c.*] Eſurienti congrue dicitur: dic vt lapides iſti panes fiant: ſed duobus contrarus teneris diabole. Si ad imperium eius poſſunt lapides panes fieri: ergo fruſtra tentas eum, qui tantæ potentiæ eſt. Sin autem non poteſt facere, fruſtra filium Dei ſuſpicaris, dicens: *Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant.*

Deut. 8. a h ¶ *Qui reſpondens, &c.*] Teſtimonium de Deuteronomio ſumptum eſt. Ideo autem ſic reſpondit Dominus: quia propoſitū erat ei, humilitate diabolum vincere, non potentia. Simulque animaduertendū, quod niſi ieiunare cœpiſſet dominus, tentandi occaſio non fuiſſet diabolo, ſecundū illud: *Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animā tuā ad tentationem.* Sed & ipſa reſponſio Saluatoris hominem fuiſſe indicat, qui tentatus eſt. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Si quis ergo non veſcitur verbo Dei, iſte nō viuit. Eccle. 2. a

i ¶ *Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctā ciuitatem.*] Aſſumptio iſta quæ dicitur, non ex imbecillitate Domini venit, ſed de inimici ſuperbia, qui voluntatem Saluatoris, ne-

q ¶ *Hæc omnia, &c.*] Arrogans & ſuperbus etiam hoc de iactantia loquitur: non quod in toto mundo habeat poteſtatem, aut poſſit omnia regna dare diabolus: cum ſciamus pleroſque ſanctos viros à Deo reges factos. Si cadens, inquit, adoraueris me. Ergo qui adoraturus eſt diabolum, ante corruit. 1. Tim. 3. b

r ¶ *Tunc dixit, &c.*] Non vt plerique putant, eadem ſatanas & Apoſtolus Petrus ſententia condemnantur. Petro enim dicitur: *Vade retro me Satana,* id eſt ſequere me, qui contrarius es voluntati meæ: hic vero audit, *Vade Satana,* & non ei dicitur retro me, vt ſubaudiatur: vade in ignem æternum, qui præparatus eſt tibi, & angelis tuis. Matt. 16. d

ſ ¶ *Dominum Deum, &c.*] Dicens diabolus Saluatori: ſi cadens adoraueris me: ecōtrario audit, quod ipſe magis adorare eum debeat Dominum & Deum ſuum. Deut. 6. c

t ¶ *Tunc reliquit, &c.*] Præcedit tentatio, vt ſequatur victoria. Angeli miniſtrant, vt victoris dignitas comprobetur.

v ¶ *Terra Zabulō, & terra Nephtali, &c.*] Hi primū audiere Domi- Eſa. 9. a

B Dominū prædicantem: vt vbi Iſraëlis fuerat ab Aſſyrijs pri- captiuitas, ibi redemptoris præconium naſceretur.
a ¶ *Exinde cœpit*, &c.] Ioāne tradito, rectè ipſe incipit prę- dicare deſinente lege, conſequenter oritur euangelium. Si autem eadem prædicat Saluator, quæ Ioannes Baptiſta ante prædixerat, oſtendit ſe eiuſdē Dei eſſe filium, cuius ille propheta ſit.

non mortuorū ponitur communi lege naturæ, ſed pecca- tis & vitiis mortuorum. Sic fleuit & Samoel Saulem: quia pœnituerat Deū quod vnxiſſet eum regem ſuper Iſrael Sic & Paulus Apoſtolus flere ac lugere ſe dicit eos, qui poſt for- nicationem, & immunditiam non egerunt pœnitentiam.

CANON G 1.Reg.15.c 2.Cor.12.g

b ¶ *Venite poſt*, &c.] Iſti primi vocati ſunt vt Dominū ſequerentur. Piſcatores & illiterati mittuntur ad prædicandum, ne fidea credentiū non virtute Dei, ſed eloquētia atque doctrina fieri putaretur.

c ¶ *Et lunaticos*, &c.] Non vere lunaticos, ſed qui putabantur lunatici, ob dæmonū fallaciam, qui obſeruātes luminaria tempora, creaturā infamare cupiebāt, vt in creatorem blaſphemiæ redundarent.

CAPVT V.

V*idēs* [a] *autem*, &c.] Dominus ad montana cōſcendit, vt turbas ad altiora ſecum trahat. Sed turbæ aſcendere non valent. Et ſequuntur diſcipuli: quibus & ipſis non ſtans, ſed ſedens & contractus loquitur. Non enim intelligere poterant in ſua maieſtate fulgentem. Secundum literā, nonnulli ſimplicium fratrum putant eum F beatitudines, & cætera quæ ſequuntur, in Oliueti monte docuiſſe: quod neqoaquā Sup.4.b ita eſt. Ex præcedentib. enim & ſequentib. in Galilæa mōſtratur fuiſſe locus, quē putamus eſſe vel Thabor, vel quemlibet alium excelſum montem. Denique poſtquā finiuit ſermones ſuos, ſtatim ſequitur: Cum autē introiſſet Capharnaum.

e ¶ *Beati pauperes*, &c.] Hoc eſt quod alibi legimus: Et Inf.8.a humiles ſpiritu ſaluabit. Ne quis autem putaret pauper- Pſal.33.b tatem, quæ nonnunquā neceſſitate portatur, à Domino prædicari: adiunxit, ſpiritu, vt humilitatem intelligeres, non penuriam. Beati pauperes ſpiritu: qui propter Spiritum ſanctum voluntate

ſedebat in tenebris, vidit lucē magnā, & ſedētib. in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis.[f] Exinde [a] cœpit Ieſus prædicare, & dicere: Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnū cœlorū. Ambulans autē Ieſus, iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres. Simonē qui vocatur Petrus, & Andream fratrē eius, mittentes rete in mare (erant enim piſcatores) & ait illis:[g] Venite [b] poſt me, & faciā vos fieri piſcatores hominū. At illi continuo relictis retib. ſequuti ſunt eum.[h] Et procedens inde vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannē fratrē eius in naui cum Zebedæo patre eorum, reficiētes retia ſua, & vocauit eos. Illi autē ſtatim relictis retib. & patre, ſequuti ſunt eum.[i] Et circumibat Ieſus totā Galilæā, docēs in ſynagogis eorū, & prædicās Euangeliū regni, & ſanās omnē languorē, & omnē infirmitatē in populo. Et abiit opinio eius in totā Syriam, & obtulerunt ei omnes male habētes, variis lāguorib. & tormentis comprehenſos, & qui dæmonia habebāt, & lunaticos, [c] paralyticos, & curauit eos. Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ de Galilæa & Decapoli, & de Hieroſolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanem.

CAPVT V.

V[a] Idens [d] autem Ieſus turbas aſcendit in montem, & cum ſediſſet acceſſerunt ad eum Diſcipuli eius, [b] & aperiens os ſuum docebat eos, dicens: [c] Beati [e] pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.[d] Beati [f] mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram. [e] Beati [g] qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur. Beati [h] qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur. [f] Beati [i] miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. [k] Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt. Beati [l] pacifici quoniam fili Dei vocabuntur. Beati [m] qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiā: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. [g] Beati [n] eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes, propter me. Gaudete [o] & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Sic enim perſecuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. [h] Vos [p] eſtis ſal terræ. Quod [q] ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad [r] nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab homi-

h ¶ *Beati qui eſuriunt*, &c.] Non nobis ſufficit velle iuſtitiam, niſi iuſtitiæ patiamur famem: vt ſub hoc exemplo numquam nos ſatis iuſtos, ſed ſemper eſurire iuſtitiæ opera intelligamus. f 20 VI

i ¶ *Beati miſericordes*, &c.] Miſericordia non ſolum in eleemoſynis intelligitur, ſed in omni peccato fratris, ſi alter alterius onera portemus. g 21 II.

k ¶ *Beati mundo*, &c.] Quos non arguit conſcientia vlla peccati. Mundus mūdo corde conſpicitur; templum Dei non poteſt eſſe pollutum. h 22 VI i 23 I

l ¶ *Beati pacifici*, &c.] Qui primum in corde ſuo, deinde & inter fratres diſſidentes pacem faciunt. Quid enim prodeſt alios per te pacari, cum in tuo animo ſint bella vitiorum?

m ¶ *Beati qui perſecutionem*, &c.] Signāter dicit, propter iuſtitiam. Multi enim perſecutionem propter ſua peccata patiuntur, & non ſunt iuſti. Simulque cōſidera, quod octaua vere circumciſionis beatitudo martyrio terminatur.

H

n ¶ *Beati eſtis*, &c.] Illud maledictum contemnēdum eſt, quod beatitudinē creat, quod falſo maledicentis ore profertur. Vnde & ſpecialiter definiuit quæ ſit beata maledictio: omne dicēs maledictum aduerſum vos, mētientes propter me. Vbi ergo Chriſtus in cauſa eſt, ibi & optanda maledictio eſt. a 24 X b 25 V c 26 V d 27 X e 28 V f 29 X g 30 V

o ¶ *Gaudete*, &c.] Neſcio quis hoc noſtrum poſſit implere, vt laceretur opprobriis fama noſtra, & nos exultemus in Domino. Hoc qui vanam ſectatur gloriam implere non poteſt. Gaudere igitur & exultare debemus, vt merces nobis in cœleſtib. præparetur. Eleganter in quodam volumine ſcriptum legimus: Ne quæras gloriam, & non dolebis cum inglorius fueris. h 31 II.

ſunt pauperes. Vnde ſuper huiuſcemodi pauperibus & Saluator per Eſaiam loquitur: *Dominus vnxit me, propter quod euangelizare pauperibus miſit me.* Eſa.61.a

f ¶ *Beati mites*: &c.] Non terrā Iudææ, nec terram iſtius mūdi, non terram maledictam, ſpinas & tribulos afferentem: Gen.3.c quam crudeliſſimus quiſque & bellator magis poſſidet: ſed terram quam pſalmiſta deſiderat dicens: *Credo videre bona Domini in terra viuentium.* Huiuſcemodi poſſeſſor, & poſt Pſal.26 victoriam triumphator, etiam in quadrageſimoquarto pſalmo deſcribitur: Et intende proſpere, procede & regna: propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam. Nemo enim terram iſtam per manſuetudinem, ſed per ſuperbiam poſſidet.

g ¶ *Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabūtur.*] Luctus hic

Hieronym. Tom. 6.

p ¶ *Vos eſtis ſal terræ.*] Sal appellantur Apoſtoli, quia per illos vniuerſum hominum conditur genus.

q ¶ *Quid ſi ſal*, &c.] Si doctor errauerit, à quo alio doctore emendabitur.

r ¶ *Ad nihilū*, &c.] Exemplū de agricultura ſumptū eſt. Sal etenim ſicut in ciborum condimentum & ad ſiccādas carnes neceſſarium eſt: ita alium vſum non habet. Certe legimus in ſcripturis, vrbes quaſdam ira victorum ſale ſeminatas, vt nullum in ipſis germen oriretur. Caueant ergo doctores & epiſcopi, & videant, Potentes potēter tormēta Iud.9.f Sep.6.a

CANON E ſuſtinere:nihilque eſſe remedij,ſed maiorum ruinam adtartarum ducere.

a ¶ *Vos eſtis lux mundi : non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita: neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt.&c.*] Docet fiduciam prædicandi, ne Apoſtoli abſcondantur ob metum, & ſint ſimiles lucernæ ſub modio:ſed tota libertate ſe prodant, vt quod audierunt in cubiculis, prædicent in tectis.

periculis ſubauditur: Qui dixerit fratri ſuo,fatue,reus erit gehennæ: qui enim æque in Deum credenti dicit fatue, impius eſt in religione.

i ¶ *Si ergo offers munus tuum ad altare,&c.*] Non dixit ſi tu habes aliquid aduerſus fratrem tuum; ſed ſi frater tuus habet aliquid aduerſum te, vt durior reconciliationis tibi imponatur neceſſitas. Quãdiu illum placare non poſſumus, neſcio an conſequẽter munera noſtra offeramus Deo.

hominibus. Vos. [a] eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita: [i] neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videãt opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt. [k] Nolite [b] putare quoniã veni ſoluere legem aut prophetas: Non veni ſoluere, ſed adimplere. [l] Amen quippe dico vobis: [c] donec tranſeat cœlum & terra, [d] iota vnum aut apex vnus, non præteribit à lege, donec omnia fiant. [m] Qui [e] ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Dico autem vobis: quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum & phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autẽ dico vobis: [f] quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui [g] autem dixerit fratri ſuo, raka, reus erit concilio. Qui [h] autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Si [i] ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. [n] Eſto [k] conſentiens aduerſario tuo cito, dum es cum eo in via: ne forte tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem. [o] Audiſtis quia dictum eſt antiquis:

Non

32 II

X 33

V 34

b ¶ *Nolite putare,&c*] Siue quod de ſe per alios prophetata compleuerit: ſiue quod
X 35
ea quæ ante propter infirmitatem audientium rudia & imperfecta fuerant, ſua prædicatione compleuerit, iram tollens, & vicem talionis excludens, & occultam in mẽte concupiſcentiam damnans.

c ¶ *Donec tranſeat,&c.*]Pro-
Apoc. 21.a mittuntur oobis cæli noui & terra noua, quæ facturus eſt Dominus Deus. Si ergo noua creanda ſunt, conſequenter vetera tranſitura. Quod autem ſequitur.

d ¶ *Iota vnum, &c.*] Ex fi-
V 36 gura literæ oſtenditur, quod etiam quę minima putantur in lege, ſacramentis ſpiritua-
F libus plena ſint, & omnia recapitulentur in Euangelio. Cuius ergo eruditionis eſt, euiuſque doctrinæ, etiam di-
37 uerſa ſacrificia, & quę ſuperſtitioſa videntur in victimis, quotidie demooſtrare compleri.

k ¶ *Eſto conſentiens, &c.*] Pro eo quod nos habemus in Latinis codicibus, conſentiẽs, in Græcis ſcriptum eſt εὐνῶν, quod interpretatur beneuolus aut benignus. Ex præcedentibus autem & cõſequentibus manifeſtus eſt ſenſus: quod nos Dominus atque Saluator noſter dum in iſtius ſæculi via currimus, ad pacem & ad concordiam cohortetur, iuxta Apoſtolũ dicentem: *Si fieri poteſt, quãtum ex vobis eſt, cum omnib. hominibus pacem habentes.* Rom. 12.d
Nam in præcedenti capitulo dixerat: *Si offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te*, & hoc finito, ſtatim infert: *Eſto conſentiens* aut *benignus aduerſario tuo*, & reliqua. Et in cõſequentibus iubet: *Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentib. & calumniantib. vos.* Cum hæc manifeſta ſit & conſequens intelligentia, pleri que arbitrantur de carne dictum & anima, vel de anima & ſpiritu, quod penitus non ſtat. Quo modo enim aut caro mittenda erit in carcerem, ſi anima non conſenſerit, cum & anima & caro pariter recludẽda ſint: nec quidquã poſſit caro facere, niſi quod animus imperarit: aut Spiritus ſanctus habitans in nobis vel carnem vel animam repugnantes iudici tradere, cum ipſe ſit iudex? Alij iuxta epiſtolã Petri dicẽtis: *Aduerſarius veſter diabolus quaſi leo rugiens circuit*, & reliqua, aduerſarium diabolum interpretantur: & volunt à Saluatore præcipi, vt dum in poteſtate noſtra eſt, ſimus beneuoli erga diabolum, qui eſt inimicus & vltor: nec faciamus eum pœnas ſuſtinere pro nobis. Cum enim ipſe vitiorum incentiua ſuppeditet, & nobis etiã voluntate peccantib., ſi conſenſerimus ei vitia ſuggerenti, pro nobis quoque eſſe torquendum. Et dicunt beneuolum eſſe vnumquemque ſanctorum aduerſario ſuo, ſi eum non faciat pro ſe ſuſtinere tormenta. Quidam coactius differunt, in baptiſmate ſingulos pactũ inire cum diabolo, & dicere: Renuncio tibi diabole & põpæ tuæ, & vitiis tuis, & mũdo tuo, qui in maligno poſitus eſt. Si ergo ſeruauerimus pactũ, beneuoli & conſentientes ſumus aduerſario noſtro, & nequaquam in carcere recludendi. Sin vero quidquam tranſgreſſi fuerimus, eorum quæ diabolo ſpoponderamus, tr ademur iudici ac miniſtro, & mittemur in carcerem, & non exibimus ex eo, donec reddamus nouiſſimum quadrãtem. Quadrãs genus eſt nummi, qui habet duo minuta. Vnde & in alio euangelio, mulier illa pauper & vidua dicitur miſiſſe quadrantẽ in corbonam, & in alio duo minuta. Non quod diſſonent euãgelia, ſed quod vnus quadrans duos minutos nummos habeat. Hoc eſt ergo quod dicit: Non egredieris de carcere, donec etiam minima peccata perſoluas.

1.Pet 5.b 1.Ioan. 5.d Mar. 12.d Luc. 21.a H

e ¶ *Qui ergo ſoluerit vnum,&c.*] Hoc capitulum cum ſuperiori hæret teſtimonio, in quo dixerat: Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Sugillat ergo phariſæos, qui contemptis mandatis Dei, ſtatuebãt proprias traditiones: quod non eis proſit doctrina in populis, ſi vel paruum, quod in lege præceptum eſt, deſtruant. Poſſumus autem & aliter intelligere, quod magiſtri eruditio, etiam ſi paruo peccato obnoxius ſit, deducat eum de gradu maximo: nec proſit docere iuſtitiam, quam minima culpa deſtruit. Et beatitudo perfecta ſit, quæ ſermone docueris, opere complere.

f ¶ *Omnis qui, &c.*] In quibuſdam codicibus additur, ſine cauſa: cæterum in veris definita ſententia eſt, & ira penitus tollitur, dicente ſcriptura: qui iraſcitur fratri ſuo. Si enim iubemur verberanti alteram præbere maxillam, & inimicos noſtros amare, & orate pro perſequentibus, omnis iræ occaſio tollitur. Radendum eſt ergo, ſine cauſa: quia ira viri iuſtitiam Dei non operatur.

Iacob 1.c g ¶ *Qui autem dixerit,&c.*] Hoc verbum proprie Hebræorum eſt.
ריקה ריקה enim dicitur κενός, id eſt, inanis aut vacuus: quem nos poſſumus vulgata iniuria abſque cerebro nuncupare. Si pro otioſo ſermone reddituri ſumus rationem, quanto magis de contumelia? ſed & ſignanter additur. *Qui*
Infr. 12.d *dixerit fratri ſuo raka.* Frater enim noſter nullus eſt, niſi qui eandem nobiſcum habet patrem. Cum ergo ſimiliter credat in Deum, & Chriſtum Dei nouerit ſapientiam, qua ratione ſtultitiæ elogio denotari poteſt?

h ¶ *Qui autem dixerit, fatue, reus erit &c.*] ἀντὶ κοινοῦ ex ſu-

a ¶ *Qui*

CANON C

A

Nō mœchaberis. Ego autē dico vobis: quia omnis [a]qui viderit mulierem ad concupiſcendū eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Quod [b] ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te. Expedit .n. tibi vt pereat vnū membrorum tuorū, quā totum corpus tuum mittatur in gehennā. Et ſi dextera manus tua ſcandalizat te, abſcinde eā, & proiice abs te. Expedit .n. tibi vt pereat vnum membrorū tuorū, quā totum corpus tuum mittatur in gehennā. Dictum [c] eſt autem: quicunque dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellum repudii. Ego autē dico vobis, quia omnis, qui dimiſerit vxorem ſuā, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & qui dimiſſam duxerit, adulterat. Iterum audiſtis, quia dictum eſt antiquis. Nō periurabis: reddes autē domino iuramenta tua. Ego [d] autem dico vobis: non iurare omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei eſt: neque per terrā, quia ſcabellū eſt pedum eius: neque per Hieroſolymā, quia ciuitas eſt magni regis. Neque per caput tuum iuraueris: quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum. Sit autem ſermo veſter, eſt eſt, non non: quod autem his abundantius eſt, à malo eſt. Audiſtis [e] quia dictum eſt: Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo: P V 38 ſed [f] ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Et ei qui D vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. 9 X 39 Et quicunque te angariauerit mille paſſus, vade cum illo & alia duo. Qui [g] petit à te, da ei, & volenti mutuari à te, ne auertaris. Audiſtis quia dictum eſt: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicū tuum. V 40 Ego [h] autem dico vobis: diligite inimicos veſtros: benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: [i] vt ſitis filii patris

a ¶ *Qui viderit mulierem ad cōcupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.*] Inter πάθος & προπάθειαν, id eſt, inter paſſionem & propaſſionem, hoc intereſt, quod paſſio reputatur in vitium: propaſſio, licet initii culpam habeat, tamen non tenetur in crimine. Ergo qui viderit mulierem, & anima eius fuerit titillata, hic propaſſione percuſſus eſt. Si vero conſenſerit, & de cogitatione affectum fecerit: ſicut ſcriptum eſt in Dauid: *Tranſierūt in affectum cordis:* (Pſal. 72. a) de propaſſione tranſiuit ad paſſionem, & huic non voluntas peccandi deeſt, ſed occaſio. Quicumque igitur viderit mulierem ad concupiſcendum, id eſt, ſi aſpexerit vt concupiſcat, vt faciat diſponat: iſte rectè dicitur eam mœchari in corde ſuo.

b ¶ *Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam, &c.*] Quia ſupra de concupiſcentia mulieris dixerat, rectè nunc cogitationem & ſenſum in diuerſa volitantē, oculum nūcupauit. Per dexteram autem & cæteras corporis partes, voluntatis & affectus initia demonſtrantur: vt quod mente concipimus, opere compleamus.

B

Cauendum eſt igitur, ne quod in nobis optimum eſt, cito labatur in vitium. Si enim dexter oculus & dextera manus ſcandalizant, quanto magis ea quæ in nobis ſiniſtra ſunt? Si enim anima labitur, quanto plus corpus, quod ad peccata procliuius eſt? Aliter: In dextero oculo & dextera manu, fratrum, vxorum, & liberorum atque affinium & propinquorum (Leu. 21. 4) monſtratur affectus: quos ſi ad contemplandam veram lucem nobis impedimento eſſe cernimus, debemus truncare iſtiuſmodi portiones: ne dum volumus lucri cæteros facere, ipſi in æternum pereamus. Vnde dictur & de ſacerdote magno, cuius anima Dei cultui dedicata eſt: ſuper patre & matre & filiis non polluetur, id eſt, nullum affectum ſciet, niſi eius cuius cultui dedicatus eſt.

c ¶ *Dictum eſt: Quicunque, &c.*] In poſteriori parte locum illum plenius ſaluator exponit: quod Moyſes libellum repudii dari iuſſerit propter duritiam cordis maritorum: non (Deut. 24.) diſſidiū concedens, ſed auferens homicidium. Multo enim melius eſt, licet lugubrem, euenire diſcordiam, quam per odium ſanguinem fundi.

d ¶ *Ego autem dico vobis, non iurare omnino: &c.*] Hanc per elementa iurandi peſſimam conſuetudinem ſemper habuere (Eſai 65. c) Iudæi: ſicut prophetalis eos frequenter arguit ſermo. Qui iurat, aut veneratur, aut diligit eum per quem iurat. In lege præceptum eſt vt non iuremus, niſi per dominum Deum noſtrum. Iudæi per angelos & vrbem Hieruſalem, & templum & elementa iurantes, creaturas reſque carnales venerabantur honore & obſequio Dei. Denique (Deut. 6. c) (Ier. 7. d) conſidera, quod hic ſaluator non per Deum iurare prohibuerit, ſed per cœlum & terram & Hieroſolymam, & per caput tuum. Et hoc quaſi paruulis fuerat lege conceſſum: vt quomodo victimas immolabant Deo, ne eas idolis immolarent: ſic & iurare permitterentur in Deum: non quod rectè hoc facerent, ſed quod melius eſſet Deo id exhibere quàm dæmonibus. Euangelica autem veritas non recipit iuramentum, cum omnis ſermo fidelis pro iureiurando ſit.

e ¶ *Audiſtis quia, &c.*] Qui dicit oculum pro oculo: non alterum vult auferre, ſed vtrumque ſeruare. Dominus noſter viciſſitudinem tollēs, truncat initia peccatorum. (Leu. 24. d) Et in lege retributio eſt: in euangelio gratia. Ibi culpa emendatur, hic peccatorum auferuntur exordia.

f ¶ *Sed ſi quis, &c.*] Eccleſiaſticus vir deſcribitur, imitator eius qui dicit: *Diſcite à me: quia mitis ſum & humilis corde.* (Infr. 11. d) Et pollicitationem ſuā percuſſus alapa comprobat: *Si male locutus ſum, argue de malo: ſin autem bene, quid me cadis?* (Ioan. 18. d) Tale quid & Dauid loquebatur in pſalmo: Si reddidi retribuētibus mihi mala. Et Hieremias in lamentationibus: *Bonum eſt homini, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.* (Pſal. 7. b) (Thren. 3. d) Dabit percutiēti ſe maxillam: ſaturabitur opprobriis. Hoc aduerſum eos qui putant alterum Deū legis, alterum euāgelii: quod & ibi & hic manſuetudo doceatur. Secundum myſticos intellectus percuſſa dextera noſtra, non iubemur ſiniſtrā præbere, ſed alterā, hoc eſt, alteram dexteram. Iuſtus enim ſiniſtram non habet. Si nos hæreticus in diſputatione percuſſerit, & dextrum dogma voluerit vulnerare: opponatur ei aliud de ſcripturis teſtimonium, & iamdiu verberanti, ſuccedentes ſibi dexteras præbeamus, donec inimici ira laſſeſcat.

g ¶ *Qui petit à te, &c.*] Si de eleemoſyna tantum dictum intelligimus, in pleriſque pauperibus hoc ſtare non poteſt. Sed & diuites ſi ſemper dederint, ſemper dare non poterunt. Poſt bonum ergo eleemoſynæ, apoſtolis, id eſt, doctoribus præcepta tribuuntur: vt qui gratis acceperunt, gratis tribuant. Iſtiuſmodi pecunia nunquam deficit: ſed quanto plus data fuerit, tanto amplius duplicatur. Et cum ſubiecta ſibi arua riget, nunquam fontis vnda ſiccatur.

h ¶ *Ego autem dico, &c.*] Multi præcepta Dei imbecillitate ſua non ſanctorum viribus æſtimantes, putant eſſe impoſſibilia quæ præcepta ſunt, & dicunt ſufficere virtutibus nō odiſſe inimicos: cæterū diligere plus præcipi, quàm humana natura patiatur. Sciendum eſt ergo Chriſtum non impoſſibilia præcipere, ſed perfecta, quæ fecit Dauid in Saul & in Abſalon. Stephanus quoque martyr pro inimicis lapidantibus deprecatus eſt. (Act. 7. g) Et Paulus anathema cupit eſſe (Rom. 9. a) pro perſecutoribus ſuis. Hæc autem Ieſus & docuit & fecit, dicens: *Pater ignoſce illis: quod enim faciunt, neſciunt.* (Luc. 23. e)

i ¶ *Vt ſitis filii patris veſtri, &c.*] Si Dei præcepta cuſtodiēs, filius quis efficitur Dei: ergo non eſt natura filius, ſed arbitrio ſuo.

CANON E

patris veſtri, qui in cœlis eſt: qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper inſtos & iniuſtos. [f] Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habetis? Nōne & publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantum, quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt.

CAPVT VI.

ATtēdite [a] ne iuſtitiam veſtram faciatis corā hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedē non habebitis apud patrē veſtrū, qui in cœlis eſt. Cum [a] ergo facis eleemoſynā, noli tuba canere ante te: ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis, & in vicis, vt honorificētur ab hominib. Amē dico vobis, receperunt mercedē ſuā. Te [b] autē faciente eleemoſynā, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua: vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & pater tuus, qui videt in abſcōdito, reddet tibi. Et cum oratis, nō eritis ſicut hypocritæ, qui amāt in ſynagogis, & in angulis plateaꝛū ſtantes orare: vt videātur ab hominib. [c] Amē dico vobis, receperūt mercedē ſuā. Tu [d] autē cum oraueris, intra cubicolū tuū, & clauſo oſtio tuo, ora patrē tuū in abſcōdito: & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. Orantes [e] autē nolite multū loqui, ſicut ethnici faciunt. Putāt enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſſimilari eis. [f] Scit enim pater veſter, quid opus ſit vobis, antequā petatis eum. Sic ergo vos orabitis. Pater [g] noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur [h] nomen tuum. Adueniat [i] regnū tuum: Fiat [k] voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra: Panem [l] noſtrū ſuperſubſtantialē da nobis hodie: Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: Et ne nos inducas in tentationē: Sed libera nos à malo, Amen. [m] Si [n] enim dimiſeritis hominib. peccata eorū, dimittet & vobis pater veſter cœleſtis delicta veſtra. [c] Si autē non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. [d] Cum autē ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocrytæ triſtes. [o] Extermināt enim facies ſuas, vt pareant hominibus ieiunātes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedē ſuam. [p] Tu autem cum ieiu-

CAPVT VI.

A [a] Ttēdite, &c.] Cum ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, &c.) Qui tuba canit eleemoſynam faciēs, hypocrita eſt. Qui ieiunās demolitur faciem ſuā, vt ventris inanitatem monſtret in vultu, & hic hypocrita eſt. Qui in ſynagogis & in angulis platearum orat, vt videatur ab hominibus, hypocrita eſt. Ex quibus omnibus colligitur hypocritas eſſe, qui quodlibet faciunt, vt ab hominibus glorificentur. Mihi videtur & ille qui dicit fratri ſuo: *Dimitte, vt tollam feſtucam de oculo tuo*: nam propter gloriam hoc facere videtur, vt ipſe iuſtus eſſe videatur. Vnde dicitur ei à domino: *Hypocrita, eijce primū trabem de oculo tuo.* Non itaque virtus, ſed cauſa virtutis apud Deum mercedem habet. Et ſi à recta via paululū declinaueris, non intereſt vtrum ad dexteram vadas, an ad ſiniſtram: cum verum iter amiſeris.

(margin: ſ 41 V; Luc 6 ſ; a 42 X)

b ¶ Te *autem*, &c.] Non ſolom eleemoſynam, ſed quodcumque feceritis boni operis, debet ſiniſtra neſcire: ſi enim illa ſcierit, ſtatim dextera opera commaculantur.

(margin: F)

c ¶ *Amen dico vobis*, &c.] Non Dei mercedem, ſed ſuā. Laudati ſunt enim ab hominibus, quorum cauſa exercuere virtutes.

d ¶ T*u autem cum oraueris*, &c.] Hoc ſimpliciter intellectum erudit auditorem, vt vanam orādi gloriā fugiat. Sed mihi videtur hoc magis eſſe præceptum, vt incluſa pectoris cogitatione, labiiſq; compreſſis, oremus dominū: quod & Annam in Regum volumine feciſſe legimus: *Labia, inquit, eius tantum mouebantur, & vox illius non audiebatur.*

(margin: 4 44 VI; d 45 X; 1. Reg. 1. b)

e ¶ *Orantes autem*, &c.] Si ethnicus in oratione multum loquitur: ergo qui Chriſtianus eſt, debet parum loqui. Deus enim non verborum, ſed cordis auditor eſt.

(margin: Sap. 1. b)

f ¶ Scit *enim*, &c.] Conſurgit in hoc loco quædam hæreſis: philoſophorum quoque peruerſum dogma dicentium: Si nouit Deus quid oremus, & antequam petamus, ſcit quib. indigeamus, fruſtra ſcienti loquimur. Quibus breuiter reſpondendum eſt: nos non narratores eſſe, ſed rogatores. Aliud eſt enim narrare ignoranti, aliud ſcientem petere. In illo indicium eſt, hic obſequium. Ibi fideliter indicamus, hic miſerabiliter obſecramus.

g ¶ *Pater noſter*, &c.] Patrem dicendo, ſe filios confitētur.

(margin: Rom. 8. d)

h ¶ *Sanctificetur*, &c.] Non in te, ſed in nobis. Si enim propter peccatores nomen Dei blaſphematur in gentibus, econtrario propter iuſtos ſanctificatur.

i ¶ *Adueniat regnū tuum.*] Vel generaliter pro totius mundi petit regno, vt diabolus in mundo regnare deſiſtat: vel vt in vnoquoque regnet Deus, & non regnet peccatum in mortali hominum corpore. Simulque & hoc attēdendum, quod grādis audaciæ ſit, & puræ conſcientiæ, regnum Dei, poſtulare, & iudicium non timere.

(margin: Rom. 6. b)

k ¶ *Fiat voluntas*, &c.] Vt quo modo angeli tibi inculpate ſeruiunt in cœlis, ita in terra ſeruiant homines. Erubeſcant ex hac ſententia, qui quotidie in cœlo ruinas fieri mentiuntur. Nam quid nobis prodeſt cœlorum ſimilitudo, ſi & in cælo peccatum eſt?

l ¶ *Panem noſtrum*, &c.] Quod nos ſuperſubſtantialem expreſſimus, in Græco habetur ἐπιούσιον: quod verbū Lxx. interpretes περιούσιον frequentiſſime transferunt. Cōſideranimus ergo in Hebræo, & vbicumque illi περιούσιον expreſſerunt nos inuenimus סגלה quod Symmachus ἐξαίρετον, id eſt, præcipuum, vel egregium, tranſtulit: licet in quodam loco peculiare interpretatus ſit. Quādo ergo petimus vt peculiarē, vel præcipuum nobis Deus tribuat panem, illū petimus qui dicit, *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi.* In euangelio quod appellatur ſecūdum Hebræos, pro ſuperſubſtantiali pane reperi מחר quod dicitur craſtinum, vt ſit ſenſus: panem noſtrum craſtinum, id eſt, futurum da nobis hodie. Poſſumus ſuperſubſtantialem panem & aliter intelligere: qui ſuper omnes ſubſtantias ſit, & vniuerſas ſuperet creaturas. Alij ſimpliciter putāt ſecundum Apoſtoli ſermonem dicentis: *Habentes victū & veſtitum, his contenti ſumus*) de præſenti tantum cibo ſanctos curam agere. Vnde & in poſterioribus ſit præceptum: *Nolite cogitare de craſtino.*

(margin: Ioan. 6. c; H; 1. Tim. 6. b)

m ¶ *Amen.*] Signaculum orationis dominicæ eſt: quod Aquila interpretatur, fideliter: nos, vere, poſſumus dicere.

n ¶ Si *enim*, &c.] Hoc quod ſcriptum eſt: *Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes: vos vero vt homines moriemini, & tanquam vnus de principibus cadetis*: ad eos dicitur qui propter peccata homines ex dijs eſſe meruerunt. Recte ergo & hi quibus peccata dimittuntur, homines appellati ſunt.

(margin: Pſal. 81. b)

o ¶ *Extermināt*, &c.] Verbū extermināt quod in eccleſiaſticis ſcripturis vitio interpretū tritū eſt, aliud multo ſignificat, quam vulgo intelligitur. Exterminantur quippe exules, qui mittuntur extra terminos. Pro hoc ergo ſermone, demoliuntur ſemper accipere debemus: quod Græce dicitur ἀφανίζουσι. Demolitur autē hypocrita faciē ſuā, vt triſtitiam ſimulet, & animo forte lætante, luctum geſtet in vultu.

p ¶ T*u autem*, &c.] Iuxta ritum prouinciæ Palæſthinæ loquitur, vbi diebus feſtis ſolent vngere capita. Præcepit igitur, vt quando ieiunamus, lætos & feſtiuos nos eſſe monſtremus. Multi legentes illud pſalmiſtæ: *Oleum peccatoris non impinguet caput meum*, econtrario eſſe volunt bonum oleum:

(margin: Pſal. 140.)

Pſal.44.b A ...m: de quo alibi ...ctus: *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo læ...ti... præ participibus tuis.* Et id præcipi, vt exercentes virtu... ſpirituali oleo principale cordis noſtri vngere debea... merguntur: volatilia dicentes cæli angelos eſſe, cæteraſque in Dei miniſterio fortitudines, quæ abſque cura ſui, Dei aluntur prouidentia. Si hoc ita eſt, vt intelligi volũt, quo modo ſequitur dictum ad homines: Nonne vos magis pluris eſtis illis? Simpliciter ergo accipiendum: quod ſi volatilia abſque cura & ærũnis, Dei aluntur prouidẽtia: quæ hodie ſunt, & cras non erunt: quorum anima mortalis eſt, & cum eſſe ceſſauerint, ſemper non erunt: quanto magis homines quibus æternitas promittitur, Dei reguntur arbitrio? CANON C

a ¶ *Vbi enim*, &c.] Hoc non ſolum de pecunia, ſed & de cunctis paſſionibus ſentiendum eſt. Guloſi Deus, venter eſt: ibi ergo habet cor, vbi eſt theſaurus. Luxurioſi theſaurus, epulæ ſunt: laſciui, ludicra: amatoris, libido. Huic ſeruit vnuſquiſq; quo vincitur.

b ¶ Si *oculus*, &c.] Lippientes oculi ſolent lucernas videre numeroſas: ſimplex oculus & purus ſimplicia intuetur & pura. Hoc totum transfert ad ſenſum. Quo modo enim corpus, ſi oculus non fuerit, totum in tenebris eſt: ita anima ſi principalẽ fulgorem ſuum perdiderit, vniuerſus ſenſus in caligine commorabitur. Si ergo lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſe tenebræ quantæ erunt? Si ſenſus, qui lumen eſt, animæ vitio caligatur: ipſa putas caligo quibus tenebris obuoluetur?

Luce.16. c ¶ *Non poteſtis*, &c.] Mãmona ſermone Syriaco, diuitiæ nuncupantur. Nõ poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. Audiat hoc auarus: audiat qui cenſetur vocabulo Chriſtiano, non poſſe ſe ſimul diuitiis Chriſtoque ſeruire. Et tamen non dixit: qui habet diuitias, ſed qui ſeruit diuitiis. Qui enim diuitiarum ſeruus eſt, diuitias cuſtodit vt ſeruus: qui autem ſeruitutis excuſſit iugũ, diſtribuit eas vt dominus. B

1.Tim.6.b d ¶ *Ideo dico vobis: ne ſoliciti ſitis*, &c.] In nonnullis codicibus additum eſt: neque quid bibatis. Ergo quod omnibus natura tribuit, & iumentis ac beſtiis, hominibuſque commune eſt, huius cura nõ penitus liberamur. Sed præcipitur nobis ne ſoliciti ſimus quid comedamus: quia in ſudore vultus præparamus nobis panem. Labor exercendus eſt: ſolicitudo tollenda. Hoc quod dicitur: *Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid comedatis: neque corpori veſtro quid induamini*, de carnali cibo & veſtimento accipiamus. Cæterum de ſpiritualibus cibis, & veſtimentis ſemper debemus eſſe ſoliciti. H

Pſal.54.b

ieiunas, vnge caput tuũ, & faciẽ tuam, laua: ne videaris hominibus ieiunãs, ſed patri tuo qui eſt in abſcondito: & pater tuus, qui videt in abſcõdito, reddet tibi. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra: vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. [e] Theſaurizate aũt vobis theſauros in cælo, vbi nec ærugo, neque tinea demolitur: & vbi fures non effodiunt, nec furantur. [a] Vbi. n. eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuũ. [f] Lucerna corporis tui, eſt ocul⁹ tuus. Si [b] oculus tuus fuerit ſimplex, totũ corpus tuum lucidum erit. Si autẽ oculus tuus fuerit, nequam, totũ corpus tuũ tenebroſum erit. Si ergo lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quãtæ erunt? [g] Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut. n. vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum ſuſtinebit, & alterum contẽnet. Non [c] poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. [h] Ideo [d] dico vobis: Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ, quid mãducetis: neque corpori veſtro, quid induamini. [e] Nonne anima plus eſt quã eſca, & corpus plus eſt quã veſtimentum? Reſpicite [f] volatilia cœli: quoniã non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nõne vos magis pluris eſtis illis? [g] Quis autẽ veſtrum cogitãs poteſt adijcere ad ſtaturã ſuam cubitum vnum? Et de veſtimento quid ſoliciti eſtis? [h] Conſiderate lilia agri, quo modo creſcũt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniã nec Salomõ in omnia gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis. Si enim fœnum agri quod hodie eſt, & cras in clibanũ mittitur, Deus ſic veſtit: quanto magis vos modicæ fidei? [i] Nolite ergo ſoliciti eſſe dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater veſter, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinum. Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi. [k] Sufficit diei malitia ſua.

CAPVT VII.

N[a]Olite iudicare, & non iudicabimini: In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. [b] Quid [m] autem vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: Frater, ſine, eiiciam feſtucam de oculo tuo: & ecce trabs eſt in oculo tuo. Hypocrita, eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere feſtucam

Rom.12.a e ¶ *Nonne anima plus eſt quam eſca*, &c.] Quod dicit huiuſmodi eſt: Qui maiora præſtitit, vtique & minora præſtabit.

Pſal.146 f ¶ *Reſpicite volatilia*, &c.] Apoſtolus præcipit, ne plus ſapiamus, quàm oportet ſapere. Iſtud teſtimonium & in præſenti capitulo conſeruandum eſt. Sunt enim quidam, qui volũt terminos patrum excedere, & ad alta volitare, in una

g ¶ *Quis autem veſtrum cogitans poteſt*, &c.] Sicut animam plus eſſe quam cibum, comparatione auium demõſtrauit: ſic corpus plus eſſe quam veſtem, ea conſequẽtibus rebus oſtendit dicens: e 46 V

h ¶ *Conſiderate lilia agri*, &c.] Et reuera quod ſericũ, quæ regum purpura, quæ pictura textricum poteſt floribus comparari? Quid ita rubet vt roſa? Quid ita candet vt liliũ? Violæ vero purpuram, nullo ſuperari murice, oculorum magis quam ſermonis iudicium eſt. f 47 V g 48 V h 49 V

i ¶ *Nolite ergo*, &c.] De præſentibus ergo conceſſit debere eſſe ſolicitos qui futura prohibet cogitare. Vnde & Apoſtolus: *Nocte & die* inquit, *manibus noſtris operantes: ne quem veſtrum grauaremus.* Cras in ſcripturis futurum tempus intelligitur dicente Iacob: *Et exaudiet me cras iuſtitia mea.* Et in Samuelis phantaſmate, Phytoniſſa loquitur ad Saulem: *Cras eris mecum.* D 1.Theſſ.2.d Gen.30.e 1.Reg.28.d

k ¶ *Sufficit diei malitia ſua.*] Hic & malitiam non contrariam virtuti poſuit, ſed laborem & afflictionem, & anguſtias ſeculi: quo modo & Sara afflixit Agar ancillã ſuam: quod ſignificantes Græce dicitur *ἐκάκωσεν αὐτήν*. Sufficit ergo nobis præſentis temporis cogitatio: futurorum curam, quæ incerta eſt, relinquamus. Gen.16.c a 50 II

CAP. VII.

N*Olite* [l] *iudicare*, &c.] Si iudicare prohibet, qua conſequentia Paulus in Corintho iudicat fornicantem, & Petrus Ananiam & Sapphiram mendacij coarguit? Sed ex conſequentib. quid prohibuerit oſtendit dicens: Quomodo enim iudicaueritis, ſic iudicabitur de vobis. Hic nõ prohibuit iudicare, ſed docuit. b 51 V 1.Cor.5. Act.5.a

m ¶ *Quid autem*, &c.] De his loquitur, qui cum ipſi mortali crimine teneantur obnoxij, minora peccata fratribus non concedunt: culicem liquantes, & camelum glutientes. Recte ergo & iſti ſimulatione iuſtitiæ, vt ſupra diximus, appellantur hypocrytæ: qui per trabem oculi ſui, feſtucam in oculo fratris ſui aſpiciunt. Infr.23.c

cã de oculo fratris tui.[c] Nolite[a] ſanctum dare canib. neque mittatis margaritas[b] veſtras ante porcos: ne forte cõculcent eas pedib ſuis, & cõuerſi dirũpant vos.[d] Petite,[c] & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulſanti aperietur. Aut quis eſt ex vobis homo, quẽ ſi petierit filius ſuus panẽ nũquid lapidẽ porriget ei? Aut ſi piſcẽ petierit, nũquid ſerpẽtẽ porriget ei? Si ergo [d] vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris: quanto magis pater veſter qui in cælis eſt, dabit bona petentibus ſe?[e] Omnia ergo quæcũque vultis vt faciãt vobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt enim lex, & prophetæ. [f] Intrate [e] per anguſtã portam: quia lata porta, & ſpacioſa via eſt quæ ducit ad perditionem: & multi ſunt qui intrant per eam. Quã anguſta porta, & arta via eſt, quæ ducit ad vitã, & pauci ſunt qui inueniũt eã.[g] Attendite[f] à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouiũ: intrinſecus autẽ ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos. [h] Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?[i] Sic omnis arbor bona, fructus bonus facit: mala autem arbor, malos fructus facit. Nõ poteſt[g] arbor bona, fructus malos facere: neque arbor mala, fructus bonos facere. Omnis arbor, quæ non facit fructũ bonũ, excidetur, & in ignẽ mittetur. Igitur ex fructib. eorũ cognoſcetis eos.[k] Nõ[h] omnis, qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnũ cælorũ: ſed qui facit volũtatẽ patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnũ cælorũ.[l] Multi[i] dicẽt mihi in illa die, dñe, domine, nõne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecim⁹, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc[k] cõfitebor illis, quia num-

CANON E a ¶ *Nolite ſanctum dare canibus.*] Sanctum, panis eſt filiorum. Non debemus ergo tollere panem filiorum, & dare
Infr. 15. c eum canibus.

b ¶ *Neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte*
2. Pet. 2. d *conculcent eas pedibus ſuis, & canis conuerſi, &c.*] Porcus
c 52 X non recipit ornatum, qui
Prou. 11. c verſatur in volutabris luti. Et iuxta Prouerbia Salomonis: Si habuerit circulum aureũ,
d 53 V fœdior inuenitur. Quidam canes eos intelligi volũt, qui poſt fidem Chriſti reuertuntur ad vomitum peccatorũ ſuorum. Porcos autem eos qui necdum euangelio crediderunt, & in luto incredulitatis vitiiſque verſantur. Non conuenit igitur iſtiuſmodi hominibus cito euangelicum credere margaritũ:
e 54 V ne conculcent illud, & conuerſi nos incipiant diſſipare.

f 55 V c ¶ *Petite & dabitur vobis:* &c.] Qui carnalia ſupra venerat poſtulari, quid quærere debeamus, oſtendit. Si petenti datur, & quærens
g 56 X inuenit, & pulſanti aperitur: ergo cui non datur, & qui non inuenit, & cui non aperitur, apparet quod non
h 57 V bene petierit, quæſierit, pulſa-
i 58 V uerit. Pulſemus itaque ianuam Chriſti, de qua dictũ eſt: *Hæc porta domini, iuſti in-*
Pſal. 117. c *trabunt per eam*: vt cum inſtauerimus, aperiantur no-
F bis theſauri abſconditi &
k 59 III. tenebroſi, in Chriſto Ieſu, in quo eſt omnis ſcientia.

l 60 V d ¶ *Si ergo vos, &c.*] Notandum quod apoſtolos malos dixerit: niſi forte ſub apoſtolorum perſona, omne hominum damnetur genus: cuius ad comparationem diuinæ clementiæ ab infãtia cor ad ma-
Gen. 8. d lum poſitum eſt. Lege Geneſim. Nec mirum ſi homines
Eph. 5. d huius ſæculi dicit malos, cum & Paulus Apoſtolus memoret: *Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.*

e ¶ *Intrate per anguſtam portam*: &c.] Lata via, eſt ſæculi
2. Cor. 6. & 11. voluptas, quam appetunt homines. Anguſta, quæ per labores & ieiunia panditur. Quam & Apoſtolus ingreſſus eſt: &
1. Tim. 5. a vt Timotheus per eam ingrediatur, hortatur. Simulque conſidera quam ſignanter de vtraque via locutus ſit. Per latam multi ambulant: anguſtam pauci inueniunt. Latam nõ quærimus, nec inuentione opus eſt: ſponte ſe offert, & errantium via eſt: Anguſtam vero, nec omnes inueniunt: nec qui inuenerint, ſtatim ingrediũtur per eam. Si quidem multi inuenta veritatis via, capti ſæculi voluptatibus, de medio itinere reuertuntur.

f ¶ *Attendite à falſis prophetis, &c.*] Et de omnibus quidem intelligi poteſt: qui aliud habitu, ac ſermone promittunt, aliud opere demonſtrant. Sed ſpecialiter de hæreticis intelligendum eſt: qui videntur continentia, caſtitate, ieiunio, quaſi quadam pietatis ſe veſte circundare: intrinſecus vero vero habentes animum venenatum, ſimpliciorum fratrum corda decipiunt. Ex fructibus ergo animæ, quibus innocẽtiam ad ruinam trahunt, lupis rapacibus comparantur.

g ¶ *Non poteſt, &c.*] Quæramus ab hæreticis, qui duas inter ſe contrarias dicunt eſſe naturas: ſi iuxta intelligentiam eorum, arbor bona malos fructus facere nunquam poteſt G
quomodo Moyſes arbor bona peccauerit ad aquam contra- Deut. 32. g
dictionis, & Dauid Vria interfecto, cum Betſabeæ concu- 2. Reg. 11. d
buerit: Petrus quoque in paſſione domini negauerit: dicẽs: *Neſcio hominem*: aut qua conſequentia Ietro ſocer Moyſi: arbor mala, qui vtique in Deum Iſrael non credebat, Matt. 26. g
dederit conſilium Moyſi bo- Exod. 18. c
num: & Achior ad Holofernem aliquid vtile ſit locutus: Iudit. 5. a
& Comicus dixerit (quod bene dictum Apoſtolus comprobauit) *Corrumpunt mores* 1. Cor. 15. d
bonos, colloquia mala. Et cum Ioan. 13. a
non inuenerint quid reſpondeant, nos inferemus, & Iudam arborem quondam bonam, feciſſe fructus malos, poſt quam tradiderit Saluatorem, & Saulum arborem Phil. 3. b
malam, & eo tempore quo Act. 9. a
perſequebatur eccleſiã Chriſti, feciſſe poſtea fructus bonos, quando in vas electionis de perſecutore tranſlatus eſt. Tamdiu ergo bona arbor, fructus non facit malos, quãdiu in bonitatis ſtudio perſeuerat, & mala arbor tamdiu manet in fructibus peccatorum, quamdiu ad pœnitentiam non cõuertitur. Nemo enim permanens in eo quod fuit, incipit id eſſe quod necdum cœperit.

h ¶ *Non omnis qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnum cælorum:* &c] Sicut ſupra dixerat, eos qui haberent veſtem vitæ bonæ, non reci- H
piendos propter dogmatum nequitiam: ita nunc è contrario aſſerit, ne his quidem accommodandam fidem, qui cum polleant integritate fidei turpiter viuunt, & doctrinæ integritatem malis operibus deſtruunt. Vtrumque enim Dei ſeruis neceſſarium eſt. vt & opus ſermone, & ſermo operibus comprobetur. Huic ſententiæ poteſt illud videri
contrarium: *Nemo poteſt dicere, dominus Ieſus, niſi in Spiri-* 1. Cor. 12. a
tu ſancto. Sed moris eſt ſcripturarum, dicta pro factis accipere: vt ſtatim in conſequentibus approbatur refutari eos qui iactant ſine operibus habere ſcientiam domini, & au- Luc. 13. f
diunt à ſaluatore: *Diſcedite à me operarij iniquitatis, neſcio* Tit. 1. d
vos Et Apoſtolus in hunc ſenſum loquitur: *Confitentur ſe noſſe Deum: factis autem negant.*

i ¶ *Multi dicent mihi in illa die: &c*] Prophetare, & virtutes facere, & dæmonia eiicere, interdum nõ eius meriti eſt qui operatur: ſed vel inuocatione nominis Chriſti hoc agit, vel ob condemnationem eorum, qui inuocant, & vtilitatem eorum qui vident & audiunt conceditur, vt licet homines deſpiciant ſigna facientes, tamen Deum honorent, ad cuius inuocationem fiunt tanta miracula. Nam & Saul & Balaam, & Caiphas prophetauerunt, neſcientes quid dicerent: & Pharao & Nabuchodonoſor ſomniis futura co- 1. Reg. 10. a
gnoſcunt. Et in Actibus Apoſtolorum filij Scæuæ videbã- Num. 23. b
tur eiicere dæmonia. Sed & Iudas Apoſtolus cum animo Ioan. 11. f
proditoris multa ſigna inter cæteros Apoſtolos feciſſe nar- Gen. 41.
ratur. Dan. 2. a
Act. 19. c

k ¶ *Et tunc confitebor illis.*] Signãter dixit, confitebor: quia multo ante tempore dicere diſſimulauerat: non noui vos. Non nouit dominus eos qui pereunt. Obſerua autem

quare

quare addiderit, nũquam noui vos, ſi iuxta quoſdam, omnes homines inter rationabiles ſemper verſati ſunt creaturæ.

a ¶ *Diſcedite à me*, &c.] Non dixit, qui operati eſtis iniquitatem: ne videretur tollere pœnitentiam: ſed qui operamini, hoc eſt, qui vſque in præſentem horam, cum iudicij tempus aduenerit, licet non habeatis facultatem peccãdi, tamẽ aduc habetis affectum.

numquam noui vos. Diſcedite [a] à me, qui operamini iniquitatem. [m] Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram: & deſcendit [b] pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata [c] enim erat ſupra petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, Qui [d] ædificauit domum ſuam ſuper arenam & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. [n] Et factum eſt eum cõſummaſſet Ieſus verba hæc, admirabãtur turbæ ſuper doctrina eius. Erat [e] enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ eorum & phariſæi.

CAPVT VIII.

CVm [g] autem [h] deſcendiſſet Ieſus de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, & ecce leproſus veniens adorabat eum, dicens: [i] Domine, ſi vis, potes me mundare. Et extendens [k] Ieſus manum, tetigit eum dicens: Volo mundare. Et cõfeſtim mundata eſt lepra eius. Et ait [l] illi Ieſus: Vide nemini dixeris: ſed vade, [m] oſtende te ſacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyſes in teſtimoniũ illis. [n] Cum autem introiſſet Capharnaũ, acceſsit [o] ad eũ Centurio rogans eum, & dicẽs: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Ieſus: Ego veniã & curabo eum. Et reſpondens Centurio, ait: Domine, nõ ſum dignus vt intres ſub tectũ meũ: ſed tantũ dic verbo, & ſanabitur puer meus. [p] Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic vade, & vadit, & alio veni, & venit, & ſeruo meo, fac hoc, & facit. Audiẽs [q] autem Ieſus miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit: Amẽ [o] dico vobis: nõ inueni tãtã fidẽ in Iſraël. [r] Dico [f] autem vobis, quod multi ab oriente & occidẽte veniẽt, & recũbent cum Abraham, & Iſaac, & Iacob in regno cœlorum. Filij autem [t] regni eiicien-

b ¶ *Et deſcendit*, &c.] Pluuia iſta, quæ domum ſubuertere nititur, diabolus eſt. Flumina, omnes antichriſti, qui cõtra Chriſtum ſapiunt. Venti, ſpirituales nequitiæ in cæleſtibus.

Infr.16.c c ¶ *Fundata enim*, &c.] Super petram hanc dominus fundauit eccleſiam: ab hac petra apoſtolus Petrus ſortitus eſt nomen. Super huiuſcemodi petram non inueniuntur ſerpẽtis veſtigia. De

Prou.30.e hac & propheta loquitur confidenter: *Statuit ſupra petram pedes meos*. Et in alio loco: *Petra refugium leporibus, ſiue erinaceis*. Timidum enim animal in petræ cauernas ſe

Pſal.39.a recipit & cutis aſpera & tota armata iaculis tali ſe protectione tutatur. Vnde & Moyſi dicitur, eo tempore quod de Ægypto fugerat, &

Ibid.103.c lepuſculos domini erat: Sta in foramine petræ, & poſteriora mea videbis.

Exod.33.g B

1.Cor.3.b d ¶ *Qui ædificauit*, &c.] Fũdamentum quod apoſtolus architectus poſuit, vnus eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus. Super hoc fundamentũ ſtabile & firmum, & per ſe robuſta mole fundatum, ædificatur Chriſti eccleſia. Super arenam vero, quæ fluida eſt, & coagmentari non poteſt, nec in vnam copulam redigi, omnis hæreticorũ ſermo ad hoc ædificatur, vt corruat.

h ¶ *Et extendens Ieſus manum*, &c.] Extendente manum domino, ſtatim lepra fugit. Simulque conſidera quam humilis & ſine iactantia reſponſio. Ille dixerat, ſi vis: dominus reſpondit, volo. Ille præmiſerat, potes me mundare. Dominus iungit & dicit, mundare. Non ergo vt plerique Latinorum putant, iungendum eſt, & legendum, volo mundare: ſed ſeparatim: vt primum dicat: volo, deinde imperet, mundare. CANON G

m 61. V.

i ¶ *Et ait illi Ieſus*: &c.] Et reuera quid erat neceſſe, vt ſermone iactaret, quod corpore præferebat?

x ¶ *Sed vade*, &c.] Varias ob cauſas mittit eum ad ſacerdotem. Primum propter humilitatem, vt ſacerdotib. deferre honorem videatur. Erat enim lege præceptum: vt qui mundati fuerant à lepra, offerrent munera ſacerdotib. Deinde vt mundatum vidẽtes leproſum, aut crederent ſaluatori, aut non crederent. Si crederent, ſaluarẽtur, ſi nõ crederent, inexcuſabiles forent. Et ſimul ne, quod in eo ſæpiſſime criminabantur, legem videretur infringere. n 62. II. Leui.14.a o 63. II. b 64. III.

l ¶ *Acceſſit ad*, &c.] Non debemus iactantiæ arguere dominum, qui ſtatim ſe iturum & ſanaturum eſſe promittit, videns Centurionis fidem, humilitatem, & prudentiam. Fidẽ, in eo quod credidit ex gentibus paralyticum à ſaluatore poſſe ſanari. Humilitatem, quod ſe iudicauit indignum, cuius tectum dominus intraret. Prudentiã, quod intra corporis tegmen, diuinitatem latentẽ videret: ſciẽs nõ id ſibi profuturum, quod etiam ab incredulis videbatur, ſed id quod latebat intrinſecus. De qua prudentia hoc etiam ait. D r 65. V.

m ¶ *Nam & ego*, &c.] Volẽs oſtendere, dominum quoq; non per aduentum tantum corporis, ſed per angelorum miniſteria poſſe implere quod vellet.

e ¶ *Erat enim*, &c.] Illi enim ea docebãt populos, quæ ſcripta ſunt in Moyſe, & prophetis. Ieſus vero quaſi Deus & dominus ipſius Moyſi, pro libertate voluntatis ſuæ, vel ea quæ minus videbantur addebat in lege: vel cõmutans prædicabat in populos, vt ſupra quoque legimus: *Dictum eſt*

Supra.5.e *antiquis: Ego autem dico vobis*.

CAPVT VIII.

C*Vm ſ autem*, &c.] De monte domino deſcendente, occurrunt turbæ: quia ad altiora aſcendere non valuerunt. Et primus ei occurrit leproſus. Necdum enim poterat cum lepra tam multiplicem in monte ſaluatoris audire ſermonem. Et notandum, quod hic primus ſpecialiter curatus ſit: ſecundo, puer Centurionis: tertio ſocrus Petri febriens in Capharnaum: quarto loco qui oblati ſunt ei à dæmonio vexati: quorum ſpiritus verbo eiiciebat: quãdo omnes male habentes curauit. Et ecce leproſus veniens, adorabat eum dicens: Recte poſt prædicationem atque doctrinam, ſigni offertur occaſio: vt per virtutem miraculi, præteritus apud audientes ſermo firmetur.

g ¶ *Domine ſi*, &c.] Qui voluntatem rogat, de virtute non dubitat.

n ¶ *Audiens autem*, &c.] Miratus eſt, quod vidit Centurionem ſuam intelligere maieſtatem. Pellendæ enim erant vel infirmitates corporum, vel fortitudines contrariæ (quibus homo ad debilitatem ſepe conceditur) & verbo domini, & miniſteriis angelorum.

o ¶ *Amen dico vobis*, &c.] De præſentibus loquitur, non de omnibus retro patriarchis & prophetis: niſi forte in Cẽturione, fides gentium præponitur Iſraeli.

p ¶ *Dico autem vobis*, &c.] Quia Deus Abraham, cœli conditor, pater Chriſti eſt, idcirco in regno cœlorum eſt & Abraham: cum quo accubituræ ſunt nationes, quæ crediderint in Chriſtum filium creatoris. Et ille pariter ſenſus impletur, de quo ſupra diximus Centurionis fide gentium fieri prærogatiuam: dum ad illius credulitatem de oriente & occidente, credituri populi commemorantur.

q ¶ *Filij autẽ regni eiicientur in tenebras exteriores*.] Filios regni, Iudæos ſignificat, in quos ante regnauit Deus. Tenebræ ſemper interiores ſunt, non exteriores. Sed quoniam

CANON E qui à domino foras expellitur, lumen relinquit: idcirco exteriores tenebræ nominatæ ſunt.

a ¶ *Ibi erit, &c.*] Si fletus oculorum eſt, & ſtridor dentium oſſa demonſtrat: vera eſt ergo corporum & eorundem membrorum, quæ ceciderant reſurrectio.

G ſuam, paralyticũ ſecundum curauit in lectulo. Primus enim paralyticus eſt puer Centurionis.

i ¶ *Ipſe vero dormiebat, &c.*] Huius ſigni typum in Iona legimus: quando cæteris periclitantibus, ipſe ſecurus eſt, & dormit, & ſuſcitatur, & imperio ac ſacramento paſſionis ſuæ liberat ſuſcitantes. Iona. 1. b

b ¶ *Et cum veniſſet, &c.*]
d 66. V Tangitur manus mulieris, & ſanata operibus eius, peccatorum infirmitas fugit.
e 67 II. Natura hominum iſtiuſmodi eſt, vt poſt febrem magis laſſeſcant corpora, & incipiente ſanitate, ægrotationis mala ſentiant. Verum ſanitas, quæ confertur à domino, totum ſimul reddit: nec ſufficit eſſe ſanatam, ſed vt *iſχύος* fortitudinis indicetur, additum eſt.

c ¶ *Et ſurrexit, &c.*] Illa manus
f 68 V miniſtrabat, quæ & tacta fuerat & ſanata.

d ¶ *Veſpere autẽ, &c.*] Omnes non mane, non meridie, ſed ad veſperam curantur: quando ſol occubiturus eſt: quando granum tritici in terra moritur, vt multos fructus ferat.

e ¶ *Et accedens, &c.*] Scriba
g 69 II. F iſte legis, qui tantum literã nouerat occidentem, ſi dixiſſet: Domine ſequar te quocunque ieris, non fuiſſet repulſus à domino. Sed quia magiſtrum vnum de pluribus æſtimabat, & literator erat (quod ſignificantius Græce dicitur *γραμματεύς*) & non ſpiritualis auditor: ideo non habet locum, in quo poſſit Ieſus reclinare caput ſuum. Oſtenditur autem nobis & ob hoc ſcribã repudiatum, quod ſignorũ videns magnitudinẽ, ſequi voluerit ſaluatorem, vt lucra ex operũ miraculis quæreret: hoc idem deſiderans, quod & Simon Magus à Petro emere voluerat. Act. 8. d Talis ergo fides iuxta ſententiam domini condemnatur, & dicitur ei: Quid me propter diuitias & ſæculi lucra cupis ſequi: cum tãtæ ſim paupertatis, vt ne hoſpitiolum quidem, habeam, & non meo vtar tecto.

eijcietur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus[a] & ſtridor dentium.[d] Et dixit Ieſus Centurioni: Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer ex illa hora. [e] Et cum[b] veniſſet Ieſus in domum Petri, vidit ſocrum eius iacentem & febricitantem, & tetigit manũ eius, & dimiſit eam febris. Et ſurrexit, [c] & miniſtrabat eis. Veſpere autẽ[d] facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eijciebat ſpiritus verbo, & omnes malè habẽtes curauit: vt adimpleretur quod dictũ eſt per Eſaiam prophetã dicentẽ: Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portauit. Videns autẽ Ieſus turbas multas circum ſe, iuſſit diſcipulos ire trans fretum.[f] Et accedẽs[e] vnus ſcriba, ait illi: Magiſter, ſequar te, quocũque ieris. Et dicit ei Ieſus. Vulpes foueas habẽt, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Alius autẽ[f] de diſcipulis eius ait illi: Domine, permitte me primũ ire, & ſepelire patrem meum. Ieſus autẽ[g] ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Et aſcendẽte[h] eo in nauiculã, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius: & ecce motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctib.: ipſe vero[i] dormiebat. Et acceſſerũt ad eũ, & ſuſcitauerũt eũ, dicẽtes: Domine, ſalua nos, perimus. Et dicit eis Ieſus: Quid timidi eſtis modicæ fidei? Tunc ſurgens[k] imperauit ventis & mari: & facta eſt trãquillitas magna. Porro homines[l] mirati ſunt dicentes: Qualis eſt hic, quia venti & mare obediũt ei? Et cũ veniſſet Ieſus trans fretũ in regionẽ Geraſenorũ, occurrerũt ei duo habẽtes dæmonia, de monumẽtis exeuntes, ſæui nimis, ita vt nemo poſſet tranſire per viã illã. Et ecce clamauerũt, dicẽtes: Quid[m] nobis & tibi Ieſu fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos. Erat autẽ nõ lõge ab illis grex porcorũ multorũ paſcẽs. Dæmones autẽ rogabãt eum, dicentes: Si eiicis nos,[n] mitte nos in gregẽ porcorum. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes, abierunt in porcos: Et ecce magno impetu abijt totus grex per præceps in mare, & mortui ſunt in aquis. Paſtores autẽ fugerunt, & venietes in ciuitatẽ, nunciauerunt hæc omnia, & de his qui dæmonia habuerant. Et ecce[o] tota ciuitas exijt obuiã Ieſu, & viſo eo, rogabant eũ vt trãſiret à finibus eorum.

CAPVT

k ¶ *Tunc ſurgens, &c.*] Et ex hoc loco intelligimus quod omnes creaturæ ſentiant creatorem. Quas enim increpauit, & quibus imperauit, ſentiunt imperantem, non errore hæreticorũ, qui omnia putant animãtia, ſed maieſtate conditoris, quæ apud nos inſenſibilia, illi ſẽſibilia ſunt.

l ¶ *Porro homines mirati ſunt, dicentes: Qualis eſt hic, &c.*] Non diſcipuli, ſed nautæ, & cæteri qui in naui erãt mirabantur. Sin autem quis contentioſe voluerit eos qui mirabãtur fuiſſe diſcipulos: reſpondebimus, recte homines appellatos, quia necdum nouerant potentiam ſaluatoris.

m ¶ *Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei? veniſti ante tempus torquere nos. Erat autem non longe, &c.*] Non voluntatis iſta confeſſio eſt, quam præmium ſequitur confitentis: ſed neceſſitatis extorſio, quæ cogit inuitos: velut ſi ſerui fugitiui, poſt multum temporis dominum ſuum videant, nihil aliud niſi de verberibus deprecantur. H Sic & dæmones cernentes dominum in terris repẽte verſari, ad iudicandos ſe veniſſe credebant. Præſentia ſaluatoris, tormenta ſunt dæmonum. Ridiculeque putãt quidam, dæmones ſcire filium Dei, & diabolum ignorare: eo quod minoris malitiæ ſint iſti, quam ille cuius ſatellites ſunt, cum omnis ſcientia diſcipulorum ad magiſtrum referenda ſit, & tam dæmones, quam diabolus ſuſpicari magis filium Dei, quam noſſe intelligendi ſunt. *Nemo* enim *patrem* Matth. 11. d *nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.*

f ¶ *Alius autem, &c*] Quid ſimile eſt inter ſcribam & diſcipulum? Ille magiſtrum vocat, hic dominum confitetur. Ille propter pietatis occaſionem ad ſepeliendum patrem ire deſiderat: Iſte ſecuturum ſe quolibet eſſe promittit, non magiſtrum quærens, ſed ex magiſtro lucrum.

g ¶ *Ieſus autem ait illi: &c.*] Mortuus eſt quicumque non credit. Si autem mortuum ſepelit mortuus, non debemus curam habere mortuorum, ſed viuorum: ne dum ſoliciti ſumus de mortuis, nos quoque mortui appellemur.

h ¶ *Et aſcendente, &c.*] Quintũ ſignũ fecit: quãdo aſcendens nauem de Capharnaum, ventis imperauit & mari. Sextum, quando in regione Geraſenorum dedit poteſtatem dæmonibus in porcos. Septimum, quando ingrediens ciuitatem

n ¶ Si *eijcis nos, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes, abierunt, &c.*] Non quod conceſſerit ſaluator dæmonibus quod petebant, dixit, ite: ſed vt per interfectionem porcorum, hominibus ſalutis occaſio præberetur. Paſtores enim iſta cernentes, ſtatim nunciant ciuitati. Erubeſcat Manichæus: ſi de eadem ſubſtantia, & ex eodem auctore hominum beſtiarumque ſunt animæ: quomodo ob vnius hominis ſalutem, duo millia porcorum ſuffocantur?

o ¶ *Ecce tota ciuitas exijt obuiam Ieſu, & viſo eo, rogabant eum vt tranſiret à finibus eorum.*] Quod rogant vt tranſeat à finibus eorum, non de ſuperbia hoc faciunt, vt nonnulli arbitrantur,

arbitrantur, ſed de humilitate, qua ſe præſentia domini indignos iudicabant: ſicut & Petrus in captura piſcium cadens ad genua Saluatoris, ait: *Exi à me domine, quia vir peccator ſum.* Luc. 5.b

CAPVT IX. CANON G

ET aſcendens Ieſus in nauiculā, transfretauit,& venit [a] in ciuitatē ſuā. Et ecce offerebāt ei paralyticū iacentē in lecto. Videns autē Ieſus fidē illorū, dixit paralytico: Confide fili, remittūtur tibi peccata tua. Et ecce [b] quidā de ſcribis dixerunt intra ſe. Hic blaſphemat. Et cū vidiſſet Ieſus cogitationes eorū, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid [c] eſt facilius, dicere: dimittūtur tibi peccata tua, an dicere: ſurge & ambula: Vt autē ſciatis, quia fili' hominis habet poteſtatē in terra dimittēdi peccata, tūc ait paralytico: Surge, [d] tolle lectū tuum, & vade in domū tuam. Et ſurrexit, & abijt in domum ſuā. Vidētes autē turbæ timuerunt, & glorificauerūt Deum, qui dedit poteſtatē talem hominib. 270 I.

[b] Et cū [e] trāſiret inde Ieſus, vidit hominē ſedentē in teloneo, Matthæū nomine. Et ait illi: Sequere me. Et ſurgēs, ſecutus eſt eū. [c] Et factum [f] eſt diſcūbēte eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes diſcūbebāt cū Ieſu & diſcipulis eius. Et vidētes phariſæi, dicebāt diſcipulis eius: Quare cū publicanis & peccatoribus mādacat magiſter veſter? [d] At Ieſus audiēs, ait: Non eſt opus valētib. medicus? ſed male habētibus. Euntes autē diſcite quid eſt, miſericordiā [g] volo, & nō ſacrificiū. Non. n. veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Tunc acceſſerunt [h] ad eum diſcipuli Ioannis, dicentes: Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequenter: diſcipuli autē tui nō ieiunant? Et ait [i] illis Ieſus: Nunquid poſſunt filij ſpōſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſpōſus? Venient b 72 II. c 72 II. d 73 II.

CAPVT IX.

ET *Tanſcendens*, &c.] Ciuitatem eius non aliam intelligimus quam Nazareth: vnde & Nazaræus appellatus eſt. Obtulerunt autem ei, vt ſupra diximus, ſecundum paralyticū iacentem in lectulo: quia ipſe ingredi non valebat. Videns autem Ieſus, non eius fidem qui offerebatur, ſed eorum qui offerebant, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. O mira humilitas: deſpectum & debilem, totiſq; membrorum compagibus diſſolutum, filium vocat: quem ſacerdotes non dignabantur attingere. Aut certe ideo filiū quia dimittuntur ei peccata ſua. Iuxta tropologiam, interdum anima iacens in corpore ſuo, totis membrorum virtutibus diſſolutis à perfecto doctore offertur curanda domino: quæ ſi miſericordia eius ſanata fuerit: tantum roboris accipit, vt portet ſtatim lectulum ſuum.

b ¶ *Et ecce quidam*, &c.] Legimus in propheta dicentē Deū: *Ego ſum qui deleo iniquitates tuas.* Conſequenter ergo ſcribæ, quia hominem putabant, & verba Dei non intelligebāt, arguunt eum blaſphemiæ. Sed dominus videns cogitationes eorum, oſtendit ſe Deum, qui poſſit cordis occulta cognoſcere, & quodam modo tacens loquitur: Eadem maieſtate & potentia, qua cogitationes veſtras intueor, poſſum & hominibus peccata dimittere. Ex vobis intelligite quid paralyticus conſequatur. Eſa. 43.d

c ¶ *Quid eſt facilius*, &c.] Inter dicere, & facere multa diſtantia eſt. Vtrum ſint paralytico peccata dimiſſa, ſolus nouerat qui dimittebat. Surge autem & ambula: tam ille qui conſurgebat, quam hi qui conſurgentem videbant, approbare poterant. Fit igitur carnale ſignum, vt probetur ſpirituale: quamquam eiuſdem virtutis ſit, & corporis & animæ vitia dimittere. Et datur nobis intelligentia, propter peccata pleraſque euenire corporum debilitates. Et idcirco forſitan dimittuntur prius peccata: vt cauſis debilitatis ablatis, ſanitas reſtituatur.

d ¶ *Surge*, &c.] Et anima paralytica ſi ſurrexerit, ſi priſtinum robur recuperauerit, portat lectum ſuum, in quo iacebat antea diſſoluta, & portat illum in domum virtutum ſuarum.

e ¶ *Et cum tranſiret inde Ieſus, vidit hominem ſedentem in*, &c.] Cæteri euangeliſtæ propter verecundiam & honorem Matthæi, noluerunt eum nomine appellare vulgato, ſed dixerunt Leui. Duplici quippe vocabulo fuit. Ipſe autem Matthæus (ſecundum illud quod dicitur à Salomone: *Iuſtus accuſator eſt ſui in principio ſermonis.* Et in alio loco: *Dicito peccata tua vt iuſtificeris*) Matthæum ſe & publicanum nominat: vt oſtendat legentibus nullum debere ſalutem deſperare, ſi ad meliora conuerſus ſit: cum ipſe de publicano in apoſtolum ſit repente mutatus. Arguit in hoc loco Porphyrius & Iulianus Auguſtus, vel imperitiam hiſtoriei mentientis, vel ſtultitiam eorum qui ſtatim ſecuti ſint Saluatorem: quaſi irrationabiliter quemlibet vocantem hominem ſint ſecuti: cum tantæ virtutes, tantaque ſigna præceſſerint, quæ apoſtolos antequā crederent vidiſſe, non dubium eſt. Certe fulgor ipſe, & maieſtas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad ſe videntes trahere poterat aſpectu. Si enim in magnete lapide & ſuccinis hæc eſſe vis dicitur, vt anulos, & ſtipulam, & feſtucas ſibi copulent: quanto magis dominus omnium creaturarum ad ſe trahere poterat, quos volebat. Marc. 2.b Luc. 5 Prou. 18.c Eſa. 43.d

f ¶ *Et factum eſt*, &c.] Videbant publicanum à peccatis ad meliora cōuerſum, locum inueniſſe pœnitentiæ, & ob id etiam ipſi non deſperant ſalutem: neque vero in priſtinis vitijs permanentes, veniunt ad Ieſum, vt Phariſæi & Scribæ murmurant: ſed pœnitentiam agentes, vt ſequēs domini ſermo ſignificat, dicens.

g ¶ *Miſericordiam volo*, &c.] Ibat autem dominus ad conuiuia peccatorum, vt occaſionē haberet docendi, & ſpirituales inuitatoribus ſuis præberet cibos. Denique cum frequenter pergere ad conuiuia deſcribatur, nihil refertur aliud, niſi quid ibi fecerit, quid docuerit: vt & humilitas domini eundo ad peccatores, & potentia doctrinæ eius in conuerſione pœnitentium demonſtraretur. Quod autem ſequitur. Miſericordiam volo, & non ſacrificium: Et: *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores*: de propheta proferens teſtimonium, ſugillat Scribas & Phariſæos: qui iuſtos ſe æſtimantes, peccatorum & publicanorum conſortia declinabant. D Oſee 6.b

h ¶ *Tunc acceſſerunt ad eum*, &c.] Superba interrogatio, & plena ſupercilio Phariſæorum. Certe vt aliud non dicamus, reprehendenda ieiunij iactantia. Nec poterant diſcipuli Ioannis non eſſe ſub vitio, qui calumniabantur eum, quem ſciebant magiſtri vocibus prædicatum, & iungebantur Phariſæis, quos à Ioanne nouerant condemnatos, cum ait. *Generatio viperarum, quis oſtendit vobis fugere ab ira ventura?* Supra 3.b

i ¶ *Et ait illis Ieſus: Numquid*, &c.] Sponſus, Chriſtus: ſponſa, eccleſia eſt. De hoc ſancto ſpirituali connubio, apoſtoli ſunt procreati: qui lugere non poſſunt, quamdiu ſponſum in thalamo vident, & ſciunt ſponſum eſſe cum ſponſa. Quando vero tranſierint nuptiæ, & paſſionis ac reſurrectionis tempus aduenerit, tunc ſponſi filij ieiunabunt. Nonnulli putant idcirco poſt dies quadraginta paſſionis, ieiunia debere committi: licet ſtatim dies pentecoſtes & Spiritus ſanctus adueniens, indicent nobis feſtiuitatem. Et ex huius occaſione teſtimonij, Montanus, Priſca & Maximilla, etiā poſt Pentecoſten faciunt quadrageſimam: quod ablato ſpōſo, filij ſponſi debeant ieiunare. Eccleſiæ autem conſuetudo ad paſſionem domini, & reſurrectionem per humilitatem carnis venit: vt ſpirituali ſagina, ieiunio corporis præparemur. Iuxta tropologiam autem ſciendum, quod quamdiu ſponſus nobiſcum eſt, & in lætitia ſumus, nec ieiunare poſſumus, nec lugere. Cum autem ille propter peccata à nobis receſſerit, tunc indicendum ieiunium eſſe, tunc luctus recipiendus.

CANON E a ¶ *Nemo autem,&c.*] Quod dicit, hoc eſt: Donec renatus quis fuerit, & veteri homine depoſito per paſſionem meā, nouum hominem induerit: non poteſt ſeueriora ieiunij & continentiæ ſuſtinere præcepta: ne per auſteritatem nimiā, etiam credulitatem, quam nunc habere videtur, amittat. Duo autem exempla poſuit, & vtrium veterum & nouorum, & veſtimenti. Veteres vtres debemus intelligere ſcribas & phariſæos: Plagula veſtimenti noui, & vinum nouum, præcepta euangelica ſentienda: quæ non poſſunt ſuſtinere
• 74 II. Iudæi, ne maior ſciſſura fiat. Tale quid & Galatæ facere cupiebant: vt cum euangelio legis præcepta miſcerent, & in vtres veteres mitterent vinum nouum: ſed Apoſtolus ad eos
Gal. 3.a loquitur: *O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit veritati non obedire?* Sermo igitur euangelicus apoſtolis potius quam ſcribis & phariſæis eſt infundendus: qui maiorum traditionibus deprauati, ſinceritatem præceptorum Chriſti non poterant cuſtodire. Alia eſt enim puritas virginalis animæ, & nulla prioris vitij contagione pollutæ: alia eius quæ multarum ſordium libidini ſubiacuerit.

f 75 X.] b ¶ *Ecce princeps vnus acceſſit, &c.*] Octauum ſignum eſt in quo princeps ſuſcitari poſtulat filiam ſuam, nolens de myſterio veræ circumciſionis excludi: ſed ſubintrat mulier ſan-
F guine fluens, & octauo ſanatur loco; vt principis filia de hoc excluſa ordine veniat ad nonum: iuxta illud quod in pſalmis dicitur: Æthiopia præueniat manus eius Deo: Et,
Pſal.67.& Rom. 11 *Cum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet.*

nient autem dies cum auferetur ab eis ſpōſus, & tunc ieiunabunt. Nemo [a] autem immittit commiſſuram panni rudis in veſtimētum vetus: tollit enim plenitudinem eius à veſtimēto, & peior ſciſſura fit. Neq mittunt vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpūtur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereūt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conſeruantur. [a] Hæc illo loquente ad eos: ecce [b] princeps vnus acceſſit, & adorabat eum, dicens: Domine filia mea modò defuncta eſt ſed veni impone manū tuā ſuper eam, & viuet. Et ſurgens Ieſus, ſequebatur eū, & diſcipuli eius. Et ecce [c] mulier quæ ſanguinis fluxū patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius. Dicebat [d] enim intra ſe: Si tetigero tantū veſtimētum eius, ſalua ero. At Ieſus conuerſus & videns eā, dixit: Confide [e] filia, fides tua ſaluam te fecit: & ſalua facta eſt mulier ex illa hora. Et cū [f] veniſſet Ieſus in domū principis, & vidiſſet tibicines & turbā tumultuātē, dicebat: Recedite, nō [g] eſt enim mortua puella, ſed dormit. Et deridebant eū. Et cū [h] eiecta eſſet turba, intrauit, & tenuit manū [i] eius. Et ſurrexit puella: & exiit fama hæc in vniuerſam terrā illā. [k] Et tranſeūte inde Ieſu, ſecuti ſunt eum duo cæci clamantes & dicētes: Miſerere [l] noſtri fili Dauid. Cum autē veniſſent in domum, acceſſerunt ad eū cæci, & dicit eis Ieſus: Creditis, quia hoc poſſū facere vobis? Dicunt ei: Vtique domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem veſtram fiat vobis. Et aperti ſunt oculi eorum. Et cōminatus [m] eſt illis Ieſus, dicens: Videte ne quis ſciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa. Egreſſis [n] autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habentem: & eiecto dæmonio, locutus eſt mutus: & mira-

tibicines ſunt, carmen lugubre canenter. Turba quoque Iudæorum non eſt turba credentium, ſed turba tumultuantium. 6

g ¶ *Recedite: non eſt enim mortua, &c.*] Quia Deo viuunt omnia.

h ¶ *Et cum, &c.*] Non enim erant digni vt viderent myſterium reſurgentis, qui reſuſcitantem indignis contumeliis deridebant.

i ¶ *Et tenuit, &c.*] Niſi prius mundatæ fuerint manus Iudæorum, quæ ſanguine plenæ ſunt, ſynagoga eorum mortua non reſurget.

k ¶ *Et tranſeunte inde Ieſu, ſecuti ſunt eum duo cæci, clamantes, &c.*] Tranſeunte per domum principis domino Ieſu, & pergente ad domum ſuam, ſicut ſupra legimus: Aſcendens nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem ſuā; clamabant duo cæci, dicentes: Miſerere noſtri fili Dauid: & tamen non curantur in itinere: non tranſitorie, vt putabant: ſed poſtquam venit in domū ſuam, accedunt ad eum & introeunt: & primum eorum diſcutitur fides, vt ſic veræ fidei lumen accipiant. Priori ſigno, quod expoſuimus de principis filia, & de Hæmorrhouſa muliere, conſequenter hoc iungitur: vt quod ibi mors & debilitas, hic cæcitas demonſtraret. H
Vterque enim populus cæcus erat, domino per hoc ſæculum tranſeunte, & cupiente reuerti ad domum ſuam. Qui niſi confeſſi fuerint & dixerint: Miſerere noſtri fili Dauid, & interrogāte Ieſu: Creditis quia poſſum hoc facere, reſponderint ei: Vtique domine: lumen priſtinum non recipient. In alio euangeliſta vnus cæcus ſcribitur ſciſſis veſtibus, & in Hie- Marc. 10.g
richo ſedens, qui ab apoſtolis prohibetur clamare: ſed per impudentiam recipit ſanitatem. Qui locus proprie ad gentium populum pertinet, & in ſuo exponendus eſt volumine.

Luc 8 f c ¶ *Et ecce mulier, &c.*] In euangelio ſecundum Lucam ſcribitur, quod principis filia duodecim annos haberet ætatis. Nota ergo quod eo tempore hæc mulier, id eſt, gentium populus cœperit ægrotare, quo genus Iudæorum credide-
Luc.11.a rat. Niſi enim ex comparatione virtutum, vitium non oſtēditur. Hæc autem mulier ſanguine fluens, non in domo, nō in vrbe accedit ad dominum: quia iuxta legem vrbibus excludebatur, ſed in itinere ambulante domino: vt dum pergit ad aliam, alia curaretur. Vnde dicunt & apoſtoli: *Vobis*
Act.13.g *quidem oportebat prædicari verbum* Dei: *ſed quoniam vos iudicaſtis indignos ſalute, tranſgredimur ad gentes.*

Leui.15.a d ¶ *Dicebat enim intra ſe: Si tetigero, &c.*] Iuxta legem, qui mulierem menſtruatam, aut fluentem ſanguine tetigerit, immundus eſt. Iſta ideo tangit dominum, vt ſanguinis vitio etiam ipſa curaretur.

e ¶ *Confide filia, fides tua ſaluam te, &c.*] Ideo filia, quia fides tua te ſaluam fecit. Nec dixit: fides tua te ſaluam facturа eſt: ſed ſaluam te fecit. In eo enim quod credidiſti, iam ſalua facta es.

f ¶ *Et cum veniſſet Ieſus in domum principis, & vidiſſet tibicines, & turbam tumultuantem, &c.*] Vſque hodie puella iacet in domo principis mortua, & qui videntur magiſtri,

l ¶ *Miſerere noſtri fili David. Cum, &c.*] Audiant Marcion & Manichæus, & cæteri hæretici qui vetus laniant inſtrumentum, & diſcant ſaluatorem appellari filium Dauid: Si enim non eſt natus in carne, quomodo vocatur filius Dauid?

m ¶ *Et comminatus eſt, &c.*] Et dominus propter humilitatem fugiens iactantiæ gloriam, hoc præceperat, & illi propter memoriam gratiæ non poſſunt tacere beneficium. Nota ergo aliquid inter ſe iuſſum eſſe contrarium. Cæci iſti in decimo curantur loco.

n ¶ *Egreſſis autem illis, ecce obtulerunt ei, &c.*] Vndecimus mutus linguam recipit ad loquendum. Quod autem Græce dicitur κωφὸν, magis tritum eſt ſermone communi: vt ſurdus magis quam mutus intelligatur. Sed moris eſt ſcripturarum κωφὸν indifferenter, vel mutum vel ſurdum dicere. Spiritualiter autem ſicut cæci lumen recipiunt, ſic & muti ad loquendum lingua laxatur: vt confiteatur eum quem antea denegabat.

a ¶ *Et mi-*

CANON G

A

& miratæ [a] ſunt turbæ, dicentes: Numquam ap-
76 paruit ſic in Iſrael. Phariſæi autem dicebant: In
II principe dæmoniorum eiicit dæmones. [g] Et cir-
cumibat [b] Ieſus omnes ciuitates, & caſtella, do-
cens in ſynagogis eorum & prædicans euange-
b 77 lium regni, & curans omnem languorem, & o-
I mnem infirmitatē. [h] Videns autem [c] turbas mi-
II ſertus eſt eis: quia erant vexati, & iacentes ſicut
V oues non habentes paſtorem. [i] Tunc dicit diſci-
pulis ſuis: Meſſis quidem [d] multa, operarii autē
pauci. Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat
a 79 operarios in meſſem ſuam.

II CAPVT X.

ET [a] cōuocatis [e] duodecim diſcipulis ſuis, de-
b 80 dit illis poteſtatē ſpirituū immundorū, vt e-
II iicerēt eos, & curarent omnē languorē, & omnē
infirmitatē. [b] Duodecim [f] aūt apoſtolorū nomi-
na ſunt hęc. Primus Simon, [g] qui dicitur Petrus,
& Andreas frater eius: Iacobus Zebedęi, & Ioā-
nes frater eius: Philippus & Bartholomæus,
Thomas & Matthęus publicanus, & Iacobus Al-
c 81 phæi & Thaddęus: Simon Chananæus [h] & Iudas
X [i] Iſcariotis, qui & tradidit eum. [c] Hos duodecim
miſit Ieſus præcipiens eis, & dicens: In viā [k] gen-
tiū ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorū ne
intraueritis: ſed potius ite ad oues, quę perierūt,
d 82 domus Iſrael. [d] Euntes [l] autē prædicate dicentes,
II quia appropinquauit regnū cœlorum: infirmos
B curate, mortuos ſuſcitate, lepro ſos mūdate, dæ-
mones eiicite: gratis accepiſtis, [m] gratis date.
Nolite poſſidere [n] aurū, neq; argentū, neque pe-
cuniam in zonis veſtris. Non perā in via, neque
duas tunicas, neque calciamenta, neque virgam.
Dignus

a ¶ *Et miratæ ſunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit ſic in Iſrael* &c.] Turba Dei opera confitetur & dicit: Numquam ſic apparuit in Iſrael. In turba confeſſio nationum eſt. Phariſæi autem, quia virtutem Dei negare non poterant, opera calumniantur, & dicunt: In principe dæmoniorum eiicit dæmones: Per ſuam calumniam vſque, hodie Iudæorum infidelitatem demonſtrantes.

b ¶ *Et circuibat Ieſus omnes ciuitates*, &c.] Cernis quod æqualiter & villis, & vrbibus, & caſtellis, id eſt, & magnis & paruis euangelium prædicauerit: vt non conſideraret nobilium potentiam, ſed ſalutem credentium. Circuibat ciuitates: hoc habens operis quod mandauerat pater, & hanc eſuriem, vt doctrina ſua ſaluos faceret infideles. Docebat autem in ſynagogis & villis euangelium regni, & poſt prædicationem atque doctrinam curabat omnem languorem, & omnem infirmitatem: vt quibus ſermo non ſuaſerat, opera perſuaderent. De domino proprie dicitur: *Curans omnem languorem & omnem infirmitatem*: nihil quippe ei impoſſibile eſt.

c ¶ *Videns autem turbas miſertus eſt eis: quia*, &c.] Vexatio gregis & ouium atque turbatum, paſtorum culpa, & vitium magiſtrorum eſt. Vnde ſequitur.

d ¶ *Meſſis quidem multa*, &c.] Meſſis multa, populorum ſignificat multitudinem: operarii pauci, penuriam magiſtrorum. Et imperat vt rogent dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Iſti ſunt operarii, de quibus loquitur Pſalmiſta, dicens: *Qui ſeminant in lacrimis, in gaudio metent*. Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua. *Venientes autem venient cum exaltatione portātes manipulos ſuos*. Et vt apertius loquar, meſſis multa, omnis turba credentium eſt. *Operarii autem pauci*, & apoſtoli, & imitatores eorum qui mittuntur ad meſſem.

Pſal. 125 a

CAPVT X.

ET *conuocatis duodecim diſcipulis ſuis*, &c] Benignus & clemens dominus ac magiſter, non inuidet ſeruis atque diſcipulis virtutes ſuas. Et ſicut ipſe curauerat omnem languorem & omnem infirmitatē: apoſtolis quoque ſuis tribuit poteſtatem, vt curarent omnem languorem & omnem infirmitatem in plebe. Sed multa diſtantia eſt inter habere & tribuere, donare & accipere. Iſte quodcumque agit, poteſtate domini agit: Illi ſi quid faciunt, imbecillitatem ſuam & virtutem domini confitentur, dicentes: *In nomine Ieſu ſurge & ambula*. Notandum autem quod in duodecimo loco poteſtas ſignorum apoſtolis concedatur.

Act. 3. a

f ¶ *Duodecim autem*, &c.] Catalogus apoſtolorum ponitur: vt extra hos, qui pſeudoapoſtoli futuri ſunt, excludantur.

g ¶ *Primus Simon*, &c.] Ordinem apoſtolorum & meritum vniuſcuiuſque, illius fuit diſtribuere, qui cordis arcana rimatur. Primus ſcribitur Simon, cognomento Petrus, ad diſtinctionem alterius Simonis, qui appellatur Chananæus de vico Chana Galilææ, vbi aquam dominus vertit in vinū. Iacobum quoque appellat Zebedæi: quia & alius ſequitur Iacobus Alphæi. Et apoſtolorum paria, iugaque conſociat. Iungit Petrum & Andream, fratres non tam carne, quàm ſpiritu. Iacobum & Ioannem, qui patrē corporis relinquentes, verum patrem ſecuti ſunt. Philippum & Bartholomæū, Thomam quoque & Matthæum publicanum. Cæteri euangeliſtæ in coniunctione nominum, primum ponunt Matthæum, & poſtea Thomam: nec publicani nomen aſſeribunt, ne antiquæ conuerſationis recordantes ſugillare euangeliſtam viderentur. Iſte verò (vt ſupra diximus) & poſt Thomam ſe ponit, & publicanum appellat: vt vbi abundauit iniquitas, ſuperabundet & gratia.

Ioan. 2. b

Sup. 9. b
Rom. 5. d

h ¶ *Simon Chan.* &c.] Ipſe eſt qui in alio euangeliſta ſcribitur Zelotes. Chana quippe zelus interpretatur. Thaddęum apoſtolum, eccleſiaſtica tradit hiſtoria miſſum Edeſſam ad Abagarum regem Oſroenæ, qui ab euangeliſta Luca Iudas Iacobi dicitur, & alibi appellatur Lebæus, quod interpretatur corculum, credendumque eſt eum fuiſſe trinomium: ſicut Simon Petrus, & filii Zebedæi, Banerges ex firmitate, & magnitudine fidei nominati ſunt.

Luc. 6. A
Euſeb. lib. 1. c. 13.
Act. 1. b
Luc. 6. b

בניריגש

i ¶ *Et Iudas Iſcar* &c.] Vel à vico aut vrbe in quo ortus eſt, vel ex tribu Iſachar vocabulum ſumpſit: vt quodam vaticinio in condemnationem ſui natus ſit. Iſachar enim interpretatur merces, vt ſignificetur precium proditoris.

יששכר

k ¶ *In viā gentiū ne abieritis*, &c.] Non eſt contrarius locus iſte ei præcepto quod poſtea dicitur: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti*. Quia hoc ante reſurrectionem, illud poſt reſurrectionem præceptum eſt. Et oportebat primum aduentum Chriſti nunciare Iudæis, ne iuſtam haberent excuſationem, dicentes ideo ſe dominum reieciſſe, quia ad gentes & ad Samaritanos apoſtolos miſerit. Iuxta tropologiam vero pręcipitur nobis, qui Chriſti cenſemur nomine, ne in viam gentium, & hæreticorum ambulemus errorem: vt quorum religio ſeparata eſt, ſeparetur & vita.

D
Infr. 28. A

l ¶ *Euntes autem prædicate, dicentes*: &c] Ne hominibus ruſticanis, & abſque eloquii venuſtate indoctis & illiteratis nemo crederet pollicentibus regna cœlorum, dat poteſtatem infirmos curare, leproſos mundare, dæmones eiicere: vt magnitudinem promiſſorum, probet magnitudo ſignorum. Et quia ſemper dona ſpiritualia (ſi merces media ſit) viliora fiunt, adiungitur auaritiæ condemnatio.

m ¶ *Gratis accep.* &c.] Ego magiſter & dominus abſque pretio hoc vobis tribui, & vos ſine pretio date: ne euangelii gratia corrumpatur.

n ¶ *Nolite poſſidere aurum*, &c.] Conſequenter hæc dat præcepta euangelizatoribus veritatis, quibus ante dixerat: *Gratis accepiſtis, gratis date*. Si enim ſic prædicant vt pretium non accipiant, ſuperflua eſt auri argentique & nummorum poſſeſſio. Nam ſi habuiſſent aurum & argentum, videbātur non cauſa ſalutis hominum, ſed cauſa lucri pręedicare. Neque æs in ſacculis. Qui diuitias detruncarat, propemodum & neceſſaria vitæ amputat: vt apoſtoli doctores veræ religionis qui inſtruebant omnia prouidentia Dei gubernari ſe ipſos oſtenderent nihil cogitare de craſtino non peram in via. Ex hoc præcepto arguit philoſophos qui vulgo appellantur Bactroperatæ, quod contemptores ſæculi, & omnia pro nihilo ducentes, celſarium ſecum vehebant.

Βακτρο-περάται.

CANON
E *Neque duas tunicas.* In duabus tunicis videtur mihi duplex oſtendere veſtimentum: non quo in locis Scythiæ & glaciali niue rigentibus vna quis tunica debeat eſſe contentus: ſed quod in tunica veſtimentum intelligamus: ne alio veſtiti, aliud nobis futurorum timore ſeruemus, *Neque calciamẽta.*
Et Plato præcepit duas corpo-
e 83 ris ſummitates non eſſe velan-
II das: nec aſſueſieri debere mol-
litiei capitis & pedum. Cum
hæc enim habuerint firmitatẽ,
cetera robuſtiora ſunt. Neque
virgam. Qui domini habemus
auxilium, baculi præſidium
cur quæramus? Et quia quo-
II dammodo nudos & expeditos
ad prædicandum apoſtolos
mitteret, & dura videbatur eſſe
conditio magiſtrorum, ſeue-
h 6 ritatem præcepti ſequenti ſen-
V tentia temperauit, dicens: Di-
i 87 gnus eſt operarius cibo ſuo.
I Tãtum (inquit) accipite, quan-
1. Tim 6. c tum in victu & veſtitu vobis
neceſſarium eſt. Vnde & Apo-
ſtolus replicat: *Habentes victũ
& veſtitum, his contenti ſimus.*
K Et in alio loco: *Communicet au-*
II *tem is qui catechizatur verbo, ei*
Gal. 6. d. *qui ſe catechizat in omni bono:*
vt quorum diſcipuli metunt
ſpiritualia, conſortes eos fa-
ciant carnalium ſuorum non
in auaritia, ſed in neceſſitate.
F Hæc hiſtoricè diximus. Cęterũ
189 ſecundum anagogen, non licet
X magiſtris aurum & argentum
& pecuniam, quæ in zonis eſt,
m 90 poſſidere. Aurum ſæpè legi-
III mus pro ſenſu, argentum pro
ſermone, æs pro voce: hæc no-
91 bis non licet ab aliis accipere,
X ſed data à domino poſſidere.
Neque hæreticorum & philo-
ſophorum peruerſæque do-
ctrinæ ſuſcipere diſciplinas:
non ſæculi pondere premi, neque duplici eſſe animo, neque pedes noſtros mortiferis vinculis alligari, ſed ſanctam terram ingrediendes eſſe nudos:
Eſa. 36. b neque habere virgam, quæ vertatur in colubrum: neque in aliquo præſidio carnis inniti: quia iſtiuſmodi virga & baculus arundineus eſt, quem ſi paululum preſſeris, frangitur, & manum transforat incumbentis.

Dignus eſt enim operarius cibo ſuo. [e] In quamcunq; [a] autẽ ciuitatẽ aut caſtellũ intraueritis, interrogate quis in ea dignus ſit, & ibi manete donec exeatis. [f] Intrãtes [b] aũt in domum, ſalutate eã. Et ſiquidẽ fuerit domus illa digna, veniet pax veſtra ſuper eã: ſi aũt non fuerit digna, pax veſtra reuertetur ad vos. [g] Et quicumque [c] non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris. Amen dico [d] vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorũ & Gomorręorũ in die Iudicii, quã illi ciuitati. [h] Ecce ego mitto [e] vos ſicut oues in medio luporum. Eſtote ergo [f] prudentes ſicut ſerpentes & ſimplices ſicut columbę. [i] Cauete aũt ab hominibus: tradent. n. vos in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos, & ad pręſides & ad reges ducemini propter me in teſtimoniũ illis & gentibus. [k] Cum autem [g] tradent vos, nolite cogitare quo modo aut quid loquamini Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non. n. eſtis vos, qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. Tradet [h] aũt frater fratrem in mortem, & pater filium, & inſurgent filii in parentes, & morte eos afficient. Et eritis odio omnib. propter nomen meum. Qui autem [i] perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. [l] Cum [k] autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Amen dico vobis, non cõſummabitis ciuitates Iſrael, donec veniat filius hominis. [m] Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum nec ſeruus ſuper dominũ ſuum. Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius, & ſeruo ſicut dominus eius. [n] Si patrem familias [l] Beelzebub vocauerũt, quanto magis domeſticos eius?

1. Tim 3 a ¶ *In quamcunque autem ciuitatem, aut caſtellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus ſit, &c.*] Super ordinatione epiſcopi & diaconi Paulus loquitur: *Oportet autem eos teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt.* Apoſtoli nouam introeuntes vrbem, ſcire non poterant quis qualis eſſet. Ergo hoſpes fama eligendus eſt populi, & iudicio vicinorum: ne prædicationis dignitas ſuſcipientis infamia deturpetur. Cum vniuerſis debeant prædicare, hoſpes vnus eligitur, nõ tribuens beneficium ei qui apud ſe manſurus eſt, ſed accipiens: hoc enim dicitur: quis in ea dignus eſt: vt magis ſe nouerit accipere gratiam quàm dare.

b ¶ *Intrantes autem in domum, ſalutate eam. Et ſiquidem fuerit domus illa digna, veniet pax veſtra ſuper eam: ſi autem non fuerit digna pax veſtra, &c.*] Occulte ſalutationem Hebræi ac Syri ſermonis expreſſit. Quod enim Græce dicitur χαίρε: & Latine, aue: hoc Hebraico Syroque ſermone appellatur, שלום לך ſalom lach: ſiue שלום עמך, id eſt, pax tecum. Quod autem præcipit, tale eſt: Introeuntes domum, pacem imprecamini hoſpiti, & quantum in vobis eſt, diſcordiæ bella ſedate. Sin autem orta fuerit contradictio, vos mercedem habebitis de oblata pace: illi bellum quod habere voluerint, poſſidebunt.

c ¶ *Et quicunque non receperit vos, &c. excutite puluerem de pedibus veſtris*] Puluis excutitur de pedibus in teſtimonium laboris ſui, quod ingreſſi ſint ciuitatem, & prædicatio apoſtolica ad illos vſque peruenerit. Siue excutitur puluis, vt nihil ab eis recipiant, ne ad victum quidem neceſſarium, quia euangelium ſpreuerint.

d ¶ *Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, &c.*] Si tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorræorum, quàm illi ciuitati, quæ non receperit euangelium, & iccirco tolerabilius: quia Sodomis & Gomorris non fuit prædicatũ, huic autem prædicatum ſit, & tamen non receperit euangelium: ergo & inter peccatores diuerſa ſupplicia ſunt.

e ¶ *Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum.*] Lupos, ſcribas & phariſæos vocat, qui ſunt clerici Iudæorum.

f ¶ *Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ, &c.*] Vt per prudentiã deuitent inſidias, per ſimplicitatem non faciant malum. Serpentis aſtutia ponitur in exemplum: quia toto corpore occultat caput, & illud in quo vita eſt, protegit. Ita & nos toto periculo corporis caput noſtrum, qui Chriſtus eſt, cuſtodiamus. Simplicitas columbarum ex Spiritus ſancti ſpecie demonſtratur, Vnde dicit & Apoſtolus: *Malitia paruuli eſtote.* H 1. Cor. 14. d

g ¶ *Cum autem tradent vos, nolite cogitare quo modo, &c.*] Supra dixerat: Tradent enim vos in conſiliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos, & ad præſides & reges ducemini propter me. Cum ergo propter Chriſtum ducamur ad iudices, voluntatem tantum noſtram pro Chriſto debemus offerre. Cæterum ipſe Chriſtus, qui in nobis habitat, loquetur pro ſe, & ſpiritus ſancti gratia in reſpondendo miniſtrabitur.

h ¶ *Tradet autem frater, &c.*] Hoc in perſecutionibus fieri crebro videmus: nec vllus eſt inter eos fidus affectus, quorum diuerſa fides eſt.

i ¶ *Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.*] Non enim cœpiſſe, ſed perfeciſſe virtutis eſt.

k ¶ *Cum autem perſequentur vos in ciuitate iſta, &c.*] Hoc ad illud tempus referendum eſt, cum ad prædicationem apoſtoli mittebantur, quibus & propriè dicitur: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: quod perſecutionem timere non debeant, & debeãt Sup. eod. declinare. Quod quidem videmus in principio feciſſe cre- Act. 8. dentes: quando orta Hieroſolymis perſecutione, diſperſi ſunt in vniuerſam Iudæam: vt tribulationis occaſio fieret euangelii ſeminarium. Spiritualiter autem poſſumus dicere: Cum perſecuti nos fuerint in vna ciuitate, hoc eſt, in vno ſcripturarum libro vel teſtimonio: nos fugiamus ad alias ciuitates, id eſt, ad alia volumina. Quamuis contentioſus fuerit perſecutor, ante præſidium Saluatoris adueniet, quàm aduerſariis victoria concedatur.

l ¶ *Si patrem familias Beelzebub, &c.*] Beelzebub idolum eſt Accaron, quod vocatur in Regum volumine, idolum muſcæ. Beel, ipſe eſt Bel ſiue Baal, Zebub autem muſca dicitur. Principem ergo dæmoniorum ex ſpurciſſimi idoli appellabant vocabulo: qui muſca dicitur propter immunditiam quæ exterminat ſuauitatem olei. בעל זבוב 4 Reg. 1. Sa. 70. Eccl. 10

a ¶ *Nihil*

CANON C

Ne ergo timueritis eos. o 92 II. ° Nihil [a] enim opertum eſt quod non reuelabitur & occultum quod nõ ſcietur. p 93 V. p Quod [b] dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Et nolite [c] timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potius [d] timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. Nonne [e] duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadat ſuper terram ſine patre veſtro? Veſtri autem & capilli capitis omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum corã patre meo, qui in cœlis eſt. q 94 II. q Qui autem negauerit me corã hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui in cœlis eſt. r 95 V r Nolite [f] arbitrari, quia veni pacem mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium. Veni [g] enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam, & inimici hominis domeſtici eius. s 96 V. s Qui [h] amat patrem aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus. Et qui amat filium aut filiam ſuper me, nõ eſt me dignus. Et qui [i] non accipit crucẽ ſuam, & ſequitur me, nõ eſt me dignus. t 97 III. t Qui inuenit animam ſuam, perdet illam: & qui perdiderit animã ſuã propter me, inueniet eã. u 98 I. u Qui [k] recipit vos, me

A

a ¶ *Nihil enim opertum eſt quod*, &c.] Et quo modo in præſenti ſæculo multorum vitia neſciuntur? Sed de futuro ſæculo ſcribitur: quando iudicabit Deus abſcondita hominum,
1. Cor. 4 & illuminabit latebras tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Et eſt ſenſus: Nolite timere perſecutorum ſæuitiam, & blaſphemantium rabiem: quia veniet dies iudicij, in quo veſtra virtus, & eorum nequitia demonſtrabitur.

b ¶ *Quod dico vobis*, &c.] Quod auditis in myſterio, apertius prædicate: quod didiciſtis abſcondite, publice loquimini: quod vos erudiui in paruulo Iudææ loco, in vniuerſis vrbibus, & in toto mundo audacter dicite.

c ¶ *Et nolite timere eos*, &c.] Si qui corpus occidunt, animam non poſſunt occidere: ergo anima inuiſibilis & incorporalis eſt ſecundum craſſiorem dico noſtri corporis ſubſtantiam. Vel eo certe tempore punietur, & ſupplicia ſentiet, quando priſtinum corpus receperit: vt cum quo peccauit, cum ipſo & puniatur.

d ¶ *Sed potius tim.* &c.] Nomẽ gehennæ, in veteribus libris non inuenitur: ſed primum à ſaluatore ponitur. Quæramus
4. Par 24.b ergo quæ ſit ſermonis huius occaſio. Idolum Baal fuiſſe iuxta Hieruſalem ad radices montis Moria, in quibus Siloa fluit, nõ
B ſemel legimus. Hæc vallis & parua campi planities, irrigua erat & nemoroſa, plenaque delitiis, lucuſque in ea idolo conſecratos erat. In tantam autem dementiam populus Iſrael venerat: vt deſerta templi vicinia, ibi hoſtias immolaret, & rigorem religionis delitiæ vincerent: filioſque ſuos
Ioſue 15.b dæmoniis incenderent vel initiarent. Et appellabatur locus
4. Reg. 23.c ille gehennam, id eſt, vallis filij Hennom. Hoc regum vo-
2. Par. 28.a lumen & Paralipomenon, & Hieremias ſcribunt pleniſſi-
Hier. 7.g & 19.a & 32.f me. Et comminatur Deus ſe locum ipſum impleturum cadaueribus mortuorum: vt nequaquam vocetur Topheth & Baal, ſed vocetur Polyandrium, id eſt, tumulus mortuorum. Futura ergo ſupplicia & pœnæ perpetuæ, quibus peccatores cruciandi ſunt, huius loci vocabulo denotantur. Duplicem
Iob. 24.c autem eſſe gehennam, nimij ignis & frigoris, in Iob pleniſſime legimus.

e ¶ *Nonne duo paſſeres aſſe.* &c.] Hæret ſibi ſermo dominicus, & ſequentia pendent ex ſuperioribus. Prudens lector caue ſemper ſuperſtitioſam intelligentiam: vt non tuo ſenſui attemperes ſcripturas: ſed ſcripturis iungas ſenſum tuum, & intelligas quid ſequatur: Supra dixerat: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: nunc loquitur conſequenter: Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro? Et eſt ſenſus: Si parua animalia & vilia abſque Deo auctore non decidunt, & in omnibus eſt prouidentia, & quæ in his peritura ſunt, ſine Dei voluntate non pereunt: vos qui æterni eſtis, non debetis timere quod abſque Dei viuatis prouidentia. Iſte ſenſus & ſupra dictus eſt: *Reſpicite volatilia cœli: quoniam non ſerunt, neque metunt,*
Sup. 6.d *neque congregant in horrea, & pater veſter cœleſtis paſcit illa: Nonne vos pluris eſtis illis?* Ac deinceps: *Conſiderate lilia agri: quo modo creſcunt*, & reliqua. Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quanto magis vos modicæ fidei? Quidam co-
Luc. 12.a actè duos paſſeres, animam & corpus interpretantur. Quinque quinque paſſeres ſecundum Lucam, qui duobus aſſibus veneunt, ad ſenſus referunt. Sed quo modo illa intelligentia toto euangelici ſermonis corpori coaptetur, non paruæ difficultatis eſt. *Veſtri autẽ & capilli capitis oẽs numerati ſunt.* Nolite ergo timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos. Manifeſtius ſuperior noſtræ expoſitionis ſenſus expreſſus eſt: quod timere non debeant eos qui poſſunt occidere corpus, & animã non poſſunt: quoniam ſi ſine Dei ſcientia parua quoque animalia non decidunt, quanto magis homo qui apoſtolica fultus ſit dignitate? Quod autem ait: veſtri autem & capilli capitis omnes numerati ſunt: immenſam Dei erga homines oſtendit prouidentiam, & ineffabilem ſignat affectum: quod nihil noſtrum lateat Deum, etiam parua & otioſe dicta, eius ſcientiam non fugiant. Derident intelligentiam eccleſiaſticam in hoc loco, qui carnis reſurrectionem negant: quaſi nos & capillos qui numerati ſunt, & à tonſore deciſi, omnes dicamus reſurgere: cum ſaluator non dixerit: *Veſtri autem & capilli capitis* omnes ſaluandi ſunt, ſed *numerati ſunt.* Vbi numerus eſt, ſci-
Sup. eod. entia numeri demõſtratur, nõ eiuſdem numeri conſeruatio.

f ¶ *Nolite arbitrari*, &c.] Supra dixerat: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta: Nũc infert quid poſt prædicationem ſequatur. Ad fidem Chriſti, totus orbis contra ſe diuiſus eſt: vnaquæque domus & infideles & cre-
D denter habuit: & propterea bellum miſſum eſt bonum, vt
Gen. 11.a rumperetur pax mala. Tale quid & in Geneſi aduerſus rebelles homines, qui moti fuerant de oriente, & turrem extruere feſtinabant (per quam cœli alta penetrarent) feciſſe ſcribitur Deus, vt diuideret linguas eorum. Vnde & in pſal-
Pſal 67.g mo Dauid precatur: *Diſſipa domine gentes quæ bella volunt.*

Mich. 7.b g ¶ *Veni enim ſeparare hominem*, &c.] Hic locus prope eiſdem verbis in Michæa propheta ſcribitur. Et notandum vbicumque de veteri teſtamento teſtimonium ponitur, vtrũ ſenſus tantum, an ſermo conſentiat.

h ¶ *Qui amat patrem aut matrem*, &c.] Qui ante præmiſerat: Non veni pacem mittere, ſed gladium, & diuidere homines aduerſum patrem & matrem, nurum & ſocrum, ne quis pietatem religioni anteferret, ſubiecit dicens: *Qui amat patrem aut matrem plus quam me.* Et in Cãtico legimus canticorum:
Cant. 2.a *Ordinate in me charitatẽ.* Hic ordo in omni affectu neceſſarius eſt. Ama poſt Deum, patrem, ama matrem, ama filios. Si autem neceſſitas venerit, vt amor parentum ac filiorum Dei amori comparetur, & non poſſit vtrumque ſeruari: odium in ſuos, pietas in Deum ſit. Non ergo prohibuit amare patrem aut matrem: ſed ſignanter addidit: Qui amat patrem aut matrem plus quam me.

Luc. 9.c i ¶ *Et qui non accipit*, &c.] In alio euangelio ſcribitur: Qui non accipit crucem ſuam quotidie. Ne ſemel putemus ardorem fidei poſſe ſufficere, ſemper crux portanda eſt, vt ſemper nos Chriſtum amare doceamus.

k ¶ *Qui recipit vos, me recipit*, &c.] Ordo pulcherrimus: Ad prædicationem mittit: docet pericula non timenda: affectum ſubiicit religioni. Aurum ſupra tulerat, æs de zona excuſſerat. Dura euangeliſtarum cõditio. Vnde ergo ſumptus, vnde victus neceſſaria? Auſteritatem mandatorum, ſpe temperat promiſſorum. Qui recipit (inquiẽs) vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me miſit: vt in ſuſcipiendis apoſtolis, vnuſquiſque credentium Chriſtum ſe ſuſcepiſſe arbitretur.

me recipit, & qui me recipit, recipit eũ qui me miſit. [x] Qui [a] recipit prophetã in nomine prophetę, mercedẽ prophetæ accipiet. Et qui recipit iuſtũ in nomine iuſti, mercedẽ iuſti accipiet. [y] Et quicũq; [b] potũ dederit vni ex minimis iſtis, calicem aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli, amen dico vobis non perdet mercedẽ ſuã.

Capvt XI.

ET [a] factum [c] eſt cum conſummaſſet Ieſus præcipiens duodecim diſcipulis ſuis, trãſiit inde vt doceret & prędicaret in ciuitatibus eorum. [b] Ioannes autem cũ audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illi: Tu [d] es qui venturus es, an aliũ expectamus? Et reſpondens [e] Ieſus, ait illis: Euntes renũtiate Ioanni quę audiſtis & vidiſtis: Cęci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiũt, mortui reſurgũt, Pauperes [f] euãgelizãtur. Et beatus [g] eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me. Illis aũt [h] abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioãne: Quid exiſtis in deſertum videre? arundinẽ vento agitatam? Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt. [i] Sed quid exiſtis videre prophetã? Etiam dico vobis & plus quam prophetam. [c] Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt: Ecce

Canon E a ¶ *Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, &c.*] Qui prophetam recipit vt prophetã, & intelligit eum de futuris loquentẽ, hic mercedẽ prophetæ accipiet. Igitur Iudei carnaliter prophetas intelligentes, mercedem prophetarum non accipient. Aliter: In omni profeſſione zizanium mixtum eſt
x 99 X tritico. Præmiſerat: Qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me mi-
y 100 VI ſit. Ad ſuſceptionẽ magiſtrorum diſcipulos prouocauerat. Poterat occulta eſſe credentium reſponſio: ergo & pſeudoprophetas & Iudam proditorem debemus recipere, & illis alimoniam miniſtrare. Hoc dñs ante procurans dicit, non
a 101 X perſonas ſuſcipiendas eſſe, ſed nomina, & mercedẽ non per-
b 102 V dere ſuſcipiẽtes, licet indignos fuerit qui ſuſceptus ſit.

b ¶ *Et quicunque, &c.*] Legimus in propheta Dauid: *Ad*
Pſal. 140.a *excuſãdas excuſationes in peccatis*: quod multi peccatorũ ſuorum quaſi iuſtas prætendant occaſiones, vt quod voluntate delinquunt, videantur neceſſitate peccare: Dominus ſcrutator cordis & renum, futuras cogitationes in ſingulis contuetur. Dixerat, Qui recipit vos, me recipit. Sed hoc præceptum multi pſeudoprophetæ, & falſi prædicatores poterant
c 103 II F impedire: medicatus eſt huic quoque ſcandalo dicẽs: *Qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet*. Rurſus poterat alius cauſari & dicere: Paupertate prohibeor: tenuitas me tenet, vt hoſpitalis eſſe non poſſim. Et hanc excuſationem leuiſſimo præcepto diluit, vt calicem aquæ frigidę, toto animo porrigamus. Frigidæ, inquit, aquæ, non calidæ: ne & in calida paupertatis ex penuria lignorum occaſio quæreretur. Tale quid & apoſtolus (vt ante iam diximus) ad Galatas præcepit: *Communicet autem is qui catechi-*
Gal. 6. b *zatur verbo ei qui ſe catechizat in omnibus bonis*. Et diſcipulos ad magiſtrorum teſtigeria cohortatur. Quia poterat quilibet oſtendere paupertatem, & præceptum eludere: priuſquam ille præponat: imminentem ſoluit quæſtionem, dicens: *Nolite errare, Deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet*. Et eſt ſenſus: fruſtra cauſaris inopiã,
Gal. 6. b cum aliud habeat conſcientia tua: me potes fallere cohortantem: ſed ſcito quod quantumcumque ſeminaueris, tantum & meſſurus ſis.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN MATTHÆVM.

Liber II.

Capvt XI.

ET factum eſt, &c. *Ioannes autem cum audiſſet in vinculis opera, &c.*] Non quaſi ignorans interrogat: ipſe enim cæteris ignorantibus demonſtrauerat,
Ioan. 1.d Sup. 3.A dicens: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*: & patris vocem audierat tonantis: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui*: Sed quomodo ſaluator interrogat, vbi ſit poſitus Lazarus, vt qui locũ ſepulcri indicabant, ſaltẽ ſic pararentur ad fidem, & viderent mortuum reſurgentẽ:
Ioan. 11.d ſic & Ioannes interficiẽdus ab Herode, diſcipulos ſuos mittit ad Chriſtum, vt per hanc occaſionem vidẽtes ſigna atq; virtutes, crederent in eum, & magiſtro interrogãte ſibi diſcerent. Quod autem ſuperbirent diſcipuli Ioannis aduerſus dominum: & haberẽt aliquid mordacitatis ex liuore & inuidia, ſuperior quoque interrogatio demonſtrauit, euangeliſta referente: *Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioannis di-* G Sup. 9.b Ioan. 3.e
centes: Quare nos & phariſæi ieiunamus frequenter, diſcipuli autẽ tui non ieiunant? Et alibi: *Magiſter, tui in præbuiſti teſtimonium ad Iordanem, ecce diſcipuli eius baptizant, & plures veniunt ad eum*: quaſi dixerint: Nos deſerimur, hic raritas eſt, ad illum turba concurrit.

d ¶ *Tu es qui venturus es, &c.*] Nõ ait, tu es qui veniſti, ſed tu es qui venturus es. Et eſt ſenſus, manda mihi quia ad infernum deſcenſurus ſum, vtrum te & inferis debeam nunciare qui nunciaui ſuperis? An non conueniat filio Dei, vt guſtet mortem, & alium ad hæc ſacramenta miſſurus es?

e ¶ *Et reſpondens Ieſus ait illis: Euntes renunciate Ioanni, quæ audiſtis & vidiſtis, &c.*] Ioannes interrogauerat per diſcipulos: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Chriſtus ſigna demonſtrat, non ad ea reſpondẽs quæ interrogatus fuerat, ſed ad ſcandalum nunciorum: Ite, inquit, & dicite Ioanni ſigna quæ cernitis: cæcos videntes, claudos ambulantes, & reliqua. Et quod his non minus eſt.

f ¶ *Pauperes euangelizantur.*] Vel pauperes ſpiritu, vel certe opibus pauperes: vt nulla inter nobiles & ignobiles, inter diuites & egenos, in prædicatione diſtantia ſit. Hæc magiſtri rigorem, hæc præceptoris comprobant veritatem: quando omnis apud eum, qui ſaluari poteſt, æqualis eſt. Quod autem ait. H

g ¶ *Et beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me.*] Internuncios percutit, ſicut in ſequentibus demonſtrabitur.

h ¶ *Illis autẽ abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioãne, &c.*] Si ſuperior ſentẽtia contra Ioannẽ prolata fuerat, vt plerique arbitrantur: in eo quod ait: Beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me: quomodo nunc Ioannes tantis laudibus prædicatur? Sed quia turba circumſtãs interrogationis myſterium neſciebat, & putabat Ioannem dubitare de Chriſto, quem ipſe monſtrauerat digito: vt intelligerent Ioannem non ſibi interrogaſſe, ſed diſcipulis ſuis: Quid, inquit, exiſtis in deſertum? Numquid ob hoc, vt hominem videritis calamo ſimilem, qui omni vento circumfertur, & leuitate mentis de eo ambigeret, quem antea prædicarat? An forſitan ſtimulis contra me inuidiæ eogitur, & prædicatio eius vanam ſectatur gloriam, vt ex ea quærat lucra? Cur diuitias cupiat, vt affluat dapibus? Locuſtis veſcitur, & melle ſilueſtri. An vt mollibus veſtiatur? Pili camelorum tegmen eius ſunt. Iſtiuſmodi cibus & veſtis, carceris hoſpitio recipiuntur, & prædicatio veritatis tale habet habitaculum. Qui autem adulatores ſunt, & ſectãtur lucra & quærunt diuitias, & delitiis affluunt, & mollibus veſtiuntur, iſti in domibus regum ſunt. Ex quo oſtenditur rigidam vitam & auſteram prædicationem vitare debere aulas regum, & mollium hominum palatia declinare.

i ¶ *Sed quid exiſtis videre prophetã, &c.*] In eo Ioannes prophetis cæteris maior eſt: quod quem illi prædicauerant eſſe venturum, hic veniſſe digito demonſtrauit, dicens: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Et quia ad priuilegium prophetale etiam Baptiſtæ acceſſit præmium, vt dominum ſuum baptizaret: inde infert meritorum αὔξησιν, faciẽs de Malachia teſtimonium, in quo etiam angelus prædica- Malach. 3.a
tur. Angelum autem hic dici Ioannem non putemus naturæ ſocietate, ſed officii dignitate, id eſt, nuncium, quod venturum dominum nunciarit.

Canon G

Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciem tuam, qui pręparabit viam tuã ante te. [d] Amen [a] dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta. Qui [b] autem minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo. [c] A diebus [e] autem Ioãnis Baptiſtę vſque nunc regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. [f] Omnes [d] enim prophetę & lex vſque ad Ioannem prophetauerũt. Et [e] ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias, qui venturus eſt. Qui habet aures audiendi, audiat. [g] Cui [f] autem ſimilem ęſtimabo generationem iſtam? Similis eſt pueris ſedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus ſuis, dicunt Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis: lamentauimus, & non planxiſtis. Venit enim Ioannes, neque manducans, neque bibens, & dicũt: dęmonium habet. Venit filius hominis, manducans & bibens, & dicũt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorũ & peccatorũ amicus: & iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis. [h] Tũc [g] cœpit exprobrare ciuitatibus in quibus ſunt factę plurimæ virtutes eius, quia non egiſſent pœnitentiam. Vę [h] tibi Chorozain, vę tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factę eſſent virtutes, quę factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. Veruntamen dico vobis: Tyro & Sidoni remiſſius erit in die iudicii quam vobis. Et tu [i] Capharnaum, numquid vſque in cœlum exaltaberis? Vſque in infernum deſcendes. [r] Quia

A

a ¶ *Amen dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta.*] Inter natos, inquit, mulierum. His ergo præfertur hominibus, qui de mulieribus nati ſunt, & de cõcubitu viri, & non ei qui eſt natus ex virgine & Spiritu ſancto: quamquam in eo quod dixit: Non ſurrexit maior inter natos mulierum Ioanne Baptiſta: non cæteris prophetis & patriarchis cunctiſque hominibus Ioannem prætulit, ſed Ioannem cæteris exæquauit. Non enim ſtatim ſequitur: vt ſi alii maiores eo non ſunt, ille maior aliorum ſit: verùm vt æqualitatem cum cęteris ſanctis habeat.

b ¶ *Qui autem minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo.*] Multi de ſaluatore hoc intelligi volunt: quod qui minor eſt tempore, maior ſit dignitate. Nos autem ſimpliciter intelligamus, quod omnis ſanctus, qui iam cum Deo eſt, maior ſit illo qui adhuc conſiſtit in prælio. Aliud eſt enim coronam victoriæ poſſidere: aliud adhuc in acie pugnare. Quidam nouiſſimum angelum in cœlis domino miniſtrantem, meliorem volunt accipere quolibet primo homine, qui verſetur in terris.

B

c ¶ *A diebus Ioannis Baptiſtæ, &c.*] Si primus Ioannes, vt ſupra diximus, pœnitentiam populis nunciauit, dicens: *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnũ cœlorum*. cõſequenter à diebus illis regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Grandis enim eſt violentia, in terra nos eſſe generatos, & cœlorum ſedem quærere. poſſidere per virtutem, quod non tenuimus per naturam. Sup. 3. a

d ¶ *Omnes enim prophetæ, & lex vſque ad Ioannem prophetauerũt.*] Non quod poſt Ioannem excludat prophetas: Legimus enim in Actibus apoſtolorũ, & Agabum prophetaſſe, & quatuor virgines filias Philippi: ſed quod lex & prophetæ, quos ſcriptos legimus, quicquid prophetauerunt, de domino vaticinati ſunt. Quando ergo dicitur: omnes prophetæ & lex vſque ad Ioannem prophetauerunt, Chriſti tempus oſtenditur, vt quem illi dixerunt eſſe venturum, Ioannes veniſſe oſtenderet. Act. 11. d / Agab. 21. d

H

e ¶ *Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias qui venturus eſt. Qui habet aures, &c.*] Hoc quod dictum eſt: ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias: myſticum eſſe & egere intelligentia, ſequens ſermo domini demonſtrat, dicens: Qui habet aures audiendi audiat. Si enim planus eſſet ſenſus, & manifeſta ſententia, quid neceſſe fuit nos ad illius intelligentiam præparari? Elias ergo Ioannes dicitur, non ſecundum ſtultos philoſophos, & quoſdam hæreticos qui *μετεμψύχωσιν* introducũt: ſed quod iuxta aliud teſtimonium euangelii, venerit in ſpiritu & virtute Eliæ, & eandem ſancti ſpiritus vel gratiam habuerit vel menſuram. Sed & vitæ auſteritas, rigorque mentis Eliæ & Ioannis pares ſũt. Ille enim in eremo, iſte in eremo. Ille zona pellicea cingebatur, & iſte ſimile habuit cingulum. Ille quoniam Regem Achab & Iezabel impietatis arguit, fugere compulſus eſt. Iſte quia Herodis & Herodiadis illicitas arguit nuptias, capite truncatur. Sunt qui propterea Ioannẽ Eliam vocari putant: quod quomodo in ſecondo ſaluatoris aduentu iuxta Malachiam præceſſurus eſt Elias, & venturum iudicem nunciaturus: ſic Ioannes in primo aduentu fecerit, & vterque ſit nuncius, vel primi aduentus domini, vel ſecundi. Luc. 1. b / 3. Reg. 19. a / Malach 4. b

f ¶ *Cui autem aſſimilabo generationẽ iſtã? Similis eſt pueris ſedentibus in foro, qui clamãt.*] Pueris in foro ſedentibus, & clamantibus, atque dicentibus ad coæquales ſuos: *Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis: lamentati ſumus, & non planxiſtis*, cõparatur generatio Iudæorum, ſcriptura dicente. *Cui ſimilem æſtimabo generationẽ iſtã? ſimilis eſt pueris ſedentibus in foro*, & reliqua. Non ergo nobis tribuitur libera intelligẽtia, & allegoriæ interpretatio paſſiua: ſed quidquid dicturi ſumus de pueris ad ſimilitudinem generationis eſt referendum. Pueri illi qui ſedent in foro, hi ſunt, de quibus Eſaias loquitur: *Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Deus*. Et in decimo octauo pſalmo: *Teſtimoniũ domini fidele, ſapientiã præſtãs paruulis*. Et alibi: *Ex ore infantiũ & lactentiũ perfeciſti laudem*. Iſti ergo pueri ſedebant in foro, ſiue *ἀγορᾷ*, quod ſignificantius græce dicitur, vbi multa venalia ſunt. Et quia populus Iudæorũ audire nolebat, nõ ei tãtũ locuti ſunt, ſed plenis faucibus inclamarũt: *Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis*: prouocauimus vt ad noſtrũ canticũ bona opera faceretis, & ſaltaretis ad noſtrã tibiam: ſicut ſaltauit & Dauid ante arcã dñi, & noluiſtis. Lamentati ſumus, & vos ad pœnitentiam prouocauimus: & ne hoc quidem facere voluiſtis, ſpernentes vtramque prædicationem, tam exhortationis ad virtutes, quam pœnitentiæ poſt peccata. Nec mirũ ſi duplicem viam contempſeritis ſalutis: cum & ieiunium & ſaturitatem pariter ſpreueritis. Si ieiunium vobis placet: cur Ioannes diſplicuit? Si ſaturitas: cur filius hominis diſplicuit? Quorum alterum, dæmonium habentem, alterũ, voratorem & ebrium nuncupaſtis. Ergo quia vos noluiſtis vtramque recipere diſciplinam, iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis: id eſt Dei diſpenſatio atq; doctrina. Et ego qui ſum Dei virtus, & ſapientia Dei, iuſtè feciſſe ab apoſtolis meis filiis comprobatus ſum: quibus reuelauit pater, quæ à ſapientibus abſconderat, & prudentibus apud ſemetipſos. In quibuſdam euangeliis legitur: *Iuſtificata eſt ſapientia ab operibus ſuis*. Sapientia quippe non quærit vocis teſtimonium, ſed operum. d 106 V / e 105 V / f 108 K / Eſa. 8. d / g 107 V / Pſal. 8. a / h 108 V / 2. Reg. 6. c / D / Luc. 7. d

g ¶ *Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes eius: quia non egiſſent pœnitentiam.*] Exprobratio ciuitatum Chorozain & Bethſaida & Capharnaum, capituli huius titulo panditur: Quod ideo exprobrauerit eis: quia poſt factas virtutes & ſigna quam plurima, non egerint pœnitentiam. Sup. 4. d

h ¶ *Væ tibi Chorozain: Væ tibi Bethſaida: &c.*] Chorozain & Bethſaida vrbes Galilææ à ſaluatore planguntur: quod poſt tanta ſigna atque virtutes non egerint pœnitentiam, & præferuntur eis Tyrus & Sidon, vrbes idololatriæ, & vitiis deditæ. Præferuntur autem ideo: quod Tyrus & Sidon naturalem tantum legem calcauerint: iſtæ verò poſt tranſgreſſionem naturalis legis & ſcriptæ, etiam ſigna, quæ apud eas facta ſunt, parui duxerint. Quærimus vbi ſcriptum ſit: quod in Chorozain & Bethſaida dominus ſigna fecerit. Supra legimus: Et circuibat ciuitates omnes & vicos, curans omnem infirmitatem, & reliqua. Inter cæteras ergo ciuitates & viculos æſtimandum eſt in Chorozain quoque, & Bethſaida dominum ſigna feciſſe.

i ¶ *Et tu Capharnaum, numquid vſque in cœlum exaltaberis? vſque ad infernum deſcendes.*] In altero exemplari

CANON ſeptimus. Et tu Capharnaum quæ vſque in cœlum exalta-
b ta es, vſque ad inferna deſcendes. Et eſt duplex intelligentia. Vel ideo ad inferna deſcendes, quia contra prædicationem meam ſuperbiſſime reſtitiſti. Vel ideo, quia exaltata vſque ad cœlum, meo hoſpitio, & meis ſignis atque virtutibus iā-
tum habens priuilegium, maioribus plecteris ſupplicus, quod his quoque credere noluiſti.
i 9ı X
a 110 V a ¶ *Quia ſi in Sodomis, &c.*] Quærat prudēs lector & dicat. ſi Tyrus & Sydon & Sodoma potuerunt agere pœnitentiam ad prædicationem ſaluatoris, ſignorumque miracula, non ſunt in culpa quod non credi-
l 111 III. derunt: ſed vitium ſilētii in eo eſt, qui acturis pœnitentiā noluit prædicare. Ad quod facilis
m 112 II. & aperta reſponſio eſt: ignorare nos iudicia Dei, & ſingularū
n 113 X diſpenſationū eius ſacramenta neſcire. Propoſitum fuerat domino Iudææ fines nō excedere, ne iuſtam phariſæis & ſacerdotibus occaſionem perſecutio-
a 114 II ris daret. Vnde & apoſtolis ante paſſionem præcepit: *In viā gentium ne abieritis, & in ciui-*
Sup. 10.e *tates Samaritanorū ne intraueritis.* Chorozain igitur & Bethſaida damnantur, quod præſenti domino credere noluerunt. Tyrus & Sidon iuſtificā-
b 115 X F tur, quod apoſtolis illius crediderunt: Non quæras tempora, cum credentium intueris ſalutem. In Capharnaum autē, quæ interpretatur villa pulcherrima, condemnatur incredula Hieruſalem, cui dicitur
Ezech. 16.f. per Ezechielem: *Iuſtificata eſt Sodoma ex te.*

b ¶ *In illo tempore reſpondens Ieſus dixit: &c*] Confeſſio nō ſemper pœnitentiam, ſed & gratiarum actionem ſignificat, vt in pſalmis ſæpiſſime legimus. Audiant qui ſaluatorem non natum, ſed creatum calumniantur: quod patrem ſuum vocet cœli & terræ dominum. Si enim & ipſe creatura eſt, & creatura conditorem ſuum patrem appellare poteſt: ſtultum fuit non & ſui & cœli ac terræ dominum vel patrem ſimiliter appellare.

c ¶ *Quia abſcondiſti hæc à, &c.*] Gratias agit, & exultat in patre, quod apoſtolis ſui aduentus aperuerit ſacramenta, quæ ignorauerint ſcribæ & phariſæi, qui ſibi ſapientes videntur, & in conſpectu ſuo prudentes. Iuſtificata eſt enim ſapientia à filiis ſuis.

d ¶ *Ita pater, quoniam ſic fuit placitum ante te.*] Blandientis affectu loquitur ad patrem: vt cœptum in apoſtolis beneficium compleatur.

e ¶ *Omnia mihi tradita ſunt à patre meo.*] Et tradentem patrē, & accipientem filium myſtice intellige. Alioquin ſi iuxta fragilitatem noſtram ſentire volumus: cum cœperit habere qui accipit, incipiet non habere qui dederit. Tradita autem ſibi omnia, non cœlum & terra & elementa intelligēda ſunt, & cætera quæ ipſe fecit & condidit: ſed hi qui per filium acceſſum habent ad patrem, & ante rebelles Deum poſtea ſentire cœperunt.

f ¶ *Et nemo nouit filium, &c.*] Erubeſcat Eunomius tantam ſibi notitiam patris & filii, quantam alterutrum inter ſe habeant iactitans. Quod ſi inde contendit, & ſuam inſaniam cōſolatur, quia ſequitur: Et cui voluerit filius reuelare. Aliud eſt naturę æqualite noſſe quod noueris, aliud reuelantis dignatione.

g ¶ *Venite ad me omnes, &c.*] Grauia onera eſſe peccati, &
Zach. 5.e Zacharias propheta teſtatur, dicens iniquitatem ſedere ſuper
Pſal. 37.a talentum plumbi. Et pſalmiſta complorat: *Iniquitates meæ aggrauatæ ſunt ſuper me.* Vel certe eos qui grauiſſimo legis

[l] Quia [a] ſi in Sodomis factę fuiſſent virtutes, quę factę ſunt in te, forte manſiſſent vſque in hunc diem. Veruntamen dico vobis, quia terrę Sodomorum remiſſius erit in die iudicii, quam tibi. [k] In illo [b] tempore reſpondens Ieſus, dixit: Confiteor tibi pater domine cœli & terrę, Quia [c] abſcondiſti hęc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Ita [d] pater: quoniam ſic placitũ fuit ante te. [l] Omnia [e] mihi tradita ſunt à patre meo. [m] Et nemo [f] nouit filium niſi pater: neque patrem quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. [n] Venite [g] ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos: & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde & inuenietis requiē animabus veſtris Iugum [h] enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue eſt.

CAPVT XII.

IN [a] illo [i] tempore abiit Ieſus ſabbatho per ſata: diſcipuli autem eius eſurientes cœperunt euellere ſpicas & manducare. Phariſęi [k] autem videntes, dixerunt ei: Ecce diſcipuli tui faciunt quod non licet eis facere ſabbathis. At ille [l] dixit eis: Non legiſtis quid fecerit Dauid, quādo eſuriit, & qui cū eo erant: quomodo intrauit in domum Dei, & panes propoſitionis comedit, quos non licebat ei comedere, neque his qui cum eo erant, niſi ſolis ſacerdotibus? [b] Aut [m] nō legiſtis in lege

G ingo premebantur ad euangelij inuitat gratiam.

h ¶ *Iugum enim, &c.*] Quomodo leuius lege euangelium
Sup. 5.e cum in lege homicidium, in euangelio ira damnetur? Qua ratione euangelii gratia facilior: cum in lege adulterium, in euangelio concupiſcentia puniatur? In lege multa præcepta ſunt, quæ apoſtolus non poſſe
Act. 15.e complere, pleniſſime docet. In
Deut. 4.e lege opera requirũtur, quæ qui fecerit, viuet in eis. In euangelio voluntas quæritur: quæ etiam, ſi effectum non habuerit, tamen præmium non amittit. Euangelium ea præcipit quæ poſſumus: ne ſcilicet concupiſcamus: hoc in arbitrio noſtro eſt. Lex cum voluntatem non puniat, punit effectum, ne adulterium facias. Finge in perſecutione aliquā virginem proſtitutam. Hæc apud euangeliū, quia voluntate non peccat, virgo ſuſcipitur: in lege quaſi corrupta repudiatur.

CAP. XII.

Mar. 2.d IN *illo tempore, &c.*] In alio quoque euangeliſta legimus quod propter nimiam importunitatem, nec veſcendi quidē habebant locum, & ideo quaſi homines eſuriebāt. Quod autē ſpicas ſegetum manibus confricant, & inediam conſolantur: vitæ auſterioris indicium eſt, non præparatas epulas, ſed cibos ſimplices quærentium.

H k ¶ *Phariſæi autem vidētes dixerunt, &c.*] Nota quod primi apoſtoli ſaluatoris, litteram ſabbathi deſtruunt, aduerſum Hebionitas: qui cum cæteros recipiant apoſtolos, Paulum quaſi tranſgreſſorem legis repudiant.

l ¶ *At ille dixit eis: Non legiſtis quid fecerit Dauid, &c.*] Ad confutandam calumniam phariſæorum, veteris recordatur hiſtoriæ: quando Dauid fugiens Saulem venit in Nobe, &
1 Reg. 21.b ab Achimelech ſacerdote ſuſceptus, poſtulauerit cibos: qui cum panes laicos non haberet, dedit ei conſecratos: quibus non licebat veſci niſi ſolis ſacerdotibus & leuitis. Et hoc tantum interrogauit, ſi eſſent mundi pueri à mulieribus, & illo reſpondente, ab heri & nudiuſtertius, non dubitauit pa-
Oſee 6.a nes dare: melius arbitratus (propheta dicēte: *Miſericordiam volo & non ſacrificiū*) de famis periculo homines liberare, quàm Deo offerre ſacrificium: Hoſtia enim placabilis Deo hominum ſalus eſt. Opponit ergo dominus, & dicit: Si & Dauid ſanctus eſt, & Achimelech pontifex à vobis non reprehenditur, ſed legis vterque mandatum probabili excuſatione tranſgreſſi ſunt, & fames in cauſa eſt: cur eandem famem non probatis in apoſtolis, quam probatis in cæteris? quanquam & in hoc magna diſtantia ſit. Iſti ſpicas in ſabbatho manu confricant: illi panes comederunt leuiticos, &
1 Reg. 20.a ad ſabbathi ſolemnitatem accedebant Neomeniarum dies, quibus in conuiuio requiſitus fugit ex aula regia. Obſerua quod panes propoſitionis nec Dauid nec pueri eius acceperint, antequam ſe à mulieribus mundos eſſe reſponderent.

m ¶ *Aut non legiſtis in lege, quia ſabbathis ſacerdotes in templum ſabbathum violant, &c.*] Calumniamini, inquit, diſcipulos meos, cur per ſegetes tranſeuntes ſpicas triuerint, & hoc fecerint famis neceſſitate cogente: cum ipſi ſabbathum violetis in templo, immolantes victimas, cædentes tauros, holocauſta ſuper lignorum ſtruem incendio
Ioan. 7.c concremantes, & iuxta alterius euangelii fidem: Circuncidentes paruulos in ſabbatho: vt dum aliam legem ſeruare cupitis, ſabbathum deſtruatis. Numquam autem leges Dei ſibi contrariæ ſunt: & prudenter vbi tranſgreſſionis

dif-

CANON C

A

in lege quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, & ſine crimine ſunt? Dico [a] autem vobis, quia tẽplo maior eſt hic. Si autem [b] ſciretis quid eſt, Miſericordiam volo, & nõ ſacrificiũ; nunquam condemnaſſetis innocentes. [c] Dominus enim eſt filius hominis, etiam ſabbati.

c 116 II.

Et cũ [c] inde tranſiſſet, venit in ſynagogam eorum. Et ecce homo manũ habens aridã, & interrogabãt [d] eum, dicentes. Si licet ſabbatis curare, vt accuſarent eum. Ipſe autẽ [e] dixit illis: Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnam, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foueam, nonne tenebit, & leuabit eam? Quãto magis melior eſt homo oue? Itaque licet ſabbatis benefacere. Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extẽdit, & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera.

d 117 IV.

[d] Exeuntes [g] autem phariſæi conſiliũ faciebant aduerſus eum, quomodo perderent eum.

e 118 X.

[e] Ieſus autem [h] ſciens, receſſit inde, & ſecuti ſũt eum multi, & curauit eos omnes. Et præcepit eis ne manifeſtum eum facerent vt adimpleretur quod dictũ eſt per Eſaiam Prophetam, dicentem: Ecce [i] puer meus, quem elegi: dilectus meus, in quo bene cõplacuit animæ meæ. Ponam ſpiritum meum ſuper eum, & iudicium gentibus nũciabit. Non contendet, neq; clamabit: Neque [k] audiet aliquis in plateis vocem eius. Arundinẽ [l] quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet donec eiiciat ad victoriam iudiciũ, & in nomine eius gentes ſperabũt.

B

D

f 119 V.

[f] Tunc [m] oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus & mutus, & curauit eum, ita vt loqueretur, & videret.

g 120 VII.

[g] Et ſtupebant omnes turbæ, & dicebant: Nũquid hic eſt filius Dauid?

h 121 II.

[h] Phariſæi autẽ audientes, dixerũt: Hic non eiicit dæmones, niſi in Beelzebub principe dæmoniorum.

i 122 II.

[i] Ieſus autem [n] ſciens cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & omnis ciuitas vel domus diuiſa cõtra ſe nõ ſtabit. Et ſi ſatanas [o] ſatanã eiicit, aduerſus ſe diuiſus eſt: quomodo ergo ſtabit regnũ eius? Et ſi ego [p] in Beelzebub eiicio dæmones, filii veſtri in quo eiiciũt? Ideo ipſi iudices

---

diſcipuli ſui argui poterant, Dauid & Achimelech dicit exempla ſectatos: vetam autem & abſque neceſſitatis obtentu ſabbati præuaricationem in ipſos refert, qui calumniam fecerant.

a ¶ *Dico autem*, &c.] Hic non pronomen, ſed aduerbium loci eſt, quod maior templo ſit locus qui Dominum templi teneat.

b ¶ *Si autem*, &c.] Quid ſit, volo miſericordiam & non ſacrificiũ: ſupra diximus. Quod autem ſequitur: Numquam condemnaſſeris innocẽtes, de apoſtolis intelligendum eſt. Et eſt ſenſus. Si miſericordiam comprobaſtis Abimelech, eo quod fame periclitantem refocillauerit Dauid & pueros eius: quare diſcipulos meos cõdemnatis, qui nihil tale fecerunt?

c ¶ *Et cum tranſiſſet inde, venit in ſynagogam*, &c.] Tertiuſdecimus iſte eſt qui curatur in ſynagoga. Et notandum quod non in itinere & foris, ſed in conciliabulo Iudæorum manus arida fuerit fuerit ſanata.

d ¶ *Et interrogabant*, &c.] Quia deſtructionem ſabbati, quam phariſæi in diſcipulis arguebãt, probabili exemplo excuſauerat, ipſum calumniari volunt, & interrogant vtrum liceat curare in ſabbatis: vt ſi non curauerit, crudelitatis aut imbecillitatis: ſi curauerit, tranſgreſſionis accuſent.

e ¶ *Ipſe autem*, &c.] Sic ſoluit propoſitam quæſtionem, vt interrogantes auaritiæ condemnaret. Si vos, inquit, in ſabbato ouem & aliud quodlibet animal in foueam decidẽs eripere feſtinatis, non animali ſed veſtræ auaritiæ conſulentes: quanto magis ego hominem, qui multo melior eſt oue, debeo liberare?

f ¶ *Tunc ait*, &c.] In Euangelio, quo vtuntur Nazareni & Ebionitæ (quod nuper in Græcum de Hebræo ſermone tranſtulimus & quod vocatur à pleriſque Matthæi authenticum) homo iſte qui aridam habet manum, cæmentarius ſcribitur, iſtiuſmodi vocibus auxilium precans: Cæmentarius eram, manibus victum quæritans: precor te Ieſu, vt mihi reſtituas ſanitatem, ne turpiter mendicem cibos. Vſque ad aduentum Saluatoris arida manus in ſynagoga fuit Iudæorum, & Dei opera non fiebant in ea: poſtquam ille venit in terras, reddita eſt in apoſtolis credentibus dextera, & operi priſtino reſtituta.

g ¶ *Exeuntes autem phariſæi conſilium*, &c.] Quod Domino moliuntur inſidias, liuor in cauſa eſt: Quod enim fecerat, vt phariſæos ad interfectionem ſui prouocaret? nempe quod homo extenderat manum. Quis enim phariſæorum in die ſabbati non extendit manum, portans cibos, calicemque porrigens, & cætera quæ victui neceſſaria ſunt? Si ergo manum extendere, & alimenta ſubleuare vel potum, in ſabbato non eſt criminis: cur hoc in alio arguunt quod ipſi facere conſueuerunt: præſertim cum iſte cæmentarius nihil tale portauerit, ſed ad præceptum Domini ſolam extenderit manũ?

h ¶ *Ieſus autem*, &c.] Sciens inſidias eorum quod vellent perdere Saluatorem ſuum: receſſit inde, vt phariſæis contra ſe occaſionem impietatis auferret.

i ¶ *Ecce puer meus*, &c.] Per Eſaiam Prophetam ex perſona patris hoc dicitur: *Ponam ſpiritum meum ſuper eum.* Spiritus ponitur non ſuper Dei verbũ, & ſuper vnigenitum, qui de ſinu proceſſit patris: ſed ſuper eum, de quo dictum eſt: Ecce puer meus. Eſa. 42.d

k ¶ *Neque*, &c.] *Lata enim eſt & ſpatioſa via, quæ ducit ad perditionem, & multi ingrediuntur per eam*: Qui multi vocem non audiunt Saluatoris: quia non ſunt in arcta via, ſed in ſpatioſa. Sup. 7.b

l ¶ *Arundinem*, &c.] Qui peccatori non porrigit manum, nec portat onus fratris ſui, iſte calamum quaſſatum confringit. Et qui modicam ſcintillam fidei contemnit in paruulis, hic linum extinguit fumigans. Quorum Chriſtus vtrumque non fecit: ad hoc enim venerat, vt ſaluum faceret quod perierat.

m ¶ *Tunc*, &c.] Tria ſigna ſimul in vno homine perpetrata ſunt: Cæcus videt, mutus loquitur, poſſeſſus à dæmone, liberatur. Quod & tunc quidem carnaliter factum eſt, ſed & quotidie completur in conuerſione credentium: vt expulſo dæmone, primum fidei lumen aſpiciant, deinde in laudes Dei tacentia prius ora laxentur.

n ¶ *Ieſus*, &c.] Turbæ ſtupebant, & confitebantur eum, qui tanta ſigna faciebat, eſſe filium Dauid: phariſæi vero opera Dei, principi dæmoniorum deputabant. Quibus Dominus non ad dicta, ſed ad cogitata reſpondit: vt vel ſic compellerentur credere potentiæ eius, qui cordis videbat occulta.

o ¶ *Si ſatanas*, &c.] Non poteſt regnum & ciuitas contra ſe diuiſa perſtare. Sed quomodo concordia paruæ res creſcunt, ita diſcordia maximæ dilabuntur. Si ergo ſatanas pugnat contra ſe, & dæmon inimicus eſt dæmonis, deberet iam mundi veniſſe conſummatio, vt non haberent in eo locum aduerſariæ poteſtates: quarum inter ſe bellum, pax hominum eſt. Si autem putatis ô ſcribæ & phariſæi, quod receſſio dæmonum obedientia ſit in principem ſuum, vt homines ignorantes fraudulenta ſimulatione deludant: quod poteſtis dicere de corporum ſanitatibus, quas Dominus perpetrauit? Aliud eſt ſi membrorum quoque debilitates, & ſpiritualium virtutum inſignia dæmonibus aſſignatis.

p ¶ *Si ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filii veſtri in quo eiiciunt? Ideo ipſi iudices*, &c.] Filios Iudæorum, vel exorciſtas gentis illius ex more ſignificat, vel apoſtolos ex eorum ſtirpe generatos. Si exorciſtas, qui ad inuocationem Dei eiiciebant dæmones, coarctat interrogatione prudenti, vt confiteantur Spiritus ſancti eſſe opus. Quod ſi expulſio dæmonum, inquit, in filiis veſtris, Deo, non dæmonibus deputatur: quare in me idem opus non eandem habeat cauſam?

CANON E Ergo ipſi iudices veſtri erunt, non poteſtate ſed comparatione: dum illi expulſionem dæmonum Deo aſſignant, vos Beelzebub principi dæmoniorum. Sin autem de Apoſtolis dictum eſt (quod & magis intelligere debemus) ipſi erunt Infr.19.d iudices eorum: quia ſedebunt in duodecim ſolijs, *iudicantes duodecim tribus Iſrael.*

dices veſtri erunt. Si autem [a] ego in ſpiritu Dei
eiicio dæmones, igitur peruenit [b] in vos regnum
Dei. Aut [c] quomodo poteſt quiſquam intrare in
domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius al-
ligauerit fortem, & tunc domum illius diripiet?
Qui non [d] eſt mecum, contra me eſt, & qui non
K 123 II. congregat mecum, ſpargit.[k] Ideo dico vobis o-
mne peccatum & blaſphemia remittetur homi-
nibus: ſpiritus autem blaſphemia non remitte-
tur. Et quicumq; [e] dixerit verbum contra filium
hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra
Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in
l 124 X. hoc ſeculo, neque in futuro. [l] Aut [f] facite arbo-
rem bonam, & fructum eius bonum: aut facite
arborem malam, & fructum eius malum. Si qui-
dem ex fructu arbor agnoſcitur. Progenies [g] vi-
perarum, quomodo poteſtis bona loqui cum ſi-
tis mali? Ex abūdantia enim cordis os loquitur.
m 125 V. [m] Bonus [h] homo de bono theſauro profert bo-
na: Et malus homo de malo theſauro profert ma-
n 126 X la. [n] Dico [i] autem vobis, quoniam omne verbum
otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent
rationē de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis
o 127 V. iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. [o]
Tunc reſponderunt [k] ei quidam de ſcribis & pha-
riſæis, dicētes: Magiſter, volumus à te ſignum vi-
p 128 dere. [p] Qui reſpondens, [l] ait illis: Generatio ma-
la & adultera ſignum quærit, [m] & ſignum nū da-
bitur ei niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Sicut enim
fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus
noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ
tribus

Luc.11.c a ¶ *Si autem,* &c.] In Luca iſtū locum ita ſcriptum legimus: Si autem ego in digito Dei eiicio dæmones. Iſte eſt digitus, quē confitentur & Magi, qui contra Moyſen & Aaron ſigna faciebant, dicentes: Exod.8.c Deut.9.b *Digitus Dei eſt iſte,* quo tabulæ lapideæ ſcriptæ ſunt in monte Sina. Si igitur manus & brachium Dei, filius eſt, & digitus eius Spiritus ſanctus: Patris & Filii & Spiritus ſancti vna ſubſtantia eſt: non te ſcandalizet membrorum inæqualitas, cum ædificet vnitas corporis.

b ¶ *Igitur,* &c.] Vel ſeipſum ſignificat, de quo in alio loco ſcriptum eſt: *Regnum Dei intra vos eſt,* Et: *Medius ſtat inter vos, quem neſcitis:* Vel certe illud regnum quod & Ioannes & ipſe Dominus prædicaueſant: Luc.17.e Ioan.1.d Sup.3.a *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorū.* Eſt & ternum regnum Scripturæ ſanctæ, quod auferetur à Iudæis, & tradetur genti facienti fructus eius. Infr.21.d

c ¶. *Aut quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis & vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit fortem, & tunc domū* &c.] Non debemus eſſe ſecuri: Aduerſarius noſter fortis, victoris quoque vocibus comprobatur Dominus illius mūdus, qui in maligno poſitus eſt: non creatoris dignitate, ſed magnitudine delinquentis: Vaſa eius nos quondam fuimus. Alligatus eſt fortis, & religatus in tartarum, & Domini cōtritus pede, & direptis ſedibus tyranni, captiua ducta eſt captiuitas.

d ¶ *Qui non eſt mecum,* &c.] Non putet hoc quiſquam de hæreticis dictum & ſchiſmaticis (quanquam & ita ex ſuperfluo poſſit intelligi) ſed ex conſequentibus textuque ſermonis, ad diabolum refertur, eo quod non poſſint opera Saluatoris Beelzebub operibus comparari. Ille cupit animas hominum tenere captiuas: Dominus liberare. Ille prædicat idola: hic vnius Dei notitiam. Ille trahit ad vitia: hic ad virtutes reuocat. Quomodo ergo poſſunt inter ſe habere concordiam, quorum opera diuerſa ſunt?

e ¶ *Et quicumque dixerit verbum contra filium,* &c.] Et quomodo quidam noſtrorum epiſcopos atque presbyteros poſt blaſphemiam Spiritus ſancti in ſuum recipiunt gradum: cum Saluator dicat omne peccatum, & blaſphemiam dimitti hominibus: qui autem in Spiritum ſanctum blaſphemauerit, non dimitti ei, neque in præſenti tempore, neque in futuro? Niſi forte illud de Marco Euangeliſta ſumamus exemplum: qui cauſas tantæ iræ manifeſtius exMarc.3.d preſſit, dicens: *Quia dicebant, ſpiritum immundum habet.* Ergo quicunque opera Saluatoris Beelzebub principi dæmoniorum deputarit, & dixerit filium Dei habere ſpiritum immundum, huic nullo tempore blaſphemia remittetur. Vel ita locus iſte intelligendus eſt. Qui verbum dixerit contra filium hominis, ſcandalizatus carne mea, & me hominem tantum arbitrans: quod filius ſim fabri, & fratres habeam

Iacobū & Ioſeph & Iudam, & homo vorator & vini potator ſim talis opinio abſque blaſphemia, quanquam culpa nō careat erroris, tamen habet veniam propter corporis vilitatem. Qui autem manifeſte intelligens opera Dei, cum da virtute negare non poſſit, eadem ſtimulatus inuidia calumniatur. & Chriſtum denique verbum & opera Spiritus ſancti dicit eſſe Beelzebub: iſti nō dimittetur neque in præſenti ſeculo neque in futuro.

f ¶. *Aut facite,* &c.] Conſtringit eos ſyllogiſmo, quem Græci vocant ἄφυκτον: nos ineuitabilem poſſumus appellare: qui interrogatos hinc inde concludit, & vtroque cornu premit. Si, inquit, diabolus malus eſt, bona opera facere non poteſt. Si autem bona ſunt quæ facta cernitis: ſequitur, vt non ſit diabolus qui ea facit. Neque enim fieri poteſt, vt ex malo bonum, aut ex bono oriatur malum. Quod autem ſequitur.

g ¶ *Progenies,* &c.] Oſtendit illos arborem malam, & tales afferre fructus blaſphemiæ redundantes, qualia habeant ſemina diaboli.

h ¶ *Bonus,* &c.] Vel ipſos Iudæos Dominum blaſphemantes oſtendit de quali theſauro blaſphemias proferant: vel cū ſuperiori quæſtione hæret ſententia: quod quomodo non poſſit bonus homo proferre mala, nec malus bona, ſic non poſſit Chriſtus mala, & diabolus bona opera facere. H

i ¶ *Dico autē vobis,* &c.] Hoc quoque hæret cum ſuperioribus. Et eſt ſenſus. Si otioſum verbum, quod nequaquam ædificat audientes, non eſt abſque periculo eius qui loquitur, & in die iudicij redditurus eſt vnuſquiſque rationem ſermonum ſuorum: quāto magis vos, qui opera Spiritus ſācti calumniamini, & dicitis me in Beelzebub principe dæmoniorum eiicere dæmonia, reddituri eſtis rationem calumniæ veſtræ? Otioſum verbum eſt quod ſine vtilitate & loquētis dicitur, & audientis: ſi omiſſis ſeriis, de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Cæterum qui ſcurrilia replicat, & cachinnis ora diſſoluit, & aliquid profert turpitudinis: hic non otioſi verbi, ſed criminoſi tenebitur reus.

k ¶ *Tunc reſponderunt ei,* &c. *Magiſter volumus,* &c.] Sic ſignum poſtulant, quaſi quæ viderant ſigna non fuerint. Sed in alio Euangeliſta quid petant plenius explicatur. *Volumus* Marc.8.b *à te ſignum videre de cælo.* Vel in morem Eliæ ignem de ſu- 4.Reg.1.a blimi venire cupiebant: vel in ſimilitudinem Samuelis tempore æſtiuo contra naturam loci mugire tonitrua, coruſcare fulgura, imbres ruere: quaſi non poſſint & illa calumniari & dicere, ex occultis & variis aëris paſſionibus accidiſſe. Nam qui calumniaris ea quæ oculis vides, manu tenes, vtilitate ſentis: quid facturus es de his quæ de cælo venerint? Vtique reſpondebis & Magos in Ægypto multa ſigna feciſſe de cælo. Exod.7.&8

l ¶ *Ait illis:* &c.] Egregie dixit adultera: quia dimiſerat Ezec.16.b virum, & iuxta Ezechielem, multis ſe amatoribus copulauerat.

m ¶ *Signum quærit, & ſignum non dabitur illi, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Sicut enim fuit,* &c.] De hoc loco plenius in Iona.1.b commenta-

CANON C

A commentariis Ionæ Prophetæ diſputauimus: ad illum ergo locum lectoris diligentiam remittimus. Hoc breuiter nunc dixiſſe contenti, quod ſynedochice totum intelligatur ex parte non quod omnes tres dies & tres noctes in inferno Dominus ſteterit: ſed quod in parte paraſceues, & dominicæ & tota die ſabbati, tres dies & eodẽ noctes intelligantur.

a ¶ *Viri Niniuitæ, &c.*] Non ſententiæ poteſtate, ſed comparationis exemplo.

b ¶ *Et ecce &c*] Hic, aduerbium loci, non pronomen intelligas. Ionas ſecundum LXX. interpretes triduo prædicauit: ego tanto tempore. Ille Aſſyriis genti incredulæ: ego Iudæis populo Dei. Ille peregrinis: ego ciuibus. Ille voce locutus eſt ſimplici, nihil ſignorum faciens: ego tanta faciens ſigna, Beelzebub calumniam ſuſtineo. Plus ergo eſt Iona, hic: id eſt, in præſentiarum inter vos.

c ¶ *Regina Auſtri ſurget, &c*] Eodem modo condemnabit regina Auſtri populum Iudæorum, quo condemnabunt viri Niniuitæ Iſraëlem incredulum. Iſta eſt autem regina Saba de qua in regum volumine & in Paralipomenon legimus quæ per tantas difficultates, gente ſua & imperio derelicta, venit in Iudæam audire ſapientiam Salomonis, & ei multa munera detulit. In Niniue autem & in regina Saba occulta fides nationum præfertur Iſraeli.

B 3. Reg. 7. 2. Par. 9.

tribus diebus & tribus noctibus. Viri Niniuitæ
[a] ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce[b] plus quam Iona hic.
Regina Auſtri[c] ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam. quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis. Et ecce pluſquam Salomon hic. q Cum[d] autem immundus
ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. Tũc dicit: Reuertar[e] in domum meam vnde exiui. Et veniens[f] inuenit eam vacantem, ſcopis mũdatam, & ornatam. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & intrantes habitãt ibi: & fiũt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic peſſimę.[r] Adhuc[g] eo loquente ad turbas, ecce mater eius, & fratres ſtabãt foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foras ſtãt quærentes te. At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in diſcipulos ſuos dixit: Ecce[h] mater mea & fratres mei. Quęcunque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.

CAP. XIII.

IN[a] illo die exiens Ieſus de domo, ſedebat ſecus mare. Et congregatæ ſunt ad eum turbæ multę, ita vt in nauiculam aſcendens ſederet, &

d ¶ *Cum autem, &c.*] Quidam iſtum locum de hæreticis dictum putant: quod immundus ſpiritus qui in eis antea habitauerat, quando gentiles erant, ad confeſſionem veræ fidei, eiiciatur: poſtea vero cum ſe ad hæreſim tranſtulerint, & ſimulatis virtutibus ornauerint domum ſuam: tunc aliis ſeptem nequam ſpiritibus adiunctis, reuertatur ad eos diabolus & habitet in illis: fiantque nouiſſima eorum peiora prioribus. Multo quippe peiori conditione ſunt hæretici quam gentiles: quia in illis ſpes fidei eſt: in iſtis pugna diſcordiæ. Cum hæc intelligentia plauſum quendam & colorem doctrinæ præferat, neſcio an habeat veritatẽ. Ex eo enim quod finita vel parabola vel exemplo ſequitur: Sic erit & generationi huic peſſimæ: compellimur non ad hæreticos & quoslibet homines, ſed ad Iudæorum populum referre parabolam: vt contextus loci non paſſim & vagus in diuerſum fluctuet, atque inſipientium more turbetur: ſed hærens ſibi vel ad priora vel ad poſteriora reſpondeat. Immundus ſpiritus exiuit à Iudæis, quando acceperunt legem, & ambulauit per loca arida quærens ſibi requiem. Expulſus videlicet à Iudęis ambulauit per gentium ſolitudines: quæ cum poſtea Domino credidiſſent, ille non inuento loco in nationibus, dixit.

e ¶ *Reuertar, &c.*] Hoc eſt à abibo ad Iudæos quos ante dimiſeram.

f ¶ *Et veniens inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam, &c.*] Vacabat enim templum Iudæorum: & Chriſtum hoſpitem non habebat dicentem: *Surgite, eamus hinc.* Et in alio loco: *Dimittetur vobis domus veſtra deſerta.* Quia igitur & Dei & Angelorum præſidia non habebãt, & ornati erãt ſuperfluis obſeruationibus legis, & traditionibus phariſæorum: reuertitur diabolus ad ſedem ſuam priſtinam, &

Ioan. 14 d Luc. 13 a

ſeptenario ſibi numero dæmonum addito, habitat priſtinam domum, & fiunt illius populi nouiſſima peiora prioribus. Multo enim nunc maiori dæmonum numero poſſidentur blaſphemantes in ſynagogis ſuis Chriſtum Ieſum, quam in Ægypto poſſeſſi fuerant ante legis notitiam: quia aliud eſt venturum non credere: aliud eum non ſuſcepiſſe qui venerit. Septenarium autem numerum adiunctum diabolo, vel propter ſabbatũ intellige, vel propter numerum Spiritus ſãcti: vt quomodo in Eſaia ſuper virgam de radice Ieſſe, & florem qui de radice conſcendit, ſeptẽ ſpiritus virtutum deſcẽdiſſe narrantur, ita econtrario vitiorum numerus in diabolo conſecratus ſit. Eſa. 11 a

q 129 II.

g ¶ *Adhuc, &c.*] Occupatus erat Dominus in opere ſermonis, in doctrina populorum, in officio prædicandi: mater & fratres veniunt foris, ſtant, & eū deſiderant loqui: Tunc quidam nunciat Saluatori, quod mater ſua & fratres ſtent foris, quærentes eum. Videtur mihi iſte qui nunciat non fortuito & ſimpliciter nunciare, ſed inſidias tendere Saluatori: vtrum ſpirituali operi carnẽ & ſanguinem præferat. Vnde & Dominus, non quod negaret matrem & fratres exire cõtempſit, ſed quod reſponderet inſidianti, extendens manum in diſcipulos, ait.

r 130 II.

a 131 II.

D

h ¶ *Ecce, &c.*] Iſti ſunt mater mea, qui me quotidie in credentium animis generant. Iſti ſunt fratres mei, qui faciunt opera patris mei. Non ergo iuxta Marcionem & Manichæum matrem negauit vt natus de phantaſmate putaretur, ſed Apoſtolos cognationi prætulit, vt & nos in comparatione dilectionis carni ſpiritum præferamus. Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant, quærentes te. Quidam fratres Domini de alia vxore Ioſeph filios ſuſpicantur, ſequentes delyramenta apocryphorum, & quandam Eſcham muliérculam confingentes. Nos autem, ſicut in libro quem contra Heluidium ſcripſimus continetur, fratres Domini, nõ filios Ioſeph, ſed conſobrinos Saluatoris, Mariæ liberos intelligimus materteræ Domini, quæ eſſe dicitur mater Iacobi minoris & Ioſeph & Iudæ: quos in alio Euangelij loco fratres Domini legimus appellatos. Fratres autem conſobrinos dici, omnis ſcriptura demonſtrat. Dicamus & aliter Saluator loquitur ad turbas: intrinſecus erudit nationes. Mater eius & fratres, hoc eſt, ſynagoga & populus Iudæorum, foris ſtant, & intrare deſiderant, & ſermone eius indigni fiunt. Cumque rogauerint & quæſierint & nunciũ miſerint, reſponſum accipiunt liberi eos eſſe arbitrij, & intraſſe poſſe ſi velint & ipſi credere; qui tamen intrare non potuerunt niſi alios rogauerint

Infr. 27. f Marc. 6 a & 16 a Infr. cap. 15. in fine.

CAPVT XIII.

IN *illa die exiens Ieſus de domo ſedebat ſecus mare, & congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ: ita vt in nauiculam aſcend.&c.*] Populus domum Ieſu non poterat intrare, nec eſſe ibi vbi Apoſtoli audiebant myſteria. Idcirco miſerator & miſericors Dominus egreditur de domo ſua, & ſedit iuxta huius ſæculi mare: vt turbæ congregentur ad eum, & audiant in litore, quæ intro audire non merebantur audire: ita vt in nauiculam aſcendens ſederet, & omnis turba ſtaret in litore. Ieſus in medijs fluctibus, hinc inde maris tunditur, & in ſua maieſtate ſecurus, appropinquata facit

CANON E terræ naniculam ſuam. At populus nequaquam periculum ſuſtinens, nec tentationibus circundatus, quas ferre non poterat, ſtat in litore fixo gradu, vt audiat quæ dicuntur.

a ¶ *Et locutus*, &c.] Turba non vnius ſententiæ eſt, ſed diuerſarum in ſingulis voluntatum. Vnde loquitur ad eam in multis parabolis, vt iuxta varias voluntates, diuerſas reciperent diſciplinas. Et notandũ, quod non omnia locutus ſit eis in parabolis, ſed multa. Si enim dixiſſet omnia in parabolis, abſque emolumento populi receſſiſſent. Perſpicua miſcet obſcuris, vt per ea quæ intelligunt, prouocentur ad eorum notitiam quæ non intelligunt.

b ¶ *Ecce*, &c.] Intus erat, domi verſabatur, loquebatur diſcipulis ſacramenta. Exiuit ergo de domo ſua, qui ſeminat verbum Dei, vt ſeminaret in turbis. Significatur autem ſa-
b 132 V. tor iſte qui ſeminat, eſſe filius Dei, & patris in populis ſemi-
c 133 I. nare ſermonem. Et ſimul obſerua hanc eſſe primam parabolam, quæ cum interpretatione ſua poſita ſit. Et cauendum eſt vbicumque Dominus exponit ſermones ſuos, & rogatus à diſcipulis intrinſecus differit: ne vel aliud, nec plus quid velimus intelligere, quàm
d 134 V. ab eo expoſitum eſt.

c ¶ *Quædam*, &c.] Hanc parabolam ad comprobandam hæreſim ſuam Valentinus aſſumit: tres introducens naturas: ſpiritualem, animalem, atque
e 135 II. terrenam, cum hic quatuor ſint: vna iuxta viam alia petroſa, tertia plena ſpinis, quarta
F terræ bonæ. Differunus parũper interpretationem eius cum diſcipulis volentes ſecretè audire quod dicitur.

d ¶ *Qui habet*, &c.] Prouocamur ad dictorum intelligentiam, quoties his ſermonibus commouemur.

e ¶ *Et accedentes diſcipuli*, &c.] Quærendum eſt quomodo accedant ad eum diſcipuli, cum Ieſus in naui ſedeat: niſi forte intelligi datur, quod dudum cum ipſo nauem conſcenderint, & ibi ſtantes ſuper interpretatione parabolæ ſciſcitati ſunt.

f ¶ *Qui enim*, &c.] Non in æqualitate iudicij habentibus additur, & non habentibus, id quod habere videntur aufertur, ſed quod Apoſtolis in Chriſto habentibus fidem, etiam ſi quid minus virtutum habeant, conceditur. Iudæis autem qui non crediderunt in filium Dei, etiam ſi quid per naturæ bonum poſſident, tollitur. Neque enim poſſunt aliquid ſapienter intelligere, qui caput non habent ſapientiæ.

g ¶ *Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident*, &c.] Hæc de his loquitur qui ſtant in litore, & diuiduntur ab Ieſu, & ſonitu fluctuum perſtrepente, non audiunt ad liquidum quæ dicuntur: Impleturque in eis prophetia E-
Eſa. 6. c ſaiæ: *Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis.* Hæc de turbis prophetata ſunt, quæ ſtant in litore, & Dei non merentur audire ſermonem. Accedamus ergo & nos cum diſcipulis ad Ieſum, & rogemus eum diſſertionem parabolæ: ne cum turbis fruſtra aures & oculos habere videamur.

& omnis turba ſtabat in litore, & locutus[a] eſt eis multa in parabolis, dicẽs: [b] exiit qui ſeminat ſeminare, & dum ſeminat, quædam ceciderunt ſecus viã, & venerũt volucres cæli, & comederunt ea. Alia autẽ ceciderunt in petroſa, vbi non habebant terram multam, & cõtinuo exorta ſunt, quia non habebant altitudinem terræ. Sole autẽ orto æſtuauerunt, & quia non habebant radicẽ, aruerũt. Alia autem ceciderunt in ſpinas, & creuerunt ſpinæ & ſuffocauerunt ea. Alia autẽ ceciderunt in terram bonam, & dabant fructũ, aliud cẽteſimum, aliud ſexageſimũ aliud triceſimum. Qui [d] habet aures audiendi, audiat. [e] Et accedentes diſcipuli, dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Qui reſpõdens, ait illis: Quia vobis datum eſt noſſe myſteria regni cælorum: illis autẽ non eſt datum. [b] Qui [f] enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. [c] Ideo in [g] parabolis loquor eis: quia videntes nõ vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt, & adimpletur in eis prophetia Eſaiæ, dicentis: Auditu audietis, & non intelligetis, & vidẽtes videbitis, & nõ videbitis. Incraſſatum [h] eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt. Et oculos [i] ſuos clauſerũt: ne quãdo videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligãt, & conuertantur, & ſanem eos. [d] Veſtri [k] autẽ beati oculi, quia vidẽt, & aures veſtræ quia audiunt. Amen [l] quippe dico vobis: quia multi prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ videtis, & nõ viderunt, & audire quæ auditis, & nõ audierunt. [e] Vos ergo audite parabolã ſeminãtis. Omnis qui [m] audit verbũ regni, & non intelligit, venit [n] malus, & rapit quod ſeminatũ eſt in corde eius: hic eſt qui ſecus viam ſeminatus eſt. Qui autẽ ſuper petroſa ſeminatus eſt: hic eſt qui verbũ audit, & continuo cũ gaudio accipit illud: Nõ habet autem in ſe radicem, ſed eſt tẽporalis. Facta [o] aũt tribulatione, & perſecutione propter verbũ, cõtinuo ſcãdalizatur. Qui [p] aũt ſeminatus eſt in ſpinis: hic eſt qui verbũ audit, & ſolicitudo ſæculi

h ¶ *Incraſſatum eſt*, &c.] Reddit cauſas quare videntes non videant, & audientes non audiant: Quia incraſſatum eſt, inquit, cor populi huius, & auribus ſuis grauiter audierunt. Ac ne forte arbitremur craſſitudinem cordis, & grauitatem aurium naturæ eſſe non voluntatis, ſubiungit culpam arbitrij & dicit.

i ¶ *Et oculos ſuos clauſerunt: ne quando oculis videant, & auribus audiant*, &c.] In parabolis ergo audiunt & in ænigmate, qui clauſis oculis nolunt cernere veritatem.

k ¶ *Veſtri autem*, &c.] Niſi ſupra legiſſemus auditores ad intelligentiam prouocatos, Saluatore dicente: qui habet aures audiendi audiat, putaremus nunc oculos & aures, quæ beatitudinem accipiunt, carnis intelligi. Sed mihi videtur illi beati oculi, qui poſſunt Chriſti cognoſcere ſacramenta, & quos leuari Ieſus in ſublime Ioan. 4. a
præcepit, vt candentes ſegetes aſpiciant, & illæ aures beatæ, de quibus Eſaias loquitur: *Do-* Eſa. 50. b
minus appoſuit mihi auriculam.

l ¶ *Amen quippe dico vobis*, &c.] Videtur huic loco illud H
eſſe contrarium quod alibi dicitur: *Abraham cupiuit diem* Ioan. 7. g
meum videre, & vidit & lætatus eſt. Non autem dixit omnes prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ videtis: ſed, multi. Inter multos poteſt fieri, vt alii viderint, alij non viderint: licet & in hoc periculoſa ſit interpretatio, vt inter ſanctorum merita, diſcretionem quamlibet facere videamur. Ergo Abraham vidit in ænigmate, vidit in ſpecie: vos autem in præſentiarum tenetis, & habetis Dominum veſtrum, & ad voluntatem interrogatis, & conueſcimini ei.

m ¶ *Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit.*] Hoc præmittens hortatur nos, vt quæ dicuntur diligentius audiamus.

n ¶ *Venit malus, & rapit quod ſeminatum eſt in corde eius.*] Malus bonum ſemen rapit: Et ſimul intellige quod in corde fuerit ſeminatum: & diuerſitas terræ, animæ ſint credentium.

o ¶ *Facta autem tribulatione*, &c.] Attende quod dictum ſit: continuo ſcandalizatur. Eſt ergo aliqua diſtantia inter eum qui multis tribulationibus pœniſque compellitur Chriſtum negare, & eum qui ad primam perſecutionem ſtatim ſcandalizatur & corruit.

p ¶ *Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt qui verbum audit, & ſolicitudo ſæculi iſtius*, &c.] Mihi videtur & illud quod iuxta literam ad Adam dicitur: *Inter ſpinas & tribu-* Gen. 3. a
los panem tuum manducabis: hoc ſignificare myſtice: quod quicumque ſe ſæculi voluptatibus dederit curiſque iſtius mundi,

A

mundi, panem cæleſtem, & cibum verum inter ſpinas comedat. Et eleganter adiunxit: fallacia diuitiarum ſuffocat verbum. Blandæ enim ſunt diuitiæ, & aliud agentes & aliud pollicentes. Lubrica eſt earum poſſeſſio, dum huc illucque circunferuntur, & inſtabili gradu vel habentes deſerunt, vel non habentes referciunt. Vnde & Dominus diuites aſſerit difficulter intrare in regnum cælorum, ſuffocantibus diuitiis verbum Dei, & rigorem virtutum emollientibus.

a ¶ *Qui vero*, &c.] Sicut in terra mala tres fuere diuerſitates, ſecus viam, & petroſa, & ſpinoſa loca: ſic in terra bona trina diuerſitas eſt: centeſimi, ſexageſimi, & triceſimi fructus. Et in illa autem & in iſta non mutatur ſubſtantia, ſed voluntas, & tam incredulorum quam credentium corda ſunt quæ ſemen recipiunt. Venit, inquit, malus, & rapit quod ſeminatum eſt in corde eius, & ſecundo ac tertio: hic eſt, ait, qui verbum audit. In expoſitione quoque terræ bonæ, iſte eſt qui audit verbum. Primum ergo debemus audire: deinde intelligere, & poſt intelligentiam fructus reddere doctrinarum: & facere vel centeſimum fructum, vel ſexageſimum, vel triceſimum, de quibus plenius in libro contra Iouinianum diximus, & nunc breuiter perſtringimus: Centeſimum fructum virginibus: ſexageſimum viduis & continentibus: triceſimum caſto matrimonio deputantes. *Honorabiles enim nuptiæ, & cubile immaculatum.* Heb. 13. a Quidam noſtrorum, centeſimum fructum ad martyres referunt: quod ſi ita eſt, ſancta conſortia nuptiarum excluduntur à fructu bono.

B

b ¶ *Aliam*, &c.] Hæc ſecunda parabola eſt, cum interpretatione ſua non ſtatim poſita, ſed interiectis aliis parabolis edisſeria. Hic enim proponitur, & poſtea dimiſſis turbis venitur domum, & accedunt ad eum diſcipuli eius rogantes: Diſſere nobis parabolam zizaniorum agri, & reliqua. Non ergo debemus præpropero intelligendi deſiderio ante eius notitiam quærere quam à Domino diſſeratur.

c ¶ *Aliam parabolam*, &c.] Sedebat Dominus in naui, & turba ſtabat in littore: illi procul, diſcipuli vicinius audiebant. Proponit eis & aliam parabolam, quaſi diues paterfamilias inuitatos diuerſis reficiens cibis: vt vnuſquiſque ſecundum naturam ſtomachi ſui varia alimenta ſuſciperet. Vnde & in priori parabola non dixit alteram, ſed aliam. Si enim præmiſiſſet alteram, expectare tertiam non poteramus: præmiſit aliam, vt plures ſequantur.

d ¶ *Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod*, &c.] Non ſit moleſtum lectori ſi totas parabolas proponimus. Quæ enim obſcura ſunt, plenius diſſerenda ſunt: ne breuitate nimia inuoluantur magis ſenſus quam exponantur. Regnum cælorum prædicatio euangelii eſt, & notitia ſcripturarum, quæ ducit ad vitam, & de qua dicitur ad Iudæos: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Infra 21. d Simile eſt ergo huiuſcemodi regnum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo. Homo qui ſeminat in agro ſuo, à pleriſque Saluator intelligitur, quod in animis credentium ſeminet: Ab alus, ipſe homo ſeminans in agro ſuo: hoc eſt in ſemetipſo & in corde ſuo. Quis eſt iſte qui ſeminat, niſi ſenſus noſter & animus: qui ſuſcipiens gra-

ſæculi iſtius, & fallacia diuitiarum ſuffocat verbũ & ſine fructu efficitur. Qui vero [a] in terram bonam ſeminatus eſt: hic eſt qui audit verbum & intelligit & fructum affert, & facit aliud quidẽ centeſimum, aliud autem ſexageſimum, aliud vero triceſimum. [f] Aliam [b] parabolam propoſuit illis, dicens: Simile eſt regnum cælorum homini qui ſeminauit bonum ſemẽ in agro ſuo. Cum autem dormirẽt homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cũ autem creuiſſet herba, & fructum feciſſet: tunc apparuerũt & zizania. Accedentes autem ſerui patrisfamilias, dixerũt ei: Domine nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis imus, & colligimus ea? Et ait: Nõ, ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum. Sinite vtraq; creſcere vſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburẽdũ: triticum autem congregate in horreum meum. [g] Aliam [c] parabolam propoſuit eis, dicens: Simile [d] eſt regnum cęlorũ grano ſinapis: quod accipiẽs homo ſeminauit in agro ſuo, quod minimũ quidẽ eſt omnibus ſeminib. Cũ aũt creuerit, maius eſt omnib. holerib. & fit arbor: ita vt volucres cæli veniãt, & habitẽt in ramis eius. [h] Aliã parabolã [e] locutus eſt eis. Simile eſt regnũ cælorum fermẽto, quod acceptũ mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus: donec

Canon C

...oum prædicationis, & fouens ſementem humore fidei, facit in agro ſui pectoris pullulare? Prædicatio euangelii minima eſt omnibus diſciplinis. Ad primam quippe doctrinam fidem non habet veritatis, hominem Deum, Chriſtum mortuum, & ſcandalum crucis prædicans. Confer huiuſcemodi doctrinam dogmatibus philoſophorum, & libris eorum, & ſplendore eloquentiæ, & compoſitioni ſermonum, & videbis quãto minor ſit cæteris ſeminibus ſementis Euangelii. Sed illa cum creuerit, nihil mordax, nihil viuidum, nihil vitale demonſtrat, ſed totum flaccidum marcidumque & mollitum ebullit in holera, & in herbas, quæ cito areſcunt & corruunt. Hæc autem prædicatio, quæ parua videbatur in principio, cum vel in anima credentis, vel in toto mundo ſata fuerit: non exurgit in holera, ſed creſcit in arborem: ita vt volucres cæli (quas vel animas credentium, vel fortitudines Dei ſeruitio mancipatas ſentire debemus) veniant, & habitent in ramis eius. Ramos puto euangelicæ arboris, quæ de grano ſinapis creuerit, dogmatum eſſe diuerſitates: in quibus ſupradictarum volucrũ vnaquæque requieſcit. Aſſumamus & nos pennas columbæ: vt voliãtes ad altiora, poſſimus habitare in ramis huius arboris, & nidulos nobis facere doctrinarum: terrenaque fugientes ad cæleſtia feſtinare. Multi legentes granum ſinapis minimum omnibus ſeminib., & illud quod in euangelio à diſcipulis dicitur: Domine adauge nobis fidem, & reſpondetur eis à Saluatore: *Amen dico vobis: ſi habueritis fidẽ quaſi granum ſinapis, & dixeritis monti huic, migra de loco iſto, migrabit*: putant Apoſtolos vel paruam fidem petere, vel Dominum de parua fide dubitare, cum Apoſtolus Paulus fidem grano ſinapis comparatam maximam iudicet. Quid enim dicit? *Si habuero totam fidem, ita vt montes transferam: charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt.* Ergo quod Dominus dixit fide fieri quæ grano ſinapis comparatur: hoc Apoſtolus docet tota fide poſſe fieri.

f 136 X.

g 137 II.

h 138 V.

D

Luc. 17 b

1.Cor. 13 a

e ¶ *Aliam parabolam locutus eſt eis: Simile eſt regnum cælorũ fermento, quod*, &c.] Diuerſus eſt hominum ſtomachus: alii amaris, alii dulcibus: alii auſterioribus, alii lenibus delectantur cibis. Proponit itaque Dominus, vt iam ſupra diximus, diuerſas parabolas: vt iuxta vulnerum varietates, & medicina diuerſa ſit. Mulier iſta, quæ fermentum accepit, & abſcondit illud in farinæ ſatis tribus, donec fermentaretur totum: vel prædicatio mihi videtur apoſtolica: vel eccleſia quæ de diuerſis gentibus congregata eſt. Hæc tollit fermentum, notitiam ſcilicet & intelligentiam ſcripturarum, & abſcondit illud in farinæ ſatis tribus: vt ſpiritus, anima, & corpus in vnum redacta, non diſcrepent inter ſe: ſed cum duob. & tribus conuenerint, impetrent à patre quodcumque poſtulauerint. Differtur locus iſte & aliter. Legimus in Platone & philoſophorum dogma vulgatum eſt: tres eſſe in humana anima paſſiones, τὸ λογικὸν, quod nos poſſumus interpretari rationabile, τὸ θυμικὸν, quod dicimus plenum iræ vel iraſcibile, τὸ ἐπιθυμητικὸν, quod appellamus concupiſcibile: & putat ille philoſophus rationabile noſtrum in cerebro: iram in felle: deſiderium in iecore commorari. Et nos ergo ſi acceperimus fermentum euangelicum ſanctarum ſcripturarum (de quo ſupra dictum eſt) tres humanæ animæ paſſiones in vnum redigentur: vt in

CAson
E ratione poſſideamus prudentiam: in ira, odium contra vitia: in deſiderio, cupiditatem virtutum: & hoc totũ fiet per doctrinam euangelicam, quam nobis mater eccleſia præſtitit. Dicam & tertiam quorundam intelligentiam, vt curioſus lector è pluribus quod placuerit eligat: Mulierem iſtam &
i 139
VI. ipſi eccleſiam interpretantur: quæ fidem hominis farinæ ſatis tribus commiſcuerit: credulitatiſ Patris & Filij & Spiritus ſancti. Cumque in vnum fuerit fermentata: non nos ad triplicem Deum, ſed ad vnius diuinitatis perducit notitiam.
k 140
X. Farinæ quoque ſata tria, dum non eſt in ſingulis diuerſa natura, ad vnitatem trahunt ſubſtantiæ. Pius quidem ſenſus, ſed numquam parabolæ, & dubia ænigmatum intelligentia, poteſt ad authoritatem dogmatum proficere. Satum autem genus eſt menſuræ iuxta morem prouinciæ Palæſtinæ, vnum & dimidium modium capiens. Dicuntur & alia de hac parabola: ſed non eſt præſentis materię totura de omnibus dicere.

donec fermentatum eſt totum. [i] Hæc omnia locutus [a] eſt Ieſus in parabolis ad turbas, & ſine parabolis non loquebatur eis: Vt impleretur [b] quod dictum eſt per prophetam, dicentē: Aperiam in parabolis os meum: eructabo abſcondita à conſtitutione mundi. [k] Tunc [c] dimiſſis turbis venit in domum, & acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes: Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui [d] reſpondens ait: Qui ſeminat bonum ſemen, eſt filius hominis. Ager autem eſt mundus. Bonum vero ſemen hi ſunt filii regni: zizania autem filii ſunt nequam. Inimicus autem qui ſeminauit ea, eſt diabolus. Meſſis vero conſummatio ſæculi eſt. Meſſores autem angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: ſic erit in conſummatione ſæculi. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & ſtridor dentium. Tunc iuſti [e] fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. Simile eſt [l] regnum cælorum theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit & vēdit vniuerſa quę habet, & emit agrum illum. Iterum [g] ſimile eſt regnum cælorum homini negotia-

a ¶ *Hæc omnia, &c.*] Non diſcipulis, ſed turbis per parabolas loquitur. & vſque hodie
F turbæ in parabolis audiunt, diſcipuli Domini interrogant Saluatorem.

zania: Iuſti reputantur in filios regni. Ergo vt ſupra dixi: quę expoſita ſunt à Domino, his debemus accommodare fidem. Quæ autem tacita & noſtræ intelligentiæ derelicta, perſtringenda ſunt breuiter. Homines qui dormiunt, magiſtros eccleſiarum intellige. Seruos patrisfamilias, ne alios accipias quam angelos, qui quotidie vident faciem patris. Diabolus autem propterea inimicus homo appellatur, quia Deus eſſe deſiuit. Et in nono pſalmo ſcriptum eſt de eo: *Exurge Domine, non confortetur homo.* Quamobrem nō dormiat qui eccleſiæ præpoſitus eſt: ne per illius negligentiam inimicus homo ſuperſeminat zizania: hoc eſt, hæreticorum dogmata. Quod autem dicitur: *Ne forte colligentes zizania eradicetis ſimul & frumentum*: datur locus pœnitentiæ, & monemur ne cito amputemus fratrē: quia fieri poteſt, vt ille qui hodie noxio deprauatus eſt dogmate, cras reſipiſcat, & defendere incipiat veritatem. Illud quoque quod ſequitur: *Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem*: videtur illi præcepto eſſe contrarium: *Auferte malum de medio veſtrum*: 1 Cor. 5. d
& nequaquam ſocietatem habendam cum his qui fratres nominentur, & ſunt adulteri & fornicatores. Si enim prohibetur eradicatio, & vſque ad meſſem tenenda eſt patientia: quomodo eiiciēdi ſunt quidam de
H medio noſtrum? Inter triticum & zizania, quod nos appellamus lolium, quandiu herba eſt, & nondum culmus venit ad ſpicam, grandis ſimilitudo eſt, & in diſcernendo aut nulla aut perdifficilis diſtantia. Præmonet ergo dominus, ne vbi quid ambiguum eſt, cito ſententiam proferamus: ſed Deo iudici terminum reſeruemus: vt cum dies iudicij venerit, ille non ſuſpicionem criminis, ſed manifeſtum reatum de ſanctorum cœtu eiiciat. Quod autem dixit, zizaniorum faſciculos ignibus tradi, & triticum congregari in horrea: manifeſtum eſt hæreticos quoſque & hypocritas fidei, gehennæ ignibus concremandos: ſanctos vero qui appellantur triticum, horreis, id eſt, manſionibus cœleſtibus ſuſcipi.

b ¶ *Vt impleretur quod, &c.*]
Hoc teſtimonium de ſeptuageſimoſeptimo pſalmo ſumptum eſt. Legi in nonnullis codicibus, & ſtudioſus lector forte repperiet idipſum: in eo loco vbi nos poſuimus & vulgata habet editio: vt impleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem: ibi ſcriptum, per Eſaiam Prophetam dicentem. Quod quia minime inueniebatur in Eſaia, arbitror poſtea à prudentibus viris eſſe ſublatum. Sed mihi videtur in principio ita editum: Quod ſcriptum eſt per Aſaph prophetam, dicentem. Septuageſimus enim ſeptimus pſalmus, de quo hoc ſumptum eſt teſtimonium, Aſaph prophetæ titulo inſcribitur: Et primum ſcriptorem non intellexiſſe Aſaph, & putaſſe ſcriptoris vitium, atque emendaſſe nomen Eſaiæ: cuius vocabulum manifeſtius erat. Sciēdum eſt itaque, quod in pſalmis & hymnis & canticis Dei, non ſolum Dauid, ſed & cæteri, quorum præſcripta ſunt nomina, prophetæ ſint appellandi: Aſaph videlicet & Idithum & Heman Ezraites, & Æthan & filij Chore, & reliqui quos ſcriptura commemorat. Quodque ex perſona Domini dicitur: Aperiam in parabolis os meum: eructabo abſcondita à conſtitutione mundi: conſiderandum attentius, & inueniendum, deſcribi egreſſum Iſraëlis ex Ægypto, & omnia ſigna narrari quæ in Exodi continentur hiſtoria. Ex quo intelligimus vniuerſa illa quæ ſcripta ſunt parabolice ſentienda: nec manifeſtam tātum ſonare literam, ſed abſcondita ſacramenta: hoc enim ſe Saluator dicturum eſſe promittit: Aperiens os ſuum in parabolis, & eructans abſcondita à conſtitutione mundi.

c ¶ *Tunc dimiſſis turbis venit in domum, & acceſſerunt, &c.*] Dimittit turbas Ieſus & domum reuertitur: vt accedant ad eum diſcipuli, & ſecreto interrogent quæ populus nec merebatur audire, nec poterat. Ediſſere nobis parabolam zizaniorum.

d ¶ *Qui reſpondens ait: Qui ſeminat bonum ſemen, eſt filius hominis.*] Perſpicue expoſuit quod ager mundus ſit: ſator, filius hominis: bonum ſemen, filij regni: zizania, filii peſſimi: zizaniorum ſator, diabolus: meſſis conſummatio mundi: meſſores, angeli. Omnia ſcandala referuntur ad zi-

e ¶ *Tunc iuſti, &c.*] In præſenti ſæculo fulget lux ſanctorum coram hominibus: poſt conſummationem autem mundi, ipſi iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui.

f ¶ *Simile eſt regnum, &c.*] Crebris parabolarū obſcuritatibus retardati, commaticam interpretationem excedimus: vt prope de alio interpretationis genere ad aliud tranſiſſe videamur. Theſaurus iſte, *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi*, aut Deus verbum eſt, qui in carne Chriſti videtur abſconditus: aut ſanctæ Scripturæ, in quibus repoſita eſt notitia Saluatoris: quem cum quis in eis inuenerit, debet omnia iſtius mundi emolumenta contemnere, vt illum poſſit habere quem reperit. Quod autem ſequitur. Quem cum inuenerit homo, abſcondit: idcirco dicitur, non quod hoc de inuidia faciat, ſed quod timore ſeruantis & nolentis perdere, abſcondat in corde ſuo, quem priſtinis prætulit facultatibus. Coloſ. 2. a

g ¶ *Iterum ſimile eſt regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas, &c.*] Aliis verbis idipſum quod ſupra dicitur. Bonæ margaritæ, quas quærit inſtitor, lex & prophetę ſunt. Audi Marcion, audi Manichee: Bonæ margaritæ ſunt lex & prophetæ, & notitia veteris Teſtamenti. Vnum autem eſt precioſiſſimum margaritum, ſcientia Saluatoris & ſacramentum paſſionis illius, & reſurrectionis arcanum.

A ar anum. Quod cum inuenerit homo negotiator, ſimilis Pauli Apoſtoli, omnia legis prophetarumq; myſteria & obſeruationes priſtinas, in quibus inculpate vixerat, quaſi purgamenta contemnit, & quiſquilias, vt Chriſtum lucrifaciat. Philip. 3. b In quo inuentio nouæ margaritæ condemnatio fit veterum margaritarum: ſed quo comparatione eius omnis alia gemma vilior fit.

ciues ſemper ciuibus inuidere. Non enim conſiderant præſentia viri opera: ſed fragilis recordantur infantiæ: quaſi non & ipſi per eoſdem ætatum gradus ad maturam ætatem venerint. Canon C

h ¶ *Et non fecit, &c.*] Non quod etiam illis incredulis facere non potuerit virtutes multas: ſed quod ne multas faciens virtutes, ciues incredulos condemnaret. Poteſt autem & aliter intelligi: quod Ieſus deſpiciatur in domo & in patria ſua: hoc eſt, in populo Iudæorum. Et ideo ibi pauca ſigna fecerit: ne penitus inexcuſabiles fierent. Maiora autem ſigna quotidie in gentibus per Apoſtolos facit: non tam in ſanatione corporum, quam in animarũ ſalute.

a ¶ *Iterum, &c.*] Impleto Hieremiæ vaticinio dicentis: *Ecce ego mittã ad vos piſcatores multos*: poſtquam audierunt Petrus & Andreas, & Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi: Sequimini me, & faciam vos piſcatores hominum: contexuerunt ſibi ex veteri & nouo teſtamẽto ſagenam euangelicorum dogmatum, & miſerunt eam in mare huius ſæculi: quæ vſq; hodie in medijs fluctibus tenditur, capiens de ſalſis & amaris gurgitibus quidquid inciderit, id eſt, & bonos homines & malos, & optimos piſces & peſſimos. Cum autem venerit conſummatio & finis mundi (vt ipſe infra manifeſtius diſſerit) tunc ſagena extrahetur ad littus: tunc verum ſecernendorum piſcium ſignum demõſtrabitur, & quaſi in quodam quietiſſimo portu, boni mittentur in vaſa cæleſtium manſionum: malos autem torrendos & exiccandos gehennæ flamma ſuſcipiet. Hier. 6. a Sap. 4. a

negotiatori, quærẽti bonas margaritas. Inuẽta autem vna pretioſa margarita, abijt & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterum[a] ſimile eſt regnum cælorũ ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti. Quam, cum impleta eſſet educentes, & ſecus littus ſedentes: elegerũt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt. Sic erit in conſũmatione ſæculi. Exibũt angeli, & ſeparabũt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentium. Intellexiſtis [b] hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis [c] ſcriba doctus in regno cęlorum, ſimilis eſt homini patrifamiliæ, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. Et factũ [d] eſt cum conſummaſſet Ieſus parabolas iſtas, tranſijt inde. [i] Et veniens in patriam ſuam, docebat eos in ſynagoga eorum, ita vt mirarentur & dicerent. Vnde huic [e] ſapientia hæc & virtutes? Nonne hic [f] eſt fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioſeph, & Simon, & Iudas? & ſorores eius nonne omnes apud nos ſunt? Vnde ergo huic omnia iſta? & ſcandalizabantur in eo[m]. Ieſus [g] autem dixit eis: Non eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua. Et non [h] fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem eorum.

Capvt XIV.

IN [a] illo [i] tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Ieſu, & ait pueris ſuis: Hic eſt Ioannes Baptiſta, ipſe ſurrexit à mortuis: & ideo virtutes operantur in eo. [b] Herodes [k] enim tenuit Ioannem, & alligauit eum, & poſuit in carcerẽ propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui. Dicebat enim illi Ioãnes: Non licet tibi habere eã. Et volens [l] illum occidere, timuit populum: quia ſicut prophetã eum habebant. [c] Die [m] autem natalis Herodis, ſaltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. Vnde cum [n] iuramẽto pollicitus eſt ei dare quodcũque poſtulaſſet

Capvt XIV.

IN *illo tempore, audiuit, &c.*] Quidam eccleſiaſticorum interpretum cauſas quęrit: quare Herodes iſta ſit ſuſpicatus, vt putet à mortuis Ioannem reſurrexiſſe, & ideo virtutes operari in eo: quaſi erroris alieni nobis reddenda ſit ratio: aut μετεμψυχώσεως ſecta ex his verbis habeat occaſionẽ: cum vtique eo tempore quo Ioannes decollatus eſt, Dominus triginta eſſet annorum: μετεμψύχωσις autem poſt multos annorum circulos, in diuerſa corpora dicat animas inſinuari. I 141 I. m 142 I. a 143 II.

B b ¶ *Intellexiſtis, &c.*] Ad Apoſtolos propriè ſermo eſt, & illis dicitur: Intellexiſtis hæc omnia? Quos non vult audire tãtum vt populum, ſed intelligente vt magiſtros futuros.

c ¶ *Ideo omnis, &c.*] Inſtructi erant Apoſtoli, ſcribæ, & notarij Saluatoris, qui verba illius & præcepta ſignabant in tabulis cordis carnalibus, regnorum cæleſtium ſacramentis, & pollebant opibus patriſfamiliæ, ejicientes de theſauro doctrinarum ſuarum noua & vetera: vt quidquid in euangelio prædicabant, legis & prophetarum vocibus comprobarẽt. vnde & ſponſa dicit in Cantico canticorum: *Noua & vetera fratruelis meus ſeruaui tibi.* Cant. 7. d

D x ¶ *Herodes autem tenuit Ioannem, &c.*] Vetus narrat hiſtoria Philippum Herodis maioris filium, ſub quo Dominus fugit in Ægyptum, fratrem huius Herodis, ſub quo paſſus eſt Chriſtus, duxiſſe vxorem Herodiadem filiam regis Aretæ: poſtea vero ſocerum eius, exortis quibuſdam contra generum ſimultatibus, tuliſſe filiam ſuam, & in dolorem prioris mariti, Herodis inimici eius nuptiis copulaſſe. Quis ſit autem hic Philippus, euangeliſta Lucas plenius docet: *Anno quintodecimo imperij Tiberii Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudæam: Tetrarcha autem Galilææ Herode: Philippo vero fratre eius tetrarcha Ituręæ & Traconitidis regionis.* Ergo Ioannes Baptiſta, qui venerat in ſpiritu & virtute Eliæ, eadem auctoritate, qua ille Achab corripuerat & Iezabel, arguit Herodem & Herodiadem, quod illicitas nuptias fecerint, & non liceat fratre viuente germano vxorem illius ducere: malens periclitari apud regem, quam propter adulationem eſſe immemor præceptorum Dei. b 144 II. c 45 VI. Luc. 3. a 3. Reg. 21. f

d ¶ *Et factum eſt, &c.*] Poſt parabolas, quas locutus eſt ad populum, & quas ſoli Apoſtoli intelligunt, tranſit in patriã ſuam, vt ibi apertius doceat.

e ¶ *Vnde huic, &c.*] Mira ſtultitia Nazarenorum: mirantur vnde habeat ſapientiam ſapientia, & virtutes virtus: ſed error in promptu eſt, quod fabri filium ſuſpicantur.

f ¶ *Nonne hic eſt fabri filius? Nonne, &c.*] Error Iudæorum ſalus noſtra eſt, & hæreticorum condemnatio. Intantum enim cernebant hominem Ieſum Chriſtum, vt fabri putarent filium. Nonne hic eſt fabri filius? Miratis ſi errent in fratribus, cum errent in patre. Locus iſte plenius in ſupradicto contra Heluidium libello expoſitus eſt.

g ¶ *Ieſus autem dixit eis: Non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua, & in domo ſua.*] Propemodum naturale eſt,

l ¶ *Et volens, &c.*] Seditionem quippe populi verebatur propter Ioannem, à quo ſciebat turbas in Iordane plurimas baptizatas. Sed amore vincebatur vxoris, ob cuius ardorem etiam Dei præcepta neglexerat.

m ¶ *Die autem, &c.*] Nullum alium inuenimus obſeruaſſe diem natalis ſui, niſi Herodem & Pharaonem: vt quorum erat par impietas, eſſet & vna ſolemnitas. Gen. 41. a

o ¶ *Cum iuramento pollicitus eſt ei dare quodcumque*

CANON E poſtulaſſet ab eo.]Ego non excuſo Herodem,quod inuitus & nolens propter iuramentum homicidium fecerit: qui ad hoc fortè iurauit,vt futuræ occaſioni machinas præpararet. Alioquin ſi ob iuſiurandum feciſſe ſe dicit:ſi patris,ſi matris poſtulaſſet interitum, facturus fuerat, an non? Quod in ſe ergo repudiaturus fuit, contemnere debuit & in propheta.

ab eo. At illa præmonita à matre ſua: Da [a] mihi inquit,hic in diſco caput Ioãnis Baptiſtæ.Et cõtriſtatus [b] eſt rex:Propter [c] iuſiurandum autem, & propter eos qui pariter diſcumbebant, iuſſit dari. Miſitque,& decollauit Ioãnem in carcere. Et allatum [d] eſt caput eius in diſco, & datum eſt puellæ,& attulit matri ſuæ.Et accedẽtes [e] diſcipuli eius,tulerunt corpus eius,& ſepelierunt illud Et venientes [f] nũciauerũt Ieſu. [d] Quod cum audiſſet Ieſus,ſeceſſit inde in nauiculam in locũ deſertum ſeorſum. Et cum [g] audiſſent turbæ,ſequutæ ſunt eum pedeſtres de ciuitatibus Et exiens [h] vidit turbam multã, & miſertus eſt eis , & curauit languidos eorum. [e] Veſpere [i] autẽ facto acceſſerunt ad eum diſcipuli eius,dicentes:Deſertus eſt locus,& hora iã præteriit:dimitte turbas,vt euntes in caſtella emant ſibi eſcas. Ieſus [k] autem dixit eis: Non habent neceſſe ire. Date [l] illis vos mãducare.Reſponderũt [m] ei:Non habemus hic niſi quinq; panes & duos piſces. Qui [n] ait eis:Afferte mihi illos huc.Et cum [o] iuſſiſſet turbam diſcumbere ſuper fœnum : acceptis quinque panibus & duobus piſcibus,aſpiciẽs in cęlũ,benedixit&fregit,&dedit diſcipulis panes, diſcipu-

a ¶ *Da mihi, &c.*] Herodias timens ne Herodes aliquando reſipiſceret, vel Philippo fratri amicus fieret:atque illicitæ nuptiæ repudio ſoluerentur, monet filiam,vt in ipſo ſtatim conuiuio caput Ioannis poſtulet:

d 546 III digno operi ſaltationis, dignũ ſanguinis præmium.

b ¶ *Et contriſtatus, &c.*] Conſuetudinis ſcripturarum eſt, vt opinionem multorum ſic narret hiſtoricus, quomodo eo tẽpore ab omnibus credebatur.

e 547 I Sicut Ioſeph ab ipſa quoque Maria appellabatur pater Ieſu, ita & nunc Herodes dicitur contriſtatus: quia hoc diſcumbentes putabant. Diſſimulator enim mentis ſuæ malinam artifex homicida , cum triſtitiam in facie, & lætitiam haberet in mente.

c ¶ *Propter iuſiurandum, &c.*] Scelus excuſat iuramẽto,vt ſub occaſione pietatis impius fieret. Quod autem ſubiecit:Et

F propter eos qui pariter diſcumbebant, vult omnes ſceleris ſui eſſe conſortes , vt in luxurioſo impuroque conuiuio cruentæ epulæ deferrentur.

d ¶ *Et allatum, &c.*]Legimus in Romana hiſtoria,Flaminium ducem Romanum , quod accumbenti iuxta meretriculæ latus, quæ nunquam ſe vidiſſe diceret hominem decollatum,aſſenſus ſit, vt reus quidam capitalis criminis in conuiuio truncaretur,à cenſoribus pulſum curia:quod epulas ſanguini miſcuerit,& mortem quamuis noxij hominis,in alterius delicias præſtiterit,vt libido & homicidium pariter miſcerentur. Quanto ſcelerarior Herodes & Herodias, ac puella quæ ſaltauit,in pretium ſanguinis caput poſtulat prophetæ:vt habeat in poteſtate linguam, quæ illicitas nuptias arguebat. Hoc iuxta literam factum ſit:nos autẽ vſque hodie cernimus in capite Ioannis Prophetæ , Iudæos, Chriſtum , qui caput eſt prophetarum, perdidiſſe.

e ¶ *Et accedentes, &c.*] Refert Ioſephus in quodam Arabię oppido Ioannem capite truncatum. Et quod ſequitur: Accedentes diſcipuli eius tulerunt corpus,& ipſius Ioannis & Saluatoris diſcipulos poſſumus intelligere.

f ¶ *Et venientes, &c.*]Necem Baptiſtæ nuncians Saluatori:qua audita,ſeceſſit in locum deſertum ſeorſum. Non vt quidam arbitrantur timore mortis: ſed parcens inimicis ſuis,ne homicidio homicidium iungerent. Vel in diem paſchæ ſuum interitum differens : in quo propter ſacra-

Exod. 12. mentum immolandus eſt agnus,& poſtes credentiũ ſanguine reſpergendi. Siue ideo receſſit,vt nobis præberet exemplum vitandæ vltro tradentium ſe temeritatis: quia non omnes eadem conſtantia perſeuerant in tormentis, qua ſe torquendos offerunt. Ob hanc cauſam & in alio

Sup. 10. c loco præcipit: *Cum vos perſecuti fuerint in iſta ciuitate, fugite in aliam.* Eleganter quoque euangeliſta non ait: fugit in locum deſertũ : ſed receſſit , vt perſecutores vitauerit magis quam timuerit. Aliter: poſtquam à Iudæis & rege Iudæorum prophetæ truncatum eſt caput, & linguam ac vocem apud eos perdidit prophetia : Ieſus tranſiit ad deſertum eccleſiæ locum,quæ virum ante non habuerat.

g ¶ *Et cum, &c.*] Poteſt & aliam ob cauſam audito Ioãnis interitu ſeceſſiſſe in deſertum locum vt credentium probaret fidem. Denique turbæ ſequutæ ſunt eum pedeſtres, non in iumentis, non in diuerſis vehiculis: ſed proprio labore pedum , vt ardorem mentis oſtenderent. Si volumus ſingulorum verborum aperire rationes, propoſiti operis breuitatem excedimus. Attamen dicendum eſt tranſitoriè: quod poſtquã Dominus venerit in deſertum, ſequutæ ſunt eum turbæ plurimæ. Nam antequam veniret in ſolitudines gentium,ab vno tantum populo colebatur.

h ¶ *Et exiens, &c.*] In euangelicis ſermonibus ſemper literæ iunctus eſt ſpiritus, & quidquid primo frigere videtur aſpectu, ſi tetigeris, calet. In loco deſerto erat Dominus ſequutæ ſunt eum turbæ relinquentes ciuitates ſuas , hoc eſt priſtinas conuerſationes , & varietates dogmatum. Egreſſus autem Ieſus ſignificat quod turbæ habuerint quidem eũdi voluntatem , ſed vires perueniendi non habuerint : Ideo Luc. 15 a Saluator egreditur de loco ſuo,& pergit obuiam : ſicut & in alia parabola filio pœnitenti occurrerat. Viſaque turba miſeretur,& curat lãguores eorum,vt fides plena ſtatim præmium conſequatur.

G

H

i ¶ *Veſpere autem facto, &c.*] Omnia plena myſteriis ſunt. Recedit de Iudæa, venit in deſertum locum: ſequuntur eum turbæ relictis ciuitatibus ſuis:egreditur ad eos Ieſus:miſeretur turbis , curat languidos eorum , & hoc facit non mane, nõ creſcente die,non meridie,ſed veſpere,quãdo ſol iuſtitiæ occubuit.

k ¶ *Ieſus autem, &c.*] Non habent neceſſe diuerſos cibos quærere : & emere ſibi ignotos panes, cum ſecum habeant cœleſtem panem.

l ¶ *Date illis vos manducare.*]Prouocat Apoſtolos ad fractionem panis, vt illis ſe non habere teſtantibus, magnitudo ſigni notior fiat.

m ¶ *Reſponderunt, &c.*] In alio euangeliſta legimus: *Eſt hic quidam puer,qui habet quinque panes*, qui mihi videtur ſignificare Moſen. Duos autem piſces, vel vtrumque intelligi- Ioan. 6 a mus teſtamentum:vel, quia par numerus,refertur ad legem. Igitur Apoſtoli ante paſſionem Saluatoris, & coruſcationẽ euangelij fulgurantis , non habebant niſi quinque panes & duos piſciculos,qui in ſalſis aquis & in amaris fluctibus verſabantur.

n ¶ *Qui ait eis: &c.*] Audi Marcion:audi Manichæe: quinque panes & duos piſciculos ad ſe afferri iubet Ieſus:vt eos ſanctificet atque multiplicet.

o ¶ *Et cum, &c.*] Iuxta literã manifeſtus eſt ſenſus:ſpiritualis interpretationis ſacramenta pandamus. Diſcumbere iuben- Luc. 9 b tur ſupra fœnum, & ſecundum alium euangeliſtam , ſupra terram,per quinquagenos aut centenos: vt poſtquam calcauerint carnem ſuam, & omnes flores illius, & ſæculi voluptates,quaſi arens fœnũ ſibi ſubiecerint: tunc per quinquagenarij numeri pœnitentiam, ad perfectum centeſimi numeri culmen aſcendant.

p ¶ *Acceptis quinque panibus & duobus, &c.*] Aſpicit in cœlum, vt illuc oculos dirigendos doceat. Quinque panes & duos piſciculos ſumpſit in manus , & fregit eos , traditque diſcipulis. Frangente Domino , ſeminarium fit ciborum. Si enim fuiſſent integri, & non in fruſtra diſcerpti, nec diuiſi

A diuiſi in multiplicem ſegetem: turbas, & pueros, & feminas & tantam multitudinem alere nō poterant. Frangitur ergo les cum Prophetis, & in fruſtra diſcerpitur, & eius in mediū myſteria proferuntur: vt quod integrum & permanens in ſtatu priſtino non alebat, diuiſum in partes alat gentium multitudinem.

Si iuxta Marcionem & Manichæum, Dominus noſter non eſt natus ex virgine, ſed viſus in phantaſmate: quomodo nunc Apoſtoli timent, ne phantaſma videant? CANON C

i ¶ *Et præ timore clamauerunt.*] Confuſus clamor, & incerta vox, magni timoris indicium eſt.

discipuli:[a] autem dederunt turbis. Et manducauerūt omnes, & ſaturati ſunt. Et tulerunt[b] reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos. Manducātium[c] autem fuit numerus quinque millia virorum: exceptis mulieribus & paruulis.[f] Et ſtatim[d] cōpulit Ieſus diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculā, & præcedere eum trans fretū, donec dimitteret turbas.[g] Et dimiſſa turba[e] aſcendit in montem ſolus orare.[h] Veſpere autem facto ſolus erat ibi. Nauicula[f] autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus. Quarta[g] autē vigilia noctis venit ad eos, ambulans ſupra mare. Et[h] vidētes eum ſupra mare ambulantē, turbati ſunt, dicētes: quia phantaſma eſt. Et præ timore[i] clamauerunt. Statimq;[k] Ieſus loquutus eſt eis, dicens: Habete fiduciam: ego ſum, nolite timere.[l] Reſpōdens[l] autem Petrus, dixit: Domine, ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas. At ipſe ait: Veni. Et deſcendens[m] Petrus de nauicula, ambulabat ſuper aquā, vt veniret ad Ieſum. Vidēs vero[n] ventum validū, timuit. Et cum cœpiſſet mergi, clamauit, dicens: Domine, ſaluū me fac. Et cōtinuo[o] Ieſus extendens manū, apprehendit eū, & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitaſti?[k] Et cum aſcendiſſet in nauiculā, ceſſauit ventus. Qui[p] autē in nauicula erāt, venerunt, & adorauerunt eū, dicētes: Vere filius Dei es.[l] Et cum[q] transfretaſſent, venerunt in terrā Genezareth. Et cum

a ¶ *Diſcipuli autem, &c.*] Turbæ à Domino per Apoſtolos alimenta ſuſcipiunt.

b ¶ *Et tulerūt, &c.*] Vnuſquiſque Apoſtolorum de reliquiis Saluatoris implet cophinum ſuum: vt vel habeat, vnde poſt ea gentibus cibos præbeat: vel ex reliquiis doceat veros fuiſſe panes, qui poſtea multiplicati ſunt. Et ſimul quære, quomodo in eremo & in tam vaſta ſolitudine panes non inueniantur, niſi quinque tantum, & duo piſciculi: & tam facile duodecim cophini repleantur.

c ¶ *Manducantium autem fuit, numerus quinque millia virorum: &c.*] Iuxta numerū quinque panum, & comedentium virorum, quinque millium multitudo eſt. Nec dum enim ſecundum alterius loci narrationem, ad ſeptenarium numerum venerat, quem qui comedunt, quatuor millia ſunt, vicina Euangeliorum numero. Comedunt autem quinque millia virorum, qui in perfectum virum creuerant, & ſequebantur eum, de quo dicit Zacharias: *Ecce vir, oriens nomen eius.* Mulieres autem & paruuli ſexus fragilis & ætas minor, numero indigni ſunt. Vnde & in Numerorum libro, quotiens Sacerdotes atque Leuitæ & exercitus vel turbæ pugnantium deſcribuntur: ſerui & mulieres & paruuli, & vulgus ignobile abſque numero prætermittitur.

Infr.15.A Luc.9.a B Zach.6.c Num.1.2. & 3.

k ¶ *Statimque, &c.*] Quod primum verſabatur in cauſa, hoc curat, & timentibus præcipit, dicens: *Habete fiduciam, nolite timere.* Et quod ſequitur: *Ego ſum,* nec ſubiungit quis ſit, vel ex voce ſibi nota poterant eum intelligere, qui per obſcuræ noctis tenebras loquebatur: vel ipſum eſſe repetebant, quem loquutum ad Moyſen nouerant: *Hæc dices filiis Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos.*

f 148 VI. g 149 II. h 150 IV. Exod.3.d

l ¶ *Reſpondens autem Petrus, dixit: Domine, ſi tu es, &c.*] In omnibus locis ardentiſſimæ fidei inuenitur Petrus. Interrogatis diſcipulis, quem homines dicerent Ieſum, Dei filium cōfitetur. Volentem ad paſſionē pergere, prohibet: & licet erret in ſenſu, tamen non errat in affectu, nolens eum mori, quem filium Dei fuerat paulo ante confeſſus. In montem cum Saluatore inter primos primus aſcendit, & in paſſione ſolus ſequitur. Peccatum negationis, quod ex repentino timore deſcenderat, amaris ſtatim abluit lacrymis. Poſt paſſionem cum eſſent in lacu Genezareth, & piſcarentur, & Dominus ſtaret in littore, aliis paulatim nauigantibus, ille nō patitur moras, ſed accinctus ependyte ſuo, ſtatim præcipitatur in fluctus. Eodem igitur fidei ardore quo ſemper, nunc quoque cæteris tacentibus credit ſe poſſe facere per voluntatem magiſtri, quod ille poterat per naturam. Iube me venire ad te ſuper aquas. Tu præcipe, & ilico ſolidabuntur vndæ: leue fiet corpus, quod per ſe graue eſt.

i 151 X. Infr.16.b Ibid.4.d k 152 VI l 153 II. D Infr.17.a Infra 16.f Ibid.g Ioan.21.b τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο.

d ¶ *Et ſtatim compulit diſcipulos, &c.*] Diſcipulis præcepit transfretare, & compulit, vt aſcenderent nauiculam: quo ſermone oſtenditur inuitos eos à Domino receſſiſſe: dum amore præceptoris, ne punctum quidem temporis ab eo volunt ſeparari.

e ¶ *Et dimiſſa turba, &c.*] Si fuiſſent cum eo diſcipuli, Petrus, & Iacobus, & Ioannes, qui viderant gloriam transformati: forſitan aſcendiſſent in montem cum eo: ſed turba ad ſublimia ſequi non poteſt, niſi docuerit eam iuxta mare in littore, & aluerit in deſerto. Quod autem aſcenderit ſolus orare: non ad eum referas, qui de quinque panibus, quinque millia ſaturauit hominum, exceptis paruulis & mulieribus: ſed ad eum qui audita morte Ioannis ſeceſſit in ſolitudinem: non quod perſonam Domini ſeparemus: ſed quod opera eius inter Deum hominemque diuiſa ſint.

Sup. eod.

f ¶ *Nauicula autem, &c.*] Recte quaſi inuiti & retractantes Apoſtoli à Domino receſſerant, ne illo abſente, naufragia ſuſtinerent. Denique Domino in montis cacumine commorante, ſtatim ventus contrarius oritur, & turbat mare, & periclitantur Apoſtoli: & tamdiu imminens naufragium perſeuerat, quamdiu Ieſus veniat.

g ¶ *Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans, &c.*] Stationes & vigiliæ militares in terna horarum ſpatia diuiduntur. Quando ergo dicit: quarta vigilia noctis veniſſe ad eos Dominum: oſtendit tota nocte periclitatos, & extremo noctis, atque in conſummatione mundi eis auxilium præbiturum.

h ¶ *Et videntes eum ſupra mare ambulantem, turbati, &c.*]

m ¶ *Et deſcendens Petrus, &c.*] Qui putant Domini corpus ideo non eſſe verum, quia ſuper molles aquas, molle & aëreum inceſſerit: reſpondeant, quomodo ambulauerit Petrus: quem vtique verum hominem non negabunt.

n ¶ *Videns vero ventum, &c.*] Ardebat animi fides, ſed humana fragilitas in profundum trahebat. Paululum ergo relinquitur tentationi, vt augeatur fides, & intelligat ſe non facilitate poſtulationis, ſed potentia Domini conſeruatum.

o ¶ *Et continuo, &c.*] Si Apoſtolo Petro, de cuius fide & ardore mentis ſupra diximus, qui confidenter rogauerat Saluatorem, dicens: Domine, ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas: quia Paululum timuit, dicitur: Modicæ fidei, quare dubitaſti? quid nobis dicendum eſt, qui huius modicæ fidei, ne minimam quidem habemus portiunculam?

p ¶ *Qui autem in nauicula, &c.*] Ad vnum ſignum tranquillitate maris reddita, quæ poſt nimias procellas interdum & caſu fieri ſolet, nautæ atque vectores vere filium Dei confitentur, & Arius in Eccleſia prædicat creaturam.

q ¶ *Et cum transfretaſſent, &c.*] Si ſciremus, quid in noſtra lingua reſonaret Genezareth, intelligeremus, quomodo Ieſus per typum Apoſtolorum, & nauis Eccleſiam de perſecutione & naufragio liberatam transducat ad littus, & tranquilliſſimo portu faciat requieſcere. גי נסר

Canon E a ¶ *Et cum cognouiſſent, &c.*] Cognouerunt eum rumore, non facie: vel certe pro ſignorum magnitudine, quæ patrabat in populis, etiam vultu plurimis notus erat. Et vide, quãta ſit fides hominum terræ Genezareth, vt præſentium tantum ſalute contenti ſint, ſed mittant ad alias per circuitum ciuitates, quo omnes currant ad medicum.

b ¶ *Et obtulerunt ei omnes male habentes, &c.*] Qui male ſe habent, non tangunt corpus Ieſu, neque totum veſtimentum eius, ſed extremam fimbriam: & quicunque tetigerint, ſanabuntur. Fimbriam veſtimenti eius, vel minimum mandatum intellige: quod qui tranſgreſſus fuerit, minimus vocabitur in regno cœlorum. Vel aſſumptionem corporis, per quam venimus ad verbum Dei, & illius poſtea fruimur maieſtate.

a 154 VI

Cap. XV.

TVnc c *acceſſerunt ad eum ab Hieroſolymis Scribæ & Phariſæi, dicentes: Quare, &c.*] Mira Phariſæorum Scribarumque ſtultitia, Dei filium arguunt, quare hominum traditiones & præcepta non ſeruet.

d ¶ *Non enim lauant manus ſuas, &c.*] Manus, id eſt, opera: non corporis vtique, ſed animæ lauandæ ſunt, vt fiat in illis verbum Dei.

b 155 X

F

c 156 V

e ¶ *Ipſe autem reſpondens, ait illis: Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem, &c.*] Falſam calumniam vera reſponſione confutat: Cum, inquit, vos propter traditionem hominum præcepta Domini negligatis, quare diſcipulos meos arguendos putatis, quod ſeniorum iuſſa paruipendant, vt Dei ſcita cuſtodiant?

Et cum a cognouiſſent eum viri loci illius, miſerunt in vniuerſam regionem illam, & obtulerunt b ei omnes male habentes, & rogabant eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent. Et quicunque tetigerunt, ſalui facti ſunt.

Capvt XV

TVnc a acceſſerunt c ad eum ab Hieroſolymis Scribæ & Phariſæi, dicentes: Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Non d enim lauant manus ſuas, cum panem manducant. Ipſe autem e reſpondens, ait illis: Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Nam f Deus dixit: Honora patrem & matrem: & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri vel matri: munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit, & non honorificabit patrem ſuum aut matrem ſuam: & irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram. Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Eſaias, dicens: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Sine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Et cõuocatis ad ſe turbis, dixit eis: Audite & intelligite. Non quod g intrat in os, coinquinat hominẽ: ſed quod procedit ex ore, hoc communicat hominẽ. b Tunc h accedentes diſcipuli eius, dixerunt ei: Scis, quia Phariſæi audito verbo hoc ſcandalizati ſunt? At ille reſpondens, ait: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. c Sinite k illos, cæci ſunt, & duces cæcorum. Cæcus autem, ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. d Re-

l ¶ *Nam Deus dixit: Honora patrem & matrem: & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: &c.*] Honor in ſcripturis non tantum in ſalutationibus & officiis deferendis, quantum in Eleemoſynis ac munerum oblatione ſentitur. *Hora*, inquit Apoſtolus, *viduas, quæ vere viduæ ſunt*: hic honor donum intelligitur. Et in alio loco *Presbyteri duplici honore honorandi ſunt: maxime qui laborãt in verbo & doctrina Dei.* Et per hoc mãdatum iubemur boui trituranti os nõ claudere. *Et dignus ſit operarius mercede ſua.* Præceperat Dominus, vel imbecillitates, vel ætates, vel penurias parentũ conſiderans, vt filij honorarent, etiã in vitæ neceſſariis miniſtrandis, parẽtes ſuos. Hanc prouidentiſſimã Dei legẽ volentes Scribæ & Phariſæi ſubuertere (vt impietatem ſub nomine pietatis inducerẽt) docuerunt peſſimos filios: vt ſi quis ea quæ parentibus offerenda ſunt, Deo vouere voluerit, qui verus eſt pater: oblatio Domini præponatur parentũ muneribus: vel certe ipſi parentes quæ Deo conſecrata cernebant, ne ſacrilegij crimen incurrerent, declinãtes, egeſtate conficiebãtur. Atque ita fiebat, vt oblatio liberorum ſub occaſione templi & Dei, in ſacerdotum lucra cederet. Hæc peſſima Phariſæorum traditio, de alia veniebat occaſione. Multi habentes obligatos ære alieno, & nolentes ſibi creditum reddere, delegabant ſacerdotibus, vt exacta pecunia, miniſterijs templi & eorum vſibus deſeruiret. Poteſt autem & hunc breuiter habere ſenſum: Munus, quod ex me eſt, tibi proderit. Compellitis, inquit, filios, vt dicant parentibus ſuis: quodcumque donum oblaturus eram Deo, in tuos cõſumo cibos: tibique prodeſt ô pater & mater: vt illi timentes accipere, quod Deo mancipatum videant, inopem magis velint vitam ducere, quam comedere de conſecratis.

1. Tim. 5. a

Deut. 25. a

G

g ¶ *Non quod, &c.*] Verbum communicat, propriẽ ſcripturarum eſt, & publico ſermone non teritur. Populus Iudæorum partem Dei eſſe ſe iactitans, communes cibos vocat, quibus omnes vtuntur homines. Verbi gratia, ſuillam carnem lepores, & iſtiuſmodi animantia, quæ vngulam non findunt, nec ruminant, nec ſquamoſa in piſcibus ſunt. Vnde & in Actibus Apoſtolorum ſcriptum eſt: *Quod Deus ſanctificauit, tu ne commune dixeris.* Cõmune ergo quod cæteris hominibus patet, & quaſi non eſt de parte Dei, pro immundo appellatur. Nõ quod intrat in os, coinquinat hominẽ, ſed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem. Opponat prudens lector, & dicat: *Si quod intrat in os, non coinquinat hominem*: quare idolothytis nõ veſcimur? Et Apoſtolus ſcribit: *Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum?* Sciendum igitur, quod ipſi quidem cibi & Dei creatura, per ſe omnis munda ſit: ſed idolorum ac dæmonum inuocatio ea faciat immunda.

κοινὸν.

Leu. 11.

Act. 10. κοινοῦν.

1. Cor. 10.

H

h ¶ *Tunc accedentes diſcipuli, eius, &c.*] Ex vno ſermone omnis ſuperſtitio obſeruationum Iudaicarum fuerat eliſa: qui in cibis ſumendis abominandiſque, religionem ſuam ſitam arbitrantur. Et quia crebro teritur in Eccleſiaſticis ſcripturis, ſcandalum, breuiter dicamus, quid ſignificet, πρόσκομμα & σκάνδαλον, nos offendiculum, vel ruinam, vel impactionem pedis poſſumus dicere. Quando ergo legimus: Quicunque de minimis iſtis ſcandalizauerit quempiam, hoc intelligimus, qui dicto factoue occaſionem ruinæ cuiquam dederit.

i ¶ *At ille reſpondens, &c.*] Etiam quæ plana videntur in ſcripturis, plena ſunt quæſtionibus. *Omnis*, inquit, *plantatio, quã non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur.* Ergo eradicabitur & illa plantatio, de qua Apoſtolus ait: *Ego plantaui, Apollo rigauit.* Sed ſoluitur quæſtio ex eo, quod ſequitur: Deus autem incrementum dedit. Dicit & ipſe: Dei *agricultura, Dei ædificatio eſtis.* Et in eodem loco: Cooperatores Dei ſumus. Si autem cooperatores, igitur plantante Paulo, & rigante Apollo, Deus cum operatoribus ſuis plantat & rigat. Abutuntur hoc loco, qui diuerſas naturas introducunt, dicentes: Si plantatio, quam non plantauit pater, eradicabitur: ergo quam plantauit ille, non poteſt eradicari. Sed audiant illud Hieremiæ: *Ego vos plantaui vineam veram, quomodo verſi eſtis in amaritudinem vitis alienæ?* Plantauit quidem Deus, & nemo poteſt eradicare plantationem eius. Sed quoniam iſta plantatio in voluntate proprij arbitrij eſt, nullus alius eam eradicare poterit, niſi ipſa præbuerit aſſenſum.

1. Cor. 3. b

k ¶ *Sinite illos, cæci ſunt, &c.*] Hoc eſt, quod Apoſtolus præceperat: *Hæreticum hominem poſt vnam & alterã correptionẽ deuita: ſciens quod peruerſus ſit huiuſcemodi, & à ſemet-* Titum 3. a

ipſo de-

A ipſo *damnatus.* In hunc ſenſum & Saluator præcipit doctores peſſimos dimittendos arbitrio ſuo: ſciens eos difficulter ad veritatem poſſe trahi, & cæcos eſſe, & cæcum populum in errorem trahere.

a ¶ *Reſpondens autem Petrus,* &c.] Quod aperte dictum fuerat, & patebat auditui, Apoſtolus Petrus per parabolam dictum putat, & in re manifeſta myſticam quærit intelligentiam. Corripiturque à Domino, quare parabolice dictum putet, quod perſpicue locutus eſt. Ex quo animaduertimus vitioſum eſſe auditorem: qui aut obſcura manifeſte, aut manifeſte dicta obſcure velit intelligere.

d 157 VI.
[d] Reſpondens autem [a] Petrus, dixit ei: Ediſſere nobis parabolam iſtam. At ille dixit: Adhuc & vos ſine intellectu eſtis? Non [b] intelligitis, quia omnē, quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur? Quæ autē procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De [c] corde.n. exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ: hæc ſunt, quæ coinquināt hominē. Non lotis autem manib. manducare, nō coinquinat hominem. Et [d] egreſſus inde Ieſus, ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis: Et ecce mulier Chananæa à finib. illis egreſſa clamauit, dicēs ei: Miſerere mei [e] Domine fili Dauid: filia [f] mea male à dæmonio vexatur. Qui [g] nō reſpōdit ei verbū. Et accedentes [h] diſcipuli eius rogabant eum, dicentes: Dimitte eam: quia clamat poſt nos. [e] Ipſe autem reſpōdens, ait: Non [i] ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierūt domus Iſrael. [f] At illa [k] venit, & adorauit eū, dicens: Domine adiuua me. Qui reſpondens ait: Nō eſt bonum ſumere panē filiorū, & mittere canibus. At illa [l] dixit: Etiam Domine: Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorū. Tunc reſpondēs Ieſus, ait illi: O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora. [g] Et cū [m] tranſiſſet inde Ieſus venit ſecus mare Galilææ. Et aſcendens in mōtē ſedebat ibi. Et acceſſerūt ad eū turbæ multæ, habētes ſecū mutos, cæcos, claudos, debiles & alios multos. Et proiecerūt eos ad pedes eius & curauit [n] eos; ita vt turbæ mirarētur, videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos viden-

b ¶ *Non intelligitis, quia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur,* &c.] Omnia Euangeliorum loca apud hæreticos & peruerſos plena ſunt ſcandalis. Et ex hac ſententiola quidam calumniantur, quod Dominus Phyſicæ diſputationis ignarus, putet omnes cibos in ventrem ire, & in ſeceſſum digeri: cum ſtatim infuſæ eſcæ per artus & venas ac medullas, neruoſque fundantur. Vnde & multos qui vitio ſtomachi perpetem ſuſtineant vomitum, poſt cœnas & prandia, ſtatim euomere quod ingreſſerint, & tamen
B corpulentos eſſe: quia ad primum tactum liquidior cibus & potus per membra fundatur. Sed iſtiuſmodi homines, dum volunt alterius imperitiam reprehendere, oſtendunt ſuam. Quamuis enim tenuis humor & liquens eſca in corpus fundatur, tamen cum in venis & artubus concocta fuerit & digeſta, & per occultos meatus corporis, quos Græci πόρους vocant, ad inferiora dilabitur, & in ſeceſſum vadit.

c ¶ *De corde enim,* &c.] De corde, inquit, exeunt cogitationes malæ. Ergo animæ principale non ſecundum Platonem in cerebro, ſed iuxta Chriſtum in corde eſt: & arguendi ex hac ſententia ſunt, qui cogitationes à diabolo immitti putant, & non ex propria naſci voluntate. Diabolus adiutor & incenſor malarum cogitationum poteſt eſſe, auctor eſſe non poteſt. Sin autem ſemper in inſidiis poſitus, leuem cogitationum noſtrarum ſcintillam ſuis fomitibus inflammarit, non debemus opinari eum cordis quoque occulta rimari: ſed ex corporis, habitu & geſtibus æſtimare quid verſemus intrinſecus. Verbi gratia, ſi pulchram mulierem nos crebro viderit inſpicere, intelligit cor amoris iaculo vulneratum.

d ¶ *Et egreſſus,* &c.] Scribis & Phariſæis calumniatoribus derelictis, tranſgreditur in partes Tyri & Sidonis, vt Tyrios Sidonioſque curaret. Mulier autem Chananæa egreditur de finibus priſtinis, vt clamans filiæ impetret ſanitatem. Obſerua, quod in quinto decimo loco filia Chananææ ſanetur.

e ¶ *Miſerere mei,* &c.] Inde nouit vocare filium Dauid: quia egreſſa iam fuerat de finibus ſuis, & errorem Tyriorum ac Sidoniorum loci ac fidei commutatione dimiſerat.

f ¶ *Filia mea,* &c.] Ego filiam Chananææ, puto animas eſſe credentium, quæ male à dæmonio vexabantur, ignorantes creatorem, & adorantes lapidem.

g ¶ *Qui non reſpondit ei,* &c.] Non de ſuperbia Pha-

CANON C
riſaica, nec de Scribarum ſupercilio: ſed ne ipſe ſententiæ ſuæ videretur eſſe contrarius, per quam iuſſerat: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. *Sup. 10.a*
Nolebat enim occaſionem calumniatoribus dare, perfectamque ſalutem gentium, paſſionis & reſurrectionis tempori ſeruabat.

h ¶ *Et accedentes diſcipuli eius rogabant eum,* &c.] Diſcipuli illo adhoc tempore myſteria Domini neſcientes, vel miſericordia commoti, rogabant pro Chananæa muliere, quam alter Euangeliſta Syrophœniſſam appellat, vel importunitate eius carere cupientes: quia non vt clementem, ſed vt durum medicum crebrius inclamaret. *Marc 7.1*

i ¶ *Ipſe autem reſpondens ait:* &c.] Non quo & ad gentes nō miſſus ſit, ſed quo primum miſſus ſit ad Iſrael: vt illis non recipientibus Euāgelium, iuſta fieret ad gentes tranſmigratio. Et ſignificanter dixit: ad oues perditas dom⁹ Iſrael, vt ex hoc loco etiam vnam erroneam ouem de alia parabola intelligamus.
e 158 V.
f 159 VI.

k ¶ *At illa venit & adorauit eum,* &c.] Mira ſub perſona mulieris Chanaitidis Eccleſiæ fides, patientia & humilitas prædicatur. Fides, qua credidit ſanari poſſe filiam ſuam. Patientia, qua toties contempta, in precibus perſeuerat. Humilitas, qua ſe non canibus, ſed catulis comparat. Canes autem Ethnici propter idololatriam dicuntur, qui eſui ſanguinis dediti, & cadaueribus mortuorum feruntur in rabiē. Nota quòd iſta Chananitidis perſeuerantēr primum filium Dauid, deinde Dominum vocet, & ad extremum adoret vt Deum.
g 160 VI. D

l ¶ *At illa dixit: Etiam Domine. Nam & catelli edunt de micis,* &c.] Scio me, inquit, filiorum panem non mereri, nec integros poſſe capere cibos, nec ſedere ad menſam cum patre: ſed contenta cum reliquiis catulorum, vt per humilitatem micarum, ad panis integri veniam magnitudinem. O mira rerum conuerſio, Iſrael quondam filius, non canes. Pro diuerſitate fidei, ordo nominum commutatur. De illis poſtea dicitur: *Circumdederunt me canes multi.* Et *videte canes, videte malos operarios, videte conciſionem.* Nos audiuimus cum Syrophœniſſa, & muliere quæ ſanguine fluxerat: *Magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis.* Et: *Filia, fides tua te ſaluam fecit.* *Pſal 21.4* *Philip. 3.a*

m ¶ *Et cum tranſiſſet inde Ieſus, venit ſecus mare Galilææ: & aſcendens in montem, ſedebat ibi.* &c.] In eo loco vbi Latinus interpres tranſtulit, debiles, in Græco ſcriptum eſt, κυλλούς: quod non generale debilitatis, ſed vnius infirmitatis eſt nomen, vt quomodo claudus dicitur, qui vno claudicat pede: ſic κυλλὸς appelletur, qui vnam manum debilem habet. Nos proprietatem huius verbi non habemus. Vnde & in conſequentibus Euangeliſta cæterorum debilium expoſuit ſanitates, horum tacuit. Quid enim ſequitur? *Sup 94*

n ¶ *Et curauit eos, ita vt turbæ mirarentur,* &c.] De κυλλοῖς tacuit: quia quid è contrariò diceret, non habebat. Hoc de vno verbo. Intueamur autē, quod ſanata Chananææ filia,

CANON E reuertatur ad Iudæam, & ad mare Galilææ, & aſcendat in montem, & quaſi auis teneros fœtus prouocet ad volandum ibique ſedeat, & turbæ concurrant ad eum, deducentes ſiue portantes ſecum varus oppreſſos infirmitatibus: quos poſtquam curauit, dedit eis cibos, & hoc opere completo, aſcendit in nauiculā & venit in fines Magedan. Et aſcendens in mōtem, ſedebat ibi, & acceſſerunt ad eum turbæ: Obſerua, quod muti, claudi, & cæci, ducuntur ad montem, vt ibi curentur à Domino.

G

hanc cauſam etiam Euangelia in eo numero conſecrata ſunt.

a ¶ *Ieſus autem conuocatis diſcipulis ſuis, dixit: Miſereor turbæ: &c.*] Vult paſcere, quos curauit: prius aufert debilitates, vt poſtea ſanis offerat cibos. Conuocat quoque diſcipulos ſuos, & quod facturus eſt, loquitur: Vt magiſtris exemplum tribuat, cum minoribus atque diſcipulis communicanda eſſe conſilia: vel ex confabulatione intelligant ſigni magnitudiuē,

a161 IV. reſpondētes ſe panes in eremo non habere: *Miſereor*, inquit, *turbæ*: quia triduo iam perſeuerant mecum. Miſeretur turbæ,

b162 V. quia in trium dierum numero, patri, filio, ſpirituique ſancto credebant. *Et non habent, quod manducent.* Turba ſemper eſurit, & cibis indiget, niſi ſature-

c163 VI. tur à Domino. *Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via.* Eſuriebant poſt magnas debilitates, & per patientiam futuros

d164 II. expectabant cibos. Non vult eos Ieſus dimittere ieiunos, ne

F deficiant in via. Periclitatur er-

e165 VI. go, qui ſine cœleſti pane ad optatam manſionem peruenire feſtinat. Vnde & angelus loquitur ad Eliam: Surge, & manduca: quia grandem viam ambulaturus es.

1. Reg. 19. b b ¶ *Et dicunt ei diſcipuli: Vnde ergo nobis in deſerto panes, &c.*] De hoc ſigno iam ſupra diximus, & eadem repetere, ocioſi eſt: tantum in his, quæ diſcrepant, immoremur. Supra legi-

Sup. 14. mus: *Veſpere autem facto, acceſſerunt ad eum diſcipuli, dicentes: Deſertus eſt locus, & reliqua.* Hic diſcipulis conuocatis, ipſe Dominus loquitur: Miſereor turbæ, quia triduo iam perſeuerant mecum. Ibi quinque panes erant & duo piſces: hic ſeptem panes & pauci piſciculi. Ibi ſuper fœnum diſcumbunt: hic ſuper terram. Ibi qui comedunt, quinque millia ſunt, iuxta panum numerum quos comedunt, hic quatuor millia. Ibi duodecim cophini replentur de reliquiis fragmentorum: hic ſeptem ſportæ. In ſuperiori ergo ſigno, quia propinqui erant & vicini quinque ſenſuum, non ipſe Dominus eorum recordatur ſed diſcipuli, & recordantur veſpere vicina nocte, & inclinante iam Sole. Hic autem ipſe Dominus recordatur, & miſereri ſe dicit, & cauſam miſerationis exponit: quia triduo iam perſeuerant ſecum, & dimittere eos ieiunos non vult, ne deficiant in via. Iſti qui de ſeptem panibus, hoc eſt, in ſacrato aluntur numero atque perfecto, non ſunt quinque millia, ſed quatuor millia: qui numerus ſēper in laude ponitur, & quadrangulus lapis non fluctuat, & non eſt inſtabilis, & ob

videntes, & magnificabant Deum Iſrael. Ieſus [a] autem cōuocatis diſcipulis ſuis, dixit: Miſereor turbæ: quia triduo iam perſeuerant mecum, & non habent, quod manducēt. Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. Et dicūt [b] ei diſcipuli. Vnde ergo nobis in deſerto panes tantos, vt ſaturemus turbā tantā? At illi dixerunt: Septē, & paucos piſciculos. Et præcepit turbæ, vt diſcumberent ſuper terram. Et accipiens ſeptē panes & piſces, & gratias agens, fregit, & dedit diſcipulis ſuis, & diſcipuli dederūt populo. Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt. Et quod ſuperfuit de fragmentis, tulerunt ſeptem ſportas plenas. Erant autē qui manducauerūt, quatuor millia hominū, extra paruulos & mulieres. Et dimiſſa turba, aſcendit in nauiculam, & venit in fines Magedam. CAP. XVI.

ET [a] acceſſerūt ad eū Phariſæi & Sadducæi tentātes, & rogauerunt eum, vt ſignū de cœlo oſtenderet eis. [b] At ille [c] reſpondens, ait illis: Facto veſpere dicitis, ſerenum erit: rubicundum eſt enim cœlū, & manè, hodie tempeſtas: rutilat enim triſte cœlum. Faciē ergo cœli diiudicare noſtis: ſigna autē temporū non poteſtis ſcire. [c] Generatio mala & adultera ſignū quærit, & ſignū non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Et [d] relictis illis abiit. Et cum veniſſēt diſcipuli eius trans fretū, obliti ſūt panes accipere. Qui [d] dixit illis: Intuemini [e] & cauete à fermento Phariſæorū & Sadducæorū. [e] At illi cogitabāt inter ſe, dicentes: Quia panes nō accepimus. Sciēs [f] autē Ieſus, dixit eis: Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes nō habetis? Nondū intelligitis, neque recordamini quinque panū & quinq; millium hominum, & quot cophinos ſumpſiſtis? Neque ſeptē panum & quatuor millium hominum, & quot ſportas ſumpſiſtis? Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis: cauete à fermento Phariſæorum & Sadducæorū. Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum à fermento panum, ſed à doctrina Phariſæorum & Sadducæorum.

CAPVT XVI.

ET *acceſſerunt ad eum Phariſæi & Sadducæi, &c. At ille reſpondens, ait illis: Facto veſpere dicitis, ſerenum erit: rubicūdum eſt enim cælum, & mane, &c.*] Hoc in pleriſque codicibus non habetur: ſenſuſque manifeſtus eſt, quod ex elementorum ordine atque conſtantia, poſſint & ſereni & pluuiæ dies prænoſci. Scribæ autem & Phariſæi, qui videbantur legis eſſe doctores, ex Prophetarum vaticinio non potuerunt intelligere Saluatoris aduentum.

d ¶ *Et relictis illis abiit. Et cum veniſſent diſcipuli eius transfretum, &c.*] Relictis Scribis & Phariſæis, quibus dixerat: Generatio mala & adultera ſignū quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ: recte abiit trans fretum, & gētium ſequutus eſt populos. Quid autem ſibi velit ſignum Ionæ, iam ſupra dictum eſt.

e ¶ *Qui dixit illis: Intuemini & cauete à fermento Phariſæorum, &c.*] Qui cauet à fermento Phariſæorum & Sadducæorum, legis ac literæ præcepta non ſeruat: traditiones hominum negligit, vt faciat mandatum Dei. H

f ¶ *Sciens autem Ieſus, &c.*] Per occaſionē præcepti quod Saluator iuſſerat, dicens: cauete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum, docet eos, quid ſignificent quinque panes, & ſeptem: quinque millia hominum, & quatuor millia, quæ paſta ſunt in eremo: quod licet ſignorum magnitudo perſpicua ſit, tamen & aliud in ſpirituali intelligentia demonſtretur. Si enim fermentum Phariſæorum & Sadducæorum non corporalem panem, ſed traditiones peruerſas, & hæretica ſignificat dogmata: quare & cibi quibus nutritus eſt populus Dei, non veram doctrinam integramque ſignificent? Quærat aliquis & dicat: Quomodo panes non habebant, qui ſtatim impletis ſeptem ſportis, aſcenderunt in nauiculam, & venerunt in fines Magedan: ibique audiunt nauigantes, quod cauere debeant à fermento Phariſæorum & Sadducæorum? Sed ſcriptura teſtatur, quod obliti ſint eos ſecum tollere. Hoc eſt fermentum, de quo & Apoſtolus loquitur: 1. Cor. 5. b
Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Iſtiuſmodi fermentum (quod omni ratione vitandum eſt) habuit Marciō & Valentinus, & omnes hæretici. Fermentum hanc vim habet, vt ſi farinæ mixtum fuerit, quod paruū videbatur, creſcat in maius, & ad ſaporem ſuum vniuerſam conuerſionem trahat: ita & doctrina hæretica, ſi vel modicam ſcintillam in tuum pectus iecerit, in breui ingens flamma creſcit, & totā hominis poſſeſſionem ad ſe trahit. Denique ſequitur: Tunc intellexerunt, quia non dixiſſet cauendum à fermento panū, ſed à doctrina Phariſæorum & Sadducæorum.

Commentarii Secundi in Matthæum Finis.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN MATTHÆVM,

LIBER III.

VEnit f autem a Ieſus in partes Cæſareæ Philippi, & interrogabat b diſcipulos ſuos, dicẽs: Quẽ dicunt homines eſſe filium hominis? At illi dixerũt: c Alii Ioãnẽ Baptiſtam, alii autem Eliã: alii vero Hieremiã, aut vnum ex Prophetis. Dicit illis Ieſus: Vos d autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus, dixit: Tu es Chriſtus Filius Dei viui. g Reſpondens e autem Ieſus, dixit ei: Beatus es Simon Bariona: quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt. Et ego f dico tibi: quia g tu es Petrus, & ſuper hãc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ h inferi non præualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. h Tunc k præcepit diſcipulis ſuis, vt nemini dicerent, quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus. Exinde l cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quia oporteret eum ire Hieroſolymam, & multa pati à Senioribus & Scribis, & Principibus ſacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere. Et aſſumens m eum Petrus, cœpit increpare.

a VENIT *Ieſus*, &c.] Philippus iſte eſt frater Herodis, de quo ſupra diximus tetrarcha Itureæ & Trachonitidis regionum, qui in honorem Tyberij Cæſaris, Cæſaream Philippi, quæ nunc Paneas dicitur, appellauit, & eſt in Prouincia Phœnicis: imitatus Herodem patrem, qui in honorem Augusti Cæſaris appellauit Cæſaream, quæ prius turris Stratonis vocabatur, & ex nomine filiæ eius, Iuliadem trans Iordanẽ extruxit. Ille locus eſt Cæſareæ Philippi, vbi Iordanis oritur ad radices Libani, & habet duos fontes, vnum nomine Ior, & alterum Dan: qui ſimul mixti, Iordanis nomẽ efficiũt.

b ¶ *Et interrogabat*, &c.] Non dixit, quem me dicunt eſſe homines, ſed filium hominis: ne iactanter de ſe quærere videretur. Et nota, quod vbicunque ſcriptum eſt in veteri Teſtamento, filius hominis, in Hebræo, filius Adam poſitum ſit.

Pſal. 4 a — Illud quoque quod in Pſalmo legimus: *Filii hominum vſquequo graui corde*: in Hebræo dicitur, filij Adã. Pulchre autem

B — interrogat: *Quẽ dicunt homines eſſe filium hominis*: quia, qui de filio hominis loquuntur, homines ſunt: qui vero diuinitatem eius intelligunt, non homines, ſed Dii appellantur.

c ¶ *At illi*, &c.] Miror quoſdã interpretes cauſas errorum inquirere ſingulorum, & diſputationem longiſſimam texere: quare Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, alij Ioannem putauerint, alii Eliam, alii Hieremiam, aut vnum ex Prophetis: cum ſic potuerint errare in Elia & Hieremia: quomodo

Marc. 6 b — Herodes errauit in Ioanne, dicens: *Quem ego decollaui Ioannem, ipſe ſurrexit à mortuis, & virtutes operantur in eo.*

d ¶ *Vos*, &c.] Prudens lector attende, quod ex cõſequentibus textuque ſermonis, Apoſtoli nequaquam homines, ſed Dii appellantur. Cum. n. dixiſſet: *Quem dicunt homines eſſe filium hominis*, ſubiecit: *Vos autem quem me eſſe dicitis*? Illis quia homines ſunt humana opinantibus, vos qui eſtis Dii, quem me eſſe exiſtimatis? Petrus ex perſona omnium Apoſtolorum profitetur: Tu es Chriſtus Filius Dei viui. Deum viuũ appellat ad diſtinctionem eorum Deorum, qui putantur Dii, ſed mortui ſunt: Saturnum, Iouem, Cererem, Liberum, Herculem, & cætera idolorum portenta ſignificans.

e ¶ *Reſpondens*, &c.] Teſtimonio de ſe Apoſtoli reddit vicem. Petrus dixerat: Tu es Chriſtus filius Dei viui: merce-

בר יונה — dẽ recepit vera confeſſio: *Beatus es Simon Bariona*. Quare? quia non reuelauit tibi caro & ſanguis, ſed reuelauit pater. Quod caro & ſanguis reuelare non potuit, Spiritus ſancti gratia reuelatum eſt. Ergo ex confeſſione ſortitur vocabulũ, quod reuelationem ex Spiritu ſancto habeat, cuius & filius appellandus ſit. Siquidem Bariona in noſtra lingua ſonat, filius columbæ. Alii ſimpliciter accipiunt, quod Simon, id eſt, Petrus, ſit filius Ioannis, iuxta alterius loci interrogationem:

Ioan. 21 — *Simon Ioannis diligis me?* Qui reſpondit: *Domine tu ſcis*. Et volunt ſcriptorum vitio deprauatum, vt pro Barιohanna, hoc eſt, filius Ioannis, Bariona ſcriptum ſit, vna detracta ſyl-

יוחנה — laba. Ioanna autẽ interpretatur Domini gratia. Vtrumque autem nomẽ myſtice intelligi poteſt, quod & columba, Spiritum ſanctum & gratia Dei, donũ ſignificet ſpirituale. Illud quoque quod ait: Quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, Apoſtolicæ narrationi comparatur, in qua ait: *Continuo non acquieui carni & ſanguini*: Carnem ibi & ſanguinem, Iudæos ſignificans: vt hic quoque ſub alio ſenſu demonſtretur, quod ei non per doctrinam Phariſæorum, ſed per Dei gratiam Chriſtus Dei filius reuelatus ſit. F 166 I. Gal. 1 e

f ¶ *Et ego dico tibi*.] Quid eſt, quod ait: *Et ego dico tibi*? Quia tu mihi dixiſti: *Tu es Chriſtus filius Dei viui*: & ego dico tibi, non ſermone caſſo, & nullum habente opus, ſed dico tibi: quia meum dixiſſe, feciſſe eſt. g 167 X.

g ¶ *Quia tu es Petrus*, &c.] Sicut ipſe lumen Apoſtolis donauit, vt lumen mundi appellarẽtur: cæteraque ex Domino ſortiti ſunt vocabula: ita & Simoni, qui credebat in petram Chriſtum, Petri largitus eſt nomen. Ac ſecundum Metaphoram petræ, recte dicitur ei: Ædificabo Eccleſiam meam ſuper te. h 168 II.

h ¶ *Et portæ*, &c.] Ego portas inferi reor vitia atque peccata: vel certe hæreticorum doctrinas, per quas illecti homines ducuntur ad tartarum. Nemo itaque putet de morte dici, quod Apoſtoli conditioni mortis ſubiecti non fuerint: quorum martyria videat coruſcare. i 169 VI

i ¶ *Et tibi dabo*, &c.] Iſtum locum Epiſcopi & Presbyteri non intelligentes, aliquid ſibi de Phariſæorum aſſumunt ſupercilio: vt vel damnent innocentes, vel ſoluere ſe noxios arbitrentur: cum apud Deum non ſententia ſacerdotum, ſed reorum vita quæratur. Legimus in Leuitico de leproſis: vbi iubentur, vt oſtendant ſe ſacerdotibus, & ſi lepram habuerint, tunc à ſacerdote immundi fiant: non quo ſacerdotes leproſos faciant & immundos, ſed quo habeant notitiam leproſi & nõ leproſi, & poſſint diſcernere qui mundus, quive immundus ſit. Quomodo ergo ibi leproſum ſacerdos mundum vel immundum facit: ſic & hic alligat, vel ſoluit Epiſcopus & presbyter: non eos qui inſontes ſunt vel noxii: ſed pro officio ſuo, cum peccatorum audierit varietates, ſcit, qui ligandus ſit, quive ſoluendus. D Leuit. 14. e

k ¶ *Tunc*, &c.] Supra mittens diſcipulos ad prædicandum, iuſſerat eis, vt annunciarent aduentum ſuum: hic præcipit, ne ſe dicant eſſe Ieſum Chriſtum. Mihi videtur aliud eſſe Chriſtum prædicare, aliud Ieſum Chriſtum. Chriſtus commune dignitatis eſt nomen, Ieſus proprium vocabulum Saluatoris. Poteſt autem fieri, vt idcirco ante paſſionem & reſurrectionem ſe noluerit prædicari: vt completo poſtea ſanguinis ſacramento, opportunius Apoſtolis diceret: *Euntes docete omnes gentes*, &c. Quod ne quis putet noſtræ tantum eſſe intelligentiæ, & non ſenſus Euangelici: quæ ſequuntur, cauſas prohibitæ tunc prædicationis exponunt. Matt. xii.

l ¶ *Exinde cœpit*, &c.] Et eſt ſenſus: Tunc me prædicate, cum iſta paſſus fuero: quia non prodeſt Chriſtum publice prædicare, & eius vulgare in populis maieſtatem, quem poſt paululum flagellatum viſuri ſint & crucifixum, & multa pati à ſenioribus & Scribis, & Principibus ſacerdotum. Et nunc Ieſus multa patitur ab his, qui rurſum ſibi crucifigunt filium Dei: & cum ſeniores putentur in Eccleſia, & principes ſacerdotum, ſimplicem ſequentes literam, occidunt filium Dei, qui totus ſentitur in ſpiritu.

m ¶ *Et aſſumens eũ Petrus*, &c.] Sæpe diximus nimii ardo-

CANON. E ris amatriſque quàm maximi fuiſſe Petrum in Dominũ Saluatorem. Quia ergo poſt confeſſionem ſuam, qua dixerat: *Tu es Chriſtus filius Dei viui*, & præmiũ Saluatoris quod audierat: *Beatus es Simõ Bariona, quia caro & ſãguis nõ reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cælis eſt*: repentè audit a Dño, oportere ſe ire Hieroſolymam, ibique multa pati à Senioribus & Scribis, & Principibus ſacerdotum, & occidi, & tertia die re-
k 170 II. ſurgere: vult deſtrui confeſſionẽ ſuam: nec putat fieri poſſe, vt filius Dei occidatur: aſſumitque eum in affectum ſuum, vel ſeparatim ducit, ne præſentibus cæteris cũ diſcipulis magiſtrum videatur arguere: & cœpit increpare illum amantis affectu, & optantis dicere: *Abſit à te Domine*. Vel vt melius habetur in Græco: ἵλεώς σοι κύριε, οὐ μὴ
l 171. II. ἔσται σοι τοῦτο, hoc eſt, propitius ſis tibi Domine non erit tibi hoc: Non poteſt fieri, nec
m 172. II. recipiunt aures meæ, vt Dei filius occidendus ſit. Ad quem Dominus conuerſus ait: Vade retrò me Satana, ſcandalum mihi es. Satanas interpretatur aduerſarius, ſiue contrarius. Quia cõtraria, inquit, loqueris voluntati meæ, debes aduerſarius appellari. Multi putant, quòd nõ Petrus correptus ſit, ſed aduerſarius ſpiritus, qui hæc dicere Apoſtolum ſuggerebat. Sed mihi error Apoſtolicus, & de pietatis affectu veniens, nunquam incẽtiuum diaboli videbitur. *Vade retrò me*
Sup. 4. b F *Satanas*. Diabolo dicitur: *Vade retrò*. Petrus audit: *Vade retrò me*, hoc eſt, ſequere ſentẽtiam meam: quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt ſed quæ hominum. Meæ voluntatis eſt & patris (cuius veni facere voluntatem) vt pro hominum ſalute moriar: tu tuam tantùm conſiderans voluntatem, non vis granum tritici in terram cadere, vt multos fructus afferat. Prudens lector inquirat, quomodo poſt tantam beatitudinem: *Beatus es Simon Bariona*. Et: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cælorum. Et quod ligaueris vel ſolueris ſuper terram, erit ligatum vel ſolutum in cælo*: nunc audiat: *Vade retrò me Satana, ſcandalũ mihi es*. Aut quæ ſit tam repentina conuerſio, vt poſt tanta præmia, Satanas appelletur. Sed ſi conſideret, qui hoc quærit, Petro illam benedictionem & beatitudinem ac poteſtatem, & ædificationem ſuper eum Eccleſiæ, in futuro promiſſam, non in præſenti datam, intelliget: *Ædificabo*, inquit, *ſuper te Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & dabo tibi claues regni cælorum*: omnia de futuro. Quæ ſi ſtatim dediſſet ei, nunquam in eo prauæ confeſſionis error inueniſſet locum.

increpare illum, dicens: Abſit à te Domine, non erit tibi hoc. Qui conuerſus dixit Petro: Vade poſt me ſatana, ſcandalum es mihi: quia non ſapis ea quę Dei ſunt, ſed ea quæ hominum. [k] Tunc [a] Ieſus dixit diſcipulis ſuis: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Qui enim voluerit animã ſuam ſaluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam ſuã propter me, inueniet eam. Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuę detrimentum patiatur: Aut [b] quam dabit homo commutationem pro anima ſua? [l] Filius [c] enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc reddet vnicuiq; ſecundùm opera eius. [m] Amen [d] dico vobis: ſunt quidam de hic ſtantib. qui non guſtabunt mortẽ, donec videant filium hominis venientẽ in regno ſuo.

CAPVT XVII.

ET poſt [e] dies ſex aſſumens Ieſus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius, ducit illos [f] in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus [g] eſt ante eos. Et reſplenduit [h] facies eius ſicut ſol: veſtimenta autem eius facta ſunt

a ¶ *Tũc Ieſus dixit diſcipulis ſuis: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſũ, & tollat crucẽ ſuã, &c.*] Qui deponit veterem hominem cum operibus ſuis, denegat ſemetipſum, di-
Col. 3. b. Galat. 2. d. cens: *Viuo autẽ non ego, viuit vero in me Chriſtus*: tollit crucẽ ſuam, & mundo crucifigitur. Cui autem mundus crucifixus eſt, ſequitur Dominum crucifixum.

b ¶ *Aut quã dabit homo cõmutationem pro anima ſua? &c.*] Pro Iſrael datur commutatio Ægyptus & Æthiopia, & Syene: pro anima humana illa ſola eſt retributio, quàm Pſalmi-
Psal. 115. a. ſta canit: *Quid retribuã Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi: Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.*

c ¶ *Filius enim hominis vẽturus eſt in gloria patris ſui cũ angelis ſuis.*] Petrus ad prædicationẽ Dominicæ mortis ſcãdalizatus, ſententia Domini fuerat increpatus, prouocati ſunt
G diſcipuli, vt abnegarent ſe & tollerent crucem ſuam, & morientium animo ſequerentur magiſtrum. Grandis terror audientium, & qui poſſit principe Apoſtolorum perterrito, etiam aliis metum inijcere: idcircò triſtibus læta ſuccedunt, & dicit: *Filius hominis vẽturus eſt in gloria patris ſui cũ angelis ſuis*. Times mortem, audi gloriam triumphãtis. Vereris crucem, auſculta angelorũ miniſteria. Et tunc, inquit, reddet vnicuique ſecundùm opera eius. Nõ eſt diſtinctio Iudæi & Ethnici, viri & mulieris, pauperum & diuitum, vbi non perſonæ, ſed Rom. 2. c. opera conſiderantur.

d ¶ *Amen dico vobis: ſunt quidã de hic ſtãtibus, qui non guſtabunt mortẽ, donec videãt filium hominis venientẽ in regno ſuo.*] Terrorẽ Apoſtolorum ſpe medicari voluerat promiſſorum, dicens: Filius hominis vẽturus eſt in gloria patris ſuis cũ angelis ſuis. Inſuper auctoritate iudicis addita, & reddet vnicuique ſecundũ opera ſua. Poterat Apoſtolorũ tacita cogitatio, iſtiuſmodi ſcãdalum ſuſtinere. Occiſionem & mortem nunc dicis eſſe venturam: Quòd autem promittis te affuturum in gloria patris cum angelorum miniſteriis, & iudicis poteſtate, hoc in dies erit, & in tempora longa differetur. Præuidens ergo occultorum cognitor, quid poſſent obiicere, præſentem timorem, præſenti compenſat præmio. Quid enim dicit: Sunt quidam de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno ſuo: vt H qualis eſt poſtea venturus, ob incredulitatem veſtram præſenti tempore demonſtretur.

CAPVT XVII.

E ¶ *T poſt dies ſex aſſumens Ieſus Petrũ & Iacobũ, & Ioannẽ fratrẽ eius.*] Quare Petrus & Iacobus & Ioãnes in qui- Iosr. 27. d. Marc 13. a
buſdam Euangeliorum locis ſeparentur à cæteris: aut quid Luc. 8. g
priuilegii habeant extra alios Apoſtolos, crebrò diximus. Nunc quæritur, quomodo poſt dies ſex aſſumpſerit eos, & duxerit in montem excelſum ſeorſum: cùm Lucas Euãgeliſta octonarium numerum ponat. Sed facilis reſponſio eſt: Luc. 9. d
quia hic medii ponuntur dies, ibi primus additur & extremus. Non enim dicitur: Poſt dies octo aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum & Ioannem, ſed die octauo.

f ¶ *Ducit illos in montẽ excelſum ſeorſum.*] Ducere ad montana diſcipulos pars regni eſt. Ducũtur ſeorſum: quia *multi* Iosr. 20. b
vocati, pauci vero electi.

g ¶ *Et trãsfiguratus eſt ante eos.*] Qualis futurus eſt tẽpore iudicandi, talis apparuit Apoſtolis. Quod autẽ dicit: transfiguratus eſt ante eos: nemo putet priſtinam eum formam & faciem perdidiſſe, vel amiſiſſe corporis veritatem, & aſſumpſiſſe corpus vel ſpirituale, vel aëreum, ſed quomodo transformatus ſit, Euangeliſta demonſtrat, dicens.

h ¶ *Et reſplẽduit facies eius ſicut Sol: veſtimẽta autẽ eius facta ſunt alba ſicut nix.*] Vbi ſplendor faciei oſtenditur, & cãdor deſcribitur veſtium, non ſubſtantia tollitur, ſed gloria commutatur. Reſplenduit facies eius ſicut Sol. Certè transformatus eſt Dominus in eam gloriam, qua vẽturus eſt poſtea in regno ſuo. Transformatio ſplendorem addidit, faciem non ſubtraxit. Eſto, corpus ſpirituale fuerit, num & veſtimenta mutata ſunt, quæ intantum fuere candida (vt alius Euangeliſta dixerit) *qualia fullo ſuper terrã non poteſt facere?* Marc. 9. a
Quod autẽ fullo ſuper terram poteſt facere, corporale eſt, & tactui ſubiacet: non ſpirituale & aëreum, quod illudat oculis, & tantùm in phantaſmate conſpiciatur.

a ¶ *Et*

A a ¶ *Et ecce apparuerunt*, &c.] Scribis & Phariſæis tentantibus ſe, & de cœlo ſigna poſcentibus, dare noluit: ſed prauam poſtulationem confutauit reſponſione prudenti. Hic vero, vt Apoſtolorum augeat fidem, dat ſignum de cœlo, Elia inde deſcendente, quo conſcenderat, & Moyſe ab inferis reſurgente: quod & Achaz per Eſaiam præcipitur, vt petat ſibi ſignum de excelſo, aut de inferno. Nam quod dictum eſt: *Apparuerunt illi Moyſes & Elias cum eo loquentes*, & in alio (Luc. 9.) refertur Euangelio nunciaſſe ei, quæ Hieroſolymis paſſurus eſſet, lex oſtenditur & Prophetæ, qui & paſſionem Domini & reſurrectionem crebris vocibus nunciarunt.

ſunt alba ſicut nix. Et ecce [a] apparuerunt illis Moyſes & Elias cum eo loquentes. Reſpōdens [b] autem Petrus, dixit ad Ieſum: Domine, bonum eſt nos hic eſſe: ſi vis, faciamus [c] hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum. Adhuc [d] eo loquente, ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſū audite. Et audientes [e] diſcipuli, ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde Et acceſſit [f] Ieſus & tetigit eos, dixitq; eis: [g] Surgite, & nolite timere. Leuantes autem [h] oculos ſuos, neminē viderunt niſi ſolum Ieſum. Et deſcendentibus [i] illis de monte, præcepit eis Ieſus, dicens: Nemini dixeritis viſionē, donec filius hominis à mortuis reſurgat. Et interrogauerunt [k] eū diſcipuli, dicentes: Quid ergo Scribę dicunt, quod Eliā oporteat primum venire? At ille [l] reſpondens, ait illis: Elias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia. Dico autem vobis quia Elias iam venit, & non [m] cognouerunt eum, ſed fecerunt in eo quęcunque voluerunt Sic & filius [n] hominis paſſurus eſt ab eis Tunc intellexerūt diſcipuli, quia de Ioanne Baptiſta dixiſſet eis. [b] Et cum veniſſet ad turbā, acceſſit ad eum homo genibus prouolutus ante eum, dicens: Domine [o] miſerere filio meo: quia lunaticus eſt, & male patitur: nam ſępe cadit in ignem, & crebro in aquam. Et obtuli eum diſcipulis tuis, & non potuerunt curare eū. Reſpondens [p] autem Ieſus, ait: O generatio incredula, & peruerſa, quouſque ero vobiſcum? Vſque-

b ¶ *Reſpondens autem Petrus*, &c.] Qui ad montana conſcēderat, non vult ad terrena deſcendere, ſed ſemper in ſublimibus perſeuerare.

c ¶ *Si vis, faciamus*, &c.] Erras, Petre, & (ſicut alius Euangeliſta teſtatur) neſcis, quid dicas. (Luc. 9.) Noli tria tabernacula quærere, cum vnum ſit tabernaculum Euangelij, in quo lex & Prophetæ recapitolanda ſunt. Si autem quæris tria tabernacula, nequaquam ſeruos cum domino conferas, ſed fac tria tabernacula: imo vnum Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, vt quorum eſt vna diuinitas, vnum ſit & in pectore tuo tabernaculum. B

d ¶ *Adhuc eo loquente*, &c.] Quia imprudenter interrogauerat, propterea reſponſionem Domini non meretur: ſed pater reſpondet pro filio, vt verbum Domini completetur: (Ioan. 5.f) *Ego teſtimonium non dico pro me, ſed pater qui me miſit, ipſe pro me dicit teſtimonium.* Nubes autem videtur lucida, & obumbrat eos: vt qui carnale è frondibus aut tentoriis quærebant tabernaculum, nubis lucidæ operirentur vmbraculo. Vox quoque de cœlo patris loquentis auditur, quæ & teſtimonium perhibeat filio, & Petrum, errore ſublato, doceat veritatem: imo per Petrum cæteros Apoſtolos. Hic eſt, ait, filius meus dilectus: huic figendum eſt tabernaculum, huic obtemperandum. Hic eſt filius, illi ſerui ſunt. Moyſes & Elias debent & ipſi vobiſcū in penetralibus cordis ſui Domino tabernaculum præparare.

e ¶ *Et audientes*, &c.] Triplicem ob cauſam pauore terrentur: vel quia ſe erraſſe cognouerant: vel quia nubes lucida operuerat eos: aut quia Dei patris vocem loquentis audierāt: Quia humana fragilitas conſpectum maioris gloriæ ferre non ſuſtinet: ac toto animo & corpore contremiſcens, ad terram cadit. Quanto quis ampliora quæſierit, tanto magis ad inferiora collabitur, ſi ignorauerit menſuram ſuam.

f ¶ *Et acceſſit*, &c.] Quia illi iacebant, & ſurgere non poterant, ipſe clementer accedit, & tangit eos: vt tactu timorem fuget & debilitata membra ſolidentur.

g ¶ *Dixitque ei*: &c.] Quos manu ſanauerat, ſanat imperio. Nolite timere. Primum timor expellitur, vt poſtea doctrina tribuatur.

h ¶ *Leuantes autem oculos ſuos, neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum.*] Rationabiliter, poſtquā ſurrexerunt, non viderunt niſi ſolum Ieſum: ne ſi Moyſes & Elias perſeueraſſent cum Domino, patris vox videretur incerta, cui potiſſimum da-

ret teſtimonium. Vident ergo Ieſum ſtantem ablata nube, & Moyſen & Eliam euanuiſſe: quia poſtquam legis & Prophetarum vmbra diſceſſerit (quæ velamento ſuo Apoſtolos texerat) vtrumque in Euangelio reperitur. CANON C

i ¶ *Et deſcendentibus illis de monte*, &c.] Futuri regni præmeditatio, & gloria triumphātis demonſtrata fuerat in monte. Non ergo vult hoc in populos prædicari: ne & incredibile eſſet pro rei magnitudine, & poſt tantam gloriam apud rudes animos, ſequens crux ſcandalum faceret.

k ¶ *Et interrogauerunt eum diſcipuli, dicentes: Quid ergo Scribæ dicunt, quod Eliam*, &c.] Niſi cauſas nouerimus, quare interrogauerint diſcipuli ſuper Eliæ nomine, ſtulta videtur & extraordinaria eorum interrogatio. Quid enim pertinet ad ea, quæ ſupra ſcripta ſunt, de Eliæ aduentu quærere? Traditio Phariſæorum eſt, iuxta Malachiam Prophetam, qui eſt nouiſſimus in duodecim, quod Elias veniat ante aduentum Saluatoris, & reducat cor patrum ad filios, & filiorum ad patres, & reſtituat omnia in antiquum ſtatum. Æſtimant ergo diſcipuli transformationem gloriæ hanc eſſe, quam in monte viderant, & dicunt. Si iam veniſti in gloria, quomodo præcurſor tuus non apparet: maxime quia Eliam viderant receſſiſſe. Quando autem adiciunt: Scribæ dicunt, quod Eliam oporteat primum venire: Primum dicendo, oſtendunt, quod niſi Elias venerit, non ſit ſecundum ſcripturas Saluatoris aduentus.

a 173 VI. Malac. 4.b

b 174 II.

D

l ¶ *At ille reſpondens, ait illis: Elias*, &c.] Ipſe qui venturus eſt in ſecundo Saluatoris aduentu iuxta corporis fidem, nunc per Ioannem venit in virtute & ſpiritu.

m ¶ *Et non cognouerunt*, &c.] Hoc eſt, ſpreuerunt & decollauerunt eum.

n ¶ *Sic & filius hominis*, &c.] Quæritur autem, cum Herodes & Herodias Ioannem interfecerint, quomodo ipſi Ieſum quoque crucifixiſſe dicantur: cum legamus eum à Scribis & Phariſæis interfectum. Et breuiter reſpondendum, quod & in Ioannis nece Phariſæorum factio conſenſerit, & in occiſione Domini Herodes iunxerit voluntatem ſuam: (Luc. 23.b) qui illuſum atque deſpectum remiſerit ad Pilatum, vt crucifigeret eum.

o ¶ *Domine, miſerere filio meo: quia lunaticus eſt*, &c.] Quā ob cauſam dæmon obſeruans lunæ curſum, corripiat homines, & per creaturas infamare ſtudeat creatorem, ſupra diximus. Mihi autem videtur, iuxta Tropologiam, lunaticus eſſe, (Oſee 7.a) qui per horarum momenta mutatur ad vitia: nec perſiſtit in incepto, ſed creſcit atque decreſcit: & nunc in ignem fertur, quo adulterantium corda ſuccenſa ſunt: nunc in aquas, quæ non valent extinguere charitatem. (Cant. 8.a) Quod autem dicit: *Obtuli eum diſcipulis tuis, & non potuerunt curare eum*: latenter accuſat Apoſtolos: cum impoſſibilitas curandi, interdum non ad imbecillitatem curantium, ſed ad eorum qui curandi ſunt fidem referatur: dicente Domino: *Fiat tibi ſecundum fidem tuam.* (Sup. 9.)

p ¶ *Reſpondens autem Ieſus, ait: O generatio incredula*, &c.]

 G

CANON E Non quod tædio ſuperatus ſit, & manſuetus ac mitis: qui non aperuit, ſicut agnus coram tondente, os ſuum: nec in verba furoris eruperit: ſed quod in ſimilitudinem medici, ſi ægrotum videat contra ſua præcepta ſe gerere, dicat: Vſquequo accedam ad domum tuam: quouſque artis perdam induſtriam: me aliud iubente, & te aliud perpetrante? Intantum autem non eſt iratus homini,
c 175 V. ſed vitio, & per vnum hominem Iudæos arguit infidelitatis, vt ſtatim intulerit: Afferte eum huc ad me.

Vſquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit [a] illum Ieſus, & exiit ab eo dæmonium & curatus eſt puer ex illa hora. [c] Tunc acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum de ſecreto, & dixerunt: [b] quare nos non potuimus eiicere illum? Dicit illis Ieſus: Propter incredulitatem veſtrã. Amen quippe dico vobis: Si habueritis [c] fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic Tranſi hinc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. Hoc autem [d] genus non eiicitur, niſi per orationem & ieiunium. [d] Conuerſantibus [e] autem eis in Galilæa, dixit illis Ieſus: Filius hominis tradẽdus eſt in manus hominum, & occident eum, & tertia die reſurget. Et cõtriſtati ſunt vehementer. [e] Et cum [f] veniſſent Capernaum, acceſſerũt qui didrachma accipiebant ad Petrum, & dixerunt ei: Magiſter veſter non ſoluit didrachma? Ait: Etiam. Et cum [g] intraſſet in domum, præuenit eum Ieſus dicens: Quid tibi [h] videtur Simon: Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel cenſum, à filiis ſuis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Ieſus: Ergo liberi ſunt filii. Vt autem non ſcandalizemus eos: vade ad mare, [i] & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle. Et aperto ore eius, inuenies ſtaterem: illum ſumens, da eis pro me & te.

CAPVT XVIII.

IN [a] illa [k] hora acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Quis putas maior eſt in regno cœlorum?

a ¶ *Et increpauit illum Ieſus, &c.*] Non ille qui patiebatur, ſed dæmon debuerat increpari.
d 176 II. Siue increpauit puerum, & exiuit ab eo dæmon: quia propter peccata ſua, à dæmone fuerat oppreſſus.

b ¶ *Et dixerunt: quare nos non*
e 177 X. *potuimus eiicere illum? Dicit illis Ieſus: &c.*] Hoc eſt, quod in
Ioan. 15. a alio loco dicit: *Quæcunque in nomine meo petieritis, credentes accipietis.* Ergo quoniens nõ accipimus, non præſtantis eſt impoſſibilitas, ſed culpa depecantium.

c ¶ *Si habueritis fidem, &c.*] Putant aliqui fidem grano ſinapis comparatam paruam dici, quod regnum cœlorum grano ſinapis conferatur: cum Apoſtolus dicat: *Et ſi totam fidem*
a 1-8 II. *habuero, ita vt montes transferam.* Ergo magna eſt fides, quæ
1. Cor. 13. a grano ſinapis coæquatur. Mõ-
F tis tranſlatio non eius ſignificatur, quem oculis carnis aſpicimus, ſed illius qui a Domino tranſlatus fuerat ex lunatico. Quod enim ait: Dicetis monti huic: tranſi hinc, & tranſibit: de dæmone intelligitur. Ex quo ſtultitiæ coarguendi ſunt, qui contendunt Apoſtolos omneſque credentes, ne paruam quidem habuiſſe fidem, quia nullus eorum montes tranſtulerit. Neque enim tantum prodeſt montis de alio in alium locum tranſlatio, & vana ſignorum quærenda oſtentatio, quantum in vtilitatem omnium iſte mons transferendus eſt, qui per Prophetam dicitur corrumpere omnem terram.
Hier. 51. a

d ¶ *Hoc autem, &c.*] Dom docet, quomodo nequiſſimus dæmon poſſit expelli, omnes inſtituit ad vitam.

e ¶ *Conuerſantibus autem, &c.*] Semper proſperis miſcet triſtia: vt cum repente venerint, non terreant Apoſtolos, ſed à præmeditatis ferantur animis. Si enim contriſtat eos, quod occidendus eſt, debet lætificare, quod die tertio dicitur
Sup. 16. e reſurrecturus. Porro quod contriſtantur, & contriſtantur vehementer, non de infidelitate venit (alioquin ſciebant & Petrum eſſe correptum, quare nõ ſaperet ea, quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum) verum quia pro dilectione magiſtri nihil de eo ſiniſtrum & humile patiuntur audire.

f ¶ *Et cum veniſſent Capharnaum, acceſſerunt, qui didrachma accipiebant ad Petrum, & dixerunt: Magiſter veſter non ſoluit didrachma? &c.*] Poſt Auguſtum Cæſarem, Iudæa facta eſt tributaria, & omnes cenſi capite ferebantur. Vnde & Ioſeph cum Maria cognata ſua profectus eſt in Bethlehem. Rurſum quoniam nutritus erat in Nazareth (quod eſt oppidum Galilææ Capharnaum vrbi ſubiacens) ex more poſcunt tributa, & pro ſignorũ magnitudine hi qui exigebant, non audent ipſum repetere, ſed diſcipulum conueniunt: Siue malitioſe interrogant, vtrum reddat tributa, an contradicat Cæſaris voluntati: iuxta quod in alio loco legimus: *Licet tributa Cæſari ſoluere, an non?*

g ¶ *Et cum intraſſet &c.*] Qui didrachma exigebant, ſeorſum conuenerant Petrum. Cumque intraſſet domum, antequam Petrus ſuggereret, interrogat Dominus, ne ſcandalizentur diſcipuli ad poſtulationem tributi: cum videant eum noſſe, quæ abſente ſe geſta sũt. Matt. 22. b

h ¶ *Quid tibi videtur Simon? &c.*] Dominus noſter, & ſecundum carnem, & ſecundum ſpiritum filius regis erat, vel ex Dauid ſtirpe generatus, vel omnipotentis verbum patris. Ergo tributa quaſi regum filius non debebat: ſed qui humilitatem carnis aſſumpſerat, debuit adimplere omnem iuſtitiam. Noſque infelices, qui Chriſti cenſemur nomine, & nihil dignum tanta facimus maieſtate. Ille pro nobis & crucem ſuſtinuit, & tributa reddidit: nos pro illius honore tributa non reddimus, & quaſi filii regis à vectigalibus immunes ſumus.

i ¶ *Vt autem non, &c.*] Quid primum mirer in hoc loco, neſcio: vtrum præſcientiam, an magnitudinẽ Saluatoris. Præſcientiam, quod nouerat piſcem habere in ore ſtaterem, & quod primus ipſe capiendus eſſet. Magnitudinem atque virtutem, ſi ad verbum eius ſtatim ſtater in ore piſcis creatus eſt, & quod futurum erat, ipſe loquendo fecerit. Videtur autem mihi ſecundum myſticos intellectus, iſte eſſe piſcis, qui primus captus eſt, qui in profundo maris erat, & in ſalſis amariſque gurgitibus morabatur: vt per ſecundum Adam liberaretur primus Adam, & id quod in ore eius, hoc eſt, in confeſſione fuerat inuentum, pro Petro & Domino redderetur. Et pulchre idipſum quidem datur pretium, ſed diuiſum eſt: quia pro Petro, quaſi pro peccatore pretium reddebatur. Dominus autem noſter peccatum non fecerat: nec dolus inuentus eſt in ore eius. Stater dicitur, qui duo habet didrachma, vt oſtenderetur ſimilitudo carnis, dum eodem & ſeruus & dominus pretio liberantur. Sed & ſimpliciter intellectum ædificat auditorum, dum tantæ Dominus fuerit paupertatis, vt vnde tributa pro ſe & Apoſtolo redderet, non habuerit. Quod ſi quis obiicere voluerit, & quomodo Iudas in loculis portabat pecuniam? Reſpondebimus, rem pauperum in vſus ſuos conuertere nefas putauit: nobiſque idem tribuit exemplum. H

CAPVT XVIII.

IN [k] *illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes: Quis putas maior eſt, &c.*] Quod ſæpe monui, etiam nunc obſeruandum eſt. Cauſæ quærendæ ſunt ſingulorum Domini dictorum atque factorum. Poſt inuentum ſtaterem, poſt tributa reddita, quid ſibi vult Apoſtolorum repentina interrogatio? In illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes: Quis putas maior eſt in regno cœlorum? Quia viderant pro Petro & Domino idem tributum redditum: ex æqualitate pretii arbitrati ſunt, Petrum omnibus Apoſtolis eſſe prælatum, qui in redditione tributi Domino fuerat cõparatus: ideo interrogant, quis maior ſit in regno cœlorum. Videnſque Ieſus cogitationes eorum, & cauſas erroris intelli-

A intelligens, vult deſiderium gloriæ, humilitatis contentione ſanare.

a ¶ [illegible]t aduocans Ieſus paruulum, &c.] Vel ſimpliciter quemlibet paruulum, vt ætatem quæreret, & ſimilitudinem innocentiæ demonſtraret. Vel certe paruulum ſtatuit in medio eorum ſe ipſum, qui non miniſtrari, ſed miniſtrare venerat, vt eius humilitatis tribueret exemplum. Alij paruulum interpretantur Spiritum ſanctũ qu[illegible] p[illegible] uetit in cordibus [illegible]orum, vt ſuperbiam in humilitatem mutaret.

b ¶ Amen dico vobis, niſi conuer[illegible]ſi fueritis, &c.] Non præcipitur Apoſtolis vt ætatem habeant paruulorum, ſed vt innocentiam, & quod illi per anno[illegible] po[illegible]dent, hi poſſideant per in[illegible]triam, vt malitia, non ſapi[illegible] paruuli ſint.

c ¶ Quicunque ergo humiliauerit ſe, &c.] Sicut iſte paruulus (cui[illegible]s vo[illegible]s exemplum tribu[illegible]n) perſeuerat in iracundia [illegible] me nunt, nõ videns pulchrã mulierẽ delectatur, n[illegible] aliud cogitat, & aliud lo[illegible] ſi[illegible] & vos niſi talem ha[illegible]u[illegible] innocẽtiam, & animi p[illegible]itatẽ, non poteritis regna [illegible] intrare. Siue aliter [illegible]uicun[illegible]ue humiliauerit ſe
B ſicut [illegible], hic eſt maior in reg[illegible] cœlorum, [illegible] imitatus fuerit me, & ſe in exemplum mei humiliauerit, vt tantum ſe deiiciat quantum ego deieci formam [illegible] accipiens, hic intrabit in regnum cœlorum.

lorum? Et aduocans [a] Ieſus paruulũ ſtatuit eum in medio eorum, & dixit: Amẽ [b] dico vobis, niſi côuer[illegible]i fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunque [c] ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cœlorum. Et qui [d] ſuſceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me ſuſcipit. [b] Qui [e] autem ſcãdalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me credũt, expedit ei [f] vt ſuſpẽdatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profũdum maris. Væ mũdo [g] à ſcãdalis. Neceſſe eſt.n. vt veniant ſcãdala. Veruntamen vę homini per quem ſcandalum venit. [c] Si autem [h] manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eũ, & proiice abs te. Bonum eſt tibi ad vitam ingredi debilem, vel claudũ quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignẽ æternũ. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te. Bonum eſt tibi cum vno oculo in vitã intrare, quam duos oculos habẽtem mitti in gehennam ignis. [d] Videte [i] ne contemnatis vnũ ex his puſillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis ſemper vident faciẽ patris mei qui in cœlis eſt. Venit. n. filius hominis ſaluare quod perierat. Quid [k] vobis videtur? [e] Si fuerint alicui cẽtum oues, & errauerit vna ex eis, nonne relinquit nonaginta nouẽ in montibus, & vadit quę rere eam quæ errauit? et ſi cõtigerit vt inueniat eam: amen dico vobis, quia gaudet ſuper ea magis quàm ſuper nonaginta nouẽ, quæ non errauerunt. Sic non [l] eſt volũtas ante patrem veſtrũ qui in cœlis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis. [f] Si

h ¶ Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & proiice abs te. Bonum eſt tibi, &c.] Neceſſe eſt quidem venire ſcandala: Væ tamen ei eſt homini, qui quod neceſſe eſt vt fiat in mundo, vitio ſuo facit vt per ſe fiat. Igitur omnis truncatur affectus, & vniuerſa propinquitas amputatur, ne per occaſionẽ pietatis vnuſquiſque credentium ſcandalis pateat. Si, inquit, ita eſt, quis tibi coniunctus, vt manus, pes, oculus, & eſt vtilis atque ſolicitus, & acutus ad perſpiciendum: ſcandalum autem tibi facit, & propter diſſonãtiam morum te pertrahit in gehẽnam, melius eſt, vt & propinquitate eius, & emolumentis carnalibus careas, ne dum vis lucrifacere cognatos & neceſſarios, cauſã habeas ruinarum. Itaque non frater, non vxor, non filij, non amici, non omnis affectus, qui nos excludere poteſt à regno cœlorum, amori Dñi præponatur. Nouit vnuſquiſque credentium quid ſibi noceat, vel in quo ſolicitetur animus, ac ſępe tentatur. Melius eſt vitam ſolitariam ducere, quàm ob vitæ præſentis neceſſaria, æternam vitam perdere.

CANON G

b 179. II.

c 180 VI.

d 181 X

i ¶ Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis. Dico enim vobis, &c.] Suprà dixerat per manuum, & pedem, & oculum, omnes propinquitates & neceſſitudines, quæ ſcandalum facere poterant, amputandas: auſteritatem itaque ſententiæ, ſubiecto præcepto temperat, dicens: Videte ne contemnatis vnum ex puſillis iſtis. Sic, inquit, præcipio ſeueritatem, vt cõmiſceri clementiam doceã. Quantum in vobis eſt, nolite contemnere: ſed per veſtram ſalutem etiam illorum quærite ſanitatem. Sin autem perſeuerantes in peccatis videritis, & vitijs ſeruientes, melius eſt vos ſolos ſaluos fieri, quàm perire cum pluribus. Quia angeli eorum in cœlis vident ſemper faciẽ patris. Magna dignitas animarum, vt vnaquæque habeat in ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui angelum delegatum. Vnde legimus in Apocalypſi Ioannis: Angelo Epheſi, Thyatiræ, & angelo Philadelphiæ, & angelis quatuor reliquarum eccleſiarum ſcribe hæc. Apoſtolus quoque præcipit velari capita in eccleſiis fœminarum propter angelos.

e 182 V.

D

Apoc. 1. 2. 3

1. Cor. 11. b

d ¶ Et qui ſuſceperit vnum paruulum talem in nomine meo, &c.] Qui talis fuerit, vt Chriſti imitetur humilitatem & innocentiam, in eo Chriſtus ſuſcipitur. Et prudenter, ne cum delatum fuerit apoſtolis, ſe putent honoratos, adiecit: non illos ſui merito, ſed magiſtri honore [illegible] ſuſcipiendos.

e ¶ [illegible] autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, &c.] Nota [illegible] qui ſcandalizatur, paruulus eſt: maiores enim [illegible] non recipiunt.

f ¶ Expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, &c.] Quamquam hæc generalis poſſit eſſe ſentẽtia aduerſus omnes qui aliquem ſcandalizant, tamen iuxta conſequentiã ſermonis, etiam contra apoſtolos dictum intelligi poteſt, qui interrogando quis maior eſſet in regno cœlorum, videbantur inter ſe de dignitate contendere: & ſi in hoc vitio perm[illegible]ſiſ[illegible]ent, poterant eos, quos ad fidem vocabant, per ſuum ſcandalum perdere, dum apoſtolos viderent inter ſe de honore pugnare. Quod autem dixit: Expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, ſecundum ritum prouinciæ loquitur, quo maiorum criminum iſta apud veteres Iudæos pœna fuerit, vt in profundum ligato ſaxo demergerentur. E[illegible]dit autem ei, quia multò melius eſt pro culpa b[illegible] [illegible] pœnam, quàm æternis ſeruari cruciatibus, Non en[illegible] vindicabit bis Dominus in idipſum.

g ¶ Væ mundo à ſcandalis. Neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala. Veruntamen væ homini, &c.] Non quod neceſſe ſit venire ſcandala, alioquin ſine culpa eſſent qui ſcandalum faciunt: ſed cum neceſſe ſit in iſto mundo fieri ſcandala, vnuſquiſque ſuo vitio ſcandalis patet. Simulque per generalem ſententiam percutitur Iudas, qui proditioni animum præparauerat.

k ¶ Quid vobis videtur? Si fuerint alicui centum oues, &c.] Conſequenter ad clementiam prouocat, qui præmiſerat dicens: Videte ne contemnatis vnum ex puſillis iſtis, & ſubiungit parabolam nonaginta nouem ouium in montibus relictarum, & vnius errantis, quam paſtor bonus, quia propter nimiam infirmitatem ambulare non poterat, humeris ſuis ad reliquum gregem reportauit. Quidam putant iſtum eſſe paſtorem, qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo: ſed exinaniuit ſe, formam ſerui accipiens, factus obediens patri vſque ad mortem, mortem autem crucis: & ob id ad terrena deſcenderit, vt ſaluam faceret vnam ouiculam, quæ perierat, hoc eſt, humanum genus. Alij verò in nonaginta nouem ouibus, iuſtorum putant numerum intelligi, & in vna ouicula, peccatorum: ſecundum quod in alio loco dixerat: *Non veni iuſtos vocare, ſed peccatores: non enim opus habent ſani medico, ſed hi qui ſe male habent.* Iſta parabola in euangelio ſecundum Lucam cum alijs duabus parabolis decem drachmarum & duorum filiorum ſcripta eſt.

Philip. 2. a

Luc. 5. f
Luc. 15.

l ¶ Sic non eſt volũtas ante patrẽ veſtrũ, qui in cœlis eſt, vt pe-

CANON. E *reat vnus de puſillis iſtis.*] refert ad ſuperius propoſitum, de quo dixerat: Videte ne contẽnatis vnum ex puſillis iſtis, & docet iccirco parabolã poſitam, vt puſilli non contemnantur. In eo autem quod dicit: Non eſt voluntas ante patrem veſtrum, vt pereat vnus de puſillis iſtis, quotiens aliquis pe-

f 183. V rierit de puſillis iſtis, oſtẽditur, quòd non voluntate patris perierit.

g 184 X a¶ *Si autem peccauerit in te frater tuus, &c.*] Si peccauerit in nos frater noſter, & in qualibet cauſa nos læſerit, dimittendi habemus poteſtatem,

h 185 VII. imò neceſſitatem: quia præcipitur, vt debitoribus noſtris debita demittamus. Si autem in Deum quis peccauerit, non eſt noſtri arbitrij. Dicit enim ſcriptura diuina: Si *peccauerit*

i 186. X. *homo in hominem, rogabit pro ea*

Reg. 2. e *ſacerdos. Si autẽ in Deũ peccauerit, quis rogabit pro eo?* Nos è cõtrario in Dei iniuria benigni

k 187 V ſumus, in noſtris contumelijs exercemus odia. Corripiendus eſt autẽ frater ſeorſum, ne ſi ſemel pudorem ac verecundiam amiſerit, remaneat in peccato.

l 188 X Et ſi quidem audierit, lucrifaciamus animam eius, & per alterius ſalutem, nobis quoq; acquiritur ſalus. Sin autem audire noluerit, adhibeatur frater. Quod ſi nec illum audierit, adhibeatur & tertius: vel corrigendi ſtudio, vel conueniendi ſub teſtibus. Porrò ſi nec illos

F audire voluerit, tunc multis dicendum eſt, vt deteſtationi eũ habeant, & qui non potuit pudore ſaluari, ſaluetur opprobriis. Quando autẽ dicitur: Sit tibi ſicut ethnicus & publicanus, oſtẽditur maioris eſſe deteſtationis, qui ſub nomine fidelis agit opera infideliũ, quã hi qui apertè gentiles ſunt. Publicani enim vocantur ſecundum tropologiam, qui ſæculi ſectantur lucra, & exigunt vectigalia per negotiationes & fraudes, ac furta, ſcelerataque periuria.

b¶ *Amen dico vobis: quæcunque alligaueritis ſuper terram, &c.*] Quia dixerat: ſi autem eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus: & poterat contemptoris fratris hæc occulta eſſe reſponſio, vel tacita cogitatio: Si me deſpicis, & ego te deſpicio: ſi tu me condemnas, & mea ſententia condemnaberis: Poteſtatem tribuit Apoſtolis, vt ſciant qui à talibus condemnantur, humanam ſententiam diuina ſententia roborari, & quodcunque ligatum fuerit in terra, ligari pariter & in cœlo.

[f] Si autem [a] peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. [g] Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos, dic eccleſiæ. Si autem eccleſiam nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. [h] Amẽ dico [b] vobis: quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. [i] Iterum [c] dico vobis: quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terrã, de omni re quamcũque petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorũ. [k] Tunc [d] accedẽs Petrus ad eum, dixit: Domine, quotiens peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vſque ſepties? Dicit illi Ieſus: Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. [l] Ideo [e] aſſimulatum eſt regnum cœlorũ homini regi, qui voluit rationẽ ponere cum ſeruis ſuis. Et cum [f] cœpiſſet rationẽ ponere, oblatus eſt ei vnus, qui debebat decẽ millia talenta. Cum autem nõ haberet vnde redderet, iuſſit eum dominus venundari, & vxorẽ eius & filios, & omnia quę habebat, & reddi. Procidẽs autem ſeruus ille rogabat eum, dicẽs: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Miſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei. Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit vnum de cõſeruis ſuis qui debebat ei cẽtum denarios, & tenens ſuffocabat eum, dicẽs: Redde quod debes. Et procidens conſeruus eius, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, ſed abiit & miſit eum in carcerem donec redderet debitum. Vidẽtes autem conſerui eius quę fiebant, contriſtati ſunt valde, & venerunt & narrauerunt domino ſuo omnia quę facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus ſuus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me. Nõne ergo oportuit & te miſereri cõſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum: Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadúſque redderet vniuer-

& hoc ſpiritualiter intelligere: quod vbi ſpiritus & anima corpuſque conſenſerint, & non inter ſe bellum diuerſarum habuerint voluntatum, carne concupiſcente aduerſus ſpiritum, & ſpiritu aduerſus carnem: de omni re, quam petierint, impetrent à patre. Nulli que dubium, quin bonarum 6

rerum poſtulatio ſit, vbi corpus ea vult habere quę ſpiritus.

d¶ *Tunc accedens Petrus ad eũ, &c.*] Hæret ſibi ſermo dominicus, & in modum funiculi Eccle. 4 d triplicis, rumpi non poteſt. Suprà dixerat: *Videte ne contemnatis vnum ex puſillis iſtis,* & adiecerat: *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum,* & pręmium repromiſerat, dicens: Si *duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re impetrabunt quam petierint, & ego ero in medio eorum.* Prouocatus Apoſtolus Petrus interrogat quotiens fratri in ſe peccanti dimittere debeat, & cum interrogatione profert ſententiã, vſque ſepties. Cui reſpondit Ieſus: *Non vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties,* id eſt, quadringentis nonaginta vicibus: vt totiens peccanti fratri dimitteret in die, quotiens ille peccare non poſſit.

e¶ *Ideo aſſimulatum eſt regnũ cælorum homini regi, &c.*] Familiare eſt Syris & maximè Palæſtinis ad omnem ſermonem H ſuum parabolas iungere: vt quod per ſimplex præceptum teneri ab auditoribus non poteſt, per ſimilitudinem exemplaque teneatur. Præcepit itaque Petro ſub comparatione regis & domini, & ſerui, qui debitor decem millium talentorum, à domino rogans, veniã impetrauerat, vt ipſe quoque dimittat cõſeruis ſuis minora peccantibus. Si enim ille rex & dominus ſeruo debitori decem milium talentorum tã facilè dimiſit, quãtò magis ſerui conſeruis ſuis debent minora dimittere? Quod vt manifeſtiùs fiat, dicamus ſub exẽplo: Si quis noſtrum commiſerit adulterium, homicidium, ſacrilegium, maiora crimina decem millium talentorum, rogantibus dimittuntur, ſi & ipſi dimittant minora peccantibus. Sin autem ob factam cõtumeliam ſimus implacabiles, & propter amarum verbum perpetes habeamus diſcordias: nonne nobis videmur rectè redigendi in carcerem, & ſub exemplo operis noſtri hoc agere, vt maiorum nobis delictorum venia non relaxetur?

c¶ *Iterum dico vobis: quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcunque petierint, &c.*] Omnis ſupra ſermo nos ad concordiam prouocarat. Igitur & præmium pollicetur, vt ſolicitiùs feſtinemus ad pacem, cum ſe dicat inter duos & tres medium fore: Iuxta illud exemplum tyranni, qui duos amicos captos (cum vnus ad viſendam matrem reuertiſſet, & amicum pro ſe vadem dediſſet) ſic probare voluit, vt vno tento alterum dimitteret. Cumque reuertiſſet ad dictam diem, admirans amborum fidem, rogauit vt ſe haberent tertium. Poſſumus

f¶ *Et cum cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus, qui debebat decem millia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet, iuſſit eum dominus venundari, & vxorem eius, & filios, &c.*] Scio quoſdam iſtum, qui debebat decem millia talenta, diabolum interpretari: cuius vxorem & filios venundandos perſeuerante illo in malitia, inſipientiam & malas cogitationes intelligi volũt. Sicut enim iuſti vxor dicitur ſapientia: ſic vxorem iniuſti & peccatoris, appellari ſtultitiam. Sed quomodo ei dimittat dominus decẽ millia talẽta, & ille nobis conſeruis ſuis centum denarios non dimiſerit:

hæc

A nec eccleſiaſticæ interpretationis eſt, nec à prudẽtibus viris recipiendæ.

a ¶ *Sic & pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo, &c.*] Formidoloſa ſententia, ſi iuxta noſtram mentem ſententia Dei flectitur atque mutatur. Si parua fratrib. non dimittimus, magna nobis à Deo nõ dimittẽtur. Et quia poteſt vnuſquiſque dicere: Nihil habeo contra eum, ipſe nouit, habet Deũ iudicẽ, non mihi curæ eſt quid velit agere, ego ignoui ei: confirmat ſententiam ſuam, & omnem ſimulationem fictæ pacis euertit, dicens: Si non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.

vniuerſum debitum. Sic & pater [a] meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.

CAPVT XIX.

ET [a] factum [b] eſt cum conſummaſſet Ieſus ſermones iſtos, migrauit à Galilęa, & venit in fines Iudæę trans Iordanem, & ſecutę ſunt eum turbę multæ, & curauit eos ibi. Et acceſſerunt ad eum Phariſęi tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere vxorem ſuã quacunque ex cauſa? Qui [c] reſpondens, ait eis: Non legiſtis: quia qui fecit ab initio, maſculum & feminam fecit eos? Et dixit: Propter [d] hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhęrebit vxori ſuę, & erunt duo in carne vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo [e] Deus coniunxit, homo nõ ſeparet. Dicunt illi: Quid [f] ergo Moyſes mandauit dari libellũ repudij, & dimittere. Ait illis: Quoniam [g] Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic. [b] Dico [h] autem vobis, quia quicunque dimiſerit vxorem ſuã niſi ob fornicationẽ, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſã duxerit, mœchatur. [c] Dicunt [i] ei diſcipuli eius: Si ita eſt cauſa homini cũ vxore, nõ expedit nubere. Qui [k] dixit illis: Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt. Sunt [l] enim eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi qui facti ſunt ab homini-

CAPVT XIX.

ET b *factum eſt cum cõſummaſſet Ieſus ſermones iſtos, migrauit à Galilæa, &c. Et acceſſerũt ad eum Phariſæi tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere vxorem ſuam quacunque ex cauſa?*] De Galilæa venerat ad Iudæam: idcirco phariſæorum ſcribarumque factio interrogat eum: vtrum liceat homini dimittere vxorem ſuã qualibet cauſa: vt quaſi cornuto teneant eum ſyllogiſmo, & quodcunque reſponderit captioni pateat. Si dixerit dimittendas eſſe vxores qualibet ex cauſa, & ducendas illas: pudicitiæ prædicator ſibi videbitur docere contraria. Si autem reſponderit, non omnem ob cauſam debere dimitti, quaſi ſacrilegij reus tenebitur, & aduerſus doctrinam Moyſi, ac per Moyſen, Dei, facere iudicabitur. Igitur Dominus ſic reſponſionem temperat, vt decipulam eorum tranſeat, ſcripturam ſanctam adducens in teſtimonium, & naturalem legem, primamque Dei ſententiam ſecundæ opponens, quæ non voluntate Dei, ſed peccantium neceſſitate conceſſa eſt. B

c ¶ *Qui reſpondens, ait eis: Non legiſtis: quia qui fecit ab initio maſculum & feminã fecit eos?*] Hoc in exordio Geneſeos ſcriptum eſt. Dicendo autem maſculum & feminam, oſtendit ſecunda vitanda cõiugia. Non enim ait, maſculum & feminas, quod ex priorum repudio quærebatur: ſed maſculum & feminam, vt vnius coniugis conſortia nectẽrentur.

d ¶ *Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ.*] Similiter adhærebit vxori ſuæ, non vxoribus. *Et erunt duo in carne vna.* Præmium nuptiarum, è duabus vnam carnem fieri. Caſtitas iuncta ſpiritui, vnus efficitur ſpiritus.

e ¶ *Quod ergo Deus cõiunxit, homo nõ ſeparet.*] Deus cõiunxit, vnam faciendo carnem viri & feminæ: hanc homo non poteſt ſeparare, niſi forſitã ſolus Deus. Homo ſeparat, quãdo propter deſiderium ſecundæ vxoris primam dimittit. Deus ſeparat, qui & cõiunxerat, quando ex conſenſu propter ſeruitutem Dei (eò quòd tempus in arcto ſit) ſic habemus vxores, quaſi non habentes.

f ¶ *Dicunt illi: Quid ergo Moyſes mandauit dari libellum repudij, & dimittere?*] Aperiunt calumniam quam parauerãt. Et certè Dominus non propriam ſententiam protulerat, ſed veteris hiſtoriæ, & mandatorum Dei fuerat recordatus.

g ¶ *Ait illis: Quoniã Moyſes ad duritiã cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autẽ nõ fuit ſic.*] Quod dicit, iſtiuſmodi eſt: Nũquid poteſt Deus ſibi eſſe cõtrarius, vt aliud antè iuſſerit, & ſententiã ſua nouo frangat imperio: Non ita ſentiendum eſt: ſed Moyſes cùm videret, propter deſiderium ſecundarum coniugum (quæ vel ditiores, vel iuniores, vel pulchriores eſſent) primas vxores interfici, aut malam vitam ducere, maluit indulgere diſcordiam, quam odia & homicidia perſeuerare. Simulque conſidera, quod non dixit: Propter duritiam cordis veſtri permiſit vobis Deus, ſed Moyſes, vt iuxta Apoſtolum, conſilium ſit hominis, non imperium Dei. CANON C Deut. 24. a 1 Cor. 7. b

h ¶ *Dico autem vobis: quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam, &c.*] Sola fornicatio eſt, quæ vxoris vincat affectum: imò cùm illa vnam carnem in aliam diuiſerit, & ſe fornicatione ſeparauerit à marito, nõ debet teneri, ne virum quoque ſub maledicto faciat, dicente ſcriptura: *Qui adulteram tenet, ſtultus & impius eſt.* Vbicunque eſt igitur fornicatio, & fornicationis ſuſpicio, liberè vxor dimittitur. Et quia poterat accidere, vt aliquis calũniã faceret innocẽti, & ob ſecundã copulam nuptiarum veteri crimen impingeret: ſic priorem dimittere iubetur vxorem, vt ſecundam prima viuente non habeat. Quod enim dicit, tale eſt: Si non propter libidinem, ſed propter iniuriam dimittis vxorẽ: quare expertus infelices priores nuptias, nouarũ te immittis periculo? Necnõ quia poterat euenire, vt iuxta eandem legẽ, vxor quoque marito daret repudiũ, eadem cautela præcipitur, ne ſecundũ accipiat virum. Et quia meretrix, & quæ ſemel fuerat adultera, opprobrium non timebat, ſecũdo præcipitur viro, quòd ſi talem duxerit, ſub adulterij ſit crimine. a 189 VI. Prouer. 18 d b 190 II. c 191 X D

i ¶ *Dicunt ei diſcipuli: Si ita eſt cauſa homini, &c.*] Graue põdus vxorũ eſt, ſi excepta cauſa fornicationis, eas dimittere non licet. Quid enim ſi temulenta fuerit, ſi iracũdia, ſi malis moribus, ſi luxurioſa, ſi guloſa, ſi vaga, ſi iurgatrix, ſi maledica, tenenda erit iſtiuſmodi? Volumus, nolumus, ſuſtinenda eſt. Cum enim eſſemus liberi, voluntariè nos ſubiecimus ſeruituti. Videntes ergo apoſtoli graue vxorum iugum, proferunt motum animi ſui, & dicunt: Si *ita eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere.*

k ¶ *Qui dixit illis: Non omnes capiunt, &c.*] Nemo putet ſub hoc verbo vel fatum, vel fortunam introduci: quòd hi ſint virgines, quibus à Deo datum ſit: aut quos quidam ad hoc caſus adduxerit: ſed his datum eſt, qui petierunt, qui voluerunt, qui vt acciperent, laborauerunt. Omni enim petenti dabitur, & quærens inueniet, & pulſanti aperietur. Sap. 7. c

l ¶ *Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab, &c.*] Triplex genus eſt eunuchorũ, duorum carnalium, & tertij ſpiritualis. Alij ſunt qui de matris vtero ſic naſcuntur. Alij quos vel captiuitas facit, vel deliciæ matronales. Tertij ſunt qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum, & qui cùm poſſint eſſe viri, propter Chriſtum eunuchi fiunt: iſtis promittitur præmium: ſuperioribus autem, quibus caſtimoniæ neceſſitas non voluntas eſt, nihil omnino debetur. Poſſumus & aliter dicere. Eunuchi ſunt ex matris vtero, qui frigidioris naturæ ſunt, nec libidines appetentes. Et alij, qui ab hominibus fiunt, quos aut philoſophi faciunt, aut propter idolorum cultum emolliuntur in feminas: vel perſuaſione hæretica ſimulant caſtitatem vt mentiantur religionis veritatem. Sed nullus eorum conſequitur regna cœlorũ, niſi qui ſe caſtrauerit propter Chriſtum. Vnde & infert: *Qui poteſt capere, capiat*: vt vnuſquiſque conſideret vires ſuas, vtrum poſſit

l

CANON E virginalia & pudicitiæ implere præcepta. Per ſe enim caſtitas blanda eſt, & quoslibet ad ſe alliciens. Sed conſiderandæ ſunt vires, vt qui poteſt capere, capiat. Quaſi hortantis vox Domini eſt, & milites ſuos ad pudicitiæ præmium concitantis. Qui poteſt capere capiat: qui poteſt pugnare, pugnet, ſuperet ac triumphet.

temptas diuitias, Saluatorem ſequatur, id eſt, relictis malis faciat bona. Facilius enim ſacculus contemnitur, quàm voluptas. Multi diuitias relinquentes, dominum non ſequuntur. Sequitur autem dominum, qui imitator eius, & per veſtigia illius graditur. *Qui enim dicit ſe in Chriſto credere, debet quomodo ille ambulauit, & ipſe ambulare.* 1.Ioan 2.b G

minibus: & ſunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnũ cœlorũ. Qui poteſt capere, capiat. d Tunc a oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus vero ait eis: Sinite b paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire. talium eſt enim regnum cœlorum. Et cum impoſuiſſet eis manus, abiit inde. c Et ecce vnus accedens ait illi: Magiſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei: Quid d me interrogas de bono? Vnus eſt bonus, Deus. Si autẽ e vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Dicit illi: Quæ? Ieſus autem dixit: Non homicidium facies. Non adulterabis. Non facies furtum. Non falſum teſtimonium dices. Honora patrẽ tuum & matrẽ: & diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dicit illi adoleſcens. f Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deeſt? Ait illi Ieſus. f Si vis perfectus g eſſe, vade, vẽde quæ habes & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni, ſequere me. g Cum audiſſet autẽ adoleſcens verbum, abiit h triſtis: erat enim habens multas poſſeſſiones. Ieſus i autem dixit diſcipulis ſuis. Amẽ dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnũ cœlorum. Et iterum k dico vobis: Facilius eſt camelum per foramẽ acus trãſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Auditis autẽ his diſcipuli mirabantur valde, dicentes: Quis ergo poterit ſaluus eſſe? Aſpiciens autem Ieſus, dixit illis: Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt. h Tunc l reſpondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: Quid ergo erit nobis? l Ieſus m autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. k Et omnis

d 192 II. a ¶ *Tunc oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis, &c.*] Non quo nollent eis Saluatoris & manu & voce benedici: ſed quo necdum habentes pleniſſimam fidem, putarent eum in ſimilitudinem hominum, offerentium importunitate laſſari.

e 193 II. b ¶ *Sinite paruulos, &c.*] Significanter dixit talium; non iſtorum, vt oſtenderet non ætatem regnare, ſed mores, & his qui ſimilem haberent innocentiam & ſimplicitatem, præmium repromitti. Apoſtolo quoque in eandem ſententiam congruente: *Fratres, nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote: ſenſu autem vt perfecti ſitis.*

f 194 II.

1. Cor. 14. f

g 195 II c ¶ *Et ecce vnus accedens, ait illi: Magiſter bone, &c.*] Iſte qui interrogat, quomodo vitam conſequatur æternam, & adoleſcẽs & diues eſt & ſuperbus, & iuxta alium euangeliſtam, non voto diſcentis, ſed tentantis interrogat.

Mar. 10. c

F

Luc. 10. c.

h 196 X. d ¶ *Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus Deus.*] Qui magiſtrum vocauerat bonum, & non Deum, vel Dei filium confeſſus erat, diſcit, quamuis ſanctum hominem comparatione Dei non eſſe bonũ, de quo dicitur: *Confitemini Domino quoniam bonus.* Ne quis autem putet in eo quod bonus Deus dicitur, excludi à bonitate filium Dei, legimus in alio loco: *Paſtor bonus ponit animam ſuam pro ouibus ſuis.* Et in propheta: Spiritum bonum, terramque bonam. Igitur & Saluator non bonitatis teſtimonium renuit, ſed magiſtri abſque Deo excluſit errorem.

i 197 V.

Pſal. 117. a

Ioan. 10. b

Pſal 142. c

e ¶ *Si autem vis ad vitam ingredi, &c.*] Adoleſcentem iſtum tentatorem eſſe, ex eo probare poſſumus, quod dicente ſibi Domino: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: rurſum fraudulenter interrogat, quæ ſint illa mandata: quaſi non ipſe legerit, aut Dominus poſſit Deo iubere contraria.

f ¶ *Dicit illi adoleſcens: Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea, &c.*] Mentitur adoleſcens. Si enim hoc quod poſitum eſt in mandatis: Diliges proximum tuum ſicut teipſum, opere compleſſet: quomodo poſtea audiens: Vade & vende quæ habes, & da pauperibus, triſtis receſſit, quia habebat poſſeſſiones multas?

g ¶ *Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, &c.*] In poteſtate noſtra eſt, vtrũ velimus eſſe perfecti. Tamen quicunque perfectus eſſe voluerit, debet vẽdere quæ habet, & non ex parte vendere, ſicut Ananias fecit & Saphyra. ſed totum vendere, & cùm vendiderit, dare omne pauperibus, & ſic ſibi præparare theſaurum in regno cœlorum. Et hoc ad perfectionem non ſufficit, niſi poſt con-

h ¶ *Abiit triſtis: erat enim habens multas poſſeſſiones.*] Hæc eſt triſtitia, quæ ducit ad mortẽ. Cauſaque triſtitiæ redditur: quod habuerit multas poſſeſſiones, id eſt, ſpinas & tribulos, quæ ſementem dominicam ſuffocauerint. 1. Cor. 7. a

i ¶ *Ieſus autem dixit, &c.*] Et quomodo Abraham, Iſaac & Iacob diuites intrarunt in regnum cœlorum, & in euangelio Matthæus & Zacchæus diuitiis derelictis, Domini teſtimonio prædicantur? Sed conſiderandum, quod eo tẽpore, quo intrauerũt, diuites eſſe deſierunt. Tamdiu ergo non intrabunt, quamdiu diuites fuerint. Et tamen quia difficulter diuitiæ contemnuntur, non dixit: Impoſſibile eſt diuites intrare in regnum cœlorum, ſed difficile. Vbi difficile ponitur, non impoſſibilitas prætẽditur, ſed raritas demonſtratur.

Geneſ. 13. d & 26. a

Luc. 19. a

k ¶ *Et iterum dico vobis Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, &c.*] Hoc dicto oſtenditur non difficile eſſe, ſed impoſſibile. Si enim quomodo camelus non poteſt intrare per foramen acus: ſic diues intrare non poteſt in regna cœlorum, nullus diuitum ſaluus erit. Sed ſi legamus Eſaiã, quomodo cameli Madian & Epha veniant Hieruſalem cum donis atque muneribus, & qui prius curui erant, & vitiorum prauitate diſtorti, ingrediantur portas Hieruſalem: videbimus quomodo & iſti cameli, quibus diuites comparantur, cum depoſuerint grauem ſarcinam peccatorum, & totius corporis prauitatem, intrare poſſint per anguſtam portam, & arctam viam, quæ ducit ad vitam. Interrogantibus autem diſcipulis, & admirantibus auſteritatem dicti, quis ergo ſaluus fiet? clementia ſua ſeueritatem ſententiæ temperauit, dicens: Quæ apud homines impoſſibilia, apud Deum poſſibilia ſunt. H

Eſa. 60. a

l ¶ *Tunc reſpondens Petrus dixit ei. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: &c.*] Grandis fiducia: Petrus piſcator erat, diues non erat, cibos manu & arte quærebat: & tamen loquitur confidenter, reliquimus omnia. Et quia non ſufficit tãtùm relinquere, iungit quod perfectũ eſt: & ſecuti ſumus te. Fecimus quod iuſſiſti: quid igitur nobis dabis præmij.

m ¶ *Ieſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me, &c.*] Nõ dixit, quid reliquiſtis omnia: hoc enim & Crates fecit philoſophus, & multi alij diuitias contempſerunt, ſed qui ſecuti eſtis me: quod propriè Apoſtolorum eſt atque credentium. In regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ (quando & mortui de corruptione reſurgent incorrupti) ſedebitis & vos in ſoliis iudicantium, condemnantes duodecim tribus Iſrael: quia vobis

A vobis credentibus illi credere noluerunt.

a ¶ *Et omnis qui reliquerit*, &c.] Locus iſte cum illa ſententia congruit, in qua Saluator loquitur: *Non veni pacem mittere, ſed gladium.* Veni enim ſeparare hominem a patre ſuo, & matrem à filia, & nurum à ſocru: & inimici hominis domeſtici eius. Qui ergo propter fidem Chriſti, & prædicationem euangelij, omnes affectus contempſerint, atque diuitias, & ſæculi voluptates: iſti centuplum recipient, & vitam æternam poſſidebunt. Ex occaſione huius ſententiæ quidam introducũt mille annos poſt reſurrectionem, dicentes tunc nobis centuplum omniũ rerum, quas dimiſimus, & vitam æternam eſſe reddendam, non intelligentes, quod ſi in cæteris digna ſit repromiſſio, in vxoribus appareat turpitudo: vt qui vnam pro Domino dimiſerit, centum recipiat in futuro. Senſus ergo iſte eſt: Qui carnalia pro Saluatore dimiſerit, ſpiritualia recipiet, quæ comparatione & merito ſui ita erunt, quaſi ſi paruo numero centenarius numerus comparetur: Vnde dicit & Apoſtolus, qui vnam tantũ domũ, & vnius prouinciæ paruos agros dimiſerat. Quaſi nihil habentes, & omnia poſſidentes.

B

CAPVT XX.

SImile b *eſt regnum*, &c.] Parabola iſta vel ſimilitudo regni cœlorum, ex his quę pręmiſſa ſunt, intelligitur. Scriptum eſt enim ãnte eam: *Multi erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi.* Non tempore differente Domino, ſed fide: Dicitque patremfamilias primo mane exiſſe, vt conduceret operarios in vineam ſuam, & pretium operis conſtituiſſe denarium. Deinde egreſſum circa horam tertiam, vidiſſe alios ſtantes in platea otioſos, & illis nequaquam denarium, ſed quod iuſtum eſt fuiſſe pollicitum. Sexta quoq; hora, & nona feciſſe ſimiliter. Vndecima autem inueniſſe alios ſtantes, qui tota die otioſi fuerant, & miſiſſe eos in vineam. Cum autem ſero factum eſſet, pręcepiſſe procuratori ſuo, vt à nouiſſimis inciperet reddere, hoc eſt, ab operariis horæ vndecimæ, vſq; ad operarios horæ primæ, omneſque pariter contra nouiſſimos inuidia concitatos, iniquitatem arguiſſe patrisfamilias. Non quod minus accepiſſent, quam fuerat cõſtitutũ, ſed quod plus accipere voluerint his, in quos ſe clementia conductoris effuderat. Mihi videntur primæ horæ eſſe operarij, Samuel & Hieremias, & Baptiſta Ioannes, qui
Ps. 21. b poſſunt cum Pſalmiſta dicere: Ex vtero matris meæ Deus meus es tu. Tertiæ vero horæ operarij ſunt, qui à pubertate ſeruire Deo cœperunt. Sextæ horæ, qui matura ætate ſuſceperunt iugum Chriſti. Nonæ, qui iam declinant ad ſenium. Porro vndecimæ, qui vltima ſenectute, & tamen omnes pariter accipiunt præmium, licet diuerſus labor ſit. Sunt qui hanc parabolam aliter differant. Prima hora volunt miſſum

k Et omnis a qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrẽ, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomẽ meum: centuplũ accipiet, & vitã æternã poſſidebit. l Multi autẽ erunt primi nouiſsimi, & nouiſsimi primi.

CAPVT XX.

SImile a eſt b regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Conuentione autẽ facta cũ operariis ex denario diurno, miſit eos in vineã ſuam. Et egreſſus circa horam tertiã, vidit alios ſtantes in foro otioſos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meã, & quod iuſtum fuerit, dabo vobis: Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa ſextã & nonam horam, & fecit ſimiliter. Circa vndecimam vero exiit, & inuenit alios ſtantes, & dicit illis: Quid hic ſtatis tota die otioſi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam. Cũ ſero autẽ factum eſſet, dicit dominus vineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedẽ, incipiens à nouiſsimis vſq; ad primos. Cum veniſſent ergo, qui circa vndecimã horam venerant, acceperunt ſingulos denarios. Veniẽtes autem & primi, arbitrati ſunt quod plus eſſent accepturi: acceperũt autem & ipſi ſingulos denarios. Et accipiẽtes murmurabãt aduerſus patrẽfamilias, dicentes: Hi nouiſsimi vna hora fecerũt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtus? At ille reſpondens vni eorũ, dixit: Amice, non c facio tibi iniuriam. Nonne d ex denario conueniſti mecũ? Tolle e quod tuũ eſt, & vade. Volo autem & huic nouiſsimo dare, ſicut & tibi. Aut nõ licet mihi quod volo facere? An oculus f tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Sic erunt nouiſsimi primi, & primi nouiſsimi. Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi. b Et g aſcendens Ieſus Hieroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, & ait illis: Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur principib. ſacerdotũ & ſcribis, & cõdemnabunt eũ morte, & tradent eum gentibus ad illudẽdum, & flagellandum, & crucifigendũ, & tertia die reſurget. c Tũc acceſsit h ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis: adorans

eſſe in vineam, Adam, & reliquos patriarchas vſq; ad Noe. CANON C
Tertia, ipſum Noe vſq; ad Abraham, & circumciſionem ei datam. Sexta ad Abraham vſq; ad Moſen, quando lex data eſt. Nona, ipſum Moyſen & prophetas. Vndecima, apoſtolos & gentium populum, quibus omnes inuident. Vnde hoc ipſum intelligens poſt horam tã vndecimam, cum eſſet prope Solis occaſum & ad veſperam, Ioãnes euangeliſta loquitur: *Filioli mei, nouiſſima hora eſt.* Et ſimul conſidera, quod imuſtitiam patrisfamilias, quã tn vndecimæ horæ operariis omnes pariter accuſant, in ſeipſis non intelligunt. Si enim iniquus eſt paterfamilias, non in vno iniquus eſt, ſed in omnibus: quia non ſic laborauit tertiæ horę operarius, quomodo ille, qui prima hora eſt miſſus in vineam. Similiter & ſextæ horæ operarius, minus laborauit tertiæ horæ operario: & nonæ, ſextæ horæ operario. Omnis itaque retro vocatio gentibus inuidet, & in euangelij torquetur gratia. Vnde & Saluator concludens parabolam: Erunt, inquit, primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi: Quod Iudæi de capite vertantur in caudam, & nos de cauda mutemur in caput.

k 198 II.
l 199 II. 1. Ioan. 2. b
a 200 X

c ¶ *Amice*, &c.] Legi in cuiuſdam libro: amicum iſtum, qui increpatur à patrefamilias, primæ horæ operarium, protoplaſtum intelligi, & eos qui illo tempore crediderunt. D

d ¶ *Nonne*, &c.] Denarius figuram regis habet. Recepiſti ergo mercedem, quam tibi promiſeram, hoc eſt, imaginẽ & ſimilitudinem meam. Quid quæris amplius, & non tam ipſe plus accipere, quam alium nihil accipere deſideras, quaſi alterius conſortio minuatur præmij meritum?

e ¶ *Tolle*, &c.] Iudæus in lege, non gratia, ſed opere ſaluatur. *Qui enim fecerit eam, viuet in ea.* Vnde dicitur ad eum. b 201 II. Gal. 3. b

f ¶ *An oculus*, &c.] Idipſum ſonat & illa Lucæ parabola: vbi maior filius minori inuidet, & non vult eum recipi pœnitentem, & patrem accuſat iniuſtitiæ. Et vt ſciamus, hunc eſſe ſenſum, quem diximus, titulus parabolæ huius finiſque cõſentiunt. *Sic erunt*, inquit, *nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi. Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi.* c 202 VI. Luc. 15. f

g ¶ *Et aſcendens*, &c.] Crebro hoc ipſum diſcipulis dixerat: ſed quia multis in medio diſputatis poterat labi de memoria quod audierant: iturus Hieroſolymam, & ſecum ducturus Apoſtolos, ad tentationem eos parat, ne cum venerit perſecutio & crucis ignominia, ſcandalizentur.

a h ¶ *Tunc*, &c.] Vnde opinionem regni habet mater filiorum Zebedæi: vt cum Dominus dixerit, filios hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis, & condemnabunt eum morte, & tradent gentibus ad illudendum, flagellandum, & crucifigendum, & ignominiam paſſionis timentibus diſcipulis nunciaret: illa gloriam poſtulet triumphantis?

CANON E Hac vt teor ex cauſa, quia poſt omnia dixerat Dominus, & tertia die reſurget: putauit eum mulier poſt reſurrectionem illico regnaturum, & hoc quod in ſecundo aduentu promititur, in primo eſſe complēdum, & auiditate fœminea, præſentia cupit immemor futurorum. Quod autem interrogat Dominus, & illa petente reſpondit? quid vis? non venit de ignorantia, ſed ex eius perſona dicitur, qui flagellandus & crucifigendus erat, quomodo

Luc 8 f Ioan.11.d & in hæmorrhouſa: *Quis me tetigit?* Et de Lazaro. *Vbi poſuiſtis eum?* In veteri quoque te-

Gen 3 b Gen.18.e ſtamento: Adam vbi es? *Et deſcendens videbo ſi iuxta clamo-*

d 203 II. *rem, qui venit ad me, perficiant: ſin autem non eſt, vt ſciā.* Poſtulat autem mater filiorum Zebedæi errore muliebri, & pietatis affectu, neſciēs quid peteret. Nec mirum, ſi iſta arguatur impetitiæ, cum de Petro dicatur, quando tria vult facere tabernacula: *Neſciēs quid diceret.*

e 204 IV. a ¶ *Reſpondens, &c.*] Mater

Mar 9 a poſtular, & Dominus diſcipu-

f 205 II. lis loquitur: intelligens preces eius ex filiorum deſcendere voluntate.

b ¶ *Poteſtis, &c.*] Calicem in ſcripturis diuinis, paſſionem intelligimus, iuxta illud: *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me ca-*

Pſal.115.a *lix iſte.* Et in pſalmo: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? *Cali-*

F *cem ſalutaris accipiam, & nomē Domini inuocabo.* Statimque infert quis iſte ſit calix. *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.*

c ¶ *Ait illis: calicem, &c.*] Quæritur quomodo calicem martyrij filij Zebedæi, Iacobus videlicet & Ioannes biberint: cum ſcriptura narret, Iacobum tantum apoſtolum ab

Act. 12.a Herode capite truncatum: Ioannes autem propria morte vitam finierit. Sed ſi legamus eccleſiaſticas hiſtorias, in qui-

Tertul. de praeſcript. hæret. bus fertur, quod & ipſe propter martyrium ſit miſſus in feruentis olei dolium, & inde ad ſuſcipiendam coronam Chriſti athleta proceſſerit: ſtatimque relegatus in Pathmos inſulam ſit: videbimus martyrio animum non defuiſſe, & bibiſſe Ioannem calicem confeſſionis, quem & tres pueri in camino ignis biberunt, licet perſecutor non ſuderit ſanguinem. Quod autem dicit: ſedere ad dexteram meam & ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo: ſic intelligendum eſt: Regnum cœlorum non eſt dantis, ſed accipientis. Non eſt enim acceptio perſonarum apud Deum, ſed quicunque talem ſe præbuerit, vt regno cœlorum dignus fiat, hic accipiet, quod non perſonæ, ſed vitæ paratum eſt. Si itaque tales eſtis, qui conſequamini regnum cœlorum, quod pater meus triumphantibus & victoribus

Sup.17. præparauit, vos quoque accipietis illud. Alij de Moyſe & Elia dictum volunt, quos paulo ante in monte cum eo viderant loquentes: ſed mihi nequaquam videtur. Ideo enim ſedentium in regno cœlorum vocabula non dicuntur, ne paucis nominatis, cæteri putarentur excluſi.

d ¶ *Et audientes decem, &c*] Decem apoſtoli non indignantur matri filiorum Zebedæi, nec ad mulieris audaciam referunt poſtulantis, ſed ad filios quod ignorantes menſuram ſuam immodica cupiditate exarſerint, quibus & Dominus dixerat: Neſcitis quid petatis. Subintelligitur autem vel ex reſponſione Domini, vel ex indignatione Apoſtolorum, quod filij matrem immiſerint ad grandia poſtulanda.

adorās & petēs aliquid ab eo, Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vous ad dexterā tuam, & vous ad ſiniſtram in regno tuo. Reſpondens [a] autem Ieſus, dixit: Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere [b] calicem, quē ego bibiturus ſum? Dicunt ei: Poſſumus. Ait illis: Calicem [c] quidem meum bibetis, ſedere autem ad dexterā meam, & ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratū eſt à patre meo. [d] Et audientes [d] decē indignati ſunt de duobus fratribus. Ieſus [e] autem vocauit eos ad ſe, & ait: Scitis, quia principes gentiū dominātur eorū, & qui maiores ſunt, poteſtatē exercent in eos. Non ita erit inter vos: ſed quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter. Et qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus. [e] Sicut [f] filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare: Et dare [g] animam ſuam redemptionem pro multis. [f] Et [h] egredientibus illis ab Hiericho, ſecuta eſt eum turba multa. Et ecce duo cæci ſedentes ſecus viam audierunt, quia Ieſus tranſiret & clamauerunt dicentes: Domine miſerere noſtri, fili Dauid. Turba autem increpabat eos, vt tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine miſerere noſtri, Fili Dauid. Et ſtetit [i] Ieſus, & vocauit eos, & ait: Quid vultis vt faciam vobis? Dicunt: Domine, vt aperiantur oculi noſtri. Miſertus [k] autem eorum Ieſus, tetigit oculos eorum. Et confeſtim viderunt, & ſequuti ſunt eum.

CAP.

G e ¶ *Ieſus autem vocauit, &c.*] Humilis magiſter & mitis, nec cupiditatis immodicæ ſuos arguit poſtulantes, nec decem reliquos indignationis increpat & liuoris: ſed tale ponit exemplum, quo doceat eum maiorem eſſe qui minor fuerit, & illum Dominum fieri, qui omnium ſeruus ſit. Fruſtra igitur aut illi immoderata quæſierāt: aut iſti dolent ſuper maiorum deſiderio: cum ad ſummitatem virtutum nō potentia, ſed humilitate veniatur. Denique ſui proponit exemplum, vt ſi dicta paruipenderent, erubeſcerent ad opera, & dicit:

f ¶ *Sicut filius hominis non venit. &c*] Nota, quod crebro diximus, eum qui miniſtrat, appellari filium hominis.

g ¶ *Et dare animam &c.*] Quādo formam ſerui accepit, vt pro mundo ſanguinem funderet. Non dixit animam ſuam redemptionem dare pro omnibus, ſed pro multis, id eſt, pro his qui credere voluerint.

h ¶ *Et egredientibus, &c.*] Multi latrones erant in Hiericho, qui egredientes & deſcēdentes de Hieruſalem, interficere & vulnerare conſueuerant: idcirco Dominus venit Hiericho cum diſcipulis ſuis, vt liberet vulneratos, & multam turbam ſecum trahat. Denique poſtquam egredi voluit ab Hiericho, ſequuta eſt eum turba multa. Si manſiſſet Hieroſolymis, & nunquam ad humilia deſcendiſſet, turba vſque hodie ſederet in tenebris & vmbra mortis. Sed & duo cæci erant iuxta viam. Cæcos appellat, qui necdum dicere pote- H

Pſal.35.a rant: *In lumine tuo videbimus lumen.* Secus viam, quia videbantur quidem legis habere notitiam, ſed viam, quæ Chriſtus eſt, ignorabant: quos quos plerique Phariſæos intelligunt & Sadducæos: alij vero vtrumque populum, & veteris Teſtamenti & noui, quod alter ſcriptam legem, alter naturalem ſequens hoc Chriſto cæcus erat. Hi quia per ſe videre non poterant, audierunt præconia Saluatoris, & confeſſi ſunt filium Dauid. Sin autem vterque cæcus refertur ad populum Iudæorum, hoc quod ſequitur: Increpabat eos turba: ſuper ethnicis intelligendum eſt, quos Apoſtolus mo- Rom.11.c net, ne glorientur & ſuperbiant contra radicem ſuam, ſed cum ipſi errore priorum inſerti fuerint ex oleaſtro in bonā oliuam, nequaquam debeant inuidere priorum ſaluti. *Miſerere noſtri fili Dauid.* Increpantur à turbis, & nihilominus non tacent, ſed crebrius idipſum ingeminant, vt deſiderium plenum veræ lucis oſtendant.

i ¶ *Et ſtetit Ieſus, &c.*] Cæci erant, quo pergerent, ignorabant, & ſequi non poterant Saluatorem. Multæ foueæ in Hiericho, multæ rupes & prærupta in profundum vergentia: idcirco Dominus ſtat, vt venire poſſint, & vocari iubet ne turbæ prohibeant, & interrogat quaſi ignorans quid velint, vt ex reſponſione cæcorum manifeſta debilitas pateat, & virtus ex remedio cognoſcatur.

k ¶ *Miſertus autem, &c.*] Tangit oculos, & præſtat artifex quod natura non dederat. Aut certe debilitas tulerat, donat miſericordia. Statimque viderunt, & ſequuti ſunt eum. Qui ante in Hiericho contracti ſedebant, & clamare tantum nouerant, poſtea ſequuntur Ieſum, non tam pedibus quam virtutibus.

CAP.

A

CAPVT XXI.

ET cum, &c.] Egreditur de Hiericho, rubis eductis inde quam plurimis, & cæcis reddita ſanitate appropinquat Hieroſolymis, magnis ditatus mercibus, ſalute credentium reddita, ingredi cupit vrbem pacis, & locum viſionis Dei, & arcem ſpeculatorij. Cumque appropinquaret Hieroſo-
בית פגא lymis, & veniſſet Bethphage ad domum maxillarum (qui ſacerdotum viculus erat, & confeſſionis portabat typum, & erat ſitus in monte Oliueti, vbi lumen ſcientiæ, vbi laborũ & dolorũ requies) miſit duos diſcipulos ſuos θεωρητικὴν καὶ πρακτικὴν, id eſt, ſcientiam & operam, vt ingrederentur caſtellum, quod contra vos eſt. Contra Apoſtolos enim erat, nec iugum doctrinarum volebat accipere. Et ſtatim, inquit, inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea: ſoluite & adducite mihi. Alligata erat aſina multis vinculis peccatorum. Pullus quoque laſciuus, & frenorum impatiens cum matre
Luc. 19 c (ſecundum euangelium Lucæ) multos habebat dominos, non vni errori & dogmati ſubditus: & tamen multi domini, qui ſibi poteſtatem illicitam vendicabant, videntes verum
B Dominum & ſeruos eius veniſſe, qui ad ſoluendum miſſi fuerant, non audent reſiſtere. Quæ ſit autem aſina, & pullus aſinæ, dicemus in ſubditis.

CAPVT XXI.

ET [a] cum [a] appropinquaſſet Hieroſolymis, & veniſſet Bethphage ad montem Oliueti, tunc Ieſus miſit duos diſcipulos, dicens eis: Ite in caſtellum, quod contra vos eſt; & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum eo: ſoluite & adducite mihi. Et ſi quis vobis aliquid dixerit, dicite: quia Dominus his opus habet, & confeſtim dimittet eos. [b] Hoc [b] autem factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetam, dicentem: Dicite filiæ Sion: ecce rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam & pullum filium ſubiugalis. [c] Euntes [c] autem diſcipuli fecerunt ſicut præcepit illis Ieſus. Et adduxerunt aſinam & pullum, & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt. Plurima [d] autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Alij [e] autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via. [d] Turbæ [f] autem, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant dicentes: Oſanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini, Oſanna in excelſis. [e] Et cum [g] intraſſet Hieroſolymam, commota eſt vniuerſa ciuitas, dicens: Quis eſt hic? Populi autem dicebant: Hic eſt [h] Ieſus propheta à Nazareth Gali-

b ¶ *Hoc autem factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt,*
Zach. 9 b *per prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion: ecce, &c.*] Hoc in propheta Zacharia ſcriptum eſt: de quo plenius, ſi vitæ ſpatium fuerit, in ſuo dicetur loco. Nunc ſtringendum breuiter, quod ſecundum literam in paruo itineris ſpatio ſuper vtrumque animal ſedere non quiuerit. Aut enim ſedit aſinæ, & pullus abſque ſeſſore fuit: aut ſi pullo, quod magis competit, vſus eſt ad ſedendum, aſina ducta eſt libera. Ergo cum hiſtoria vel impoſſibilitatem habeat, vel turpitudinem, ad altiora tranſmittimur, vt aſina iſta, quæ ſubiugalis fuit, & edomita iugum legis traxerat, ſynagoga intelligatur. Pullus aſinæ laſciuus & liber, gentium populus, quib. ſedetit Ieſus, miſſis ad eos duobus diſcipulis ſuis, vno in circumciſionem, & altero in gentes.

c ¶ *Euntes autem diſcipuli, &c.*] Pullus iſte & aſina, quibus Apoſtoli ſternunt veſtimenta ſua, vt Ieſus mollius ſedeat, ante aduentum Saluatoris nudi erant: multiſque ſibi in eos dominatum vendicantibus, abſque operimento frigebant. Poſtquam vero ſuſcepêre apoſtolicas veſtes, pulchriores effecti, Dominum habuere ſeſſorem. Veſtis autem apoſtolica, vel doctrina virtutum, vel ediſſertio ſcripturarum intelligi poteſt, ſiue eccleſiaſticorum dogmatum varietates, quibus niſi anima inſtructa fuerit & ornata, ſeſſorem habere Dominum non meretur.

d ¶ *Plurima autem turba, &c.*] Videte differentiam vniuſcuiuſque perſonæ. Apoſtoli veſtimenta ſua ſuper aſinum ponunt: turba quæ vilior eſt, ſubſternit pedibus aſini, necubi offendat in lapidem, ne calcet ſpinam, ne labatur in foueam.

e ¶ *Alij autẽ cædebant ramos de arboribus, & ſternebant, &c.*] De arboribus frugiferis, quibus mons oliueti conſitus eſt, cædebant ramos, ſternebantque in via, vt praua recta facerent, & æquarent inæqualia: quo tectius atque ſecurius in corde credentium, Chriſtus dæmonum atque vitiorum victor incederet. CANON C

f ¶ *Turbæ autem, &c.*] Quia manifeſta eſt hiſtoria, ſpiritualem ſequamur ordinem diſſerendi. Turbæ quæ egreſſæ fuerant de Hiericho, & ſecutæ ſunt Saluatorem ac diſcipulos eius, poſtquam pullum aſinæ ſolutum viderunt (qui ante ligatus fuerat) & Apoſtolorum veſtibus exornatum, & ſedentem ſuper eum Dominum Ieſum: ſuppoſuerunt veſtimenta ſua, & ſtrauerunt viam ramis arborum. Cumque opere cuncta feciſſent, vocis quoque tribuunt teſtimonium, & præcedentes atque ſequentes non breui atque ſilenti confeſſione, ſed clamore pleniſſimo reſonant: Oſanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini. Quod autem dicit: Turbę quę præcedebãt, & quæ ſequebantur, vtrumque oſtendit populum, & qui ante euãgelium, & qui poſt euãgelium Domino crediderunt, conſona Ieſum confeſſionis voce laudare, & ſecundum ſuperioris parabolæ exemplum diuerſarum horarum operarios, vnum fidei accipere præmium. Porro quod ſequitur: *Oſanna filio Dauid*, quid ſignificet, &
Tom. 3 epiſt 145. ante annos plurimos in breui epiſtola ad Damaſum tunc Romanæ vrbis epiſcopum dixiſſe me memini: & nunc perſtringam breuiter. In centeſimo decimoſeptimo pſalmo: qui manifeſte de aduentu Saluatoris ſcriptus eſt: inter cætera hoc quoque legimus: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. *A Domino factum eſt illud, & eſt mirabile in oculis noſtris.* Hæc eſt dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. Statimque iungitur: *O Domine ſaluum me fac: O Domine bene proſperare. Benedictus qui venit in nomine Domini: benediximus vobis de domo Domini*, & cætera. Pro eo quod habetur in LXX. interpretibus, ὦ κύριε σῶσον δή, id eſt: *O Domine ſaluum fac*. In Hebræo legimus: אנא יהוה הושיעה נא quod manifeſtius interpretatus eſt Symmachus, dicens: *Obſecro Domine ſaluum fac*, obſecro. Nemo ergo putet ex duobus verbis, Græco videlicet & Hebræo ſermone eſſe compoſitum, ſed totum Hebraicum, & ſignificare, quod aduentus Chriſti ſalus mundi ſit. Vnde & ſequitur: Benedictus qui venit in nomine Domini. Saluatore quoque idipſum in euangelio comprobante: *Ego veni in nomine patris mei, & non me recepiſtis.* Alius
Ioan. 5 g venerit in nomine ſuo, & recipietis eum. Necnon quod iungitur: Oſanna, id eſt, ſalus, in excelſis, perſpicuè oſtenditur, quod aduentus Chriſti non tantum hominum ſalus, ſed totius mundi ſit, terrena iungens cœleſtibus: *Vt omne genu ei*
Phil. 2 b *flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum.*

Margin (right): a 206 II. — b 207 VII. — c 208 II. — d 209 I — e 210 X. — D

g ¶ *Et cum intraſſet, &c.*] Introeunte Ieſu cum turba, tota Hieroſolymorum ciuitas commouetur, mirans frequentiam, neſciens veritatem, & dicens: Quis eſt hic? Quod quidem in alio loco dicentes angelos legimus: *Quis eſt iſte rex*
Pſal. 23 d *gloriæ?* Alijs autem vel ambigentibus vel interrogantibus, vilis plebecula confitetur, à minoribus incipiens, vt ad maiora perueniat, & dicit.

Deut. 18 c
h ¶ *Hic eſt Ieſus, &c.*] Propheta, quem & Moſes ſimilem ſui dixerat eſſe venturum, & qui proprie apud Græcos ſcribitur cum τῷ ἄρθρῳ μαρτυρία, id eſt, cum articuli teſtimonio. A Nazareth autem Galilææ, quia ibi educatus fuerat.

Galilææ. f 211 I f Et intrauit a Ieſus in templum Dei: & eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo: & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit. Et dicit eis: Scriptum eſt: Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. g 212 X g Et b acceſſerunt ad eum cæci & claudi in templo, & ſanauit eos. h 213 V h Videntes c autem principes ſacerdotum & ſcribæ, mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Oſanna filio Dauid, indignati ſunt. Et dixerunt ei. Audis quid iſti dicunt? Ieſus d autem dicit eis. Vtique. Nunquam legiſtis, quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem? i 214 VI i Et e relictis illis abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique manſit. Mane f autem reuertens in ciuitatem, eſuriit. Et videns fici arborem vnam ſecus viam, venit ad eam: & nihil inuenit in ea niſi folia tantum. Et ait illi: Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum: & areſacta eſt continuo ficulnea. Et videntes diſcipuli mirati ſunt, dicentes: Quomodo continuo aruit?

CANON E a ¶ *Et intrauit Ieſus in templum Dei, & eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo*, &c.] Comitatus Ieſus turba credentium (quæ veſtimenta ſua, vt illæſo pede pullus incederet, ſtrauerat) ingreditur templum, & eiicit omnes qui vendebant & emebant in templo: menſaſque nummulariorum ſubuertit, & cathedras vendentium columbas diſſipauit, dixitque eis, de Scripturis ſanctis teſtimonium proferens, quod domus patris eius, orationis domus eſſe deberet, non ſpelunca latronum, vel domus negotiationis, ſicut in euangelio ſcriptum eſt. Et hoc primum ſciendum, quod iuxta mandata legis, auguſtiſſimo in toto orbe templo Domini: & de cunctis pene regionibus Iudæorum illuc populo confluente, innumerabiles immolabantur hoſtiæ: maxime feſtis diebus: taurorum, arietum, hircorum: pauperibus ne abſque ſacrificio eſſent, pullos columbarum & turtures offerentibus: accedebat plerumque, vt qui de longe venerant, non haberent victimas. Excogitauerunt igitur ſacerdotes, quomodo prædam de populo facerent, & omnia animalia, quibus opus erat ad ſacrificia, venderent, vt & venderēt nō habentibus, & ipſi rurſum empta ſuſciperent. Hanc ſtropham eorum crebro venientiū inopia diſſipabat, qui indigebant ſūptibus, & non ſolū hoſtias non habebant, ſed ne vnde emerent quidē aues & vilia munuſcula. Poſuerunt itaq; & nummularios, qui mutuam ſub cautione darent pecuniam. Sed quia erat lege præceptum, vt nemo vſuras acciperet: & prodeſſe non poterat pecunia fœnerata, quæ commodi nihil haberet, & interdum ſortem perderet: excogitauerunt & aliam technam, vt pro nummulariis collybiſtas facerent, cuius verbi proprietatem Latina lingua non exprimit. Collyba dicuntur apud eos, quæ nos appellamus tragemata, vel vilia munuſcula: Verbi gratia, frixi ciceris, vuarumque paſſarum, & poma diuerſi generis. Igitur quia vſuras accipere non poterant collybiſtæ, qui pecuniam fœnerati erāt, pro vſuris accipiebant varias ſpecies: vt quod in nummo non licebat, in his rebus exigerent quæ nummis coëmuntur, quaſi non hoc ipſum Ezechiel prædicauerit, dicens: *Vſuram & ſuperabundantiā non accipietis.* Iſtiuſmodi Dominus cernens in domo patris negotiationem ſeu latrocinium, ardore ſpiritus concitatus (iuxta quod ſcriptum eſt in ſexageſimo octauo pſalmo: Zelus domus tuæ comedit me) fecit ſibi flagellum de funiculis, & tantam hominum multitudinem eiecit de templo, dicens: Scriptum eſt: domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Latro enim eſt, & templum Dei in latronum conuertit ſpecum, qui lucra de religione ſectatur, cultuſque eius non tam cultus Dei, quam negotiationis occaſio eſt. Hoc iuxta hiſtoriam, cæterum ſecundum myſticos intellectus: quotidie Ieſus ingreditur templum patris, & eiicit omnes tam epiſcopos & presbyteros & diaconos, quam laicos, & vniuerſam turbam de eccleſia ſua: & vnius criminis habet vendentes pariter & ementes. Scriptum eſt enim: *Gratis accepiſtis, gratis date.* Menſas quoque nummulariorum ſubuertit. Obſerua propter auaritiam ſacerdotum, altaria Dei, nummulariorum menſas appellari. Cathedraſque vendentium columbas euertit, qui vendunt gratiam ſpiritus ſancti, & omnia faciunt vt ſubiectos populos deuorent, de quibus dicit: *Qui deuorant populum meum ſicut eſcam panis.* Iuxta ſimplicem intelligentiam columbæ non erant in cathedris, ſed in caueis, niſi forte columbarum inſtitutores ſedebant in cathedris, quod penitus abſurdum eſt: quia in cathedris magiſtrorum magis dignitas indicatur, quæ ad nihilum redigitur, cum mixta fuerit lucris. Quod de eccleſiis diximus, vnuſquiſq; de ſe intelligat. Dicit enim Apoſtolus: *Vos eſtis templum Dei, & Spiritus ſanctus habitat in vobis.* Non ſit in domo pectoris noſtri negotiatio, non ementium vendentiumque commercia, non donorum cupiditas; ne ingrediatur Ieſus iratus & rigidus, & non aliter mundet templum ſuum, niſi flagello adhibito, vt de ſpelunca latronum & de domo negotiationis, domum faciat orationis.

Eſa.56.a Hier.7.b Ioan.2.c Leuit.25. Deut.23.d F τραγήματα Ezech.22.e Sep.10.a Pſal.13.b 1.Cor.6.d 1.Cor.3.d G

b ¶ *Et acceſſerunt*, &c.] Niſi menſas nummulariorum euertiſſet, cathedraſque columbas vendentium, cæci & claudi lucem priſtinam & cōcitum gradum non meruiſſent recipere.

c ¶ *Videntes autem*, &c.] Pleraque arbitrantur maximum eſſe ſignorum, quod Lazarus ſuſcitatus eſt, quod cæcus ex vtero lumen acceperit, quod ad Iordanem vox audita ſit patris, quod transfiguratus in monte gloriam oſtenderit triūphantis. Mihi inter omnia ſigna quæ fecit, hoc videtur mirabilius eſſe, quod vnus homo & illo tempore contemptibilis, & in tantum vilis vt poſtea crucifigeretur, ſcribis & phariſæis contra ſe ſæuientibus & videntibus lucra deſtrui ſua, potuerit ad vnius flagelli verbera tantam eiicere multitudinem, menſaſque ſubuertere, & cathedras confringere, & alia facere, quæ infinitus non feciſſet exercitus. Igneum enim quiddam atque ſydereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maieſtas lucebat in facie. Cumque manum non audeant iniicere ſacerdotes, tamē opera calumniantur, & teſtimonium populi atque puerorum, qui clamabant: Oſanna filio Dauid, vertunt in calumniam, quod videlicet hoc non dicatur, niſi ſoli filio Dei. Videant ergo epiſcopi, & quantumlibet ſancti homines, cum quanto periculo dici iſta ſibi patiantur: ſi Domino, cui vere hoc dicebatur (quia needum erat ſolida credentium fides) pro crimine impingitur.

Ioan.11.a.9.a & 3.d Marc.9.a H

d ¶ *Ieſus autem dicit illis*, &c.] Quam moderate ſententiam temperat, & reſponſio vtrinque vergens, & calumniæ non patens. Non dixit quod ſcribæ audire cupiebant: bene faciunt pueri, vt mihi teſtimonium perhibeant, nec rurſum errant, pueri ſunt, debetis ætati ignoſcere: ſed profert exemplum de octauo pſalmo, vt tacente Domino, ſcripturarum teſtimonium puerorum dicta firmaret.

e ¶ *Et relictis illis*, &c.] Reliquit incredulos, & vrbem egreſſus contradicentium, iuit Bethaniam, quod interpretatur domus obedientiæ, iam tunc vocationem gentium præfigurans: ibique manſit, quia in Iſrael permanere non potuit. Hoc quoque intelligendum eſt, quod tantæ fuerit paupertatis, & ita nulli adulatus ſit, vt in vrbe maxima nullum hoſpitem, nullam inuenerit manſionem: ſed in agro paruulo apud Lazarum ſororeſque eius habitaret, eorum quippe vicus Bethania eſt.

f ¶ *Mane autem reuertentes in ciuitatem*, &c.] Diſcuſſis noctis tenebris matutina luce radiante, & vicina meridie, in qua Dominus paſſione ſua illuſtraturus erat orbem, cum in ciuitatem reuerteretur, eſuriit: vel veritatem humanæ carnis oſtendens, vel eſuriens ſalutem credentium, & æſtuans ad incredulitatem Iſraelis. Cumque vidiſſet arborem vnam, quam intelligimus ſynagogam, & conciliabulum Iudæorum, iuxta viam (habebat enim legem, & ideo iuxta viam erat) quia non credebant in viam: venit ad eum (ſtantem ſcilicet & immobilem, & non habentem euangelij pedes)

nihilque

CANON C

A ... ... en, ... i folia tãtum, promiſſionum ſtre- ... ... nes phariſaicas, & iactationẽ legis, & orna- ... ... borum abſque vllis fructibus veritatis. Vnde & Mar. 11. b ... ... gel ſta dicit: *Nondum enim erat tempus ficorum*: ... tempus nondum venerat ſaluationis Iſrael, eo ... dum gentilium po- ... intraſſet. ſiue quod ... et tempus fidei. quia illum pti num veniens, & ... tranſiret ad nationes, ... ad illi: *Nunquã ex te fru- ... naſcatur*: vel in *ſempiter- num*, vel *in ſæculum*: vtrumq; enim *αἰῶνα* græcus ſermo ... ificat. *Et areſacta eſt fi- culnea*, quæ eſuriente Domi ... cib ..., quos ille eupierat, ... on ... bebat. Sic autẽ arue- runt folia, vt truncus ipſe re- maneret, & fractis ramis vi- ueret radix, quæ in nouiſſimo t... p..., ſi credere voluerit, ... ulta fidei pullulet, im- pleat ... que ... riptura, dicens: Iob 14. a *Eſt arbori ſpes*. Iuxta literam autem Dominus paſſurus in populis, & baiulaturus ſcan- dalum crucis, debuit diſci- pulorum animos ſigni anti- cipatione firmare. Vnde & diſcipuli mirantur, dicentes: Quomodo continuo aruit? Potuit ergo Saluator eadem virtute etiam inimicos ſicca- re ſuos, niſi eorum per pœni- tentiam expectaſſet ſalu- tem.

B a ¶ *Reſpondens autem Ieſus, ait eis: Amen dico vobis, ſi habueritis fidem, &c.*] Latrãt contra nos gentilium canes in ſuis voluminibus, quæ in Ioan 20. g impietatis propriæ memoriam reliquerunt, aſſerentes apoſtolos non habuiſſe fidem, quia montes transferre non potuerint. Quibus nos reſpondebimus, multa facta eſſe ſi- gna à Domino, iuxta Ioannis Euangeliſtæ teſtimonium, quæ ſi ſcripta eſſent, mundus capere non poſſet. Non quo mũdus volumina capere non potuerit quæ poteſt, (quam- uis multiplicia ſint) vnum armariolum, vel vnum capere ſcrinium: ſed quod magnitudinem ſignorum, præ miracu- lis & incredulitate ferre non poſſit. Igitur & hæc credimus feciſſe Apoſtolos, ſed ideo ſcripta non eſſe, ne infidelibus contradicendi maior daretur occaſio. Alioquin interroge- mus eos, vtrum credant his ſignis, quæ ſcripta narrantur, an non. Et cum incredulos viderimus, conſequenter pro- babimus, nec maioribus eos crediturós fuiſſe, qui minori- bus non crediderint. Hoc aduerſum illos. Cæterum nos, vt ante iam diximus, montem diabolum intelligamus ſu- perbientem, & iactantem ſe contra creatorem ſuum, qui à propheta mons corruptus appellatur. Et cum animam ho- minis poſſederit, & in ea fuerit radicatus, ab apoſtolis, & his qui ſimiles apoſtolorum ſunt, transferri poteſt in mare, hoc eſt, in loca ſalſa & fluctuantia, & amara, quæ nullam habent dulcedinem Dei: & apud incredulorum mentem, vt porcorum duo millia, ſuffocari. Idipſum & in pſalmis Pſal. 45. a legitur: *Non timebimus, dum turbabitur terra & transferen- tur montes in cor maris*.

b ¶ *Et cum veniſſet, &c.*] Diuerſis verbis eandẽ, quam ſu- Sup. ... 2. b pra, calumniã ſtruunt, quando dicebant: *In Beelzebub prin- cipe dæmoniorum eiicit hic dæmonia*. Quãdo enim dicunt: In ... poteſtate hæc facis? De Dei dubitant poteſtate, & ſub- ... volunt diaboli eſſe quod faciat. Addentes quo- qu... ... *dedit tibi hanc poteſtatem?* Manifeſtiſſime Dei filiũ

aruit? [k] Reſpondens [a] autem Ieſus, ait eis: Amen
dico vobis, ſi habueritis fidem, & non hæſitaue-
ritis, nõ ſolum de ficulnea facietis, ſed & ſi monti
huic dixeritis: tolle & iacta te in mare, fiet. [l] Et om-
nia quæcũq; petieritis in oratione, credẽtes acci-
pietis. [m] Et cum [b] veniſſet in tẽplum, acceſſerunt
ad eum docentẽ, principes ſacerdotũ, & ſeniores
populi, dicentes: In qua poteſtate hæc facis? Et
quis tibi dedit hãc poteſtatẽ? Reſpondens [c] Ieſus,
dixit eis: Interrogabo vos & ego vnum ſermonẽ,
quẽ ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicã, in qua po-
teſtate hæc facio. Baptiſmus Ioannis vnde erat, è
cœlo an ex hominib.? At illi cogitabãt inter ſe, di-
centes: Si dixerimus, è cœlo, dicet nobis: Qua-
re ergo non credidiſtis illi? Si autem dixerimus,
ex hominibus, timemus turbam. Omnes enim
habebant Ioannem ſicut prophetam. Et reſpon-
dentes Ieſu, dixerunt: Neſcimus. Ait illis [d] & ip-
ſe: Nec ego dico vobis, in qua poteſtate hæc
facio: [n] Quid [e] autẽ vobis videtur? Homo qui-
dã habebat duos filios, & accedens ad primum,
dixit: Fili, vade hodie, operare in vinea mea. Il-
le autẽ reſpondens ait: Nolo. Poſtea autem pœ-
nitentia motus, abiit. Accedens autem ad alte-
rum, dixit ſimiliter. At ille reſpondens ait: Eo
domine, & non iuit. Quis ex duobus fecit vo-
luntatem patris? Et dicunt ei: Primus. Dicit illis
Ieſus: Amen [f] dico vobis, quia publicani & me-
retrices præcedunt vos in regnũ Dei. Venit [g] e-
nim ad vos Ioannes in via iuſtitiæ, & non credi-
diſtis

negant, quem putant non ſuis viribus, ſed alienis ſigna fa- cere.

c ¶ *Reſpondens Ieſus, dixit eis: &c.*] Hoc eſt quod vulgò dicitur: Malo arboris nodo, malus clauus, aut cuneus infi- gendus eſt. Poterat Dominus aperta reſponſione tentato- rum calumniam confutare, ſed prudenter interrogat, vt ſuo ipſi vel ſilentio, vel ſen- tentia condemnẽtur. Si enim k 215 VI reſpondiſſent, baptiſma Ioã- nis eſſe de cœlo, vt ipſi ſapiẽ- tes in malitia pertractarunt, l 216 conſequens erat reſponſio: IV Quare ergo non eſtis bapti- m 217 zati à Ioanne? Si dicere vo- II luiſſent, humana deceptione eſſe cõpoſitum, & nihil ha- buiſſe diuinum: ſeditionem populi formidabant. Omnes enim gregatim multitudines Ioannis receperãt baptiſma: & ſic eum habebant vt pro- phetam. Reſpondit itaque impiiſſima factio: & humili- tatis verbo, quo neſcire ſe di- ceret, vſa eſt ad inſidias cap- tandas.

d ¶ *Ait illis, &c.*] Illi in eo quod neſcire ſe reſponderãt, n 218 mentiti ſunt: conſequens er- X go erat iuxta reſponſionem eorum Dominũ quoque di- cere, nec ego ſcio: ſed menti- ti veritas non poteſt, & ait: Nec ego dico vobis. Ex quo oſtendit & illos ſcire, ſed reſ- pondere nolle, & ſe noſſe, & ideo nõ dicere, quia illi quod ſciunt, taceant: & ſtatim in- fert parabolam, quæ & illos impietatis arguat, & ad gẽ- tes regnum Dei doceat trãſ- D ferendum.

c ¶ *Quid autem vobis, &c.*] Hi ſunt duo filij, qui & in Lucæ parabola deſcribuntur, frugi & luxurioſus: & de quib. Za- Luc. 15. charias propheta loquitur: *Aſſumpſi mihi duas virgas, vnã* Zach. 11. b *vocaui decorem, & alteram vocaui funiculum, & paui gregẽ.* Primo dicitur gentilium populo per naturalis legis noti- tiam. Vade & operare in vinea mea, hoc eſt, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Qui ſuperbe reſpondit: Nolo. Po- Luc. 6. d ſtea vero in aduentu Saluatoris acta pœnitentia, operatus Tob. 6. A eſt in vinea Dei, & ſermonis contumaciam labore correxit. Secundus autem filius, populus Iudæorum eſt, qui reſpon- dit Moſi: *Omnia quæcunque dixerit Dominus, faciemus*, & Exod. 24. a non iuit in vineam: quia interfecto patrisfamilias filio ſe putauit hæredem. Alij vero non putant gentilium & Iu- dæorum, eſſe parabolam, ſed ſimpliciter peccatorum & iu- ſtorum, ipſo quoque Domino propoſitionem ſuam po- ſtea diſſerente.

f ¶ *Amen dico vobis, quia publicani & meretrices, &c.*] Eo quod illi, qui per mala opera Deo ſe ſeruire negauerãt, po- ſtea pœnitentiæ baptiſmum acceperint à Ioanne. Phariſæi autem, qui iuſtitiam præferebant, & legem Dei ſe facere iactabant, Ioannis contempto baptiſmate, Dei præcepta non fecerunt. Vnde dicit:

g ¶ *Venit enim ad vos Ioannes in via iuſtitiæ, & nõ credidiſtis ei, &c.*] Porro quod dicitur: *Quis ex duobus fecit volũtatem patris?* Et illi dicunt: Nouiſſimus. Sciendum eſt, in veris ex- emplaribus non haberi, nouiſſimum, ſed primum, vt pro- prio iudicio condemnentur. Si autem nouiſſimum volueri- mus legere, manifeſta eſt interpretatio, vt dicamus intelli- gere quidẽ veritatẽ Iudæos, ſed tergiuerſari, & nolle dice-

D

CANON E re quod ſentiunt: ſicut & baptiſmum Ioannis, ſcientes eſſe de cœlo, dicere noluerunt.

Poſſumus & aliter intelligere, quod eiectus ſit extra vineam, & ibi occiſus, vt ſuſcipientibus ſe gentibus, aliis vinea locaretur. G

diſtis ei: publicani autem & meretrices crediderunt ei: vos autem videntes, nec pœnitentiã habuiſtis poſtea, vt crederetis ei. [o] Aliam[a] parabolã audite: Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & ſpem circumdedit ei: & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus eſt. Cum[b] autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt acciperẽt fructus eius. Et agricolæ apprehenſis ſeruis eius, aliũ ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter. Nouiſſime[c] autem miſit ad eos filium ſuum, dicens. Verebuntur forte filium meum. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra ſe: Hic eſt hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et[d] apprehenſum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cum [e]ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos male perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus ſuis. Dicit illis[f] Ieſus: Nunquam legiſtis in ſcripturis: Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris? Ideo[g] dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui[h] ceciderit ſuper lapidẽ iſtum, confringetur: ſuper quem vero ceciderit, conteret eum. [p] Et cum[i] audiſſent principes ſacerdotum & phariſæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipſis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam ſicut prophetam eum habebant.

CAPVT

a ¶ *Aliam parabolam audite: Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, &c.*] Hoc eſt, quod Dominus ſumptum de prouerbio ſignificauit: *Durum eſt* (Act. 9. a) *aduerſus ſtimulum calcitrare.* (o 219 1) Principes ſacerdotum & ſeniores populi, qui interrogauerant Dominum: In qua poteſtate hæc facis, & quis tibi dedit hanc poteſtatem? & voluerant in verbo capere ſapientiam, ſua arte ſuperantur, & audiunt in parabolis, quod aperta facie non merebantur audire: Homo (Sup. 20. a) iſte paterfamilias, ipſe eſt qui habebat duos filios, & qui in alia parabola conduxit operarios in vineã ſuam, qui plantauit vineam: de qua & Eſaias pleniſſime per canticum loquitur, ad extremum inferens: *Vinea Domini ſabaoth domus Iſrael eſt.* (Eſa. 5. a; Pſal. 79. b) Et in pſalmo: *Vineam de Ægypto,* inquit, *tranſtuliſti: eieciſti gẽtes, & plantaſti eam. Et ſepem circumdedit ei:* vel murum vrbis, vel angelorum auxilia, & fodit in ea torcular aut altare, aut illa torcularia, quorum & tres pſalmi titulo prænotantur, octauus, & octogeſimus, & octogeſimus tertius. *Et ædificauit turrim:* (Mich. 4 c F) haud dubium quin templũ, de quo dicitur per Micheã: (p 220 1) *Et tu turris nebuloſa filia Siõ. Et locauit eam agricolis,* quos alibi vineæ operarios appellauit, qui conducti fuerant hora prima, tertia, ſexta, nona & vndecima. *Et peregre profectus* eſt, non loci mutatione. Nam Deus vnde abeſſe poteſt, quo complentur omnia? & qui dicit per Hieremiam: *Ego Deus appropinquans, & non de longinquo dicit Dominus.* (Hier. 23. c) Sed abire videtur à vinea, vt vinitoribus liberum operandi arbitrium derelinquat.

b ¶ *Cum autem tempus, &c.*] Dederat eis legem, & in hac eos vinea operari iuſſerat, vt fructum legis in operibus exhiberent. Poſtea miſit ad eos ſeruos, quos illi apprehenſos vel ceciderunt, vt Hieremiam, vel occiderunt, vt Eſaiam, (3 Reg. 21. d; Infr. 23. d; Heb. 11.) vel lapidauerunt, vt Naboth, & Zachariam, quem interfecerunt inter templum & altare. Legamus epiſtolam Pauli ad Hebræos, & ex ea pleniſſime diſcemus, quid ſeruorum domini quanta perpeſſi ſint.

c ¶ *Nouiſſime autem, &c.*] In eo quod ſupra legimus: Iterũ miſit alios ſeruos plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter: patientiam oſtendit patrisfamilias, quod frequentius miſerit, vt malos colonos ad pœnitentiam prouocaret: illi autem theſaurizauerunt ſibi iram in die iræ. Porro quod iungitur: *Verebuntur forte filium meum:* non de ignorantia (Mar. 12. a; Luc. 20. b) venit. Quid enim neſciat paterfamilias, qui hoc loco Deus pater intelligitur? Sed ſemper ambigere dicitur Deus, vt libera voluntas homini reſeruetur. Interrogemus Arium & Eunomium: Ecce pater dicitur ignorare, & ſententiã temperat, & quantũ in vobis eſt, probatur eſſe mentitus. Quidquid pro patre reſponderint, hoc intelligant pro filio, qui ſe (Mar. 13. d) dicit ignorare conſummationis diem.

d ¶ *Et apprehenſum eum eiecerunt extra vineam, &c.*] Et (Hebr. 13. b) Apoſtolus loquitur, quod extra portam Ieſus crucifixus ſit.

e ¶ *Cum ergo venerit, &c.*] Interrogat eos dominus, non quod ignoret quid reſponſuri ſint: ſed vt propria reſponſione damnentur. Locata eſt autem nobis vinea, & locata ea conditione vt reddamus domino fructum tẽporibus ſuis, & ſciamus vnoquoque tempore quid oporteat vel nos loqui vel facere.

f ¶ *Dicit illis Ieſus: Nunquã, &c.*] Variis parabolis, diuerſiſque ſermonibus res eædẽ contexuntur. (Pſal. 117. e) Quos enim ſupra operarios, & vinitores, & agricolas appellarat, nunc ædificatores, id eſt, cementarios vocat. Vnde dicit apoſtolus: *Dei agricultura, Dei ædificatio eſtis.* (1. Cor. 3 b) Hi ergo cemẽtarij quomodo & vinitores accipiunt vineam, ſic acceperunt lapidem, quem vel in fundamentis ponant, iuxta architectum Paulum, vel in angulo: vt duos parietes, id eſt, populum vtrumque conſociet, qui reprobatus ab eis, factus eſt in caput anguli. Et (Ibidem.) hoc à Domino factum eſt, non humanis viribus, ſed Dei potentia. De hoc lapide adiutorij Petrus quoque loquitur confidenter: *Iſte lapis qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, hic factus eſt in caput* (1. Petr 2. a H) *anguli.* Et Eſaias: *Ecce,* ait, *immittam in fundamenta Sion* (Eſa. 28.) *lapidem electum, pretioſum, angularem: & qui crediderit in eum, non confundetur.*

g ¶ *Ideo dico vobis, &c.*] Aliquoties dixi, regnum Dei, ſcripturas ſanctas intelligi, quas Dominus abſtulit à Iudæis, & nobis tradidit, vt faciamus fructus earum. Iſta eſt vinea, quæ traditur agricolis & vinitoribus, in qua qui operati non fuerint, nomen tantum habentes ſcripturarum, fructus vineæ perdituri ſunt.

h ¶ *Et qui ceciderit, &c.*] Aliud eſt offendere Chriſtum per mala opera, aliud negare. Qui peccator eſt, & tamen in illum credit, cadit quidem ſuper lapidem, & confringitur, ſed non omnino conteritur: reſeruatur enim per pœnitentiam ad ſalutem. Super quem vero ille ceciderit, hoc eſt, cui lapis ipſe irruerit, & qui Chriſtum penitus negauerit: ſic conteret eum, vt nec teſta quidem remaneat, in qua hauriatur aquæ puſillum.

i ¶ *Et cum audiſſent principes ſacerdotum & phariſæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipſis diceret, & quærentes, &c.*] Quamuis duro corde eſſent, & propter incredulitatem & impietatem in filium Dei hebetes, tamen apertas propoſitiones negare non poterant, & intelligebant contra ſe omnes Domini ſententias dirigi. Vnde volebant eum quidem interficere, ſed timebant turbas: quia ſicut prophetam eum habebant. Semper turba mobilis eſt, nec in propoſita voluntate perſiſtens, atque in morem fluctuum diuerſorumque ventorum huc illucque trahitur. Quem nunc quaſi prophetam venerantur & colunt, poſtea contra eum clamant: Crucifige, crucifige talem.

CAPVT

Canon C

Capvt XXII.

ET *reſpondens Ieſus dixit*, &c.] Phariſęi intelligentes de ſe dici parabolas, quærebant eum tenere & occidere. Hanc eorum ſciens Domi-nus voluntatem, nihilominus increpat ſæuientes: nec timore ſuperatur, quo minus arguat peccatores. Rex iſte qui fecit nuptias filio ſuo, Deus omnipotens eſt. Fecit autem nuptias Domino noſtro Ieſu Chriſto & eccleſię, quæ tam ex Iudæis quam ex gentibus congregata eſt.

b ¶ *Et miſit*, &c.] Haud dubium quin Moſen, per quẽ legem inuitatis dedit. Si autẽ ſeruos legerimus, vt pleraq; habent exemplaria, ad prophetas referendum eſt, quod inuitati per eos venire contempſerint.

c ¶ *Iterum miſit*, &c.] Serui qui ſecundo miſſi ſunt, melius eſt vt prophetæ intelligantur quam apoſtoli, vt tamen ſi ſupra, ſeruum, ſcriptũ fuerit. Sin autem ſeruos, ibidem legas: hic ſecundi ſerui apoſtoli intelligendi ſunt. Prandium paratum, & tauri & altilia occiſa, vel per metaphoram opes regiæ deſcribuntur (vt ex carnalibus intelligantur ſpiritualia) vel certe dogmatũ magnitudo, & doctrina Dei legi pleniſſima ſentiri poteſt.

d ¶ *Et abierunt*, &c.] Inter eos qui non recipiunt euangelij veritatem, multa diuerſitas eſt. Minoris enim criminis ſunt, qui occupati alijs rebus venire noluerunt, his qui contempto inuitantis affectu, verterunt humanitatem in crudelitatem, & tentos ſeruos regis vel contumelijs affecerunt, vel occiderunt. In hac parabola ſponſi ſiletur occiſio, & per ſeruorũ mortes contemptus oſtenditur nuptiarum.

e ¶ *Rex autem*, &c.] De quo dictum ſupra fuerat: Simile factum eſt regnum cœlorum homini regi, quando inuitabat ad nuptias, & agebat opera clementiæ, hominis nomen appoſitum eſt: nunc quando ad vltionem venit, homo ſiletur, & rex tantum dicitur.

Pſal. 77. f ¶ *Et miſſis*, &c.] Exercitus ſeu vltores, angelos, de quibus in pſalmis ſcribitur: *Immiſſiones per angelos peſſimos*, ſeu Romanos, intelligamus ſub duce Veſpaſiano & Tito, qui occiſis Iudææ populis, præuaricatricem ſuccenderint ciuitatem.

g ¶ *Tunc ait ſeruis ſuis*: &c.] Gentilium populus non erat in vijs, ſed in exitibus viarum. Quæritur autem quomodo in his qui foris erant inter malos, & boni aliqui ſint reperti. Hunc locum plenius tractat Apoſtolus ad Romanos,
Rom. 2. quod gentes naturaliter facientes ea quæ legis ſunt, condemnent Iudæos, qui ſcriptam legem non fecerint. Inter ipſos quoque ethnicos eſt diuerſitas infinita, cum ſciamus alios eſſe proclines ad vitia & ruentes ad mala, alios ob honeſtatem morum virtutibus deditos.

h ¶ *Intrauit autem*, &c.] Hi qui inuitati fuerant ad nuptias, de ſepibus & angulis & plateis & diuerſis locis, cœnam regis impleuerant. Sed poſtea cum veniſſet rex vt videret diſcumbentes in conuiuio ſuo, hoc eſt, in ſua quaſi fide requieſcentes, vt in die iudicij viſitaret conuiuas, & diſcerneret merita ſingulorum, inuenit vnũ, qui veſte indutũ non erat nuptiali. Vnus iſte, omnes qui ſociati ſunt malitia intelliguntur. Veſtis autẽ nuptialis, præcepta ſunt Domini, & opera quæ complentur ex lege & euangelio, nouique hominis efficiunt veſtimentum. Si quis igitur in tempore iudicij inuẽtus fuerit ſub nomine Chriſtiano, non habere veſtem nuptialẽ, hoc eſt, veſtem ſupercœleſtis hominis, ſed veſtem pollutã, id eſt, veteris hominis exuuias, hic ſtatim corripitur, & dicitur ei: Amice, quomodo huc intraſti? Amicum vocat, quod inuitatus ad nuptias eſt: arguit impudentiæ, quod veſte ſordida mundicias polluerit nuptiales. At ille obmutuit. In tempore enim illo non erit locus pœnitentiæ, nec negandi facultas, cum omnes angeli & mundus ipſe teſtis ſit peccatorum.

Capvt XXII.

ET[a] reſpondens[a] Ieſus dixit iterum in parabolis eis, dicens. Simile factum eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruum [b] ſuum vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum [c] miſit alios ſeruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerũt. Et [d] abierunt, alius in villam ſuam, alius vero ad negotiationem ſuam. Reliqui vero tenuerunt ſeruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex[e] autem cum audiſset, iratus eſt, & miſſis [f] exercitib. ſuis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit. Tunc [g] ait ſeruis ſuis: Nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoſcunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos, & impletæ ſunt nuptię diſcumbentium. [b] Intrauit [h] autem rex, vt videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc [i] dixit rex miniſtris: Ligatis pedibus & manibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium. Multi [k] autem ſunt vocati, pauci vero electi. [c] Tunc [l] abeuntes phariſęi, conſilium inierunt vt caperent eum in ſermone: Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes: Magiſter [m] ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces: & non eſt tibi cura de aliquo. Non enim reſpicis perſonam hominum: Dic ergo nobis quid tibi videtur: Licet cenſum dari Cæſari, an non? Cogni-

a 221 V

b 222 X D

i ¶ *Tunc dixit rex miniſtris*: &c.] Manus ligatas & pedes, fletumque oculorum & ſtridorem dentium, vel ad comprobãdam reſurrectionis intellige veritatem. Vel certe ideo ligantur manus & pedes, vt male operari & currere deſiſtant ad effundendũ ſanguinem. In fletu quoque oculorum & ſtridore dentium, per metaphoram mẽbrorum corporalium magnitudo oſtenditur tormentorum.

c 223 II

k ¶ *Multi autem*, &c.] Omnes parabolas breui ſententia comprehendit: quod & in opere vineæ, & in ædificatione domus, & in conuiuio nuptiali, non initia, ſed finis quæratur.

l ¶ *Tunc abeuntes*, &c.] Nuper ſub Cæſare Auguſto Iudæa ſubiecta Romanis, quando in toto orbe eſt celebrata deſcriptio, ſtipendiaria facta fuerat: & erat in populo magna ſeditio, dicentibus alijs pro ſecuritate & quiete, quia Romani pro omnibus militarent, debere tributa perſolui: Phariſæis vero qui ſibi applaudebant de iuſtitia e contrario dicentibus: non debere populum Dei, qui decimas ſolueret, & primitiua daret, & cætera, quæ in lege ſcripta ſunt, faceret, humanis legibus ſubiacere: Cæſar Auguſtus Herodem filium Antipatris alienigenã, & proſelytum regem Iudæis conſtituerat, qui tributis præeſſet, & Romano pareret imperio. Mittunt igitur phariſæi diſcipulos ſuos cum Herodianis, id eſt, militibus Herodis: ſeu quos illudentes phariſæi, quia Romanis tributa ſoluebant, Herodianos vocabant, & non diuino cultui deditos. Quidam Latinorum ridiculè Herodianos putant, qui Herodem Chriſtum eſſe credebant, quod nuſquam omnino legimus.

m ¶ *Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo, non enim reſpicis*, &c.] Blanda & fraudulenta interrogatio, illuc prouocat reſpon-

 G

CANON E dentem, vt magis Deum vel Cæſarem timeat, & dicat non debere tributa ſolui, vt ſtatim audientes Herodiani, ſeditionis contra Romanos principem teneant.

a ¶ *Cognita autem Ieſus*, &c.] Prima virtus eſt reſpondentis, interrogantium mentem cognoſcere, & non diſcipulos, ſed tentatores vocare. Hypocritæ ergo appellatur, qui aliud eſt, & aliud ſimulat, id eſt, aliud opere agit, & aliud voce prætendit.

b ¶ *Oſtendite*, &c.] Sapientia ſemper ſapienter agit, vt ſuis potiſſimum tentatores ſermonibus confutentur. Oſtēdite, inquit, mihi denariū: hoc eſt, genus nummi, quod pro decē nummis imputabatur, & habebat imaginem Cæſaris.

c ¶ *Et ait illis Ieſus*: &c.] Qui putant interrogationem Saluatoris ignorantiam eſſe, & non diſpenſationem, diſcāt ex præſenti loco, quod vtique potuerit ſcire Ieſus, cuius imago eſſet in nummo: ſed interrogat, vt ad ſermonem eorum competenter reſpondeat.

d ¶ *Dicunt ei: Cæſaris. Tunc ait*, &c.] Cæſarem non putemus Auguſtum, ſed Tyberium ſignificari priuignum eius, qui in locum ſucceſſit ipſius, ſub quo paſſus eſt Dominus. Omnes autē reges Romani, à primo Caio Cæſare, qui imperiū
d 224 I. arripuerat, Cæſares appellati ſunt. Porro quod ait: *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari*, id eſt,
F nummum, tributum & pecuniam: & quæ ſunt Dei, Deo, decimas, primitias, & oblationes ac victimas ſētiamus: quomodo & ipſe reddit tributa pro ſe & Petro: & Deo reddidit quæ Dei ſunt, patris faciens voluntatem.

Cognita [a] autē Ieſus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Oſtēdite mihi [b] numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. Et [c] ait illis Ieſus: cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? Dicunt [d] ei Cæſaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo. Et [e] audiētes mirati ſunt. Et [f] relicto eo, abierunt. In illo [g] die acceſſerunt ad eū Sadducæi, qui dicunt non eſſe reſurrectionē. Et interrogauerunt [h] eū, dicentes: Magiſter, Moſes dixit: ſi quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Erant autem apud nos ſeptem fratres, & primus vxore ducta defunctus eſt, & non habens ſemen, reliquit vxorem ſuā fratri ſuo. Similiter ſecundus & tertius, vſq; ad ſeptimum. Nouiſſime autem omniū & mulier defuncta eſt. In [i] reſurrectione ergo cui' erit de ſeptem vxor? Omnes enim habuerunt eam. Reſpondens [k] autem Ieſus, ait illis: Erratis, neſciētes ſcripturas, neq; virtutē Dei. In [l] reſurrectione enim neque nubent neque nubētur, ſed ſūt ſicut angeli dei in cælo. [m] De reſurrectione autē mortuorum non legiſtis quod dictū eſt à Deo, dicēte vobis. Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Non eſt Deus mortuorū, ſed viuentiū. Et audientes turbæ, mirabātur in doctrina eius. [d] Phariſæi [n] autē audientes quod ſilentium impoſuiſſet Sadducæis, conuenerūt in vnū, & interrogauit eū vnus ex eis legis doctor, tentans eum: Magiſter, quod eſt mandatū magnū in lege? Ait illi Ieſus: Diliges Dominum Deum tuū ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: hoc eſt maximum & primum mandatū. Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximū tuū ſicut teipſum. In his duob. mādatis vniuerſa lex pēdet & prophetæ.

CON-

Turpitudinem fabulæ opponunt, vt reſurrectionis denegent veritatem.

k ¶ *Reſpondens autem Ieſus*, &c.] Propterea errant, quia ſcripturas neſciunt: & quia ſcripturas ignorant, conſequēter neſciunt virtutem Dei, hoc eſt, Chriſtum, qui eſt Dei, virtus & Dei ſapientia.

l ¶ *In reſurrectione*, &c.] Latina conſuetudo græco idiomati non reſpondet. Nubere enim proprie dicuntur mulieres, & viri vxores ducere: ſed nos ſimpliciter dictum intelligamus, quod nubere de viris, & nubi de vxoribus ſcriptum ſit. Si in reſurrectione non nubent, neque nubentur: reſurgent ergo corpora, quæ poſſunt nubere & nubi. Nemo quippe dicit de lapide & arbore, & de his rebus, quę non habent membra genitalia, quod non nubant neque nubantur, ſed de his, qui cum poſſunt nubere, tamen alia ratione nō nubunt. Quod autem infertur: *Sed ſunt ſicut angeli Dei in cælo*: ſpiritualis repromittitur conuerſatio.

m ¶ *De reſurrectione*, &c.] Ad comprobandam reſurrectionis veritatem multo aliis manifeſtioribus exemplis vti potuit, è quibus eſt illud: *Suſcitabuntur mortui, & reſurgent qui in ſepulchris ſunt*. Et in alio loco: *Multi dormientium de terræ puluere conſurgent: alii in vitam, & alii in opprobrium, & confuſionem æternam*. Quæritur itaque quid ſibi voluerit Dominus hoc præferre teſtimonium, quod videtur ambiguum, vel non ſatis ad reſurrectionis pertinens veritatem: *Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob*: & quaſi hoc prolato probauerit quod volebat, ſtatim intulerit: *Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium*. Cuius rei turbæ quoque circumſtantes myſterium cognoſcentes, admiratæ ſunt de doctrina, & reſponſis illius. Supra diximus Sadducæos nec angelum, nec ſpiritum, nec reſurrectionem corporum confitentes, animarum quoque interitum prædicaſſe. Hi quinque tantum libros Moſi recipiebant, prophetarum vaticinia reſpuentes. Stultum ergo erat inde proferre teſtimonia, cuius auctoritatem non ſequebantur. Porro ad æternitatem animarum probandam de Moſe ponit exemplum: *Ego Deus Abraham, & Deus Iſaac & Deus Iacob*: ſtatimque infert: *Non eſt mortuorum Deus ſed viuentium*: vt cum probauerit animas permanere poſt mortem, neq; enim poterat fieri, vt eorum eſſet Deus, qui nequaquam ſubſiſterent, conſequenter introduceretur & corporum reſurrectio, quæ cum animabus bona malave geſſerunt. Hunc locum plenius in extrema parte primæ epiſtolæ ad Corinthios Paulus Apoſtolus exequitur. 1 Cor. 15

H Eſa. 26. d

Dan. 12. a

e ¶ *Et audientes, mirati ſunt.*] Qui credere debuerant ad tantam ſapientiam, mirati ſunt, quod calliditas eorum inſidiandi non inueniſſet locum.

f ¶ *Et relicto eo abierunt.*] Infidelitatem cum miraculo pariter reportantes.

g ¶ *In illo die acceſſerunt*, &c.] Duæ hæreſes erant in Iudæis: vna Phariſæorum, altera Sadducæorum. Phariſæi traditionum & obſeruationum, quas illi δευτερώσεις vocāt, iuſtitiam
פרושים præferebant; vnde & diuiſi vocabantur à populo. Sadducæi
צדוקים autem qui interpretantur iuſti, & ipſi vendicabāt ſibi quod
Act. 23. f non erant: prioribus, & corporis & animæ reſurrectionem
Eſa. 8. c credentibus, confitentibuſque & angelos & ſpiritum: ſequentes iuxta acta Apoſtolorum omnia denegabant. Iſtæ ſunt duæ domus, de quibus Eſaias manifeſtius docet, quod offenſuræ ſint in lapidem ſcandali.

h ¶ *Et interrogauerunt eum, dicentes: Magiſter, Moſes dixit: ſi quis mortuus fuerit non habens*, &c.] Qui reſurrectionem corporum non credebant, & animam putabant interire cū corporibus, recte iſtiuſmodi fingunt fabulam, quæ deliramentum arguat eos, qui reſurrectionem aſſerant mortuorum. Poteſt autem fieri vt vere in gente eorum aliquando hoc acciderit.

i ¶ *In reſurrectione ergo cuius erit de ſeptem vxor? Omnes*, &c.]

n ¶ *Phariſæi audito quod ſilentium impoſuiſſet Sadducæis, conuenerunt in vnum: & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum: Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi Ieſus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota*, &c.] Quod de Herode & Pontio Pilato legimus in Domini nece eos feciſſe concordiam: hoc etiam nunc de phariſæis cernimus & Sadducæis, qui inter ſe contrarij Luc. 23. b

tr... ſed ad tentandum Ieſum parimente conſentiût. ... ergo iam ſupra in oſtenſione denarij fuerant confutati, & aduerſæ partis factionem viderant ſubrutam, debuerant e... monitoneri ne vltra molirentur inſidias, ſed maliuo... & liuor nutrit impudentiam. Interrogat vnus ex legis doctoribus, non ſcire deſiderâs, ſed tentans, an interrogatus noſſet quod interrogabatur, quod ſit maius mādatū: non de mandatis interrogans, ſed quod ſit primū magnumque mādatum: vt cum omnia quæ Deus mādauerit, magna ſint, quidquid ille reſponderit, occaſioné habeat calumniâdi: aliud aſſerens magnum eſſe de plurib. Quicunque igitur nouit & interrogat non voto diſcēdi, ſed ſtudio cognoſcendi, an nouerit ille qui reſpōſurus eſt, in ſimilitudinem phariſæorum, non quaſi diſcipulus, ſed quaſi tentator accedit. CANON C

Commentarij tertij in Matthæum, Finis.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN MATTHÆVM.

LIBER QVARTVS.

Congregatis [a] autem phariſæis, interrogauit eos Ieſus, dicens: Quid vobis videtur de Chriſto, cuius filius eſt? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis: donec ponā inimicos tuos ſcabellum pedū tuorum? [f] Si ergo Dauid vocat eum Dominū, quomodo filius eius eſt? Et nemo [b] poterat ei reſpondere verbum: neque auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius interrogare.

CAPVT XXIII.

Tunc [a] Ieſus [c] locutus eſt ad turbas, & ad diſcipulos ſuos, dicens: Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi: omnia ergo quæcúque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundum opera vero eorū nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. [b] Alligant [d] enim onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere. [c] Omnia [e] vero opera ſua faciunt vt videantur ab hominibus. Dilatant [f] enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi.

Congregatis autem phariſæis, &c.] Qui ad tentandum Ieſum fuerāt congregati, & veritaté fraudulenta interrogatione capere nitebantur, occaſionem præbuerūt cōfutationis ſuæ. Interrogantur que de Chriſto, cuius filius ſit. Interrogatio Ieſu nobis proficit vſque hodie contra Iudæos. Et hi enim qui confitētur Chriſtum eſſe venturum, hominem ſimplicem & ſanctum virum aſſerūt de genere Dauid. Interrogemus ergo eos doctià Domino. Si ſimplex homo eſt, & filius tantum Dauid, quomodo Dauid vocet eum Dominum ſuum, nō erroris incerto, nec propria volūtate, ſed Spiritu ſancto. Teſtimonium autem quod poſuit de centeſimo nono pſalmo ſumptum eſt. Dominus igitur Dauid vocatur, non ſecundum id quod de eo natus eſt, ſed iuxta id quod natus ex patre ſemper fuit, præueniens ipſum carnis ſuæ patrem. Iudæi ad deludendam interrogationis veritatem, friuola multa confingunt: vernaculum Abrahæ aſſerentes, cuius fuerit filius Damaſcus Eliezer, & ex ipſius perſona ſcriptum pſalmum, quod poſt cædem quinque regū, Dominus Deus Domino ſuo dixerit Abrahæ, ſede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedū tuorum. Quos interrogemus, quomodo Deus dixerit Abrahæ ea quæ ſequuntur: Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum, ex vtero ante luciferum genui te. Et, Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Et reſpondere cogamus, quomodo Abraham ante luciſerum genitus ſit, & ſacerdos fuerit ſecundum ordinem Melchiſedech: pro quo Melchiſedech obtulerit panem & vinum, & à quo decimas prædę acceperit.

Gen. 14. c & 15. a

Gen. 14. d

b ¶ *Et nemo poterat*, &c.] Phariſæi & Sadducæi quærentes occaſionem calumniæ, & verbum aliquod inuenire, quod pateret inſidiis, quia in ſermonibus confutati ſunt: vltro nō interrogant, ſed apertiſſime comprehenſum, Romanæ tradunt poteſtati. Ex quo intelligimus venena inuidiæ poſſe quidem ſuperari, ſed difficile conquieſcere.

CAPVT XXIII.

Tunc a Ieſus, &c.] Quid manſuetius, quid benignius Domino? Tentatur à phariſæis, confringuntur inſidię eorum, & ſecundum pſalmiſtam. *Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum*, & nihilominus propter ſacerdotij & nominis dignitaté hortatur populos, vt ſubiiciantur eis, non opera, ſed doctrinam conſiderantes. Quod autem ait: ſuper catheram Moyſi ſederūt ſcribæ & phariſæi: per cathedram doctrinam legis oſtēdit. Ergo & illud quod dicitur in pſalmo: *In cathedra peſtilentiæ nō ſedit*: & cathedras vendentiū columbas euertit, doctrinam debemus accipere.

Pſal. 63. b

Pſal. 1. a

Supr. 21. b

d ¶ *Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum*, &c.] Hoc generaliter aduerſus omnes magiſtros, qui grauia iubent, & minora nō faciunt. Notandum autem quod & humeri, & digitus, & onera, & vincula, quibus alligantur onera, & vincula, quibus alligantur onera, ſpiritualiter intelligenda ſunt.

e ¶ *Omnia vero opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus.*] Quicunque igitur ita facit quodlibet, vt videatur ab hominib., ſcriba & phariſæus eſt.

f ¶ *Dilatāt*, &c.] Væ nobis miſeris, ad quos phariſæorum vitia tranſierunt. Dominus cum dediſſet mandata legis per Moſen, ad extremū intulit: *Ligabis ea in manu tua, & erūt immota ante oculos tuos.* Et eſt ſenſus: Præcepta mea ſint in manu tua, vt opere cōpleātur: ſint ante oculos tuos, vt die ac nocte mediteris in eis. Hoc phariſæi male interpretātes, ſcribât in mēbranis decalogū Moſi, id eſt, decē verba legis: cōplicantes ea & ligātes in frōte, & quaſi coronā capiti facientes: vt ſēper ante oculos mouerētur: quod vſq; hodie Indi & Perſæ & Babylonij faciūt, & qui hoc habuerit, quaſi religioſus in populis iudicatur. Iuſſerat quoq; aliud Moyſes, vt in quatuor angulis palliorū hyacinthinas fimbrias facerēt, ad Iſraelis populū dignoſcēdū, vt quomodo in corporib. circūciſio ſignū Iudaicæ gētis daret: ita & veſtis haberet aliquā differētiā. Superſtitioſi magiſtri captātes aurā popularē, atq; ex mulierculis ſectātes lucra, faciebāt grādes fimbrias, & acutiſſimas in eis ſpinas ligabāt: vt videlicet ambulātes & ſedētes interdū pūgerētur, & quaſi hac admonitione retraherētur ad officia Domini, & miniſteria eius. Quia ergo dixerat dominus: omnia opera ſua faciūt, vt videantur ab hominib. Quod generaliter accuſarat, nūc per partes diuidit: Pictariola illa decalogi, phylacteria vocabāt quod quicūque habuiſſet ea, quaſi ob cuſtodiā & monimentū ſui haberet, nō intelligentib. phariſæis, quod hæc in corde portāda ſint nō in corpore: alioquin & armaria & arcæ habēt libros, & notitiā Dei nō habēt. Hoc apud nos ſuperſtitioſæ mulierculæ, in paruulis euāgeliis, & in crucis ligno, & iſtiuſmodi reb. (qui habēt quidē zelū Dei, ſed nō iuxta ſciētiā) vſque hodie factitant, culicē liquantes, & camelū glutiētes. Iſtiuſmodi erat fimbria parua & breuis ex lege præcepta: quā & mulier illa, quæ ſāguine fluebat, tetigit in pallio Domini: ſed nō eſt cōpuncta ſuperſtitioſis ſentibus phariſæorum, magiſque ſanata ad tactum eius. Cumque ſuperflue dilatent phylacteria, & magnas faciant fimbrias, gloriam captantes ab hominibus, arguuntur in reliquis, cur quærā

Marginal notes: c 225 II · f 226 II · a 227 I · b 228 V · c 229 II · D · *Deut. 6. b* · *Num. 15. e* · *Infr. 23. a* · *Supr. 9. a*

Canon E Primos accubitus in cænis, & primas cathedras in ſynagogis, & in publico gulam ſectentur & gloriam, & vocentur ab hominibus Rabbi, quod Latino ſermone magiſter dicitur.
131 Denique ſequitur.

a ¶ *Vos autem, &c.*] Nec magiſter, nec pater vocandus eſt
alius, niſi Deus pater, & Do-
d 230 X. minus noſter Ieſus Chriſtus.
Pater, quia ex ipſo ſunt omnia Magiſter, quia per ipſum omnia: vel quoniã per diſpẽſationem carnis eius omnes recõciliati ſumus Deo. Quęritur, quare aduerſum hoc præceptum, doctorem gentium Apoſtolus ſe eſſe dixerit: aut quomodo vulgaro ſermone, maxime in Palæſtina & Ægypti monaſteriis ſe inuicem patres vocent. Quod ſic ſoluitur: Aliud eſſe natura
e 231 V patrem vel magiſtrum : aliud
indulgẽtia. Nos ſi hominem
f 232 V patrem vocamus, honorem
2.Cor.5.d ætati deferimus: non auctorẽ
Col.1.c noſtræ oſtendimus vitæ. Magiſter quoque dicitur ex conſortio veri magiſtri. Et ne in-
g 233 X finita replicem: quomodo vnus per naturam Deus, & vnus filius, non præiudicat cęteris, ne per adoptionem Dei vocentur & filij : ita & vnus pater & magiſter non præiudicat aliis, vt abuſiue appellentur patres & magiſtri.
F b ¶ *Væ vobis, &c.*] Habentes
h 234 V ſcribæ & phariſæi legis prophetarumque notitiam, ſciũt Chriſtum eſſe filium Dei: nõ ignorant natum eſſe de Virgine: ſed dum prędam de ſubiecta ſibi plebe appetunt, nec ipſi introeunt in regna cœlorum, nec eos qui poterant, intrare permittunt. Hoc eſt
i 235 X quod in Oſee propheta arguit: *Abſconderunt ſacerdotes*
k 236 V *viam, interfecerunt Sicimam.* Et rurſum: *Sacerdotes non di-*
Oſee.6.d *xerunt, vbi eſt Dominus?* Vel
Sec.70. certe omnis magiſter, qui ſcã-
Ibid 4.a dalizat malis operibus diſcipulos ſuos, claudit ante eos regnum cœlorum.
c ¶ *Væ vobis &c.*] Nõ eo ſtu-
l 237 V dio ſeruamus quæſita quo quærimus. Scribæ & phariſæi totum luſtrantes orbem, propter negotiationes vel diuerſa lucra à diſcipulis captanda, quaſi per imaginem ſanctitatis, ſtudium habebant de gentib. facere proſelytum, id eſt, aduenam, & incircumciſum miſcere populo Dei. Sed qui ante, dum eſſet ethnicus, ſimpliciter errabat, & erat ſemel filius gehennæ, videns magiſtrorum vitia, & intelligens deſtruere eos opere, quod verbis docebant, reuertitur ad vomitum ſuum: & gentilis factus, quaſi prædaticator pœna maiori dignus erit. Filius autem vocatur gehennæ, quomodo filius perditionis, & filius huius ſæculi. Vnuſquiſque e-
Sup.15.a nim cuius opera agit, eius filius appellatur.
d ¶ *Væ vobis, &c.*] Supra, vt nobis viſum eſt, expoſuimus, quid ſignificaret traditio phariſæorum, dicentium: Donum quodcunque eſt ex me, tibi proderit: nunc duplex, & ad vnam auaritiæ occaſionem trahens, phariſæorum traditio cõdemnatur, vt arguantur cuncta pro lucro facere, & non pro timore Dei. Sicut enim in phylacteriis & fimbriis dilatatis opinio ſanctitatis, captabat gloriã, & per occaſionem gloriæ quærebat lucra: ſic alia traditionis inuenta ſtro-

rabbi. [d] Vos autem [a] nolite vocari rabbi: Vnus eſt enim magiſter veſter: omnes autem vos fratres eſtis. Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram: Vnus eſt enim pater veſter, qui in cęlis eſt, Nec vocemini magiſtri : quia magiſter veſter vnus eſt, Chriſtus. [e] Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter. Qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit, exaltabitur. [f] Vę autem vobis ſcribę & phariſęi hypocritę, quia clauditis regnum cęlorum ante homines. Vos enim nõ intratis, nec introeuntes ſinitis intrare. Vę vobis ſcribę & phariſęi hypocritę, quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium. [g] Vę [c] vobis ſcribę & phariſęi hypocritę, quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proſelytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennę duplo quam vos. Vę [d] vobis duces cęci, quia dicitis: quicunque iurauerit per templũ, nihil eſt: qui autem iurauerit in auro templi, debitor eſt: Stulti & cęci, quid enim maius eſt, aurũ an templum, quod ſanctificat aurum? Et quicunque iurauerit in altari, nihil eſt: quicũque autẽ iurauerit in dono, quod eſt ſuper illud, debet. Cęci, quid enim maius eſt: donum, an altare: quod ſanctificat donum? Qui ergo iurat in altari, [i] iurat in eo, & in omnibus, quę ſuper illud ſunt. Et quicunque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipſo, Et qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum. [h] Vę [c] vobis ſcribæ & phariſęi hypocritæ, quia decimatis mentham & anethum & cymnum, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudicium, & miſericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. [i] Duces [f] cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. [k] Vę vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis eſt calicis & paropſidis: intus autem pleni eſtis rapina & immunditia. Phariſæe cæce, munda prius quod intus eſt calicis & paropſidis: vt fiat & id, quod deforis eſt mundum. [l] Vę [h] vobis ſcribę & phariſęi hypocritæ, quia ſimiles

pha, impietatis arguit præceptores. Si quis in contentione ſeu in aliquo iurgio, vel in cauſę ambiguo iuraſſet in tẽplo, & poſtea conuictus eſſet mendacij, non tenebatur criminis reus. Sin autem iuraſſet in auro & pecunia, quæ in templo ſacerdotibus offerebatur, ſtatim id, in quo iurauerat, cogebatur exoluere. Rurſũ: ſi quis iuraſſet in altari, periurij reum nemo tenebat. Sin autem periuraſſet in domo, vel in oblationibus, hoc eſt, in hoſtiis, in victimis, & in ſimilia, & cæteris quæ offeruntur Deo ſuper altare: hęc ſtudioſiſſime reprobantur. Arguit ergo eos Dominus, & ſtultitiæ & fraudulentiæ: quod multo maius ſit templum quam aurum, quod ſanctificatur à templo: & altare quã hoſtiæ, quę ſanctificantur ab altari. Totum autem faciebant, non ob Dei timorem, ſed ob diuitiarum cupiditatem. G

e ¶ *Væ vobis ſcribæ, &c.*] Multa in lege præcepta ſunt, quæ typos præferant futurorum.
Alia vero aperta ſunt iuxta pſalmiſtam dicentem: *Mandatum Domini lucidum, illuminans oculos:* quæ ſtatim opera deſiderãt. Verbi gratia: *Non adulterabis: non furtum facies: non teſtimonium falsũ dices, &c.* Phariſæi autẽ, quia Pſal.18
præceperat Dominus (interim vt intellectus myſticos dimittamus) propter alimoniam ſacerdotum, & leuitarum, quorum pars erat dominus, omnium rerum offerri in templo decimas: hoc vnum habebãt ſtudij: vt, quæ iuſſa fuerant, comportarentur: cætera quæ erant maiora, vtrum quis faceret, an nõ, præuidebant. Et ex hoc itaque capitulo arguit eos auaritiæ, quod ſtudioſe etiam vilium holerum decimas exigant: & iudicium in diſceptatione negotiorũ, miſericordiamque in pauperes, pupillos & viduas, & fidem in Deum quæ magna ſunt, prætermittant. H

f ¶ *Duces cæci, &c.*] Camelum puto eſſe ſecundum præſentis locis, & magnitudinem præceptorum, iudicium, & miſericordiam, & fidem. Culicem autem, decimas menthæ, anethi, & cymini, & reliquorum vilium holerum. Hæc contra præceptum Dei, quæ magna ſunt, deuoramus, atque negligimus, & opinionem religionis in paruis, quæ lucrum habent, diligentiam demonſtramus.

g ¶ *Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia mãdatis, &c.*] Diuerſis verbis, eodem ſenſu quo ſupra, arguit phariſæos ſimulationis atque mendacij, quod aliud oſtendant hominibus foris, aliud domi agant. Non quod in calice & paropſide eorum ſuperſtitio moraretur, ſed quod foris hominibus oſtenderent ſanctitatem, in habitu, in ſermone, in phylacteriis, in fimbriis, in orationum longitudine, & cæteris huiuſmodi: intrinſecus autem eſſent vitiorum ſordibus pleni.

h ¶ *Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ: &c.*] Quod in calice & paropſide demonſtrarat, eo quod foris loti eſſent, & intrinſecus ſordidi: hoc nunc per exemplum ſepulcrorum

replicat:

CANON C

ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis, quę à foris parent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. Sic & vos à foris quidem parens hominibus iuſti: intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.[m] Væ vobis [a] ſcribæ & phariſæi hypocritę: quia ędificatis ſepulchra prophetarum, & ornatis monumēta iuſtorum, & dicitis: Si fuiſſemus in diebus patrū noſtrorum, non fuiſſemus ſocii eorū in ſanguine prophetarum. Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis: quia filii eſtis eorū, qui prophetas occiderunt.[n] Et vos [b] implete menſurā patrum veſtrorum. Serpētes, [c] genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennę? [o] Ideo [d] ecce ego mitto ad vos prophetas & ſapiētes, & ſcribas: & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem, vt [e] veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zacharię filii Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare. Amen dico vobis: venient hęc omnia ſuper generationem iſtam. [p] Hieruſalem, [f] Hieruſalem, quę occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Ecce [g] relinquetur vobis domus veſtra

A

replicat: quod quomodo ſepulcra forinſecus lita ſunt calce, & ornata marmoribus, & auro coloribuſque diſtincta, intus autem plena ſunt oſſibus mortuorum: ſic & peruerſi magiſtri, qui alia docent, & alia faciunt, munditiam habitu veſtis, & verborum humilitate demonſtrant: intus autem pleni ſunt omni ſpurcitia, auaritia, & libidine. Denique manifeſtius hoc ipſum exprimit, inferens: *Sic & vos à foris quidem paretis hominibus iuſti: intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.*

a ¶ *Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia ædificatis ſepulchra prophetarum, &c.*] Prudentiſſimo ſyllogiſmo coarguit eos filios eſſe homicidarum, dum ipſi opinione bonitatis & gloriæ in populos, ſepulchra ædificant prophetarum, quos maiores eorum interfecerūt, & dicunt: Si fuiſſemus tempore illo, non feciſſemus ea, quæ fecerunt patres noſtri. Hoc autē etiam ſi ſermone non dicant, opere loquuntur ex eo, quod ambitioſe & magnifice ædificent memorias occiſorum, quos à patribus ſuis eſſe iugulatos non negant.

b ¶ *Et vos implete, &c.*] Probato ſuperioribus dictis, quod filii eſſent homicidarum, & eorum, qui prophetas occidiſſent, nunc concludit quod

B

voluerat, & quaſi extremam ſyllogiſmi partem ponit. *Et vos implete menſuram patrū veſtrum.* Quod illis defuit, vos adimplete. Illi interfecerunt ſeruos, vos Dominum crucifigite. Illi prophetas, vos eum, qui à prophetis prædicatus eſt.

Leu. 3. b

c ¶ ¶ *Serpentes, genimina viperarum, &c.*] Hoc ipſum & Ioannes Baptiſta dixerat. Sicut ergo de viperis naſcuntur viperæ, ſic de homicidis patribus, vos, inquit, nati eſtis homicidæ.

d ¶ *Ideo ecce ego, &c.*] Hoc quod antea dixeramus: implete menſuram patrum veſtrorum, ad perſonam Domini pertinere, eo quod occidendus eſſet ab eis: poteſt & ad diſcipulos eius referri, de quibus nunc dicit: Ecce ego mitto ad vos prophetas, & ſapientes, & ſcribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem: vt impleatis menſuram patrum veſtrorum. Simulque obſerua iuxta apoſtolū ſcribentem ad Corinthios, varia eſſe dona diſcipulorum Chriſti. Alios prophetas, qui ventura prædicent. Alios ſapiētes, qui nouerunt, quando debeant proferre ſermonem. Alios ſcribas in lege doctiſſimos: ex quibus lapidatus eſt Stephanus, Paulus occiſus, crucifixus Petrus, flagellati in actibus Apoſtolorum diſcipuli, & perſecuti eos ſunt de ciuitate in ciuitatem, expellentes de Iudæa, vt ad gentium populum tranſmigrarent.

Cor. 7. b

Act. 5. g

e ¶ *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtis, &c.*] De Abel nulla eſt ambiguitas, quin is ſit, quem Cain frater eius occiderit. Iuſtus autem non ſolum ex Domini nunc ſententia, ſed ex Geneſis teſtimonio comprobatur, vbi accepta eius à Deo narrantur munera. Quærimus quis iſte ſit Zacharias filius Barachiæ: quia multos legimus Zacharias. Et ne libera nobis tribueretur erroris facultas, additum eſt: quem occidiſtis inter tēplum & altare. In diuerſis diuerſa legi, & debeo ſingulorum opiniones ponere. Alii Zachariam filium Barachiæ dicūt, qui in duodecim prophetis vndecimus eſt:

Gen. 4.

Hieronym. Tom. 6.

patriſque in eo nomen conſentit: ſed vbi occiſus ſit inter templum & altare, ſcriptura non loquitur, maxime cum temporibus eius vix ruinæ templi fuerint. Alii Zachariam, patrem Ioannis intelligi volunt, ex quibuſdam apocryphorum ſomniis approbantes, quod propterea occiſus ſit, quia Saluatoris prædicauerit aduētum. Hoc quia de ſcripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Alii iſtum volunt eſſe Zachariam, qui occiſus eſt à Ioas rege Iudæ m 238 V
inter templum & altare, ſicut Regum narrat hiſtoria. Sed obſeruandum, quod ille Zacharias non ſit filius Barachiæ, ſed filius Ioiadæ ſacerdotis. Vnde & ſcriptura refert: *Non fuit recordatus Ioas patris eius Ioiadæ, quia ſibi feciſſet bona.* Cū ergo & Zachariam teneamus, & occiſionis conſentiat locus: quærimus quare Barachiæ dicatur filius, & non Ioiadæ? Barachia lingua noſtra, benedictus Domini dicitur: & ſacerdotis Ioiadæ iuſtitia, Hebręo nomine demonſtratur. In euangelio quo vtuntur Nazareni, pro filio Barachiæ, filiū Ioiadæ reperimus ſcriptum. Simpliciores fratres inter ruinas templi & altaris, ſiue in portarum exitibus, quæ Siloam ducunt, rubra ſaxa monſtrantes, Zachariæ ſanguine putant eſſe polluta. Non condemnamus errorē, qui de odio Iudæorum, & fidei pietate deſcendit. Dicamus breuiter, quare ſanguis Abel iuſti, vſque ad Zachariam filium Barachiæ ab illa generatione requiratur, cum neutrum eorum occiderit. Regula ſcripturarum eſt, duas generationes bonorum & malorum noſſe, hoc eſt, ſingulorum ſingulas. De bonis ſumamus exempla: *Quis aſcendet in montem Domini? aut quis requieſcet in monte ſancto eius?* Cumque plures qui aſcenſuri ſunt in montem Domini deſcripſiſſet, qui diuerſis fuere ætatibus, poſtea infert: Hæc eſt generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Iacob. Et in alio loco de omnibus ſanctis: *Generatio iuſtorum benedicetur.* De malis vero, vt in præſenti loco: Generatio viperarum. Et: Requirētur omnia à generatione iſta. Et in Ezechiele, cum peccata terræ deſcripſiſſet, ſermo propheticus adiecit: Si *Noe, & Iob & Daniel ibi fuerint inuenti, non dimittam peccata terræ illi:* Omnes iuſtos, qui ſimiles forēt virtutibus eorum, per Noe, & Iob, & Daniel, volens intelligi. Ergo & iſti, qui ſimilia Cain & Ioas contra apoſtolos geſſerint, de vna generatione eſſe referentur.

2. Par. 24. ;

n 239 X

o 240 V

ברכיה

יהוידע

p 241 V

D

Pſal. 23. a

Pſal. 111. a

Eze. 14. c

f ¶ *Hieruſalem, &c.*] Hieruſalem, non ſaxa & ædificia ciuitatis, ſed habitatores, quam plangit patris affectu, ſicut & in alio loco legimus, quod videns eam fleuerit. In eo autem quod dicit: *quoties volui congregare filios tuos:* omnes retro prophetas à ſe miſſos eſſe teſtatur. Gallinæ quoque ſimilitudinem congregantis ſub alas pullos ſuos, in cantico Deuteronomii legimus: *Sicut aquila protegit nidum ſuum, & ſuper pullos ſuos deſiderauit, expandens alas ſuas ſuſcepit eos, & tulit ſuper pennas ſuas.*

Luc. 19. f

Deut. 32. b Sec. 70.

g ¶ *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.*] Hoc ipſū ex perſona Hieremiæ iam ante dixerat: *Reliqui domum meā: dimiſi hæreditatem meam: facta eſt mihi hæreditas mea quaſi ſpelunca hyenæ.* Deſertam Iudæorum domum, id eſt, templum illud, quod fulgebat auguſtius, oculis comprobamus: quia habitatorem Chriſtum perdidit, & hæreditatem præripere geſtiens, occidit hæredem.

Hier. 12. b

CANON E
a ¶ *Dico enim vobis: non me videbitis à modo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.*] Ad Hieruſalem loquitur, & ad populum Iudæorum: Verſiculum autem iſtũ, quo & paruuli atque lactentes in ingreſſu Hieruſalem Domini Saluatoris vſi ſunt, quando dixerunt: *Benedictus qui*
a 242 II
venit in nomine Domini: Oſanna in excelſis: ſumpſit de centeſimo decimo pſalmo, qui manifeſte de aduentu Domini ſcriptus eſt. Et quod dicit, hoc vult intelligi: Niſi
b 243 II
pœnitentiam egeritis, & cõfeſſi fueritis ipſum me eſſe, de quo prophetæ cecinerũt, filium omnipotentis patris, meam faciem non videbitis. Habent Iudæi datum ſibi tempus pœnitentiæ, confiteantur benedictum, qui venit in nomine Domini, & Chriſti ora conſpicient.

terræ, & à vera fide ſeparatio, in hæreticis magis intelligi: qui contra ſe inuicem dimicantes, eccleſiæ victoriam faciunt. Quod autem dixit: Hæc autem omnia initia ſunt dolorum: melius transfertur, parturitionum, vt quaſi conceptus quidam aduentus Chriſti, non partus intelligatur. G ὠδίνων

ſtra deſerta. Dico [a] enim vobis, non me videbitis à malo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

CAPVT XXIV.

ET [a] T egreſſus Ieſus [b] de templo, ibat: Et acceſſerunt diſcipuli eius, vt oſtenderent ei ædificationes templi. Ipſe autem reſpondens, dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui nõ deſtruatur. [b] Sedente [c] autem eo ſuper monte Oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecreto, dicentes: Dic nobis quando hæc erunt: & quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſæculi? Et reſpondẽs Ieſus, dixit eis: Videte ne quis vos ſeducat. Multi enim [d] venient in nomine meo, dicẽtes: Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent. Audituri [e] enim eſtis prælia, & opiniones præliorũ, videte ne turbemini. Oportet enim hæc fieri, ſed nondum eſt finis. Conſurget [f] enim gens contra gentẽ, & regnum contra regnum: & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræ motus per loca. Hæc autem omnia initia ſunt dolorũ. [c] Tunc [g] tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnib. gentib. propter nomẽ meũ. [d] Et tunc ſcandalizabuntur multi, & inuicẽ tradent, & odio habebunt inuicẽ. Et multi pſeudoprophetæ ſurgẽt, & ſeducent multos: & quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorũ. Qui autem perſeuerauerit vſque in finẽ, hic ſaluus erit. [e] Et [i] prædicabitur hoc euangeliũ regni in vniuerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet conſummatio. [f] Cum ergo [k] videritis abominationẽ deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantẽ in loco ſancto: qui legit, intelligat. [g] Tunc [l] qui in Iudæa ſunt, fugiãt ad montes, & qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicã ſuã. [h] Væ

CAP. XXIV.

ET *egreſſus Ieſus de templo, &c.*] Iuxta hiſtoriã manifeſtus eſt ſenſus. Recedente autem Domino de tẽplo, omnia legis ædificia, &
c 244 I
compoſitio mandatorum ita deſtructa eſt, vt nihil à Iudæis poſſit impleri: & capite
d 245 X.
ſublato, vniuerſa inter ſe membra compugnent.
F

c ¶ *Sedente autem eo ſuper montem Oliueti, acceſſerũt ad eum diſcipuli ſecreto, dicentes: Dic nobis quãdo hæc*
e 246 VI
erunt: & quod ſignum aduẽtus tui, & conſummationis ſæculi? Et reſpondens Ieſus
f 247 VI.
dixit eis: Videte ne quis vos ſeducat.] Sedit in monte Oliueti, vbi verum lumen
g 248 II
ſcientiæ naſcebatur: & accedunt ad eum diſcipuli ſecreto: qui myſteria, & futurorũ reuelationem noſſe cupiebant, & interrogãt tria. Quo tempore Hieruſalẽ deſtruenda ſit, quo venturus Chriſtus, quo conſummatio ſæculi futura ſit.

g ¶ *Tunc tradent vos in tribulationem, &c.*] Per apoſtolos omnium credẽtium perſona ſignatur: non quod eo tempore apoſtoli in corpore reperiendi ſint.

h ¶ *Et quoniam, &c.*] Non omnium negauit fidem, ſed multorum. *Multi enim vocati, pauci vero electi.* Nam in Sup.50.b
apoſtolis & ſimilibus eorum permanſura eſt charitas, de qua ſcriptum eſt: *Aquæ multæ non poterunt extinguere* Cant.8.c
charitatem. Et ipſe Paulus: *Quis nos ſeparabit à charitate* Rom 8 g
Chriſti, tribulatio, an anguſtia, an fames? & reliqua.

i ¶ *Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerſo orbe, &c.*] Signum Dominici aduentus eſt euangelium in toto orbe prædicari, vt nullus ſit excuſabilis: quod aut iam completũ, aut in breui cernimus eſſe complendũ. Non enim puto aliquam remanſiſſe gentem, quæ Chriſti nomen ignoret. Et quamquam non habuerit prædicatorem, tamen ex vicinis H
nationibus, opinionem fidei non poteſt ignorare.

k ¶ *Cum ergo, &c.*] Quando ad intelligentiam prouocamur, myſticum monſtratur eſſe quod dictum eſt. Legimus autem in Daniele hoc modo: *Et in dimidio hebdomadis auferetur ſacrificium &* Dan 9.g Sec.70.
libamina, & in templo abominatio deſolationum erit vſque ad conſummationem temporis: & conſummatio dabitur ſuper ſolitudinem. De hoc & Apoſtolus loquitur, quod homo iniquitatis & aduerſarius, eleuandus ſit contra omne quod dicitur Deus, & colitur: ita vt audeat ſtare in templo Dei, & oſtendere quod ipſe ſit Deus, cuius aduentus ſecundum operationem deſtruat eos, & ad Dei ſolitudinem redigat, qui ſe ſuſceperint. Poteſt autem ſimpliciter aut de Antichriſto accipi, aut de imagine Cæſaris, quam Pilatus poſuit in templo, aut de Hadriani equeſtri ſtatua, quæ in ipſo ſancto ſanctorum loco vſque in præſentem diem ſtetit. Abominatio quoque ſecundum veterem ſcripturam, idolum nuncupatur: & idcirco additur deſolationis, quod in deſolato templo atque deſtructo idolum poſitum ſit. 2.Theſſ.2

d ¶ *Multi enim venient, &c.*] Quorum vnus eſt Simon Samaritanus, quem in actibus apoſtolorum legimus, qui ſe magnam dicebat eſſe Dei virtutem: hæc quoque inter cætera in ſuis voluminibus ſcripta dimittens: Ego ſum ſermo Dei, ego ſum ſpecioſus, ego paracletus, ego omnipotens, ego omnia Dei. Sed & Ioannes Apoſtolus in epiſtola ſua loquitur: *Audiſtis, quia Antichriſtus venturus eſt:* nunc autem Antichriſti multi ſunt. Ego reor omnes hæreſiarchas Antichriſtos eſſe, & ſub nomine Chriſti ea docere, quæ contraria ſunt Chriſto. Nec mirum, ſi aliquos ab his videamus ſeduci, cum Dominus dixerit: *Et multos ſeducent.*
Act.8.b
1.Ioan.2.c

e ¶ *Audituri enim eſtis, &c.*] Cum hæc igitur fieri viderimus, non putemus diem inſtare iudicij, ſed in tempus aliud reſeruari, cuius ſignum perſpicue in conſequentibus ponitur.

f ¶ *Conſurget, &c.*] Non ambigo, & hæc quidem iuxta literam futura quæ ſcripta ſunt: ſed mihi videtur regnum cõtra regnũ: & peſtilentia eorum, quorum ſermo ſerpit vt cãcer, & fames audiendi verbum Dei, & commotio vniuerſæ

l ¶ *Tunc hi, qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: &c.*] Abominatio deſolationis intelligi poteſt, & omne dogma peruerſum: quod cum viderimus ſtare in loco ſancto, hoc eſt, in eccleſia, & ſe oſtendere Deum, debemus fugere de Iudæa ad mõtes, hoc eſt, dimiſſa occidente litera & Iudaica prauitate, appropinquare montibus æternis, & de quibus illuminat mirabiliter Deus, & eſſe in tecto & in domate, quo non poſſunt ignita diaboli iacula peruenire, nec deſcendere & tollere aliquid de domo cõuerſationis priſtinæ, nec quærere Mich. 3.a Sec.70. Pſal.75.c
quæ

A quæ tectorum ſunt, ſed magis ſerere in agro ſpiritualium ſcripturarum, vt fructus capiamus ex eo. Nec tollere alterā tunicam, quam Apoſtoli habere prohibētur. De hoc loco, id eſt, de abominatione deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtante in loco ſancto, multa Porphyrius tertio decimo operis ſui volumine cōtra nos blaſphemauit: cui Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus, tribus reſpondit voluminibus, decimo octauo, decimo nono, & vigeſimo. Apollinarius quoque ſcripſit pleniſſime: ſuperflueque conatus eſt vno capitulo velle diſſerere, de quo tantis verſuum milibus diſputatū eſt. Marc. 6. b

ʰVæ autem ᵃ prægnantibus, & nutrientibus in h 249
illis diebus. ⁱOrate ᵇ autem, vt non fiat fuga veſtra II
hyeme, vel ſabbato. ᵏ Erit enim tunc tribulatio i 250
magna, qualis nō fuit ab initio mundi vſque mo- VI
do, neque fiet. ˡ Et niſi breuiati ᶜ fuiſſent dies illi, k 251
non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos II.
breuiabuntur dies illi. ᵐ Tunc ᵈ ſi quis vobis di- l 252
xerit: ecce hic eſt Chriſtus, aut illic: nolite crede- VI
re. ⁿSurgent enim. ᵉPſeudochriſti, & Pſeudopro- m 253
phetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia: ita vt II
in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam ele- n 254
cti. Ecce prædixi vobis. ᵒ Si ergo ᶠ dixerint vobis: VI
ecce in deſerto eſt, nolite exire: ecce in penetra-
lib., nolite credere. ᵖ Sicut enim ᵍ fulgur exit ab o 255
Oriente, & paret vſque in Occidentem: ita erit & V
aduentus filij hominis. ᑫ Vbicunque ʰ fuerit cor-
pus, illac congregabuntur & aquilæ. ʳ Statim p 256
ⁱ autem poſt tribulationem dierum illorum, Sol V
obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum: &
ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorū com- q 257
mouebuntur, & tunc ᵏ parebit ſignū filij homi- V
nis in cœlo. ˢ Et tunc ˡ plangent omnes tribus ter-
ræ, & videbunt filiū hominis venientem in nu- r 258
bibus cœli cum virtute multa, & maieſtate. Et II
mittet ᵐ angelos ſuos cum tuba & voce magna
& congregabunt electos eius à quatuor ventis,
à ſummis cœlorum vſque ad terminos eorum. s 259
Ab arbore ⁿ autem fici diſcite parabolam: cum II
iam

a ¶ *Væ autem*, &c.] Væ illis animabus, quæ non in perfectum virum ſua genimina perduxerunt: ſed initia habent fidei, vt enutritione indigeant magiſtrorum. Hoc quoque dici poteſt, quod in perſecutione Antichriſti, ſeu Romanæ captiuitatis, prægnantes & nutrientes vteri, & filiorum ſarcina prægrauati, expeditam fugam habere non quiuerint.

b ¶ *Orate autem*, &c.] Si de captiuitate Hieruſalem voluerimus accipere, quando à Tito & Veſpaſiano capta eſt, orare debent, ne fuga eorū hyeme vel ſabbatho fiat: qui in altero duritia frigoris B prohibet ad ſolitudines pergere, & in montibus deſertiſque latitare. In altero, aut tranſgreſſio legis eſt, ſi fugere voluerint: aut mors imminens, ſi remanſerint. Si autem de conſummatione mundi intelligitur: hoc præcipit, vt non refrigeſcat fides noſtra, & in Chriſtum charitas: neque vt otioſi in opere Dei torpeamus virtutum ſabbatho.

c ¶ *Et niſi*, &c.] Abbreuiatos dies non ſecundum deliramenta quorundam (qui putant temporum momenta mutari, nec recordantur illius ſcripti: *Ordinatione tua permanet dies*) ſed iuxta temporum qualitatem ſentire debemus, id eſt, abbreuiatos non menſura, ſed numero, vt quomodo in benedictione dicitur: *Longitudine dierum replebo eum*: ſic & nunc abbreuiati dies intelligantur: ne temporum mora, fides concutiatur credentium. Pſal. 118. m Pſal. 90. a

d ¶ *Tunc ſi quis*, &c.] Multi captiuitatis Iudaicæ tempore principes extitere, qui Chriſtos eſſe ſe dicerent, in tantum vt obſidentibus Romanis tres intus fuerint factiones. Sed melius de conſummatione mundi intelligitur.

e ¶ *Surgent enim*, &c.] Tripliciter, vt ante iam dixi, locus hic diſſerendus eſt, aut de tempore obſidionis Romanæ, aut de conſummatione mundi, aut de hæreticorum contra Eccleſiam pugna, & iſtiuſmodi Antichriſtis, qui ſub opinione falſæ ſcientiæ contra Chriſtum dimicant.

f ¶ *Si ergo*, &c.] Si quis promiſerit vobis, quod in deſerto gentilium, & Philoſophorum dogmate Chriſtus moretur: aut in hæreticorum penetralibus, qui Dei pollicentur arcana, nolite exire, nolite credere: ſiue (quia perſecutionis & anguſtiarum tempore ſemper Pſeudoprophetæ decipiendi inueniunt locum) ſi quis ſub nomine Chriſti ſe iactare voluerit, non ſtatim accommodetis fidem.

g ¶ *Sicut enim fulgur exit ab Oriēte, & paret vſq; in Occidentem: ita erit & aduentus filij hominis.*] Nolite exire, nolite credere, quod filius hominis vel in deſerto gentium ſit, vel in penetralibus hæreticorum: ſed quod ab Oriente vſque in Occidentem fides eius in Catholicis Eccleſiis fulgeat. Hoc quoque dicendum, quod ſecundus Saluatoris aduentus nō in humilitate vt prius, ſed in gloria demonſtrandus ſit. Stultum eſt itaque eum in paruo loco, vel abſcondito quærere, qui totius mundi lumen ſit. C CANON

h ¶ *Vbicunque fuerit*, &c.] De exemplo naturali, quod quotidie cernimus, Chriſti inſtruimur ſacramento. Aquilæ & vultures etiā trans maria dicuntur ſentire cadauera, & ad eſcam huiuſcemodi congregari. Si ergo irrationabiles volucres naturali ſenſu tantis terrarū ſpaciis & maris fluctibus ſeparatæ, paruum cadauer ſentiunt, vbi iaceat: quanto magis nos, & omnis multitudo credentium debet feſtinare ad eum, cuius fulgur exit ab Oriente, & paret vſque ad Occidentem? Poſſumus autem corpus, id eſt, *πτῶμα*: quod ſignificantius Latine dicitur, cadauer, ab eo quod per mortem cadat, paſſionē Chriſti intelligere ad quam prouocamur, vt vbicunque in ſcripturis legitur, congregemur, & per illam venire poſſimus ad verbum Dei, vt eſt illud: *Foderunt manus meas & pedes meos.* Et in Eſaia: *Sicut ouis ad victimam ductus*, & cætera his ſimilia. Aquilæ autem appellantur ſancti, quibus innouata eſt iuuentus vt aquilæ: & qui iuxta Eſaiam plumeſcunt, & aſſumunt alas, vt ad Chriſti veniant paſſionem. Pſal. 21. d Eſa. 53. c Pſal. 102. a Eſa. 40. g D

i ¶ *Statim autem*, &c.] Sol & luna obſcurabuntur, & non dabunt lumen ſuum: & cætera aſtra cadent de cœlo, virtuteſque cœlorum commouebūtur, non diminutione luminis (alioquin legimus Solem ſeptuplum habiturum luminis) ſed quod ad comparationem veræ lucis omnia viſa tenebroſa ſint. Si itaque iſte Sol, qui nunc per totum orbem rutilat, & luna quæ ſecundum eſt luminare: & ſtellæ, quæ ad ſolatium noctis accenſæ ſunt, omneſque virtutes, quas angelorum multitudines intelligimus, in aduentu Chriſti in tenebras reputabuntur, deciuiatur ſupercilium eorum, qui ſe ſanctos arbitrantes, præſentiam iudicis non formidant. Eſa. 30. f

k ¶ *Et tunc*, &c.] Signum hic, aut crucis intelligamus, vt videant (iuxta Zachariam & Ioannem) Iudæi quem compūxerunt: aut vexillum victoriæ triumphantis. Zach. 12. e Ioan. 19. g

l ¶ *Et tunc plangent omnes*, &c.] Plangent hi qui municipatum non habuere in cælis, ſed ſcripti ſunt in terra.

m ¶ *Et mittet angelos*, &c.] De hac tuba & Apoſtolus loquitur, & in Apocalypſi Ioannis legimus: & in veteri Teſtamento, tubæ ductiles ex auro, & ære, argentoque fieri præcipiuntur, vt ſublimia doctrinarum reſonent ſacramenta. 1 Cor. 15. g 1. Theſſ. 4. d Apocal. 8. Num. 10. a

n ¶ *Ab arbore autem fici diſcite parabolam: &c.*] Sub exemplo arboris, docuit conſummationis aduentum. Quomodo, inquit, quando teneri fuerint in arbore ficus cauliculi, & gemma erumpit in florem, cortexque folia parturit, intelligitis æſtatis aduentum, & Fauonij ac veris introitum. Ita cū hæc omnia, quæ ſcripta ſunt, videritis, nolite putare

G

CANON E iam adeſſe conſummationem mondi, ſed qoaſi prœmia & prçcurſores quoſdam venire, vt oſtendant, quod prope ſit & in ianuis.

mittat, vt fides credentium comprobetur, vtrum tranſactis malis ſperent iudicem eſſe venturum. Hoc eſt enim, qood in Paulo legimus: *Quando dixerint, pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus*: ſicut dolor parturientis, & oon effugient. 1. Theſſ. 5.

iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis, quia propè eſt æſtas. Ita & vos, cum videritis hæc omnia, ſcirote, quia propè eſt in ianuis. Amen [a] dico vobis, quia non præteribit generatio hęc, donec omnia iſta fiant. Cœlum [b] & terra tranſibunt: verba autem mea non præteribunt. [t] De [c] die autem illa, & hora, nemo ſcit: neque angeli cœlorũ, niſi ſolus pater [u] Sicut [d] autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filii hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, vſque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerũt, donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus filii hominis. [x] Tunc [e] duo erunt in agro: vnus aſsumetur, & vnus relinquetur. Duç molentes in mola: vna aſsumetur, & vna relinquetur. [y] Vigilatę [f] ergo: quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. [z] Illud autem ſcitote: quoniam ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur venturus eſset: vigilaret vtique, & non fineret perfodi domum ſuam. Ideo & vos [g] eſtote parati: quia neſcitis qua hora filius hominis venturus eſt. [a] Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus eius ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore? [b] Beatus ille ſeruus, quem cum venerit Dominus eius, inuenerit ſic facientem. Amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. [c] Si autem [h] dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo, moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere conſeruos ſuos: manducet autem & bibat cum ebriis: veniet [i] Dominus ſerui illius, in die qua non ſperat, & hora quã ignorat: & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis. Illic erit fletus & ſtridor dentium.

CAP.

a ¶ *Amen dico vobis, quia*, &c.] Supra diximus generationes bonorum & econtrario malorum eſſe ſingulas. Igitur aut omoe genus hominuio ſignificat, aut ſpecialiter Iudæorum.

b ¶ *Cœlum & terra*, &c.] Cœlum & terra tranſibunt
t 260 VI. immutatione, non abolitione ſui: alioquin quomodo
u 261 V Sol obſcurabitur, & luna nõ dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadeot: ſi cœlum, in quo iſta ſunt, terraque noo fuerit.

c ¶ *De die autem illa*, &c.]
x 262 V In quibuſdam Latinis codicibus additum eſt, neque filius: cum in Græcis, & maxime Adamantij & Pirij exẽ-
y 263 VI plaribus hoc non habeatur aſcriptum: ſed quia in nonnullis legitur, diſſerendum videtur. Guepta Arius & Eu-
z 264 II nomius: quaſi ignorãtia magiſtri, gloria diſcipulorũ ſit, & dicunt. Non poteſt æqua-
a 265 V lis eſſe qui nouit, & qui ignorat. Contra quos breuiter iſta dicẽda ſunt, cum om-
b 266 V nia tẽpora fecerit Ieſus, hoc eſt, verbum Dei: *Omnia enim*
Ioan. 1. a F *per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil*: In omni-
e 267 V bus autem temporibus, etiã dies iudicij ſit: qua cooſequentia poteſt eius ignorare partem, cuius totum nouerit? Hoc quoque dicendum eſt: Quid eſt maius, notitia patris, an iudicij? Si maius nouit, quomodo ignorat, quod maius eſt? Scriptum le-
Luc. 10. c gimus *Omnia, quæ patris sũt, mihi tradita ſunt*. Si omnia patris filii ſunt, qua ratione vnius ſibi diei notitiam reſeruauit, & noluit eam cõmunicare cum filio? Sed & hoc inferendũ: Si nouiſſimũ diem tẽporum ignorat, ignorat & penultimum, & retrorſum omnes. Non enim poteſt fieri, vt qui primum ignorat, ſciat, quid ſecundum ſit. Igitur quia probauimus non ignorare filium conſummationis diem, cauſa reddenda eſt, cur ignorare dicatur. Apoſtolus ſuper
Col. 2. a Saluatore ſcribit: *In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi* Sunt ergo omnes theſauri in Chriſto ſapientiæ & ſcientiæ: ſed abſconditi ſunt. Quare abſconditi ſunt? Poſt reſurrectionẽ interrogatus ab Apoſtolis, de die, manifeſtius reſpondit. *Non eſt veſtrum ſcire tẽpora vel mo-*
Act. 1. a *menta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate*. Quando dicit, non eſt veſtrum ſcire, oſtendit, quod ipſe ſciat, ſed non expediat noſſe Apoſtolis: vt ſemper incerti de aduentu iudicis, ſic quotidie viuant, quaſi die alia iudicandi ſint. Denique & conſequens Euangelij ſermo idipſum cogit iotelligi: dicẽs quoque patrem ſolum noſſe, in patre comprehendit & filium. Omnis enim pater filij nomen eſt.

d ¶ *Sicut*, &c.] Quæritur, quomodo ſupra ſcriptũ ſit. Surget enim gẽs contra gentẽ, & regnũ contra regnum, & erunt peſtilentiæ & fames, & terræmotus, & nunc ea futura memorẽtur, quæ pacis indicia ſunt. Sed exiſtimandũ iuxta Apoſtolũ, quod poſt pugnas, & diſſenſiones, peſtilentias, & fames & terræmotus, & cætera quibus genus vaſtatur humanũ, breui ſubſecutura ſit pax: quæ quieta omnia repro-

e ¶ *Tunc duo erunt in agro: vnus aſſumetur*, &c.] Tuoc, inquit, duo erunt in agro, quãdo tempore videlicet conſũmationis atque iudicij, duo io agro pariter inuenientur eundem habentes, laborem, quaſi parem ſementem, ſed fructus laboris non æque recipientes. Duæ quoque molentes ſimul erunt: vna aſſumetur, & vna relinquetur. In duobus qui in agro commorantur, & in duabus quæ pariter molunt: vel Synagogam intellige, vel Eccleſiã: quod ſimol molere videantur in lege, & de eiſdem ſcripturis farinam terere præceptorum Dei: vel cæteras hæreſes, quę de vtroque Teſtamento, aut de altero videntur molere farinam doctrinarum ſuarum: & cum vnum nomioisChriſtiani propoſitum habeant, non eandem mereedem recipient, aliis aſſumptis & aliis derelictis.

f ¶ *Vigilate ergo*, &c.] Perſpicue oſtendit, quare ſupra dixerit: De die autem illa & hora nemo ſcit, oeque filius hominis, neque angeli, niſi pater ſolus: quod non expediat ſcire Apoſtolis, vt pendulæ expectationis incerto, ſemper eum credant eſſe vẽturum, quem ignorant, quãdo venturus ſit. Et non dixit: quia neſcimus, qua hora vẽturus ſit Dominus, ſed neſcitu. Præmiſſoque patrisfamilias exemplo, cur reticeat conſummationis diem, manifeſtius docet, dicens. H

g ¶ *Ideo & vos*, &c.] Plenius inculcat & replicat: quare de die coonſummationis & hora, nec angelos cœlorum ſcire prædixerit, ſed ſolum patrem, quod non expediat ſcire Apoſtolis: & exemplum patrisfamilias, hoc eſt, ſui & fideliũ ſeruorum, id eſt, Apoſtolorum ad cohortationem ſolicitæ mentis interſerit: vt ſpe præmiorum miniſtrent conſeruis in tempore ſuo cibaria doctrinarum.

h ¶ Si *autem dixerit*, &c.] Ex ſuperioribus pendet: quod ſicut ſolicitus ſeruus & ſemper aduentum Domini præſtolans, tradit conſeruis cibaria in tempore ſuo, & poſtea ſuper omnia bona patrisfamilias conſtituitur: ita è contrario, qui iuxta Ezechielem dixit: In tempora longa fiet iſtud, Ezec. 12. f
& non putat Dominum cito eſſe vẽturum, factus ſecurior, vocat epulis atque luxuriæ, & non lenem patremfamilias, ſed ſeueriſſimum ſentiet iudicem.

i ¶ *Veniet Dominus ſerui illius, in die qua non ſperat, & hora qua ignorat, & diuidet eũ*, &c.] Hoc ipſum docet, vt ſciant, quando non putatur Dominus, tunc eum eſſe venturum, & vigilantiæ ac ſolicitudinis diſpenſatores admonet. Porro quod dicit, diuidet eum: oon qoo gladio eum diſſecet, ſed

quõ

A quo à ſanctorum conſortio eum ſeparet:& partem eius ponat cum hypocritis:cum his videlicet, qui erant in agro, & qui molebant:& nihilominus derelicti ſunt. Sæpe diximus hypocritam aliud eſſe,aliud oſtendere:ſicut & in agro & in mola idem videbatur facere,quod Eccleſiaſticus vir,ſed exitus diuerſæ voluntatis apparuit.

d ¶ *Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ:& ornauerunt*&c.] Omnes virgines ſurrexerunt, & ornauerunt vnaquæque lampades ſuas, id eſt,ſenſus, in quibus oleum ſcientiæ recipiebant: vt alerent opera virtutum, quæ ante verum iudicem refulgerent. CANON

CAPVT XXV.

TVnc[a] ſimile erit regnum cœlorum decem virginibus : quę accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo & ſponsę. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum Prudentes vero acceperunt oleum in vaſis ſuis,cum lampadibus. Moram[b] autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media[c] autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit, exite obuiam ei Tunc ſurrexerunt[d] omnes virgines illę, & ornauerunt lampades ſuas. Fatuę[e] autem ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtrę extinguuntur. Reſponderunt[f] prudentes, dicentes. Ne forte non ſufficiat nobis & vobis: ite potius[g] ad vendentes, & emite vobis. Dum[h] autem irent emere, venit ſponſus, & quæ paratæ[i] erant, intrauerunt cum eo ad nuptias,& clauſa eſt ianua. Nouiſſimè[k] vero veniunt & reliquę virgines, dicentes: Domine, domine, aperi nobis. At ille reſpondens[l] ait: Amen dico vobis, neſcio vos. Vigilate[m] itaque, quia neſcitis diem, neque horam. [b] Sicut[n] enim homo peregre proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos,& tradidit illis bona ſua.

CAPVT XXV.

TVnc[a] *ſimile erit*, &c.] Hanc parabolam, id eſt, ſimilitudinē decem virginum fatuarum atque prudentium, quidam ſimpliciter in virginibus interpretātur: quarum aliæ iuxta Apoſtolum, & corpore & mente ſunt virgines: aliæ virginitatem tantum corporum reſeruantes, vel cætera opera non habent propoſito ſuo ſimilia: vel parentum cuſtodia reſeruatæ, nihilominus mente nupſerunt. Sed mihi videtur ex ſuperioribus alius ſenſus eſſe, qui dicitur: & nō ad virginalia corpora, ſed ad omne hominum genus cōparatio pertinere. Sicut enim duo in agro, & duæ molentes, duos ſignificant populos, Chriſtianorum & Iudæorum, ſiue ſanctorum & peccatorum, qui in Eccleſia conſtituti, videntur quidem & ipſi arare & molere, ſed cuncta in hypocriſi faciunt: (1. Cor. 7.)

e ¶ *Fatuæ autem ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo veſtro: &c.*] Quæ lampades ſuas queruntur extingui, oſtendunt eas ex parte lucere: & tamen non habent lumen indeficiens,nec opera perpetua. Siquis igitur habet animam virginalem, & amator eſt pudicitiæ, non debet mediocribus eſſe contentus,quę cito exoleſcūt,& exorto cauſmate areſiunt, ſed perfectas virtutes ſequatur, vt lumen habeat ſempiternum. a 268 X

f ¶ *Reſponderunt prudentes*, &c.] Hoc non de auaritia,ſed de timore reſpondent. Vnuſquiſque enim pro operibus ſuis mercedem recipiet: neque poſſunt in die iudicij aliorum virtutes, aliorum vitia ſubleuare. Et quomodo tempore Babyloniæ captiuitatis, Hieremias peccatores iuuare non potuit, & dicitur ad eum: Ne oraueris pro populo iſto: ſic formidoloſa erit illa dies, cum vnuſquiſque pro ſemetipſo ſolicitus erit. b 269 II Hier. 7.A

B ſic & nunc decem virgines omnes homines complectuntur,qui videntur Deo credere,& applaudunt ſibi in ſcripturis ſanctis, tam Eccleſiaſticos quàm Iudæos atque hæreticos. Qui idcirco omnes virtutes appellantur:quia glorian tur in vnius Dei notitia, & mens eorum idololatriæ turba non conſtupratur. Oleum habent virgines,quæ iuxta fidem & operibus adornantur. Non habent oleum,quæ videntur ſimili quidem fide Dominum confiteri, ſed virtutum opera negligunt. Poſſumus quinque virgines ſapientes & ſtultas, quinque ſenſus interpretari:quorum alij feſtinant ad cœleſtia & ſuperna deſiderant:alij terrenis fecibus inhiantes, fomenta non habent veritatis, quibus ſua corda illuminent. De viſu & auditu & tactu ſpiritualiter dictum eſt: *Quod vidimus, quod audiuimus, quod oculis noſtris perſpeximus : & manus noſtræ palpauere*. De guſtu: *Guſtate,& videte,quoniā ſuauis eſt* Dominus. De odoratu: *In odorem vnguentorum tuorum currimus*. Et: *Chriſti bonus odor ſumus*. (1. Ioan. 1.a; Pſal. 33.b; Cantic. 1.a; 2. Cor. 2.d)

b ¶ *Moram autem*,&c.] Non enim parum temporis inter priorem & ſecundum aduentum Domini prætergreditur. Omnes dormitauerunt, id eſt, mortuæ ſunt,quia ſanctorū mors,ſomnus appellatur. Conſequēter autem dicitur, dormierunt, qui poſtea ſuſcitandæ ſunt.

c ¶ *Media autem*, &c.] Subito enim quaſi intempeſta nocte & ſecuris omnibus, quando grauiſſimus ſopor eſt, per angelorum clamorem. & tubas præcedentium fortitudinum, Chriſti reſonabit aduentus. Dicamus aliquid quod forſitan lectori vtile ſit. Traditio Iudæorum eſt, Chriſtum media nocte venturum in ſimilitudinem Ægypti temporis, quādo paſcha celebratum eſt, & exterminator venit,& Dominus ſuper tabernacula tranſiit, & ſanguine agni poſtes noſtrarum frontium conſecrati ſunt: Vnde reor & traditionē Apoſtolicam permanſiſſe, vt in die vigiliarum paſchæ ante noctis dimidium, populos dimittere non liceat, expectantes aduentum Chriſti. Et poſtquam illud tempus tranſierit, ſecuritate præſumpta, feſtum cunctos agere diem. Vnde & Pſalmiſta dicebat: *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſtificationis tuæ*. (Exod. 12.a; Pſal. 118.h)

D g ¶ *Ite potius*,&c.] Venditur hoc oleum, & multo emitur pretio,ac difficili labore conquiritur: quod in eleemoſynis cunctiſque virtutibus & conſiliis intelligimus magiſtrorum.

h ¶ *Dum autem*,&c.] Dant quidem quaſi prudentes conſilium,quod non debeant ſine oleo lampadarum ſponſo occurrere: verum quia iam emendi tempus exceſſerat, & adueniente iudicij die, locus non erat pœnitentiæ, Pſalmiſta dicente: *In inferno autem quis confitebitur tibi?* non noua opera patrare, ſed præteritorum coguntur rationē exoluere. Pſal. 6.a

i ¶ *Et quæ paratæ erant*,&c.] Poſt iudicij diem, bonorum operum,& iuſtitiæ occaſio non relinquitur.

k ¶ *Nouiſſime vero*,&c.] Egregia quidem in Domini appellatione confeſſio, idemque repetitum, indicium fidei eſt. Sed quid prodeſt voce inuocare,quem operibus neges?

l ¶ *At ille reſpondens*,&c.] *Nouit Dominus eos,qui eius ſunt: & qui ignorat,ignorabitur*: Neſcit Dominus operarios iniquitatis,& licet virgines ſint, & ſecundum duplicem intelligentiam de corporis puritate, & de confeſſione veræ glorientur fidei: tamen quia oleum non habent ſcientiæ, ſufficit eis pro pœna,quod ignorantur à ſponſo. 2. Tim. 2.c; 1. Cor. 14.g

m ¶ *Vigilate itaque*, &c.] Prudentem ſemper admoneo lectorem,vt non ſuperſtitioſis acquieſcat interpretationib., & quæ commatice pro fingentium dicuntur arbitrio: ſed conſideret priora, media,& ſequentia: & nectat ſibi vniuerſa,quæ ſcripta ſunt. Ex hoc ergo quod infert: *Vigilate. quia neſcitis diem neque horam*, intelliguntur vniuerſa, quæ dixit, id eſt,de duobus qui in agro ſunt,& de duabus molentibus, & de patreſamilias qui ſeruo ſuo credidit ſubſtantiam,& de decem virginibus, ideo parabolas eſſe præmiſſas; vt quia ignoramus omnes iudicij diem, ſolicite nobis lumen bonorum operum præparemus: ne dum ignoremus, iudex veniat.

n ¶ *Sicut.n. homo peregre proficiſcēs, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinq; talēta,alij autē duo,alij*

CANON E *vero vnum*, &c.] Homo iſti paterfamilias, haud dubium quin Chriſtus ſit, qui ad patrem poſt reſurrectionem victor aſcendens, vocatis Apoſtolis, doctrinam Euangelicam tradidit, non pro largitate & parcitate alteri plus, & alteri minus tribuens, ſed pro accipientium viribus: quomodo &
1.Cor.3.a c 270 V Apoſtolus eos qui ſolidum cibum capere non poterant, lacte potaſſe ſe dicit. Denique & illum qui de quinque talẽtis, decem fecerat, & qui de duobus quatuor, ſimili recepit gaudio: non conſiderãs lucri magnitudinem, ſed ſtudij voluntatem. In quinque & duobus & vno talento, vel diuerſas gratias intelligamus (quæ vnicuique traditæ ſunt) Vel in primo, omnes ſenſus examinatos: In ſecundo, intelligẽtiam & opera: In tertio, rationem, qua homines à beſtiis ſeparamur.

a ¶ *Abiit autem, qui quinque talenta acceperat*, &c.] Acceptis terrenis ſenſibus cœleſtium ſibi notitiam duplicauit: ex creaturis intelligens creatorem, ex corporalibus incorporalia, ex viſibilibus inuiſibilia, ex breuibus æterna.

b ¶ *Similiter, qui duo acceperat*, &c.] Et iſte pro viri-
F bus quidquid in lege didicerat, in Euangelio duplicauit:
d 271 II Siue ſcientiam & opera præſentis vitæ, futuræ beatitudinis typos intellexit.

c ¶ *Qui autem*, &c.] Nequã
e 272 V ſeruus terrenis operibus & ſeculi voluptate, Dei præcepta neglexit & polluit: quã-
f 273 X quã in alio Euangeliſta ſcri-
Luc.19.d ptum ſit, quod in ſudario ligauerit, id eſt, doctrinam patrisfamilias molliter & delicate viuendo eneruarit.

ſuæ.[c] Et vni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero vnum: vnicuique ſecundum propriã virtutem, & profectus eſt ſtatim. Abiit[a] autem qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. Similiter[b] qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo. Qui[c] autem vnum acceperat, abiens fodit in terram: & abſcondit pecuniam Domini ſui. Poſt[d] multum vero temporis venit Dominus ſeruorum illorum, & poſuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens. Domine, quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Ait illi[e] dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtitutam: intra in gaudium Domini tui. Accedens autem & qui duo talenta acceperat, ait: Domine, duo talenta tradidiſti mihi: ecce alia duo lucratus ſum Ait illi dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtitutam: intra in gaudium Domini tui. Accedens[f] autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, ſcio, quia homo durus es: metis vbi non ſeminaſti: & congregas vbi non ſparſiſti: & timens abii, & abſcondi talentum tuum in terra. Ecce habes, quod tuum eſt. Reſpondens[g] autem Dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, ſciebas, quia meto, vbi non ſemino, & congrego, vbi non ſparſi: Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis: & veniens ego recepiſſem vtique quod meum eſt cum vſura. Tollite itaque ab eo talentum: & date ei, qui habet decem talenta. Omni enim[h] habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem[i] ſeruum eiicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & ſtridor dentium.[f] Cum[k] autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper

d ¶ *Poſt multum vero*, &c.] Grande tempus eſt inter aſcenſionem Saluatoris, & ſecundum eius aduentum. Si autem Apoſtoli reddituri ſunt rationem, quid nos oportet facere?

e ¶ *Ait illi Dominus eius*: &c.] Vtrique ſeruo (vt ante iam dixi) & qui de quinque talentis, decem fecerat, & qui de duobus quatuor, idem patris familias ſermo blanditur. Et notandum quod omnia, quæ in præſenti habemus, licet magna videantur & plurima, tamen comparatione futuro-
1.Cor.2.c rum, parua & pauca ſunt. *Intra*, inquit, *in gaudium Domini tui*: & ſuſcipe, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, neç in cor hominis aſcenderunt. Quid autem poteſt maius dari fideli ſeruo, quam eſſe cum Domino, & videre gaudium Domini ſui.

f ¶ *Accedens*, &c.] Vere quod ſcriptum eſt: *Ad excuſandas*
Pſal.140.a *excuſationes in peccatis*, etiam huic ſeruo contigit, vt ad pigritiam & negligentiam, ſuperbiæ quoque crimen accederet. Qui enim ſimpliciter debuit inertiam confiteri & orare patrem familias: econtrario calumniatur, & dicit ſe prudenti feciſſe conſilio, ne dum lucra pecuniæ quæreret, etiam de ſorte periclitaretur.

g ¶ *Reſpondens autem Dominus eius*, &c.] Quod putauerat ſe pro excuſatione dixiſſe, in culpam propriam vertitur. Seruus autem malus appellatur, quia calumniam Domino facit. Piger, quia noluit talentum duplicare, vt in altero ſuperbiæ, in altero negligentiæ condemnetur. Si inquit, durum & crudelem eſſe me noueras, & aliena ſectari: ibique metere vbi non ſeuerim: quare non tibi iſtiuſmodi cogitatio incuſſit timorem, vt ſcires me mea diligentius quæſiturum, & dares pecuniam meam ſiue argentum nummulariis? Vtrumque enim ἀργύριον, Græcus ſermo ſignificat. *Eloquia*, inquit, Pſal.11.b
Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum. Pecunia ergo & argentum, prædicatio Euangelij eſt, & ſermo diuinus: qui dari debuit nummulariis & trapezitis, id eſt, vel cæteris doctoribus (quod fecerunt & Apoſtoli, per ſingulas prouincias, Presbyteros, & Epiſcopos ordinantes) vel cunctis credentibus, qui poſſunt pecuniam duplicare, & eum vſuris reddere, vt quidquid ſermone didicerant, opere explerent. Tollitur autem talentum, & datur ei, qui decem talenta fecerat, vt intelligamus, licet in vtriuſque labore æquale ſit gaudium Domini (hoc eſt, & eius qui quinque in decem duplicauerat, & eius qui duo in quatuor) tamen maius debe- H
ri præmium ei qui plus in Domini pecunia laborarit. Vnde dicit & Apoſtolus: *Presbyteros honora, qui vere* 1.Tim 5.c
presbyteri ſunt: maxime qui laborant in verbo Dei. Ex eo quod malus ſeruus auſus eſt dicere: Metis, vbi non ſeminaſti, & congregas, vbi non ſparſiſti: intelligimus etiam gentilium & Philoſophorum bonam vitam recipere Dominum, & aliter habere eos qui iuſte, aliter qui iniuſte agant, & ad comparationem eius qui naturali legi ſeruiat, condemnari eos qui ſcriptam legem negligant.

h ¶ *Omni enim*, &c.] Multi cum ſapientes ſint naturaliter, & habeant acumen ingenij: ſi fuerint negligentes, & deſidia bonum naturæ corruperint, ad comparationẽ eius qui paululum tardior, labore & induſtria compenſauit, quod minus habuit, perdunt bonum naturæ, & præmium quod eis fuerat repromiſſum, vident tranſire ad alios. Poteſt & ſic intelligi: ei qui fidem habet, & bonum in Domino voluntatem, etiam ſi quid minus in opere vt homo habuerit, dabitur à bono iudice. Qui autem fidem non habuerit, etiam cæteras virtutes, quas videbatur naturaliter poſſidere, perdet. Et eleganter etiam quod videtur, inquit, habere, auferetur ab eo. Quidquid enim ſine fide Chriſti eſt, non ei debet imputari, qui male eo abuſus eſt: ſed illi qui malo etiã ſeruo naturæ bonum tribuit.

i ¶ *Et inutilẽ*, &c.] Dominus lumẽ eſt, qui ab eo foras mittitur, caret vero lumine. Qui ſit autem fletus & ſtridor dẽtium, ſupra diximus.

k ¶ *Cũ*, &c.] Poſt biduũ paſcha facturus, & tradẽdꝰ cruci & illuden-

A

[illegible]us ab hominibus, & aceto ac felle potandus, recte præmittit gloriam triumphantis, vt ſecutura ſcandala pollicitationis præmio compenſaret. Et notandum, quod qui in maieſtate cernendus eſt, filius hominis ſit. Quodque ſequitur: *Statuet oues quidem a dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris*: iuxta illud intellige,

Eccleſ. 10. a quod alibi legis: *Cor ſapientis*

Sap. 6. *in dextra eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius*, &c. Et ſupra in hoc eodem Euangelio *Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.* Oues in parte

Exod. 12. c iuſtorum ſtare iubentur ad

Leui. 4. 7 dexteram: hœdi, hoc eſt, pec-

& 16. catores ad ſiniſtram qui ſemper pro peccato offeruntur

Cant. 4. a in lege Nec dicit, capras, quę poſſunt habere fœtus, & tonſæ egrediuntur de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis nulla inter eas: ſed hœdos, laſciuum animal, & petulcum, & feruens ſemper ad coitum.

ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Et ſtatuet oues quidem à dextris ſuis: hœdos autem à ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt.
[a]Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: Sitiui, & dediſtis mihi bibere: Hoſpes eram, & collegiſtis me: Nudus, & operuiſtis me: Infirmus, & viſitaſtis me: In carcere eră, & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus te: ſitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te: aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere & venimus ad te? Et reſpondens rex, dicet illis: Amen dico [b]vobis, quamdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his, qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: Sitiui, & non dediſtis mihi potum: Hoſpes eram, & non collegiſtis me: Nudus, & nō operuiſtis me: Infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me. Tunc reſpōdebunt ei & ipſi dicētes: Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum aut infirmum, aut in carcere & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quamdiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum: iuſti autem in vitam ęternam.

CAPVT XXVI.

E[a]T factum [d]eſt, cum conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis: Scitis, quia poſt biduum paſcha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. [b]Tunc [c]congregati ſunt principes Sacerdotum, & ſeniores populi in atrium principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & conſilium fecerunt, vt Ieſū dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem: Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo. [e]Cum [f]autem Ieſus eſſet in Bethania in domo Simonis leproſi, acceſſit ad [g]eum mulier, habens alabaſtrum vnguēti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentes. Videntes [h]autē diſcipuli, indignati ſunt dicentes: Vt quid perditio hæc

a ¶ *Venite, &c.*] Hoc iuxta præſcientiam Dei accipiendum, apud quem futura iam facta ſunt.

b ¶ *Amen dico vobis, &c.*] Libera nobis erat intelligentia, quod in omni paupere, Chriſtus eſuriens paſceretur: ſitiens potaretur: hoſpes induceretur in tectum: nudus veſtiretur: infirmus viſitaretur: clauſus carcere haberet ſolatium colloquentis. Sed ex hoc quod ſequitur: Quādiu feciſtis vni de his fratrib. meis minimis, mihi feciſtis: non mihi videtur dixiſſe generaliter de pauperibus, ſed de his qui pauperes ſpiritu

B

Sup. 12. d ſunt, ad quos tendens manū dixerat: *Fratres mei & mater mea hi ſunt, qui faciunt voluntatem patris mei.*

c ¶ *Ibunt, &c.*] Prudens lector attende, quod & ſupplicia æterna ſint & vita perpetua, metum deinceps non habeat ruinarum.

CAPVT XXVI.

E*T factum eſt, &c.*] Erubeſcant, qui putant Saluatorē timuiſſe mortem, & & paſſionis pauore dixiſſe: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte. Poſt biduū paſcha, facturus, tradendū ſe, vt crucifigatur, nouit, & tamē nō declinat inſidias nō terminus fugit: intantū vt etiā cæteris ire nolētib. pergat intrepidus:

Ioan. 11. b quādo dicit Thomas: *Eamus, & nos, & moriamur cū eo.* Et finē carnali feſtiuitati volēs imponere, vmbraq; tranſeūte,

Luc. 22. b paſchæ reddere veritatē, dixerit: *Deſiderio deſideraui hoc paſ-*

1. Cor. 5. *cha mādućare vobiſcū, antequā patiar. Etenim paſcha noſtrū immolatus eſt Chriſtus*: ſi tamē cōmēdamus illud in azymis ſinceritatis & veritatis. Porro quod ait: *Poſt biduum Paſcha fiet*: ſimplici intelligētia prætermiſſa, id quod ſacratū eſt, requiramus. Poſt duos dies clariſſimi luminis, veteris ac noui Teſtamentū, verum pro mūdo paſcha celebratur. Paſcha,

CANON C quod Hebraice dicitur, i. פסח non à paſſione, vt pleriſque arbitrantur, ſed à tranſitu nominatur: eo quod extermina-

Peſah tor videns ſanguinem in foribus Iſraelitarum, pertranſie-

Exod. 12. f rit, nec percuſſerit eos. Vel ipſe Dominus præbens auxiliū populo ſuo deſuper ambulauerit. Lege Exodi librum: de quo plenius, ſi vita comes fuerit, diſputabimus. Tranſitus autē noſter, id eſt, phaſe, ita celebratur, ſi terrena & Ægyptum dimittētes, ad cæleſtia feſtinemus.

e ¶ *Tunc cōgregati ſunt principes ſacerdotum, &c.*] Qui debuerant paſchæ vicino præparare victimas, leuigare templi parietes, pauimenta verere, vaſa mundare, & ſecundum ritum legis purificari, vt eſu agni digni fierēt: congregantur ineuntes conſilium, quomodo occidant Dominum: non timētes ſeditionem, vt ſimplex ſermo demonſtrat: ſed cauentes ne auxilio populi de ſuis manibus tolleretur.

f ¶ *Cum autem, &c.*] Paſſotus pro omni mundo, & vniuerſas nationes ſuo ſanguine redēpturus, moratur in Bethania, domo obedien- ביתעניה

tiæ, quæ quōdā fuit Simonis leproſi. Nō quod leproſus & illo tempore permaneret: ſed quia antea leproſus, poſtea à Saluatore mū- D

datus eſt: nomine priſtino permanente, vt virtus curā- Luc. 5. f

tis appareat. Nam in Catalogo Apoſtolorum cum priſtino vitio & officio, Mathæus Publicanus appellatur: qui certe publicanos eſſe deſiderat. Quidam Simonis leproſi domum, eam volunt intelligi partem populi, a 274 I

quæ crediderit Domino, & ab eo curata ſit. Simon quoque ipſe obēdiēs dicitur: qui b 275 VI

iuxta aliam intelligentiam, mundus interpretari poteſt, שמעון

in cuius domo curata eſt Eccleſia.

g ¶ *Acceſſit ad eum, &c.*] Nemo putet eandem eſſe, c 276 I

quæ ſuper caput effudit vnguentum, & quæ ſuper pedes. Illa enim & lachrymis lauat, & crine tergit, & manifeſtè meretrix appellatur. Ioan. 12. a

Da hac autem nihil tale ſcri- & 12. a

ptum eſt. Nec enim poterat ſtatim capite Domini meretrix digna fieri. Alius Euangeliſta pro alabaſtro vnguenti

Ioan. 12. a pretioſi (quod genus eſt marmoris) nardum piſticā poſuit: hoc eſt veram, & abſque dolo: vt fidem Eccleſiæ & gentium demonſtraret.

h ¶ *Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt, dicentes: &c.*] Scio quoſdam hunc locum calumniari: quare alius Euangeliſta Iudam ſolum dixerit contriſtatum, eo quod loculos

Ioan. 12. a tenuerit, & fur ab initio fuerit, & Matthæus ſcribat omnes Apoſtolos indignatos: neſcientes tropum qui vocatur σύλληψις: quo & pro vno oēs, & pro multis, vnus appellari ſo-

CANON E leat. Nam & Paulus in Epiſtola ſua, quæ ſcribitur ad Hebræos, licet de ea multi Latinorum dubitent, cum ſanctorum paſſiones & merita deſcripſiſſet, intulit: *Lapidati ſunt:*
Heb. 11. g *tentati ſunt: ſerati ſunt: in occiſione gladij mortui ſunt*: cum vnom tantummodo Eſaiam Prophetam ſectum Iudæi autument Poſſumus & aliter dicere, quod Apoſtoli vere propter pauperes indignati ſunt: Iudas autem propter lucra ſua. Vnde & miſſitario eius cum crimine ponitur: quod non curam pauperum habuerit, ſed ſuo furto voluerit
d 277 VI prouidere.

rumque non ponitur nomen. *Et inuenietis ibi quendam portatem lagenam aquæ.* Quorum idcirco vocabula prætermiſſa ſunt, vt omnibus, qui paſcha facturi ſunt, libera feſtiuitatis occaſio panderetur. G Marc. 14. g

hæc? Potuit enim iſtud venundari multo, & dari pauperibus Sciens[a] autem Ieſus, ait illis: Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum operata eſt in me. Nam ſemper pauperes habetis vobiſcum, me autē non ſemper habetis. [d] Mittēs [b] enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliēdum me fecit. Amen dico[c] vobis: vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius [e] Tūc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iſcariotis, ad principes ſacerdotum, & ait [d] illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi conſtituerunt[e] ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem, vt eum traderet. Prima autem [f] die azymorum acceſſerūt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha? At Ieſus [g] dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magiſter dicit: Tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis. Et fecerunt [h] diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus, & parauerunt Paſcha. [f] Veſpere [i] autem facto, diſcumbebat cum duodecim diſcipulis, & edentibus [k] illis, dixit: Amen dico vobis, quia vnus veſtrū me traditurus eſt. [g] Et [l] contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere: Nunquid ego ſum Domine? [h] At ipſe [m] reſpondens, ait: Qui intingit mecū manū in paropſide, hic me tradet. Filius [n] quidē hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo: [i] Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum [o] erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. [k] Reſpondens [p] autem Iudas, qui tradidit eum dixit: Nunquid [q] ego ſum Rabbi? Ait illi: Tu dixiſti. [l] Cœnan-

a ¶ *Sciens autem Ieſus, ait illis: Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum operata eſt in me. Nam ſemper pauperes, &c.*] Alia oboritur, quæſtio: quare Domin⁹ poſt
e 278 II reſurrectionē dixerit ad diſcipulos: *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationē mundi*, & nunc loquatur: me
Ioſr. 28 10 fin. autem non ſemper habetis. Sed mihi videtur in hoc loco
f 279 IV de præſentia dicere corporali, quod nequaquam cum eis ita futurus ſit poſt reſurrectionem, quomodo nunc in omni conuictu & familiaritate. Cuius rei memor
g 280 I Apoſtolus ait: *Etſi nouera-*
2 Cor. 5. c *mus Ieſum Chriſtum ſecundū carnem, ſed nunc iam noui-*
h 281 II *mus eum.*

i 282 VI b ¶ *Mittens enim hæc vnguen-*
k 283 X F *tum hoc, &c.*] Quos vos putatis perditionem eſſe vnguēti, officiū ſepulturæ eſt. Nec mirum ſi mihi bonum odorem fidei ſuæ dederit, cum ego pro ea fuſurus ſim ſanguinem meum.

c ¶ *Amen dico vobis, vbicunque, &c.*] In toto mundo non tam mulier iſta, quam Eccleſia prædicatur, qood ſepelierit Saluatorem, quod vnxerit caput eius. Et attende notitiam futurorum, quod paſſurus poſt biduum, & moriturus, ſciat Euangelium ſuum toto orbe celebrandum.

d ¶ *Et ait illis: Quid vultis, &c.*] Infelix Iudas dānum, qood ex effuſione vnguenti ſe feciſſe credebat, vult magiſtri pretio compenſare. Nec certam tamen poſtulat ſummam, vt ſaltem lucroſa videretur proditio: ſed quaſi vile tradens mancipium, in poteſtate ementium poſuit, quantum vellent dare.

Gen. 37. f e ¶ *At illi conſtituerunt, &c.*] Ioſeph non, vt multi putant iuxta LXX. interpretes, viginti aureis venditus eſt, ſed iuxta Hebraicam veritatem, viginti argenteis: neque enim pretioſior poterat eſſe ſeruus, quam Dominus.

Exod. 12. f f ¶ *Prima autem die, &c.*] Prima azymorum, quarta decima dies menſis primi eſt, quando agnus immolatur, & luna pleniſſima eſt, & fermentum abiicitur. Inter eos autem diſcipulos, qui acceſſerunt ad Ieſum interrogantes: *Vbi vis, paremus tibi comedere Paſcha?* & Iudam æſtimo fuiſſe proditorem.

g ¶ *Ait Ieſus dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: &c.*] Morem veteris Teſtamenti noua ſcriptura conſeruat.
2. Almoni Frequēter legimus: Dixit ille illi, & in loco illo & illo: quod
3. Peloni. Hebraice dicitur 2. אלמני & 3. פלני, & tamen perſona-

h ¶ *Et fecerunt diſcipuli, &c.*] In alio Euangeliſta ſcriptum eſt: quod inuenerunt cœnaculum magnum, ſtratum atque mundatum, & ibi parauerunt ei. Videtur autē mihi cœnaculum, lex ſpiritualis intelligi, quæ de angoſtiis literæ egrediens, in ſublimi loco recipit Saluatorē, Paulo idipſum loquente: quod ea, quæ ante pro lucro reputabat, quaſi purgamenta quiſquiliaſque contempſerit, vt dignum Domino hoſpitiū præpararet. Luc. 22. b Philip. 3. b

i ¶ *Veſpere autem, &c.*] Omnia ſic agit Iudas, vt tollatur ſuſpicio proditoris.

x ¶ *Et edentibus illis, &c.*] Qui de paſſione prædixerat, & de proditore prædicit, dās locum pœnitentiæ: vt cum intellexiſſet ſciri cogitationes ſuas & occulta conſilia, pœniteret eum facti ſui, & tamen non deſignat ſpecialiter, ne manifeſte coargutus, impudentior fieret. Mittit crimen in numero, vt agat conſcius pœnitentiam.

l ¶ *Et contriſtati, &c.*] Et certe nouerant vndecim Apoſtoli, quod nihil tale contra Dominum cogitarent: ſed plus credūt magiſtro, quam ſibi, pertrimeſcentes fragilitatem ſuam, triſtes interrogant de peccato, cuius conſcientiam non habebant. G

m ¶ *At ipſe reſpondens, &c.*] O mira Domini patientia. Primum dixerat: Vnus veſtrum me traditurus eſt. Perſeuerat proditor in malo: manifeſtius arguit, & tamen nomen proprie non deſignat. Iudas cæteris contriſtatis, & retrahentibus manum, & interdicentibus cibos ori ſuo, temeritate & impudentia, qua proditurus erat, etiam manum cum magiſtro mittit in paropſidem, vt audacia bonam conſcientiam mentiretur.

n ¶ *Filius quidem, &c.*] Nec primo nec ſecundo correptus à proditione retrahit pedem: ſed patientia Domini nutrit impudentiam ſuam, & theſaurizat ſibi iram in die iræ. Pœna prædicitur, vt quem pudor non vicerat, corrigant denunciata ſupplicia. Quod autem ſequitur.

o ¶ *Bonum erat, &c.*] Non ideo putandus eſt ante fuiſſe quā naſceretur: quia nulli poſſit bene eſſe, niſi ei qui fuerit. Sed ſimpliciter dictum eſt: multo melius eſſe non ſubſiſtere, quam male ſubſiſtere.

p ¶ *Reſpondens autem Iudas, &c.*] Nunquid ego ſum Rabbi? Ait illi: Tu dixiſti. Quia cæteri triſtes, & valde triſtes interrogauerant: Nunquid ego ſum, Domine? Ne tacendo ſe prodere videretur: & ipſe ſimiliter interrogat, quem conſcientia remordebat, qui manum audacter miſerat in paropſide.

q ¶ *Nunquid ego ſum Rabbi.*] Et blandientis iungit affectū, ſiue incredulitatis ſignū. Cæteri enim, qui non erant prodituri, dicūt: Nunquid ego ſum Domine? Iſte qui proditurus erat,

CANON C

[illegible] aDominum, ſed magiſtrum vocat: quaſi excuſatio-
n[illegible] habeat, D[o]mino denegato, ſaltem magiſtrum pro-
di[d]erit. Et ait illi: Tu dixiſti. Eadem reſponſione cuofuratus
eſt [illegible]tor, qua Pil[a]to poſtea reſponſurus eſt.

a ¶ [C]œnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit ac fregit, de[ditque] diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum, &c.] P[oſtquam] typicum pa[ſcha] [fu]erat [im]pletum, & agni car[nes] [c]um Apoſtolis c[o]mederat, aſſumit panem, qui c[o]nfortat [cor] hominis, & ad [ve]rum paſchæ tranſgreditur Sacramentum, vt quomodo in præfiguratione eius Melch[iſ]edech ſummi Dei ſacer[do]s, panem & vinũ offerens [f]ecerat, ipſe quoque veritatẽ ſui corporis & ſanguinis repræſentaret. In Luca legi[m]us duos calices, quibus di[ſc]ipulis propinarit. Vnum paſ[ch]i menſis, & alterũ ſecun[di], vt qui inter ſanctos primo menſe agnum comedere non potuerit, ſecundo menſe inter pœnitentes hædum comedat.

[Exo. 24. d]

[1. b]

[l] Cœnantibus[a] autem eis, accepit Ieſus panem, &
benedixit ac fregit, deditq́; diſcipulis ſuis, & ait:
Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meum.[m] Et
accipiens calicẽ, gratias egit, & dedit illis, dicens.
Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus
noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in
remiſſionem peccatorum.[n] Dico[b] autem vo-
bis: non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſ-
que in diem illũ, cum illud bibam vobiſcum no-
uum in regno patris mei. Et hymno[c] dicto exie-
runt in montem Oliueti.[o] Tunc[d] dicit illis Ieſus:
Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta
nocte.[p] Scriptum[e] eſt enim: Percutiam paſtorẽ,
& diſpergẽtur oues gregis. Poſtquam autem re-
ſurrexero, præcedam vos in Galilæam.[q] Reſpon-
dens[f] autem Petrus ait illi: [E]t ſi omnes ſcanda-
lizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.
Ait illi[g] Ieſus: Amen dico tibi, quia in hac nocte
antequam gallus cantet, ter me negabis.[r] Ait illi
Petrus: Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non
te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt.
[ſ] Tunc[h] venit Ieſus cum illis in villam, quæ dici-
tur Gethſemani, & dixit diſcipulis ſuis.[t] Sedete
hic, donec vadã illuc & orem. Et aſſumpto[i] Pe-
tro & duobus filiis Zebedei, cœpit contriſtari &
mœſtus eſſe.[u] Tunc[k] ait illis: Triſtis eſt anima
mea vſque ad mortem. Suſtinete hic, & vigilate
mecum.[x] Et progreſſus puſillum, procidit in
faciem ſuam, orans & dicens: Pater mi, ſi poſſibi-
le eſt, tranſeat à me calix iſte.[y] Veruntamen non
ſicut

b ¶ [Dic]o autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, cum illud, &c.] De carnalibus trãſit ad ſpiritualia: quod vinea de Ægypto tranſplantata ſit populus Iſrael, cui per Hieremiam Dominus loquitur: *Ego te plantaui vineam verã:* quomodo mutata es in amaritudinem vitis alienæ? Et Eſaias propheta in cantico, quod dilecto canit: & omnis ſparſim ſcriptura teſtatur. Dico ergo ſe Dominu[s] de hac vinea nequaquam eſſe bibiturum, niſi in regno patris ſui. Regnum patris, fidem puto eſſe credentiũ. Apoſtolo quoque idipſum confirmãte: *Regnum Dei intra vos eſt.* Ergo cum Iudæi receperint regnum patris, att[en]de, quod dicat, patris, non Dei. Omnis pater nomen eſt [fi]lii. Cum, inquam, crediderint in Deo patre & adduxerit eos pater ad filium, tunc de vino eorum bibet Dominus, & in ſimilitudinem Ioſeph regnans in Ægypto, inebriabitur cum fratribus ſuis.

Hier. 2. d. Sec. 70. B

Eſa. 5. a.

Luc. 17. c

Gen. 43. g

c ¶ *Et hymno dicto, &c.*] Hoc eſt, quod in quodam Pſalmo legimus: *[M]anducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ.* Iuxta hoc exemplum: qui Saluatoris pane ſaturatus, & calice inebriatus fuerit, poteſt laudare Dominum, & conſcendere montem Oliueti: vbi laborum refectio, dolorisque ſolatium, & veri luminis notitia.

Pſal. 21. g

d ¶ *Tunc dicit illis Ieſus: &c.*] Prædicit, quod paſſuri ſunt: vt cum paſſi fuerint, non deſperent ſalutem, ſed agentes pœnitentiam liberentur. Et ſignanter addidit, in iſta nocte ſcandalum patiemini: quia quomodo, qui inebriantur, nocte inebriantur: ſic & qui ſcandalum patiuntur, in nocte & in tenebris ſuſtinent. Nos vero dicamus: *Nox præteryt: dies autem appropinquauit.*

Rom. 13. d

e ¶ *[S]criptum eſt enim: [P]ercutiam paſtorem, & diſpergentur oues, &c.*] Hoc aliis verbis in Zacharia Propheta ſcriptũ eſt, & ([n]i fallor) ex perſona Prophetæ ad Deum dicitur: *Percute paſtorẽ, & diſpergentur oues gregis.* Sexageſimo quoque & o[cta]uo Pſalmo, qui totus à Domino canitur, huic ſenſui con[gr]uente. Quoniam, quem tu percuſſiſti, ipſi perſequuti ſunt. Percutitur autem paſtor bonus, vt ponat animam ſuã pro ouibus ſuis, & de multis gregibus errorũ fiat vnus grex, & vnus paſtor. De hoc teſtimonio in libello, quem de optimo genere interpretandi ſcripſimus, plenius dictum eſt.

Zach. 13.

Iean. 10. c

f ¶ *Reſpondens autem Petrus, ait illi: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor, &c.*] Non eſt temeritas, nec mendacium, ſed fides eſt Apoſtoli Petri, & ardens affectus erga Dominum Saluatorem, de quo ſupra diximus. l 284 I

g ¶ *Ait illi Ieſus: Amen dico tibi, &c.*] Et Petrus de ardore fidei promittebat, & Saluator quaſi Deus futura nouerat. Et nota, quod Petrus in nocte neget, & negat tertio. Poſtquam autem gallus cecinit, & decreſcentibus tenebris vicina lux nunciata eſt, conuerſus fleuit amare, ternæ negationis ſordes lacrymis lauans.

m 285 II. n 286 VI o 286 IV p 288 VI q 289 I

h ¶ *Tunc venit Ieſus, &c.*] Gethſemani, interpretatur vallis pinguiſſima, in qua iuſſit diſcipulos ſedere pauliſper, & expectare redeuntem, donec pro cunctis ſolus Dominus oraret.

גיא שמנ

r 290 VII ſ 291 I.

i ¶ *Et aſſumpto Petro, &c.*] Illud quod ſupra diximus de paſſione & propaſſione, etiã in præſenti capitulo oſtẽditur: quod Dominus vt veritatẽ probaret aſſumpti hominis, vere quidem contriſtatus ſit, ſed ne paſſio in animo illius dominaretur, per propaſſionem cœperit contriſtari. Aliud eſt enim contriſtari, & aliud incipere contriſtari. Contriſtabantur autẽ, non timore patiendi (quia ad hoc venerat, vt pateretur, & Petrum timiditatis arguerat) ſed propter infeliciſſimũ Iudam, & ſcandalum omnium Apoſtolorum, & reiectionem populi Iudæorum, & euerſionẽ miſeræ Hieruſalem. Vnde & Ionas ſuper ariditate cucurbitæ vel hæderæ contriſtatus eſt, nolens perire quondam tabernaculum ſuum. Si autem triſtitiam animi, non affectum Saluatoris erga perituros, ſed paſſionem hæretici interpretantur, reſpondeant, quomodo exponunt illud, quod ex perſona Dei per Ezechielẽ dicitur: *Et in omnibus iſtis contriſtabas me.*

t 292 VI u 293 IV Sup c. 8. x 294 I D y 295 I

Iona. 12. קיקיון

Ezech. 16. e Sec. 70. ἐλύπεις.

k ¶ *Tunc ait illis: Triſtis eſt, &c.*] Quæ contriſtatur, anima eſt: ſed non propter mortem, ſed vſque ad mortem contriſtatur, donec Apoſtolos ſua liberet paſſione. Quod autem præcepit: Suſtinete hic, & vigilate mecum: non à ſomno prohibet, cuius tempus nõ erat imminente diſcrimine, ſed à ſomno infidelitatis, & torpore mentis. Dicant ergo, qui irrationabilem Ieſum ſumpſiſſe animam ſuſpicantur, quomodo contriſterit, & nouerit tempus triſtitiæ. Quanquam enim & bruta animalia mœreant, tamen non nouerunt, nec cauſas, nec tempus ad quod debeant contriſtari.

l ¶ *Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam, orans & dicens: Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego volo, &c.*] Dum Apoſtolis præcepto vt ſuſtinerent, vigilarentque cum Domino, paululum procedens ruit in faciem ſuam: & humilitatem mentis habitu carnis oſtendit, dicitque blandiens: Mi pater, & poſtulat, vt, ſi poſſibile eſt, tranſeat ab eo paſſionis calix: de quo ſupra diximus. Poſtulat autem non timore patiendi, ſed miſericordia prioris populi, ne ab illis bibat calicem propinatum. Vnde & ſignanter non dixit: tranſeat à me calix, ſed

CANON E

CAP. XXVII.

CAPVT XXVII.

M[a]Ane [a]autem facto, conſilium inierunt omnes principes ſacerdotũ, & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderẽt. [b]Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi. [c]Tunc [b]vidẽs Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus eſſet: pœnitentia ductus, retulit triginta argẽteos principib. ſacerdotum, & ſenioribus, dicens: Peccaui, tradẽs ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt: [c]Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis in tẽplo receſſit, & abiens, laqueo ſe ſuſpẽdit. Principes [d]autem ſacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt. Conſilio [e]autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturã peregrinorũ: propter hoc vocatus eſt ager ille Chaceldema, hoc eſt, ager ſanguinis, vſq; in hodiernũ diem. [f]Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam prophetam, dicentem: Et acceperũt triginta argẽteos, pretiũ appretiati, quod appretiauerunt à filiis Iſrael, & dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi dominus. Ieſus [g]autem ſtetit ante præſidem, & interrogauit eum præſes, dicens: Tu es rex Iudæorum? [e]Dicit illi [h]Ieſus: Tu dicis. Et cum accuſaretur à principibus ſacerdotũ & ſenioribus, nihil reſpõdit. Tunc [i]dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei ad vllũ verbũ: ita vt miraretur præſes vehementer. [f]Per diem aũt ſolemnem conſueuerat præſes populo dimittere vnũ vinctũ, quem voluiſſent. [g]Habebat [k]aũt tunc vinctum inſignẽ, qui dicebatur Barrabam. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis: Barrabam, an Ieſum, qui dicitur Chriſtus? Sciebat. n. quod per inuidiam tradidiſſent eũ. [h]Sedẽte [l]autem illo pro tribunali, miſit ad eũ vxor eius, dicẽs: Nihil tibi & iuſto illi: multa. n. paſſa ſum hodie per viſum propter eum. [i]Principes autem ſacerdotũ & ſeniores perſuaſerũt populis vt peterent Barrabam, Ieſum vero perderẽt. Reſpondens aũt præſes, ait illis: Quẽ vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barrabam. Dicit illis Pilatus. [k]Quid [m]igitur faciã de Ieſu, qui dicitur Chriſtus? Dicũt omnes: Crucifigatur. Ait illis præſes: Quid enim mali fecit? At illi

MAne a autem facto, &c.] Non ſolum ad Pilatum, ſed etiam ad Herodem ductus eſt: vt vterque domino illuderet. Et cerne ſolicitudinẽ
a 317 II. ſacerdotum in malum. Tota nocte vigilauerunt, vt homicidium facerent. Et vinctum tradiderunt Pilato. Habebant
b 318 I. enim hunc morem, vt quem
c 319 X. adiudicaſſent morti, ligatum iudici traderent.

b ¶ Tunc videns, &c.] Auaritiæ magnitudine impietatis põdus excluſit. Videns Iudas dominum adiudicatum morti, pretium retulit ſacerdotibus: quaſi in poteſtate ſua eſſet, perſecutorum mutare ſentẽtiam.
d 320 II. Itaque licet mutauerit voluntatem ſuam, tamen voluntatis primæ exitum non mutauit. Si autem peccauit ille qui tradidit ſanguinem iuſtum: quanto magis Iudæi peccauerunt, qui emerunt ſanguinem iuſtum, & offerendo pretium ad proditionem diſcipulum prouocarunt? Qui diuerſas naturas conantur introducere, & dicunt
e 321 IV. Iudam proditorem malæ fuiſſe naturæ, nec electionem apoſtolatus potuiſſe ſeruare: reſpondeant quo modo natura
F mala egerit pœnitentiam.

c ¶ At illi, &c.] Nihil profuit ei ſera pœnitentia, per quam
f 322 II. ſcelus corrigere non potuit. Si quando ſic frater peccat in fra-
g 323 IV. trem, vt emendare valeat quod peccauit, poteſt ei dimitti. Sin autem permanent opera, fruſtra voce aſſumitur pœnitẽtia. Hoc eſt quod in pſalmo de eo-
h 324 X. dem infeliciſſimo Iuda dicitur:
Pſal. 108. a Et oratio eius fiat in peccatum:
i 325 I. vt non ſolum emẽdare nequiuerit proditionis nefas: ſed ad priũs ſcelus etiam proprii homicidii crimen addiderit. Tale quid & Apoſtolus in ſecunda ad Corinthios epiſtola loqui-
k 326 I. tur: Ne abundantiori triſtitia ab-
2. Cor. 2. b ſorbeatur frater.

d ¶ Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis dixerunt: Non licet mittere eos in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt.] Vere culicem liquantes, & camelum glutientes. Si enim ideo non mittunt pecuniam in corbonam, hoc eſt, in gazuphylacium, & dona Dei, quia precium ſanguinis eſt: cur ipſum ſanguinem effundunt?

e ¶ Conſilio autem, &c.] Illi quidem fecerunt alia voluntate: vt æternum impietatis ſuæ relinquerent ex agri emptione monimentum. Cæterum nos qui peregrini eramus à lege & prophetis, praua eorum ſtudia ſuſcepimus in ſalutem: & in
חקל pretio ſanguinis eius requieſcimus. Figuli autem ager appel-
דמא latur: quia figulus noſter eſt Chriſtus.

f ¶ Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam prophetam dicentem. Et acceperunt triginta, &c.] Hoc teſtimonium in Hieremia non inuenitur. In Zacharia vero qui pene vltimus eſt duodecim prophetarum, quædam ſimilitudo fertur, & quamquam ſenſus non multum diſcrepet, tamen & Zach. 11. a ordo, & verba diuerſa ſunt. Legi nuper in quodam Hebraico volumine, quod Nazarenæ ſectæ mihi Hebræus obtulit, Hieremiæ apocryphũ: in quo hoc ad verbum ſcripta reperi. Sed tamen mihi videtur magis de Zacharia ſumptũ teſtimonium: euangeliſtarum & apoſtolorum more vulgato: qui verborum ordine prætermiſſo, ſenſus tantum de veteri teſtamento proferunt in exemplum.

H

g ¶ Ieſus autem, &c.] Pilato nihil aliud interrogante criminis, niſi vtrum rex Iudæorum ſit, arguũtur impietatis Iudæi, quod ne falſo quidem inuenire potuerint quod obiicerent Saluatori.

h ¶ Dicit illi Ieſus: Tu dicis.] Sic reſpondit vt & verum diceret, & ſermo eius calumniæ nõ pateret. Et attende quod Pilato, qui inuitus promebat ſententiam, aliqua ex parte reſpõderit: ſacerdotibus autem & principibus reſpondere noluerit, indignos ſuo ſermone iudicans.

i ¶ Tunc dicit, &c.] Ethnicus quidem eſt, qui condemnat Ieſum: ſed cauſam refert in populum Iudæorum. Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Ieſus autem nihil reſpondere voluit, ne crimen diluens a præſide dimitteretur, & crucis vtilitas differretur. H

k ¶ Habebat autem tũc vinctũ, &c.] Iſte in euangelio quod ſcribitur iuxta Hebræos, filius magiſtri eorum interpretatur, qui propter ſeditionem & homicidium fuerat condemnatus. בר-רבן Offert autem eis optionẽ Pilatus dimittendi quem velint: latronem, an Ieſum: non dubitans Ieſum potius eligendum: ſciens eum propter inuidiam traditum. Igitur cauſa crucis manifeſte inuidia eſt.

l ¶ Sedente autem, &c.] Nota quod gentibus ſæpe à Deo ſomnia reuelentur: & quod in Pilato & vxore eius iuſtum dominum confitentibus gentilis populi teſtimonium ſit.

m ¶ Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Ieſu, qui dicitur, &c.] Multas liberandi Saluatoris Pilatus occaſiones dedit. Primum latronem iuſto conferens. Deinde inferens: Quid igitur faciã de Ieſu qui dicitur Chriſtus: hoc eſt, qui rex veſter eſt. Cumque reſponderent: Crucifigatur, non ſtatim acquieuit: ſed iuxta ſuggeſtionem vxoris, quæ mandauerat: Nihil tibi & iuſto illi: ipſe quoque reſpondit: Quid enim mali fecit? Hoc dicendo Pilatus abſoluit Ieſum. At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. Vt impleretur quod in vigeſimoprimo pſalmo dixerat: Circundederunt me canes multi, & congregatio malignantium obſedit me. Et illud Hieremiæ: Facta eſt mihi hæreditas mea ſicut Hier. 12. b

A *leo in ſilua*: dederunt ſuper me vocem ſuam. Eſaia quoque
Eſa.5.c in hac ſententia congruente: Expectaui vt facerent iudi-
Ibi. cium: fecerunt autem iniquitatem, & non iuſtitiam, ſed cla-
morem.

nea, opera gentium cruenta ſuſtentat: in corona ſpinea, ma- CANON C
ledictum ſoluit antiquum: in calamo, venenata occidit animalia. Siue calamum tenebat in manu, vt ſacrilegium ſcriberet Iudæorum.

e ¶ *Et expuentes in eum*, &c.] Eo tempore completum eſt:
Non auerti faciem meam à confuſione ſputorum: & tamen cum *Eſa.50.b*
caput eius percutiant arundine, ſuſtinet cuncta patienter, l 327 X
vt Eſaiæ verum oſtendat vaticinium, dicentis: Arundinem
quaſſatam non confringet. *Ibid.42.a*

At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur.
[l] Videns [a] autẽ Pilatus, quia nihil proficeret, ſed
magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus
coram populo, dicens: Innocens ego ſum à ſan-
guine huius iuſti, vos videritis. Et [b] reſpõdens v-
niuerſus populus, dixit: Sanguis eius ſuper nos,
& ſuper filios noſtros. [m] Tunc [c] dimiſit illis Bar-
rabbã: Ieſum aũt flagellatũ tradidit eis vt cruci-
figeretur. [n] Tunc [d] milites præſidis ſuſcipientes
Ieſum in prætorium, congregauerunt ad eũ vni-
uerſam cohortem, & exuentes eum, chlamydem
coccineam circundederunt ei. Et plectentes co-
ronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius, &
arundinem in dextera eius: & genu flexo ante eũ
illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudæorum. [o] Et [e]
expuentes in eum, acceperunt arũdinem, & per-
cutiebant caput eius. Et [f] poſtquam illuſerunt ei
exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum ve-
ſtimentis eius. & duxerunt eum vt crucifigerẽt.
[p] Exeuntes [g] autẽ inuenerunt hominem Cyre-
neum, nomine Simonem: hunc angariauerunt,
vt tolleret crucem eius. [q] Et [h] venerunt in locum
qui dicitur Golgoltha, quod eſt Caluariæ locus.
[r] Et [i] dederunt ei acetum bibere cũ felle mixtũ:
& cum guſtaſſet, noluit bibere. [ſ] Poſtquam [k] au-
tem crucifixerunt eum, diuiſerunt veſtimenta
eius,

a ¶ *Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus*, &c.] Pilatus accepit aquam, iuxta illud propheticum: *Lauabo inter innocentes manus meas*: vt in lauacro manuum eius, gentium opera purgarentur: & ab impietate Iudæorum, qui clamauerunt, crucifige eum, nos alienos faceret: quodammodo hic conteſtans & dicens: Ego quidem innocentem volui liberare: ſed quia ſeditio oritur, & perduellionis mihi contra Cæſarem crimen impingitur, Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius. Iudex qui cogitur contra Chriſtum ſententiam ferre, non damnat oblatum, ſed arguit offerentes, iuſtum eſſe pronũcians qui crucifigẽdus eſt. Vos, inquit, videritis. Ego miniſter ſum legum: veſtra vox ſanguinem fundit. *Pſal.25.b*

b ¶ *Et reſpondens vniuerſus populus dixit: Sanguis eius ſuper nos*, &c.] Perſeuerat vſque in præſentem diem hæc imprecatio ſuper Iudæos, & ſanguis domini non auferetur ab eis.
Eſa.1.d Vnde per Eſaiam loquitur: Si leuaueritis ad me manus, non
exaudiam vos. Manus enim veſtræ plenæ ſunt ſanguine. O-
B ptimam hæreditatem Iudæi filiis reliquerunt, dicentes: *San-
guis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.*

c ¶ *Tunc dimiſit illis Barrabam, Ieſum autem*, &c.] Barrabam latro, qui ſeditiones faciebat in turbis, qui homicidiorum auctor erat, dimiſſus eſt populo Iudæorum, id eſt, diabolus: qui vſque hodie regnat in eis: & idcirco pacem habere non poſſunt. Ieſus autem à Iudæis traditus, abſoluitur ab vxore Pilati, & ab ipſo præſide iuſtus appellatur. Et Centurio confitetur quod vere Dei filius ſit. Quærat eruditus lector, quo modo ſibi conueniat Pilatum laniſſe manus ſuas & dixiſſe: Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius: & poſtea flagellatum tradidiſſe Ieſum, vt crucifigeretur. Sed ſciendum eſt Romanis eum legibus miniſtraſſe, quibus ſancitum eſt, vt qui crucifigitur, prius flagellis verberetur. Traditus eſt itaque Ieſus militibus verberandus, & illud ſacratiſſimum corpus pectuſque Dei capax, flagella ſecuerunt.
Pſal.31.c Hoc autem factum eſt, vt quia ſcriptum erat, *Multa flagella peccatorum*, illo flagellato nos à verberibus liberaremur:
Ibid.90.b dicente ſcriptura ad virum iuſtum: *Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.*

d ¶ *Tunc milites*, &c.] Milites quidem, quia rex Iudæorum fuerat appellatus, & hoc ei ſcribæ & ſacerdotes crimen obiecerant, quod ſibi in populo Iſrael vſurparet imperium: illudentes hoc faciunt, vt nudatum priſtinis veſtibus induant chlamydem coccineam pro ruffo limbo, quo reges veteres vtebantur: & pro diademate ponunt ei coronam ſpineam: pro ſceptro regali dant calamum, & adorant quaſi regem. Nos autem omnia hæc intelligamus
Ioan.11.f myſtice. Quo modo enim Caiphas dixit: Oportet vnum hominem mori pro omnibus, neſciens quid diceret: ſic & iſti quæcunq; fecerunt, licet alia mente fecerint, tamen nobis qui credimus, ſacramenta tribuerunt. In chlamyde cocci-

f ¶ *Et poſtquam*, &c.] Quando m 328 I.
flagellatur Ieſus, & conſpuitur,
& irridetur, non habet propria n 329 IV.
veſtimenta: ſed ea quæ propter
noſtra peccata ſumpſerat. Cum
autem crucifigitur, & illuſionis atque irriſionis põpa præterierit, tunc priſtinas veſtes
recipit, & proprium aſſumit
ornatum, ſtatimque elementa o 330
turbantur, & creatori teſtimo- VI.
nium dat creatura.

g ¶ *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyreneum nomine Simonem*: &c.] Nec quis putet p 331 I
huic loco Ioannis euangeliſtæ
hiſtoriam eſſe contrariam. Ille
enim dixit, exeuntem domi- q 332
num de prætorio portaſſe cru- I.
cem ſuam: Matthæus autem
refert, quod inuenerint homi- r 333
nem Cyreneum nomine Si- IV.
monem, quem angariantes ſ 334
impoſuerunt ei crucem Ieſu. I.
Sed hoc intelligendum eſt, quod egrediens de prætorio Ie- *Ioan.19.c*
ſus, ipſe portauerit crucem ſuam, poſtea obuium habuerint
Simonem, cui portandam crucem impoſuerint. Iuxta Ana- D
gogen vero, crucem Ieſu ſuſcipiunt nationes, & peregrinus obediens portat ignominiam Saluatoris.

h ¶ *Et venerunt in locum, qui dicitur Golgoltha*, &c.] Audiui quendam expoſuiſſe Caluariæ locum, in quo ſepultus eſt Adam: & ideo ſic appellatum eſſe, quia ibi antiqui hominis ſit conditum caput, & hoc eſſe quod Apoſtolus dicat: *Surge* *Ephe.5.c*
qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Fauorabilis interpretatio, & mulcens aurem populi, nec tamen vera. Extra vrbem enim & foras portam, loca ſunt in quibus truncantur capita damnatorum, & Caluariæ, id eſt, decollatorum ſumpſere nomen. Propterea autem ibi crucifixus eſt dominus: vt vbi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrij. Et quomodo pro nobis maledictum crucis factus eſt, & flagellatus eſt, & crucifixus: ſic pro omnium ſalute quaſi noxius inter noxios crucifigeretur. Sin autem quiſpiam contendere voluerit, ideo ibi dominum crucifixum, vt ſanguis ipſius ſuper Adæ tumulum diſtillaret: interrogemus eum, quare & alij latrones in eodem loco crucifixi ſint? Ex quo apparet Caluariam non ſepulcrũ primi hominis, ſed locum ſignificare decollatorum: vt vbi abundauit peccatum, ſuperabundaret gratia. Adam vero ſepultum iuxta Hebron & Arbee, in Ieſu filij Naue volumine legimus.

i ¶ *Et dederunt*, &c.] Deus loquitur ad Hieruſalem: *Ego te* *Ioſue.14.d*
plantaui vineam veram: quo modo facta es in amaritudinem *Hier.2.d*
vitis aliena? Amara vitis, amarum vinum facit: quod propi- *Sup.70.*
nat domino Ieſu, vt impleatur quod ſcriptum eſt: *Dederunt*
in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Quod *Pſal.58.a*
autem dicitur: *Et cum guſtaſſet noluit bibere*: hoc indicat, quod guſtauerit quidem pro nobis mortis amaritudinem, ſed tertia die reſurrexerit.

k ¶ *Poſtquam autem crucifixerunt eum, diuiſerunt veſtimenta*

Canon. E Psal. 21. *eius, ſortem mittentes.*] Et hoc in eodem pſalmo fuerat prophetatum: *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.*

a ¶ *Et ſedentes ſeruabant eum.*] Diligentia militum & ſacerdotum nobis proficit, vt maior & apertior reſurgentis virtus appareat.

eius, ſortẽ mittentes: vt impleretur quod dictũ eſt per prophetam dicentem: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meã miſerũt ſortem. Et [a] ſedentes ſeruabant eum. [t] Et impoſuerunt [b] ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptã: Hic eſt Ieſus rex Iudęorũ. [u] Tunc [c] crucifixi ſunt cum eo duo latrones: vnus à dextris, & vnus à ſiniſtris. [x] Prætereuntes [d] autẽ blaſphemabant eum, mouentes capita ſua & dicẽtes: Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: ſalua temetipſum, ſi filius Dei es, deſcende de cruce. [y] Similiter & principes ſacerdotũ, illudentes cum ſcribis & ſenioribus, dicebant: Alios [e] ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluũ facere: Si rex Iſrael eſt, [f] deſcendat nunc de cruce, & credemus ei. Confidit in Deo, liberet eũ nunc, ſi vult. Dixit enim, quia filius Dei ſum. [z] Idipſum [g] aũt & latrones, qui crucifixi erãt cum eo, improperabant ei. [a] A ſexta [h] autẽ hora tenebræ factę ſunt ſuper vniuerſam terrã, vſq; ad horam nonam. [b] Et circa [i] horã nonam clamauit Ieſus voce magna, dicẽs: Eli, Eli, lamma ſabacthani: hoc eſt, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quidã [k] autem illic ſtãtes & audientes, dicebant: Eliã vocat iſte. [c] Et continuo [l] currens vnus ex eis, acceptã ſpongiam impleuit aceto, & impoſuit arundini, & dabat ei bibere. [d] Cęteri vero dicebant: Sine, videamus an veniat Elias liberans eũ. Ieſus [m] autẽ iterum clamans voce magna, emiſit ſpiritum. [e] Et ecce [n] velum tẽpli ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque deorſum. [f] Et [o] terra mota eſt, & petræ ſciſſę ſunt, & monumenta apertæ ſunt. Et

b ¶ *Et impoſuerunt, &c.*] Non
poſſum digne admirari pro rei
t 335. magnitudine, quod redemptis
L pretio falſis teſtibus, & ad ſe-
u 336 ditionem clamoremque infeli-
I. ci populo coacto, nullam a-
x 337 liam inuenerunt cauſam inter-
VI. fectionis eius, niſi quod rex Iu-
dæorum eſſet: & illi forſitan il-
ludentes ridentesque hoc fece-
y 338 runt. Cæterum Pilatus etiam
II. nolentibus reſpondit: Quod
ſcripſi ſcripſi. Velitis, nolitis
Iudæi, omnis vobis gentium
turba reſpondet: Ieſus rex Iu-
dæorum eſt hoc eſt, imperator
credentium & confitentium.

z 339.
II. c ¶ *Tunc, &c.*] Si Golgotha
a 340 tumulus eſt Adam, & non dã-
II. natorum locus, & ideo domi-
b 341 nus ibi crucifigitur, vt ſuſcitet
VI. Adam, duo latrones quare in
loco iſto eodem crucifiguntur?

d ¶ *Prætereuntes, &c.*] Blaſ-
phemabant, quia prætergre-
c 342 diebantur viam, & in vero iti-
II. nere ſcripturarum ambulare
d 343 nolebant. Mouebant capita
I. ſua, quia iam antea mouerant
B pedes, & non ſtabant ſuper pe-
e 344 tram. Idipſum autem inſultans
II dicit fatuus populus, quod fal-
f 345 ſi teſtes confinxerant.
X

e ¶ *Alios ſaluos, &c.*] Etiam nolentes confitentur ſcribæ & phariſæi, quod alios ſaluos fecerit. Itaque vos veſtra condemnati ſententia. Qui enim alios ſaluos fecit, vtique ſi vellet, ſeipſum ſaluare poterat.

f ¶ *Deſcendat nunc de cruce, & credemus ei.*] Fraudulenta promiſſio. Quid eſt plus: de cruce adhuc deſcendere viuentem, an de ſepulcro mortuũ reſurgere? Reſurrexit & nõ credidiſtis: ergo ſi etiam de cruce deſcenderet, ſimiliter non crederetis. Sed mihi hoc videntur dæmones immittere. Statim enim vt crucifixus eſt dominus, ſenſerunt virtutẽ crucis, & intellexerunt fractas eſſe vires ſuas: & hoc agunt vt de cruce deſcendat: ſed dominus ſciens aduerſariorum inſidias, permanet in patibulo vt diabolum deſtruat.

g ¶ *Idipſum autem, &c.*] Hic per tropũ, qui appellatur σύλληψις, pro vno latrone vterque inducitur blaſphemaſſe. Lucas vero aſſerit, quod altero blaſphemante, alter confeſſus ſit, & econtrario increpauerit blaſphemantem. Non quod diſcrepent euangelia, ſed quod primum vterque blaſphemauerit: dehinc ſole fugiente, terra commota, ſaxiſque diſruptis, & ingruentibus tenebris, vnus crediderit in Ieſum, & priorem negationem ſequenti confeſſione emendauerit. In duobus latronibus, vterque populus, & gentilium & Iudęorum primum dominum blaſphemauit. Poſtea ſignorum magnitudine alter exterritus egit pœnitentiam, & vſque hodie Iudæos increpat blaſphemantes. (Luc. 23. f)

h ¶ *A ſexta autem, &c.*] Qui ſcripſerunt contra euangelia, ſuſpicantur deliquium ſolis, quod certis ſtatutiſque temporibus accidere ſolet, diſcipulos Chriſti ob imperitiam ſuper reſurrectione domini interpretatos: cum defectus ſolis nunquam niſi ortu lunæ fieri ſoleat. Nulli autem dubium eſt paſchæ tempore lunam fuiſſe pleniſſimam. G Et ne forſitan videretur vmbra terræ vel orbis lunæ ſoli oppoſitus breues & ferrugineas feciſſe tenebras: trium horarum ſpacium ponitur, vt omnis cauſantium occaſio tolleretur. Et hoc factum reor vt compleatur prophetia, dicens: *Occumbet ſol meridie, & contenebraſcet ſuper terram in die lux.* (Amos 8. b Sec. 70.) Et in alio loco: *Occubuit ſol tum cum adhuc media eſſet dies.* (Hier. 15. b Sec. 70.) Videturque mihi clariſſimum lumen mundi, hoc eſt, luminare maius retraxiſſe radios ſuos, ne aut pendentem videret dominum, aut impij blaſphemantes ſua luce fruerentur.

i ¶ *Et circa horam, &c.*] Principio viceſimiprimi pſalmi abuſus eſt, illudque quod in medio verſiculo legitur: Reſpice in me, ſuperfluum eſt. Legitur enim in Hebræo: Deus meus, Deus meus, quare me dereliquiſti? Ergo impij ſunt qui pſalmum iſtum ex perſona Dauid ſiue Heſter & Mardochæi dictum putant: cum etiam euangeliſtæ teſtimonia ex eo ſumpta ſuper Saluatore intelligant. Vt eſt illud: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et aliud: Foderunt manus meas, & pedes meos. Ne mireris verborum humilitatem, & querimonias derelicti, cum formam ſerui ſciens, ſcandalum crucis videas. H

Cal. a אלי אלי למא שבקתני
Heb. אלי אלי למה עזבתני

k ¶ *Quidam autem, &c.*] Non omnes, ſed quidam, quos arbitror milites fuiſſe Romanos, non intelligẽtes ſermonis Hebraici proprietatem: ſed ex eo quod dixit: Eli, Eli, putantes Eliam ab eo inuocatum. Sin autem Iudæos, qui hoc dixerint, intelligere voluerimus, & hoc more ſibi ſolito faciunt, vt dominum imbecillitatis infament, qui Eliæ auxilium deprecetur.

l ¶ *Et continuo currens, &c.*] Et hæc facta ſunt vt compleretur prophetia: *In ſiti mea potauerunt me aceto.* (Pſal. 68. e) Vſque hodie Iudæi & omnes increduli dominicæ reſurrectionis, aceto & felle potant Ieſum: & dant ei vinum myrrhatum: vt eum conſopiant, & mala eorum non videat.

m ¶ *Ieſus autem, &c.*] Diuinæ poteſtatis indicium eſt emittere ſpiritum, vt ipſe quoque dixerat: *Nemo poteſt tollere animam meam à me, ſed ego pono eam à me ipſo, & rurſum accipiam eam.* (Ioan. 10. d)

n ¶ *Et velum, &c.*] Velum templi ſciſſum eſt, & omnia legis ſacramenta quæ prius tegebantur prodita ſunt, atque ad gentiũ populum tranſierunt. In euangelio, cuius ſæpe facimus mentionem, ſuperliminare templi infinitæ magnitudinis fractum eſſe atque diuiſum legimus. Ioſephus quoque refert virtutes angelicas præſides quondam templi tunc pariter conclamaſſe: Tranſeamus ex his ſedibus.

o ¶ *Et terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt.*] Nulli dubium eſt quid ſignificet iuxta literam magnitudo ſignorum, vt crucifixum dominum ſuum & cœlum & terra & omnia demonſtrarent. Sed mihi videtur terræmotus & reliqua typum ferre credentium: quod priſtinis errorum vitiis derelictis & cordis emollita duritia: qui prius ſimiles erant tumulis mortuorum, poſtea agnouerint creatorem.

a ¶ *Et*

CANON A C

Et [a] multa corpora ſanctorum qui dormierunt, ſurrexerunt: Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius, venerūt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. [g] Centurio [b] autē, & qui cū eo erant, cuſtodientes Ieſum, viſo terræmotu, & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicētes: Vere filius Dei erat iſte. [h] Erant [c] aūt ibi mulieres multę à longe, quæ ſequutę fuerant Ieſum à Galilæa, miniſtrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioſeph mater, & mater filiorum Zebedęi. [i] Cū [d] autē ſero factum eſſet, venit quidā homo diues ab Arimathia, nomine Ioſeph: qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu. Hic acceſſit ad Pilatū, & petiit corpus Ieſu. Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus. [k] Et [e] accepto corpore, Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda. Et [f] poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra, & aduoluit ſaxum magnū ad oſtiū monumenti, & abiit. [l] Erat [g] autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, ſedentes contra ſepulcrum. [m] Altera autem die, quæ eſt poſt parasceuen, conuenerunt principes ſacerdotum, & phariſæi ad Pilatū, dicentes: Domine, recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuēs, Poſt tres dies reſurgā. Iube [h] ergo cuſtodiri ſepulcrū vſque in diem tertiū, ne forte veniant diſcipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, ſurrexit à mortuis, & erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiam: Ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes munierunt ſepulcrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus.

CAPVT XXVIII.

V[a] Eſpere [i] autem ſabbathi, quæ luceſcit in prima ſabbathi, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulcrum. Et [k] ecce terræmotus factus eſt magnus. Angelus enim domini deſcendit de cœlo, & accedens, reuoluit lapi-

a ¶ *Et multa corpora ſanctorum, qui dormierunt ſurrexerunt, & exeuntes de monumentis, &c.*] Quo modo Lazarus mortuus reſurrexerit, ſic & multa corpora ſanctorum reſurrexerunt, vt dominum oſtenderent reſurgentem. Et tamen cum monumenta aperta ſint, non antea reſurrexerunt quàm dominus reſurgeret, vt eſſet primogenitus reſurrectionis ex mortuis. Sanctam autem ciuitatem, in qua viſi ſunt reſurgentes, aut Hieroſolymam cœleſtem intelligamus, aut hanc terrenam, quæ ante ſancta fuerat. Sicut & Matthæus appellatur Publicanus, non quòd & apoſtolus adhuc permaneat publicanus, ſed quod priſtinum vocabulum teneat. Sancta appellabatur ciuitas Hieruſalem propter templum & ſancta ſanctorum, & ob diſtinctionem aliarum vrbium, in quibus idola colebantur. Quando vero dicitur, apparuerunt multis, oſtenditur non generalis fuiſſe reſurrectio, quæ omnibus appareret: ſed ſpecialis ad plurimos, vt hi viderent qui cernere merebantur.

B

b ¶ *Centurio autem, & qui cum eo erant, cuſtodientes Ieſum, viſo terræmotu, & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: Vere filius* Dei, &c.] In alio euangelio poſt terræmotū manifeſtior cauſa miraculi centurionis exponitur, quod cum vidiſſet eum ſpiritum dimiſiſſe, dixerit: *Vere filius Dei erat iſte.* Nullus enim habet poteſtatem dimittendi ſpiritum, niſi ille qui animarum conditor eſt. Spiritum autem in hoc loco pro anima intelligamus, ſeu quod ſpiritale & vitale corpus faciat: ſeu quod animę ipſius ſubſtantia ſpiritus ſit, iuxta illud quod ſcriptum eſt: *Auferes ſpiritum eorum, & deficient.* Et hoc conſiderandum, quod Centurio ante crucem in ipſo ſcandalo paſſionis vere Dei filium confiteatur, & Arius in eccleſia prædicet creaturam.

c ¶ *Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ ſequutæ fuerāt Ieſum à Galilæa, &c.*] Conſuetudinis Iudaicæ fuit (nec ducebatur in culpam, more gentis antiquo) vt mulieres de ſubſtantia ſua victum atque veſtitum præceptoribus miniſtrarent. Hoc quia ſcandalum facere poterat in nationibus, Paulus abieciſſe ſe memorat. Dicit enim ipſe: *Nunquid nōn habemus poteſtatem ſorores mulieres circumducendi, ſicut & cæteri apoſtoli faciunt?* Miniſtrabant autē domino de ſubſtātia ſua, vt meteret eatū carnalia, cuius illæ metebant ſpiritualia. Non quod indigeret cibis dñs creaturarum, ſed vt typū oſtenderet magiſtrorum: quod victu atque veſtitu ex diſcipulis deberent eſſe contenti. Sed videamus quales comites habuerit: Mariam Magdalenam, à qua ſeptem dæmonia eiecerat, & Mariam Iacobi, & Ioſeph matrem, matertera m ſuam, ſororem Mariæ matris domini: & matrem filiorum Zebedæi, quæ paulò ante regnum liberis poſtulauerat, & alias, quas in cæteris euangeliis legimus.

d ¶ *Cum ſero factum eſſet, venit quidam homo diues ab Arimathia, nomine Ioſeph, qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu, &c.*] Diues refertur, non de iactātia ſcriptoris, quo virum nobilē atque ditiſſimum referat Ieſu fuiſſe diſcipulum: ſed vt oſtendat cauſam quare à Pilato corpus Ieſu potuerit impetrare. Pauperis enim & ignoti non erat ad Pilatū præſidem Romanæ poteſtatis accedere, & crucifixi corpus impetrare. In alio euangeliſta Ioſeph iſte βουλευτὴς appellatur, id eſt, conſiliarius: & de ipſo quidam putant primum pſalmum eſſe compoſitum: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum*, & reliqua. Luc. 23. g.

e ¶ *Et accepto corpore, Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda.*] Ex ſimplici ſepultura domini, ambitio diuitum condēnatur: qui nec in tumulis quidem poſſunt carere diuitiis. Poſſumus autem iuxta intelligentiā ſpiritualem & hoc ſentire, quod corpus domini nō auro, non gemmis & ſerico, ſed linteamine puro obuoluendum ſit: quamquam & hoc ſignificet, quod ille in ſindone munda inuoluit Ieſum, qui pura mente eum ſuſceperit.

g 346 II

h 347 VI

i 348 I

k 349 I

f ¶ *Et poſuit illud in monumento ſuo nouo, &c.*] In nouo ponitur monumento, ne poſt reſurrectionem cæteris corporibus remanentibus reſurrexiſſe alius fingeretur. Poteſt autem & nouum ſepulchrum, Mariæ virginalem vterum demonſtrare, ſaxumque oſtio appoſitum, & ſaxum magnum, oſtendere abſque auxilio plurimorum ſepulchrum non potuiſſe reſerari.

l 350 VI

m 351 X

D

g ¶ *Erat autem ibi Maria Magdalene, &c.*] Cæteris relinquentibus dominum, mulieres in officio perſeuerant, expectantes quod promiſerat Ieſus: & ideo meruerunt primæ videre reſurgentem, quia *qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.*

n 352 I

Sup. 10. d

h ¶ *Iube ergo cuſtodire ſepulcrum vſque in diem, &c.*] Non ſuffecerat principib⁹ ſacerdotum & ſcribis ac phariſæis crucifixiſſe dominum Saluatorem: niſi ſepulcrum cuſtodirent, cohortem acciperent, ſignarent lapidem, & quantum in illis eſt, manum opponerent reſurgenti, vt diligentia eorum noſtræ fidei proficeret. Quanto enim amplius reſeruatur, tanto magis reſurrectionis virtus oſtenditur. Vnde & in monumento nouo, quod exciſum fuerat in petra, conditus eſt: ne ſi ex multis lapidibus ædificatum eſſet, ſuffoſſis tumuli fundamentis, ablatus furto diceretur. Quod autem in ſepulcro ponendus eſſet, prophetę teſtimonium eſt, dicentis: *Hic habitabit in excelſa ſpelunca petræ fortiſſima.* Statimque poſt duos verſiculos ſequitur: *Regem cum gloria videbitis.* Eſa. 33. d. Ser. 70. Ibidem.

CAPVT XXVIII.

V*Eſpere autem ſabbathi, &c.*] Quod diuerſa tempora iſtarum mulierum in euangeliis deſcribuntur, non mendacij ſignum eſt (vt impij obiiciunt) ſed ſedulæ viſitationis officium: dum crebro abeunt ac recurrunt, & non patiuntur à ſepulcro domini diu abeſſe vel longius.

k ¶ *Et ecce terræmotus factus eſt magnus: &c.*] Dominus noſter vnus atque idem filius Dei & filius hominis, iuxta vtrāque naturā, diuinitatis & carnis, nūc magnitudinis ſuæ, nunc humilitatis ſigna demonſtrat. Vnde & in præſenti loco, quamquam homo ſit qui crucifixus eſt, qui ſepultus eſt,

Canon E Primos accubitus in cænis, & primas cathedras in ſynago-
gis, & in publico gulam ſectentur & gloriam, & vocentur
ab hominibus Rabbi, quod Latino ſermone magiſter dici-
רבי tur. Denique ſequitur.
a ¶ *Vos autem, &c.*] Nec magiſter, nec pater vocandus eſt
alius, niſi Deus pater, & Do-
d 230 X. minus noſter Ieſus Chriſtus.
Pater, quia ex ipſo ſunt om-
nia Magiſter, quia per ipſum
omnia: vel quoniā per diſpē-
ſationem carnis eius omnes
recōciliati ſumus Deo. Quę-
ritur, quare aduerſum hoc
præceptum, doctorem gen-
tium Apoſtolus ſe eſſe dixe-
rit: aut quomodo vulgato ſer-
mone, maxime in Palæſtina
& Ægypti monaſteriis ſe in-
uicem patres vocent. Quod
ſic ſoluitur: Aliud eſſe natura
e 231 V patrem vel magiſtrum: aliud
indulgētia. Nos ſi hominem
f 232 V patrem vocamus, honorem
2.Cor.5.d ætati deferimus: non auctorē
Col.1.c noſtræ oſtendimus vitæ. Ma-
giſter quoque dicitur ex con-
ſortio veri magiſtri. Et ne in-
g 233 X finita replicem: quomodo v-
nus per naturam Deus, & v-
nus filius, non præiudicat cę-
teris, ne per adoptionem Dei
vocentur & filij: ita & vnus
pater & magiſter non præiu-
dicat aliis, vt abuſiue appel-
lentur patres & magiſtri.
F b ¶ *Væ vobis, &c.*] Habentes
h 234 V ſcribæ & phariſæi legis pro-
phetarum que notitiam, ſciūt
Chriſtum eſſe filium Dei: nō
ignorant natum eſſe de Vir-
gine: ſed dum prędam de ſub-
iecta ſibi plebe appetunt, nec
ipſi introeunt in regna cœ-
lorum, nec eos qui poterant,
intrare permittunt. Hoc eſt
i 235 X quod in Oſee propheta ar-
guit: *Abſconderunt ſacerdotes*
k 236 V *viam, interfecerunt Sicimam.*
Et rurſum: *Sacerdotes non di-*
Oſee.6.d *xerunt, vbi eſt Dominus?* Vel
Sac.7.0. certe unuis magiſter, qui ſcā-
ibid 4.e dalizat malis operibus diſci-
pulos ſuos, claudit ante eos
regnum cœlorum.
l 237 V c ¶ *Væ vobis &c.*] Nō eo ſtu-
dio ſeruamus quæſita quo quærimus. Scribæ & phariſæi
totum luſtrantes orbem, propter negotiationes vel diuerſa
locra à diſcipulis captanda, quaſi per imaginem ſanctitatis,
ſtudium habebant de gentib. facere proſelytum, id eſt, ad-
uenam, & incircumciſum miſcere populo Dei. Sed qui an-
te, dum eſſet ethnicus, ſimpliciter errabat, & erat ſemel fi-
lius gehennæ, videns magiſtrorum vitia, & intelligens de-
ſtruere eos opere, quod verbis docebant, reuertitur ad vo-
mitum ſuum: & gentilis factus, quaſi prævaricator pœna
maiori dignus erit Filius autem vocatur gehennæ, quomo-
do filius perditionis, & filius huius ſæculi. Vnuſquiſque e-
Sap.15.a nim cuius opera agit, eius filius appellatur.
d ¶ *Væ vobis, &c.*] Supra, vt nobis viſum eſt, expoſuimus,
quid ſignificaret traditio phariſæorum, dicentium: Do-
num quodcunque eſt ex me, tibi proderit: nunc duplex, &
ad vnam auaritiæ occaſionem trahens, phariſæorum tra-
ditio cōdemnatur, vt arguantur cuncta pro lucro facere, &
non pro timore Dei. Sicut enim in phylacteriis & fimbriis
dilatatis opinio ſanctitatis, captabat gloriā, & per occaſio-
nem gloriæ quærebat lucra: ſic alia traditionis inuenta ſtro-

rabbi. d Vos autem nolite vocari rabbi: Vnus eſt
enim magiſter veſter: omnes autem vos fratres e-
ſtis. Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram:
Vnus eſt enim pater veſter, qui in cęlis eſt, Nec vo-
cemini magiſtri: quia magiſter veſter vnus eſt,
Chriſtus. e Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter ve-
ſter. Qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur: & qui
ſe humiliauerit, exaltabitur. f Vę autem vobis ſcri-
bę & phariſęi hypocritę, quia clauditis regnum cę-
lorum ante homines. Vos enim nō intratis, nec in-
troeuntes ſinitis intrare. Vę vobis ſcribę & phari-
ſęi hypocritę, quia comeditis domos viduarum, o-
rationes longas orantes: propter hoc amplius ac-
cipietis iudicium. g Vę c vobis ſcribę & phariſęi hy-
pocritę, quia circuitis mare & aridam, vt faciatis
vnum proſelytum: & cum fuerit factus, facitis eum
filium gehennę duplo quam vos. Vę d vobis duces
cęci, quia dicitis: quicunque iurauerit per templū,
nihil eſt: qui autem iurauerit in auro templi, debi-
tor eſt. Stulti & cęci, quid enim maius eſt, aurū an
templum, quod ſanctificat aurum? Et quicunque
iurauerit in altari, nihil eſt: quicūque autē iurauerit
in dono, quod eſt ſuper illud, debet. Cęci, quid e-
nim maius eſt: donum, an altare: quod ſanctificat
donum? Qui ergo iurat in altari, i iurat in eo, & in
omnibus, quę ſuper illud ſunt. Et quicunque iura-
uerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in
ipſo, Et qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in
eo qui ſedet ſuper eum. h Vę e vobis ſcribæ & pha-
riſęi hypocritæ, quia decimatis mentham & ane-
thum & cymnum, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt
legis, iudicium, & miſericordiam, & fidem. Hæc
oportuit facere, & illa non omittere. i Duces f cæ-
ci, excolantes culicem, camelum autem glutien-
tes k Vę vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia
mundatis quod deforis eſt calicis & paropſidis: in-
tus autem pleni eſtis rapina & immunditia. Phari-
ſæe cæce, munda prius quod intus eſt calicis &
paropſidis: vt fiat & id, quod deforis eſt mun-
dum. l Vę h vobis ſcribę & phariſęi hypocritæ, quia
ſimiles

pha, imperatis arguit præceptores. Si quis in contentione G
ſeu in aliquo iurgio, vel in cauſę ambiguo iuraſſet in tēplo,
& poſtea conuictus eſſet mendacij, non tenebatur criminis
reus. Sin autem iuraſſet in auro & pecunia, quæ in templo
ſacerdotibus offerebatur, ſtatim id, in quo iurauerat, coge-
batur exoluere. Rurſū: ſi quis
iuraſſet in altari, periurij
reum nemo tenebat. Sin au-
tem periuraſſet in domo, vel
in oblationibus, hoc eſt, in
hoſtiis, in victimis, & in ſimi-
lia, & cæteris quæ offeruntur
Deo ſuper altare: hęc ſtudio-
ſiſſime reprobantor. Arguit
ergo eos Dominus, & ſtulti-
tiæ & fraudulentiæ: quod
multo maius ſit templum
quam aurum, quod ſanctifi-
catur à templo: & altare quā
hoſtiæ, quę ſanctificantur ab
altari. Totum autem facie-
bant, non ob Dei timorem,
ſed ob diuitiarum cupidita-
tem.

e ¶ *Væ vobis ſcribæ, &c.*] Mul-
ta in lege præcepta ſunt, quæ
typos præferant futurorum.
Alia vero aperta ſunt iuxta Pſal.[illegible]
pſalmiſtam dicentem: *Man-*
datum Domini lucidum, illu-
minans oculos: quæ ſtatim o-
pera deſiderāt. Verbi gratia:
Non adulterabis: non furtum
facies: non teſtimonium falsū
dices, &c. Phariſæi autē, quia
præceperat Dominus (inte- H
rim vt intellectus myſticos
dimittamus) propter alimo-
niam ſacerdotum, & leuita-
rum, quorum pars erat do-
minus, omnium rerum of-
ferri in templo decimas: hoc
vnum habebāt ſtudij: vt, quæ
iuſſa fuerant, componerentur:
cætera quæ erant maio-
ra, vtrum quis faceret, an nō,
præuidebant. Et ex hoc ita-
que capitulo arguit eos aua-
ritiæ, quod ſtudioſe etiam vi-
lium holerum decimas exi-
gant: & iudicium in diſcepta-
tione negotiorū, miſericor-
diamque in pauperes, pupil-
los & viduas, & fidem in
Deum quæ magna ſunt, prætermittant.
f ¶ *Duces cæci, &c.*] Camelum puto eſſe ſecundum præſen-
tis locis, & magnitudinem præceptorum, iudicium, & mi-
ſericordiam, & fidem. Culicem autem, decimas menthæ, a-
nethi, & cymini, & reliquorum vilium holerum. Hæc con-
tra præceptum Dei, quæ magna ſunt, deuoramus, atque ne-
gligimus, & opinionem religionis in paruis, quæ lucrum
habent, diligentiam demonſtramus.
g ¶ *Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia mūdatis, &c.*]
Diuerſis verbis, eodem ſenſu quo ſupra, arguit phariſæos
ſimulationis atque mendacij, quod aliud oſtendant homi-
nibus foris, aliud domi agant. Non quod in calice & parop-
ſide eorum ſuperſtitio moraretur, ſed quod foris homini-
bus oſtenderent ſanctitatem, in habitu, in ſermone, in phy-
lacteriis, in fimbriis, in orationum longitudine, & cæte-
ris huiuſmodi: intrinſecus autem eſſent vitiorum ſordibus
pleni.
h ¶ *Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ: &c.*] Quod in ca-
lice & paropſide demonſtrarat, eo quod foris loti eſſent, &
intrinſecus ſordidi: hoc nunc per exemplum ſepulcrorum
replicat:

A [illegible]icat: quomodo ſepulcra forinſecus lita ſunt calce, & ornata marmoribus, & auro coloribuſque diſtincta, intus autem plena ſunt oſſibus mortuorum: ſic & peruerſi magiſtri, qui alia docent, & alia faciunt, munditiam habitu veſtis, & verborum humilitate demonſtrant: intus autem pleni ſunt omni ſpurcitia, auaritia, & libidine. Denique manifeſtius hoc ipſum exprimit, inferens: *Sic & vos à foris quidem paretis hominibus iuſti: intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.*

a ¶ *Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia ædificatis ſepulchra prophetarum, &c.*] Prudentiſſimo ſyllogiſmo coarguit eos filios eſſe homicidarum, dum ipſi opinione bonitatis & gloriæ in populos, ſepulchra ædificant prophetarum, quos maiores eorum interfecerūt, & dicunt: Si fuiſſemus tempore illo, non feciſſemus ea, quæ fecerunt patres noſtri. Hoc autē etiam ſi ſermone non dicant, opere loquūtur ex eo, quod ambitioſe & magnifice ædificent memorias occiſorum, quos à patribus ſuis eſſe iugulatos non negant.

b ¶ *Et vos implete, &c.*] Probato ſuperiorib. dictis, quod filij eſſent homicidarum, & eorum, qui prophetas occidiſſent: nunc concludit quod voluerat, & quaſi extremam ſyllogiſmi partem ponit. *Et vos implete menſuram patrū reſtrum.* Quod illis defuit, vos adimplete. Illi interfecerunt ſeruos, vos Dominum crucifigite. Illi prophetas, vos eum, qui à prophetis prædicatus eſt.

ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis, quę à foris parent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus murtuorum, & omni ſpurcitia. Sic & vos à foris quidem paretis hominibus iuſti: intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.[m] Væ vobis [a] ſcribæ & phariſæi hypocritę: quia ędificatis ſepulchra prophetarum, & ornatis monumēta iuſtorum, & dicitis: Si fuiſſemus in diebus patrū noſtrorum, non fuiſſemus ſocii eorū in ſanguine prophetarum. Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis: quia filii eſtis eorū, qui prophetas occiderunt.[n] Et vos [b] implete menſurā patrum veſtrorum. Serpētes, [c] genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennę. [o] Ideo [d] ecce ego mitto ad vos prophetas & ſapiētes, & ſcribas: & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem, vt [e] veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zacharię filii Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare. Amen dico vobis: venient hęc omnia ſuper generationem iſtam. [p] Hieruſalem, [f] Hieruſalem, quę occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt · quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Ecce [g] relinquetur vobis domus veſtra

B

Luc. 3. b — c ¶ ¶ *Serpentes, genimina viperarum, &c.*] Hoc ipſum & Ioannes Baptiſta diſerat. Sicut ergo de viperis naſcuntur viperæ, ſic de homicidis patribus, vos, inquit, nati eſtis homicidæ.

d ¶ *Ideo ecce ego, &c.*] Hoc quod antea dixeramus: implete menſuram patrum veſtrorum, ad perſonam Domini pertinere, eo quod occidendus eſſet ab eis: poteſt & ad diſcipulos eius referri, de quibus nunc dicit: Ecce ego mitto ad vos prophetas, & ſapientes, & ſcribas, & ex illis occideris & crucifigetis, & flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem: vt impleatis menſuram patrum veſtrorum. Simulque obſerua iuxta apoſtolū ſcribentem ad Corinthios, varia eſſe dona diſcipulorum Chriſti. Alios prophetas, qui ventura prædicent. Alios ſapiētes, qui nouerunt, quando debeant proferre ſermonem. Alios ſcribas in lege doctiſſimos: ex quibus lapidatus eſt Stephanus, Paulus occiſus, crucifixus Petrus, flagellati in actibus Apoſtolorum diſcipuli, & perſecuti eos ſunt de ciuitate in ciuitatem, expellentes de Iudæa, vt ad gentium populum tranſmigrarent. — Cor.7.b — Act.5.g

e ¶ *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtis, &c.*] De Abel nulla eſt ambiguitas, quin is ſit, quem Cain frater eius occiderit. Iuſtus autem non ſolum ex Domini nunc ſententia, ſed ex Geneſis teſtimonio comprobatur, vbi accepta eius à Deo narrantur munera. Quærimus quis iſte ſit Zacharias filius Barachiæ: quia multos legimus Zacharias. Et ne libera nobis tribueretur erroris facultas, additum eſt: quem occidiſtis inter tēplum & altare. In diuerſis diuerſa legi, & debeo ſingulorum opiniones ponere. Alij Zachariam filium Barachiæ dicūt, qui in duodecim prophetis vndecimus eſt: — Gen.4.c.

patriſque in eo nomen conſentit: ſed vbi occiſus ſit inter templum & altare, ſcriptura non loquitur, maxime cum temporibus eius vix ruinæ templi fuerint. Alij Zachariam, patrem Ioannis intelligi volunt, ex quibuſdam apocryphorum ſomniis approbantes, quod propterea occiſus ſit, quia Saluatoris prædicauerit aduētum. Hoc quia de ſcripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Alij iſtum volunt eſſe Zachariam, qui occiſus eſt à Ioas rege Iudæ inter templum & altare, ſicut Regum narrat hiſtoria. Sed obſeruandum, quod ille Zacharias non ſit filius Barachiæ, ſed filius Ioiadæ ſacerdotis. Vnde & ſcriptura refert: *Non fuit recordatus Ioas patris eius Ioiadæ, quia ſibi feciſſet bona.* Cū ergo & Zachariam teneamus, & occiſionis conſentiat locus: quærimos quare Barachiæ dicatur filius, & non Ioiadæ? Barachia lingua noſtra, benedictus Domini dicitur: & ſacerdotis Ioiadæ iuſtitia, Hebręo nomine demonſtratur. In euangelio quo vtuntur Nazareni, pro filio Barachiæ, filiū Ioiadæ reperimus ſcriptum. Simpliciores fratres inter ruinas templi & altaris, ſiue in portarum exitibus, quæ Siloam ducunt, rubra ſaxa monſtrantes, Zachariæ ſanguine putant eſſe polluta. Non condemnamus errorē, qui de odio Iudæorum, & fidei pietate deſcendit. Dicamus breuiter, quare ſanguis Abel iuſti, vſque ad Zachariam filium Barachiæ ab illa generatione requiratur, cum neutrum eorum occiderit. Regula ſcripturarum eſt, duas generationes bonorum & malorum noſſe, hoc eſt, ſingulorum ſingulas. De bonis ſumamus exempla: *Quis aſcendet in montem Domini? aut quis requieſcet in monte ſancto eius?* Cumque plures qui aſcenſuri ſunt in montem Domini deſcripſſet, qui diuerſis fuere ætatibus, poſtea infert: Hæc eſt generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Iacob. Et in alio loco de omnibus ſanctis: *Generatio iuſtorum benedicetur.* De malis vero, vt in præſenti loco: Generatio viperarum. Et: Requirētur omnia à generatione iſta. Et in Ezechiele, cum peccata terræ deſcripſiſſet, ſermo propheticus adiecit: *Si Noe, & Iob & Daniel ibi fuerint inuenti, non dimittam peccata terræ illi:* Omnes iuſtos, qui ſimiles forēt virtutibus eorum, per Noe, & Iob, & Daniel, volens intelligi. Ergo & iſti, qui ſimilia Cain & Ioas contra apoſtolos geſſerint, de vna generatione eſſe referentur.

Canon C
m 238 V
2.Par.24.
n 239 X
o 240 V
ברכיה
יהוידע
p 241 V
D
Pſal.32.a
Pſal. 111. a
Eze. 14. c

f ¶ *Hieruſalem, &c.*] Hieruſalem, non ſaxa & ædificia ciuitatis, ſed habitatores, quam plangit patris affectu, ſicut & in alio loco legimus, quod videns eam fleuerit. In eo autem quod dicit: *quotiens volui congregare filios tuos:* omnes retro prophetas à ſe miſſos eſſe teſtatur. Gallinæ quoque ſimilitudinem congregantis ſub alas pullos ſuos, in cantico Deuteronomij legimus: *Sicut aquila protegit nidum ſuum, & ſuper pullos ſuos deſiderauit, expandens alas ſuas ſuſcepit eos, & tulit ſuper pennas ſuas.* — Luc.19.f — Deut.32.b — Sec.70.

g ¶ *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.*] Hoc ipſū ex perſona Hieremiæ iam ante dixerat: *Reliqui domum meā: dimiſi hæreditatem meam: facta eſt mihi hæreditas mea quaſi ſpelunca hyenæ.* Deſertam Iudæorum domum, id eſt, templum illud, quod fulgebat auguſtius, oculis comprobamus: quia habitatorem Chriſtum perdidit, & hæreditatem præripere geſtiens, occidit hæredem. — Hier.12.b

CANON E

a ¶ *Dico enim vobis: non me videbitis à modo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.*] Ad Hieruſalem loquitur, & ad populum Iudæorum: Verſiculom autem iſtū, quo & paruuli atque lactentes in ingreſſu Hieruſalem Domini Saluatoris vſi ſunt, quando dixerunt: *Benedictus qui
a 242 II venit in nomine Domini: Oſanna in excelſis:* ſumpſit de centeſimo decimo pſalmo, qui manifeſte de aduentu Domini ſcriptus eſt. Et quod dicit, hoc vult intelligi: Niſi
b 243 II pœnitentiam egeritis, & cōfeſſi fueritis ipſum me eſſe, de quo prophetæ cecinerūt, filium omnipotentis patris, meam faciem non videbitis. Habent Iudæi datum ſibi tempus pœnitentiæ, confiteantur benedictum, qui venit in nomine Domini, & Chriſti ora conſpicient.

G

terræ, & à vera fide ſeparatio, in hæreticis magis intelligi: qui contra ſe inuicem dimicantes, eccleſiæ victoriam faciunt. Quod autem dixit: Hæc autem omnia initia ſunt dolorum: melius transfertur, parturitionum, vt quaſi conceptus quidam aduentus Chriſti, non partus intelligatur. ὠδίνων.

...ſtra deſerta. Dico ᵃ enim vobis, non me videbitis à malo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

CAPVT XXIV.

Et ᵃ egreſſus Ieſus ᵇ de templo, ibat: Et acceſſerunt diſcipuli eius, vt oſtenderent ei ædificationes templi. Ipſe autem reſpondens, dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui nō deſtruatur. ᵇ Sedente ᶜ autem eo ſuper monte Oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecreto, dicentes: Dic nobis quando hæc erunt: & quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſæculi? Et reſpondēs Ieſus, dixit eis: Videte ne quis vos ſeducat. Multi enim ᵈ venient in nomine meo, dicētes: Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent. Audituri ᵉ enim eſtis prælia, & opiniones præliorū, videte ne turbemini. Oportet enim hæc fieri, ſed nondum eſt finis. Conſurget ᶠ enim gens contra gentē, & regnum contra regnum: & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræ motus per loca. Hæc autem omnia initia ſunt dolorū. ᶜ Tunc ᵍ tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnib. gentib. propter nomē meū. ᵈ Et tunc ſcandalizabuntur multi, & inuicē tradent, & odio habebunt inuicē. Et multi pſeudoprophetæ ſurgēt, & ſeducent multos: & quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorū. Qui autem perſeuerauerit vſque in finē, hic ſaluus erit. ᵉ Et ⁱ prædicabitur hoc euangeliū regni in vniuerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet conſummatio. ᶠ Cum ergo ᵏ videritis abominationē deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantē in loco ſancto: qui legit, intelligat. ᵍ Tunc ˡ qui in Iudæa ſunt, fugiāt ad montes, & qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicā ſuā. ʰ Væ

CAP. XXIV.

Et *egreſſus Ieſus de templo, &c.*] Iuxta hiſtoriā manifeſtus eſt ſenſus. Recedente autem Domino de tēplo, omnia legis ædificia, &
c 244 I compoſitio mandatorum ita deſtructa eſt, vt nihil à Iudæis poſſit impleri: & capite
d 245 X. F ſublato, vniuerſa inter ſe membra compugnent.

c ¶ *Sedente autem eo ſuper montem Oliueti, acceſſerūt ad eum diſcipuli ſecreto, di-*
e 246 VI centes: Dic nobis quādo hęc erunt: & quod ſignum aduētus tui, & conſummationis ſæculi? Et reſpondens Ieſus
f 247 VI. dixit eis: *Videte ne quis vos ſeducat.*] Sedit in monte Oliueti, vbi verum lumen
g 248 II ſcientiæ naſcebatur: & accedunt ad eum diſcipuli ſecreto: qui myſteria, & futurorū reuelationem noſſe cupiebant, & interrogāt tria. Quo tempore Hieruſalē deſtruenda ſit, quo venturus Chriſtus, quo conſummatio ſæculi futura ſit.

g ¶ *Tunc tradent vos in tribulationem, &c.*] Per apoſtolos omnium credēntium perſona ſignatur: non quod eo tempore apoſtoli in corpore reperiendi ſint.

h ¶ *Et quoniam, &c.*] Non omnium negauit fidem, ſed multorum. *Multi enim vocati, pauci vero electi.* Nam in apoſtolis & ſimilibus eorum permanſura eſt charitas, de qua ſcriptum eſt: *Aqua multa non poterunt extinguere charitatem.* Et Ipſe Paulus: *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti, tribulatio, an anguſtia? an fames? & reliqua.* Sup. 20. b Cant. 8. c Rom 8. g

i ¶ *Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerſo orbe, &c.*] Signum Dominici aduentus eſt euangelium in toto orbe prædicari, vt nullus ſit excuſabilis: quod aut iam completū, aut in breui cernimus eſſe complendū. Non enim puto aliquam remanſiſſe gentem, quæ Chriſti nomen ignoret. Et quamquam non habuerit prædicatorem, tamen ex vicinis nationibus, opinionem fidei non poteſt ignorare. H

k ¶ *Cum ergo, &c.*] Quando ad intelligentiam prouocamur, myſticum monſtratur eſſe quod dictum eſt. Legimus autem in Daniele hoc modo: *Et in dimidio hebdomadis auferetur ſacrificium & libamina, & in templo abominatio deſolationum erit vſque ad conſummationem temporis: & conſummatio dabitur ſuper ſolitudinem.* Dan 9. g Sec. 70. De hoc & Apoſtolus loquitur, quod homo iniquitatis & aduerſarius, eleuandus ſit contra omne quod dicitur Deus, & colitur: ita vt audeat ſtare in templo Dei, & oſtendere quod ipſe ſit Deus, cuius aduentus ſecundum operationem deſtruat eos, & ad Dei ſolitudinem redigat, qui ſe ſuſceperint. 2. Theſſ. a Poteſt autem ſimpliciter aut de Antichriſto accipi, aut de imagine Cæſaris, quam Pilatus poſuit in templo, aut de Hadriani equeſtri ſtatua, quæ in ipſo ſancto ſanctorum loco vſque in præſentem diem ſtetit. Abominatio quoque ſecundum veterem ſcripturam, idolum nuncupatur: & idcirco additur deſolationis, quod in deſolato templo atque deſtructo idolum poſitum ſit.

d ¶ *Multi enim venient, &c.*] Quorum vnus eſt Simon Samaritanus, quem in actibus apoſtolorum legimus, qui ſe magnam dicebat eſſe Dei virtutem: hæc quoque inter cætera in ſuis voluminibus ſcripta dimittens: Ego ſum ſermo Dei, ego ſum ſpecioſus, ego paraclerus, ego omnipotens, ego omnia Dei. Act. 8. b Sed & Ioannes Apoſtolus in epiſtola ſua loquitur: *Audiſtis, quia Antichriſtus venturus eſt:* nunc autem Antichriſti multi ſunt. 1. Ioan. 2. c Ego reor omnes hæreſiarchas Antichriſtos eſſe, & ſub nomine Chriſti ea docere, quæ contraria ſunt Chriſto. Nec mirum, ſi aliquos ab his videamus ſeduci, cum Dominus dixerit: *Et multos ſeducent.*

e ¶ *Audituri enim eſtis, &c.*] Cum hæc igitur fieri viderimus, non putemus diem inſtare iudicij, ſed in tempus aliud reſeruari, cuius ſignum perſpicue in conſequentibus ponitur.

f ¶ *Conſurget, &c.*] Non ambigo, & hæc quidem iuxta literam futura quæ ſcripta ſunt: ſed mihi videtur regnum cōtra regnū: & peſtilentia eorum, quorum ſermo ſerpit vt cācer, & fames audiendi verbum Dei, & commotio vniuerſæ

l ¶ *Tunc hi, qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: &c.*] Abominatio deſolationis intelligi poteſt, & omne dogma peruerſum: quod cum viderimus ſtare in loco ſancto, hoc eſt, in eccleſia, & ſe oſtendere Deum, debemus fugere de Iudæa ad mōtes, hoc eſt, dimiſſa occidente litera & Iudaica prauitate, appropinquare montibus æternis, & de quibus illuminat mirabiliter Deus, & eſſe in tecto & in domate, quo non poſſunt ignita diaboli iacula peruenire, nec deſcendere & tollere aliquid de domo cōuerſationis priſtinæ, nec quærere Mich. 2. e Sec. 70. Pſal. 75. a

quæ

A Marc. 6. b quæ retrorſum ſunt, ſed magis ſerere in agro ſpiritualium ſcripturarum, vt fructus capiamus ex eo. Nec tollere alterā tunicam, quam Apoſtoli habere prohibētur. De hoc loco, id eſt, de abominatione deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtante in loco ſancto, multa Porphyrius tertio decimo operis ſui volumine cōtra nos blaſphemauit: cui Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus, tribus reſpondit voluminibus, decimo octauo, decimo nono, & vigeſimo. Apollinarius quoque ſcripſit pleniſſime: ſuperflueque conatus eſt vno capitulo velle diſſerere, de quo tantis verſuum milibus diſputatū eſt.

[h] Væ autem [a] prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. [i] Orate [b] autem, vt non fiat fuga veſtra hyeme, vel ſabbato. [k] Erit enim tunc tribulatio magna, qualis nō fuit ab initio mundi vſque modo, neque fiet. [l] Et niſi breuiati [c] fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi. [m] Tunc [d] ſi quis vobis dixerit: ecce hic eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere. [n] Surgent enim. [e] Pſeudochriſti, & Pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia: ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. Ecce prædixi vobis. [o] Si ergo [f] dixerint vobis: ecce in deſerto eſt, nolite exire: ecce in penetralib., nolite credere. [p] Sicut enim [g] fulgur exit ab Oriente, & paret vſque in Occidentem: ita erit & aduentus filij hominis. [q] Vbicunque [h] fuerit corpus, illac congregabuntur & aquilæ. [r] Statim [i] autem poſt tribulationem dierum illorum, Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum: & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorū commouebuntur, & tunc [k] parebit ſignū filij hominis in cœlo. [ſ] Et tunc [l] plangent omnes tribus terræ, & videbunt filiū hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & maieſtate. Et mittet [m] angelos ſuos cum tuba & voce magna & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à ſummis cœlorum vſque ad terminos eorum. Ab arbore [n] autem fici diſcite parabolam: cum iam

a ¶ Væ autem, &c.] Væ illis animabus, quæ non in perfectum virum ſua genimina perduxerunt: ſed initia habent fidei, vt enutritione indigeant magiſtrorum. Hoc quoque dici poteſt, quod in perſecutione Antichriſti, ſeu Romanæ captiuitatis, prægnantes & nutrientes vteri, & filiorum ſarcina prægrauati, expeditam fugam habere non quiuerint.

b ¶ Orate autem, &c.] Si de captiuitate Hieruſalem voluerimus accipere, quando à Tito & Veſpaſiano capta eſt, orare debent, ne fuga eorū hyeme vel ſabbatho fiat: qui in altero duritia frigoris
B prohibet ad ſolitudines pergere, & in montibus deſertiſque latitare. In altero, aut tranſgreſſio legis eſt, ſi fugere voluerint: aut mors imminens, ſi remanſerint. Si autem de conſummatione mundi intelligitur: hoc præcipit, vt non refrigeſcat fides noſtra, & in Chriſtum charitas: neque vt otioſi in opere Dei torpeamus virtutum ſabbatho.

c ¶ Et niſi, &c.] Abbreuiatos dies non ſecundum deliramenta quorundam (qui putant temporum momenta mu-
Pſal. 118. m tari, nec recordantur illius ſcripti: *Ordinatione tua permanet dies*) ſed iuxta temporum qualitatem ſentire debemus, id eſt, abbreuiatos non menſura, ſed numero, vt quomodo in
Pſal. 90. c benedictione dicitur: *Longitudine dierum replebo eum*: ſic & nunc abbreuiati dies intelligantur: ne temporum mora, fides concutiatur credentium.

d ¶ Tunc ſi quis, &c.] Multi captiuitatis Iudaicæ tempore principes extitere, qui Chriſtos eſſe ſe dicerent, in tantum vt obſidentibus Romanis tres intus fuerint factiones. Sed melius de conſummatione mundi intelligitur.

e ¶ Surgent enim, &c.] Tripliciter, vt ante iam dixi, locus hic diſſerendus eſt, aut de tempore obſidionis Romanæ, aut de conſummatione mundi, aut de hæreticorum contra Eccleſiam pugna, & iſtiuſmodi Antichriſtis, qui ſub opinione falſæ ſcientiæ contra Chriſtum dimicant.

f ¶ Si ergo, &c.] Si quis promiſerit vobis, quod in deſerto gentilium, & Philoſophorum dogmate Chriſtus moretur: aut in hæreticorum penetralibus, qui Dei pollicentur arcana, nolite exire, nolite credere: ſiue (quia perſecutionis & anguſtiarum tempore ſemper Pſeudoprophetæ decipiendi inueniunt locum) ſi quis ſub nomine Chriſti ſe iactare voluerit, non ſtatim accommodetis fidem.

g ¶ *Sicut enim fulgur exit ab Oriēte, & paret vſq; in Occiden-*

C *tem: ita erit & aduentus filij hominis.*] Nolite exire, nolite credere, quod filius hominis vel in deſerto gentium ſit, vel CANON
in penetralibus hæreticorum: ſed quod ab Oriente vſque in Occidentem fides eius in Catholicis Eccleſiis fulgeat. Hoc quoque dicendum, quod ſecundus Saluatoris aduentus nō in humilitate vt prius, ſed in
gloria demonſtrandus ſit. h 249
Stultum eſt itaque eum in II
paruo loco, vel abſcondito i 250
quærere, qui totius mundi VI
lumen ſit. k 251
II.

h ¶ Vbicunque fuerit, &c.] l 252
De exemplo naturali, quod VI
quotidie cernimus, Chriſti m 253
inſtruimur ſacramento. A- II
quilæ & vultures etiā trans n 254
maria dicuntur ſentire cada- VI
uera, & ad eſcam huiuſce-
modi congregari. Si ergo ir- o 255
rationabiles volucres naturali ſenſu tantis terrarū ſpa- V
cijs & maris fluctibus ſeparatæ, paruum cadauer ſen- p 256
tiunt, vbi iaceat: quanto ma- V
gis nos, & omnis multitudo
credentium debet feſtinare
ad eum, cuius fulgur exit ab q 257
Oriente, & paret vſque ad V
Occidentem? Poſſumus autem corpus, id eſt, πτῶμα: r 258
quod ſignificantius Latine II
dicitur, cadauer, ab eo quod
per mortem cadat, paſſionē
Chriſti intelligere ad quam
prouocamur, vt vbicunque
in ſcripturis legitur, congre- ſ 259
gemur, & per illam venire II
poſſimus ad verbum Dei, vt Pſal. 21. d
eſt illud: *Foderunt manus* Eſa. 53. a
meas & pedes meos. Et in E- Pſal. 102. a
ſaia: *Sicut ouis ad victimam ductus*, & cætera his ſimilia. A- Eſa. 40. g
quilæ autem appellantur ſancti, quibus innouata eſt iuuentus vt aquilæ: & qui iuxta Eſaiam pluméſcunt, & aſſumunt alas, vt ad Chriſti veniant paſſionem. D

i ¶ Statim autem, &c.] Sol & luna obſcurabuntur, & non dabunt lumen ſuum: & cætera aſtra cadent de cœlo, virtuteſque cœlorum commouebūtur, non diminutione luminis (alioquin legimus Solem ſeptuplum habiturum lumi-
Eſa. 30. f nis) ſed quod ad comparationem veræ lucis omnia viſa tenebroſa ſint. Si itaque iſte Sol, qui nunc per totum orbem rutilat, & luna quæ ſecundum eſt luminare: & ſtellæ, quæ ad ſolatium noctis accenſæ ſunt, omneſque virtutes, quas angelorum multitudines intelligimus, in aduentu Chriſti in tenebras reputabuntur, decutiatur ſupercilium eorum, qui ſe ſanctos arbitrantes, præſentiam iudicis non formidant.

k ¶ Et tunc, &c.] Signum hic, aut crucis intelligamus, vt vi- Zach. 12. e
deant (iuxta Zachariam & Ioannem) Iudæi quem compū- Ioan. 19. g
xerunt: aut vexillum victoriæ triumphantis.

l ¶ Et tunc plangent omnes, &c.] Plangent hi qui municipatum non habuere in cælis, ſed ſcripo ſunt in terra.

m ¶ Et mittet angelos, &c.] De hac tuba & Apoſtolus lo- 1. Cor. 15. g
quitur, & in Apocalypſi Ioannis legimus: & in veteri Te- 1. Theſſ. 4. d
ſtamento, tubæ ductiles ex auro, & ære, argentoque fieri Apocal. 8.
præcipiuntur, vt ſublimia doctrinarum reſonent ſacra- Num. 10. a
menta.

n ¶ Ab arbore autem fici diſcite parabolam: &c.] Sub exemplo arboris, docuit conſummationis aduentum. Quomodo, inquit, quando teneri fuerint in arbore ficus cauliculi, & gemma erumpit in florem, cortexque folia parturit, intelligitis æſtatis aduentum, & Fauonij ac veris introitum. Ita cū hæc omnia, quæ ſcripta ſunt, videritis, nolite putare

CANON E iam adeſſe conſummationem mundi, ſed quaſi prœmia & precurſores quoſdam venire, vt oſtendant, quod prope ſit & in ianuis.

mittat, vt fides credentium comprobetur, verum tranſactis malis ſperent iudicem eſſe venturum. Hoc eſt enim, quod in Paulo legimus: *Quando dixerint, pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus*: ſicut dolor parturientis, & non effugient. G 1.Theſſ.5.a

iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis, quia propè eſt æſtas. Ita & vos, cum videritis hæc omnia, ſcitote, quia propè eſt in ianuis. Amen [a] dico vobis, quia non præteribit generatio hęc, donec omnia iſta fiant. Cœlum [b] & terra tranſibunt: verba autem mea non præteribunt. [t] De [c] die autem illa, & hora, nemo ſcit: neque angeli cœlorũ, niſi ſolus pater [u] Sicut [d] autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filii hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, vſque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerũt, donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus filii hominis. [x] Tunc [e] duo erunt in agro: vnus aſſumetur, & vnus relinquetur. Duę molentes in mola: vna aſſumetur, & vna relinquetur. [y] Vigilatę [f] ergo: quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. [z] Illud autem ſcitote: quoniam ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur venturus eſſet: vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam. Ideo & vos [g] eſtote parati: quia neſcitis qua hora filius hominis venturus eſt. [a] Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus eius ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in in tempore? [b] Beatus ille ſeruus, quem cum venerit Dominus eius, inuenerit ſic facientem. Amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. [c] Si autem [h] dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo, moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere conſeruos ſuos: manducet autem & bibat cum ebriis: veniet [i] Dominus ſerui illius, in die qua non ſperat, & hora qua ignorat: & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis. Illic erit fletus & ſtridor dentium.

CAP.

a ¶ *Amen dico vobis, quia, &c.*] Supra diximus generationes bonorum & econtrario malorum eſſe ſingulas. Igitur aut omne genus hominum ſignificat, aut ſpecialiter Iudæorum.

b ¶ *Cœlum & terra, &c*] Cœlum & terra tranſibunt
t 260 VI immutatione, non abolitione ſui: alioquin quomodo
u 261 V Sol obſcurabitur, & luna nõ dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent: ſi cœlum, in quo iſta ſunt, terraque non fuerit.

c ¶ *De die autem illa, &c.*]
x 262 V In quibuſdam Latinis codicibus additum eſt, neque filius: cum in Græcis, & maxime Adamantij & Pierij exē-
y 263 VI plaribus hoc non habeatur aſcriptum: ſed quia in nonnullis legitur, diſſerendum videtur. Gaudet Arius & Eu-
z 264 II nomius: quaſi ignorãtia magiſtri, gloria diſcipulorũ ſit, & dicunt. Non poteſt æqua-
a 265 V lis eſſe qui nouit, & qui ignorat. Contra quos breuiter iſta dicẽda ſunt, cum om-
b 266 V nia tẽpora fecerit Ieſus, hoc eſt, verbum Dei: *Omnia enim*
Ioan.1.a F *per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil*: In omni-
c 267 V bus autem temporibus, etiã dies iudicij ſit: qua conſequentia poteſt eius ignorare partem, cuius totum nouerit? Hoc quoque dicendum eſt: Quid eſt maius, notitia patris, an iudicij? Si maius nouit, quomodo ignorat, quod maius eſt? Scriptum le-
Luc.10.e gimus *Omnia, quæ patris sũt, mihi tradita ſunt*. Si omnia patris filii ſunt, qua ratione vnius ſibi diei notitiam reſeruauit, & noluit eam cõmunicare cum filio? Sed & hoc inferendũ: Si nouiſſimũ diem tẽporum ignorat, ignorat & penultimum, & retrorſum omnes. Non enim poteſt fieri, vt qui primum ignorat, ſciat, quid ſecundum ſit. Igitur quia probauimus non ignorare filium conſummationis diem, cauſa reddenda eſt, cur ignorare dicatur. Apoſtolus ſuper
Col.2.a Saluatore ſcribit: *In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi* Sunt ergo omnes theſauri in Chriſto ſapientiæ & ſcientiæ: ſed abſconditi ſunt. Quare abſconditi ſunt? Poſt reſurrectionẽ interrogatus ab Apoſtolis, de die, manifeſtius reſpondit. *Non eſt veſtrum ſcire tẽpora vel mo-*
Act.1.a *menta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate*. Quando dicit, non eſt veſtrum ſcire, oſtendit, quod ipſe ſciat, ſed non expediat noſſe Apoſtolis: vt ſemper incerti de aduentu iudicis, ſic quotidie viuant, quaſi die alia iudicandi ſint. Denique & conſequens Euangelij ſermo idipſum cogit intelligi: dicẽs quoque patrem ſolum noſſe, in patre comprehendit & filium. Omnis enim pater filij nomen eſt.

d ¶ *Sicut, &c.*] Quæritur, quomodo ſupra ſcriptũ ſit. Surget enim gẽs contra gentẽ, & regnũ contra regnum, & erunt peſtilentiæ & fames, & terræmotus, & nunc ea futura memorẽtur, quæ pacis indicia ſunt Sed exiſtimandũ iuxta Apoſtolũ, quod poſt pugnas, & diſſenſiones, peſtilentias, & fames & terræmotus, & cætera quibus genus vaſtatur humanũ, breui ſubſecutura ſit pax: quæ quieta omnia reprotmittat, …

e ¶ *Tunc duo erunt in agro: vnus aſſumetur, &c.*] Tunc, inquit, duo erunt in agro, quãdo tempore videlicet conſummationis atque iudicij, duo in agro pariter inuenientur eundem habentes, laborem, quaſi parem ſementem, ſed fructus laboris non æque recipientes. Duæ quoque molentes ſimul erunt: vna aſſumetur, & vna relinquetur. In duobus qui in agro commorantur, & in duabus quæ pariter molunt: vel Synagogam intellige, vel Eccleſiã: quod ſimul molere videantur in lege, & de eiſdem ſcripturis farinam terere præceptorum Dei: vel cæteras hæreſes, quę de vtroque Teſtamento, aut de altero videntur molere farinam doctrinarum ſuarum: & cum vnum nominis Chriſtiani propoſitum habeant, non eandem mercedem recipient, aliis aſſumptis & aliis derelictis.

f ¶ *Vigilate ergo, &c.*] Perſpicue oſtendit, quare ſupra dixerit: De die autem illa & hora nemo ſcit, neque filius hominis, neque angeli, niſi pater ſolus: quod non expediat ſcire Apoſtolis, vt pendulæ expectationis incerto, ſemper eum credant eſſe vẽturum, quem ignorant, quãdo venturus ſit. Et non dixit: quia neſcimus, qua hora vẽturus ſit Dominus, ſed neſcitis. Præmiſſoque patrisfamilias exemplo, cur reticeat H conſummationis diem, manifeſtius docet, dicens.

g ¶ *Ideo & vos, &c.*] Plenius inculcat & replicat: quare de die conſummationis & hora, nec angelos cœlorum ſcire prædixerit, ſed ſolum patrem, quod non expediat ſcire Apoſtolis: & exemplum patrisfamilias, hoc eſt, ſui & fideliũ ſeruorum, id eſt, Apoſtolorum ad cohortationem ſolicitæ mentis interſerit: vt ſpe præmiorum miniſtrent conſeruis in tempore ſuo cibaria doctrinarum.

h ¶ *Si autem dixerit, &c.*] Ex ſuperioribus pendet: quod ſicut ſolicitus ſeruus & ſemper aduentum Domini præſtolans, tradit conſeruis cibaria in tempore ſuo, & poſtea ſuper omnia bona patrisfamilias conſtituitur: ita è contrario, qui iuxta Ezechielem dixit: In tempora longa fiet iſtud, Ezec.12.f & non putat Dominum cito eſſe vẽturum, factus ſecurior, vocat epulis atque luxuriæ, & non lenem patremfamilias, ſed ſeueriſſimum ſentiet iudicem.

i ¶ *Veniet Dominus ſerui illius, in die qua non ſperat, & hora qua ignorat, & diuidet eũ, &c.*] Hoc ipſum docet, vt ſciant, quando non putatur Dominus, tunc eum eſſe venturum, & vigilantiæ ac ſolicitudinis diſpenſatores admonet. Porro quod dicit, diuidet eum: non quo gladio eum diſſecet, ſed

quo

A quo à ſanctorum conſortio eum ſeparet: & partem eius ponat cum hypocritis: cum his videlicet, qui erant in agro, & qui molebant: & nihilominus derelicti ſunt. Sæpe diximus hypocritam aliud eſſe, aliud oſtendere: ſicut & in agro & in mola idem videbatur facere, quod Eccleſiaſticus vir, ſed exitus diuerſæ voluntatis apparuit.

d ¶ *Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ: & ornauerunt &c.*] Omnes virgines ſurrexerunt, & ornauerunt vnaquæque lampades ſuas, id eſt, ſenſus, in quibus oleum ſcientiæ recipiebant: vt alerent opera virtutum, quæ ante verum iudicem refulgerent. CANON

CAPVT XXV.

TVnc a ſimile erit, &c.] Hanc parabolam, id eſt, ſimilitudinē decem virginum fatuarum atque prudentum, quidam ſimpliciter in virginibus interpretātur: quarum aliæ iuxta Apoſtolum, & corpore & mente ſunt virgines: aliæ virginitatem tantum corporum reſeruantes, vel cætera opera non habent propoſito ſuo ſimilia: vel parentum cuſtodia reſeruatæ, nihilominus mente nupſerunt. Sed mihi videtur ex ſuperioribus alius ſenſus eſſe, qui dicitur: & nō ad virginalia corpora, ſed ad omne hominum genus cōparatio pertinere. Sicut enim duo in agro, & duæ molentes, duos ſignificant populos, Chriſtianorum & Iudæorum, ſiue ſanctorum & peccatorum, qui in Eccleſia conſtituti, videntur quidem & ipſi arare & molere, ſed cuncta in hypocriſi faciunt:

1. Cor. 7.

CAPVT XXV.

TVnc a ſimile a erit regnum cœlorum decem virginibus quę accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo & ſponſę. Quinque autem ex eis erant fatuę, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum Prudentes vero acceperunt oleum in vaſis ſuis, cum lampadibus. Moram b autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media c autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit, exite obuiam ei Tunc ſurrexerunt d omnes virgines illę, & ornauerunt lampades ſuas. Fatuę e autem ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtrę extinguuntur. Reſponderunt f prudentes, dicentes. Ne forte non ſufficiat nobis & vobis · ite potius g ad vendentes, & emite vobis. Dum h autem irent emere, venit ſponſus, & quæ paratæ i erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Nouiſſimè k vero veniunt & reliquę virgines, dicentes: Domine, domine, aperi nobis. At ille reſpondens l ait: Amen dico vobis, neſcio vos. Vigilate m itaque, quia neſcitis diem, neque horam. b Sicut n enim homo per egre proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua.

e ¶ *Fatuæ autem ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo veſtro: &c.*] Quæ lampades ſuas queruntur extingui, oſtendunt eas ex parte lucere: & tamen non habent lumen indeficiens, nec opera perpetua. Siquis igitur habet animam virginalem, & amator eſt pudicitiæ. non debet mediocribus eſſe contentus, quę cito exoleſcūt, & exorto caumate areſiunt, ſed perfectas virtutes ſequatur, vt lumen habeat ſempiternum. a 268 X

f ¶ *Reſponderunt prudentes, &c.*] Hoc non de auaritia ſed de timore reſpondent. Vnuſquiſque enim pro operibus ſuis mercedem recipiet: neque poſſunt in die iudicij aliorum virtutes, aliorum vitia ſubleuare. Et quomodo tempore Babyloniæ captiuitatis, Hieremias peccatores iuuare non potuit, & dicitur ad eum: Ne oraueris pro populo iſto: ſic formidoloſa erit illa dies, cum vnuſquiſque pro ſemetipſo ſolicitus erit. b 269 II Hier. 7.

B ſic & nunc decem virgines omnes homines complectuntur, qui videntur Deo credere, & applaudunt ſibi in ſcripturis ſanctis, tam Eccleſiaſticos quàm Iudæos atque hæreticos. Qui idcirco omnes virtutes appellantur: quia gloriantur in vnius Dei notitia, & mens eorum idololatriæ turba non conſtupratur. Oleum habent virgines, quæ iuxta fidem & operibus adornantur. Non habent oleum, quæ videntur ſimili quidem fide Dominum confiteri, ſed virtutum opera negligunt. Poſſumus quinque virgines ſapientes & ſtultas, quinque ſenſus interpretari: quorum alij feſtinant ad cœleſtia & ſuperna deſiderant: alij terrenis fecibus inhiantes, fomenta non habent veritatis, quibus ſua corda illuminent. De viſu & audito & tactu ſpiritualiter dictum eſt: *Quod vidimus, quod audiuimus, quod oculis noſtris perſpeximus: & manus noſtræ palpauere.* De guſtu: *Guſtate, & videte, quoniā ſuauis eſt Dominus.* De odoratu: *In odorem vnguentorum tuorum currimus.* Et: *Chriſti bonus odor ſumus.*

1. Ioan. 1. a
Pſal. 33. b
Cant. 1. a
2. Cor. 2. d

g ¶ *Ite potius, &c.*] Venditur hoc oleum, & multo emitur pretio, ac difficili labore conquiritur: quod in eleemoſynis cunctiſque virtutibus & conſiliis intelligimus magiſtrorum. D

h ¶ *Dum autem, &c.*] Dant quidem quaſi prudentes conſilium, quod non debeant ſine oleo lampadarum ſponſo occurrere: verum quia iam emendi tempus exceſſerat, & adueniente iudicij die, locus non erat pœnitentiæ, Pſalmiſta dicente: *In inferno autem quis confitebitur tibi?* non noua opera patrare, ſed præteritorum coguntur rationē exoluere. Pſal. 6. b

i ¶ *Et quæ paratæ erant, &c.*] Poſt iudicij diem, bonorum operum, & iuſtitiæ occaſio non relinquitur.

k ¶ *Nouiſſime vero, &c.*] Egregia quidem in Domini appellatione confeſſio, ideinque repetitum, indicium fidei eſt. Sed quid prodeſt voce inuocare, quem operibus neges?

b ¶ *Moram autem, &c.*] Non enim parum temporis inter priorem & ſecundum aduentum Domini prætergreditur. Omnes dormitauerunt, id eſt, mortuæ ſunt, quia ſanctorū mors, ſomnus appellatur. Conſequēter autem dicitur, dormierunt, qui poſtea ſuſcitandæ ſunt.

c ¶ *Media autem, &c.*] Subito enim quaſi intempeſta nocte & ſecuris omnibus, quando grauiſſimus ſopor eſt, per angelorum clamorem, & tubas præcedentium fortitudinum, Chriſti reſonabit aduentus. Dicamus aliquid quod forſitan lectori vtile ſit. Traditio Iudæorum eſt, Chriſtum media nocte venturum in ſimilitudinem Ægypti temporis, quādo paſcha celebratum eſt, & exterminator venit, & Dominus ſuper tabernacula tranſiit, & ſanguine agni poſtes noſtrarum frontium conſecrati ſunt: Vnde reor & traditionē Apoſtolicam permanſiſſe, vt in die vigiliarum paſchæ ante noctis dimidium, populos dimittere non liceat, expectantes aduentum Chriſti. Et poſtquam illud tempus tranſierit, ſecuritate præſumpta, feſtum cunctos agere diem. Vnde & Pſalmiſta dicebat: *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.*

Exod. 12. c
Pſal. 118. h

l ¶ *At ille reſpondens, &c.*] *Nouit Dominus eos, qui eius ſunt: & qui ignorat, ignorabitur*: Neſcit Dominus operarios iniquitatis. & licet virgines ſint, & ſecundum duplicem intelligentiam de corporis puritate, & de confeſſione veræ glorientur fidei: tamen quia oleum non habent ſcientiæ, ſufficit eis pro pœna, quod ignorantur à ſponſo. 2. Tim. 2. a 1. Cor. 14. g

m ¶ *Vigilate itaque, &c.*] Prudentem ſemper admoneo lectorem, vt non ſuperſtitioſis acquieſcat interpretationib. & quæ commatice pro fingentium dicuntur arbitrio: ſed conſideret priora, media, & ſequentia: & nectat ſibi vniuerſa, quæ ſcripta ſunt. Ex hoc ergo quod infert: *Vigilate, quia neſcitis diem neque horam*, intelliguntur vniuerſa, quæ dixit, id eſt, de duobus qui in agro ſunt, & de duabus molentibus, & de patrefamilias qui ſeruo ſuo credidit ſubſtantiam, & de decem virginibus, ideo parabolas eſſe præmiſſas; vt quia ignoramus omnes iudicij diem, ſolicite nobis lumen bonorum operum præparemus: ne dum ignoremus, iudex veniat.

n ¶ *Sicut.n. homo peregre proficiſcēs, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinq; talēta, alij autē duo, alij*

CANON E *vero vnum*, &c.] Homo iſti paterfamilias, haud dubium quin Chriſtus ſit, qui ad patrem poſt reſurrectionem victor aſcendens, vocatis Apoſtolis, doctrinam Euangelicam tradidit, non pro largitate & parcitate alteri plus, & alteri minus tribuens, ſed pro accipientium viribus: quomodo & Apoſtolus eos qui ſolidum

s.Cor.3.a c 270 V cibum capere non poterant, lacte potaſſe ſe dicit. Denique & illum qui de quinque talẽtis, decem fecerat, & qui de duobus quatuor, ſimili ſecepit gaudio: non conſiderãs lucri magnitudinem, ſed ſtudij voluntatem. In quinque & duobus & vno talento, vel diuerſas gratias intelligamus (quæ vnicuique traditæ ſunt) Vel in primo, omnes ſenſus examinatos: In ſecundo, intelligẽtiam & opera: In terno, rationem, qua homines à beſtiis ſeparamur.

ſua.[c] Et vni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero vnum: vnicuique ſecundum propriã virtutem, & profectus eſt ſtatim. Abiit[a] autem qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. Similiter[b] qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo. Qui[c] autem vnum acceperat, abiens fodit in terram: & abſcondit pecuniam Domini ſui. Poſt[d] multum vero temporis venit Dominus ſeruorum illorum, & poſuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens. Domine, quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Ait illi[e] dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtitutam: intra in gaudium Domini tui. Accedens autem & qui duo talenta acceperat, ait: Domine, duo talenta tradidiſti mihi: ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtitutam: intra in gaudium Domini tui. Accedens[f] autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, ſcio, quia homo durus es: metis vbi non ſeminaſti: & congregas vbi non ſparſiſti: & timens abii, & abſcondi talentum tuum in terra. Ecce habes, quod tuum eſt. Reſpondens[g] autem Dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, ſciebas, quia meto, vbi non ſemino, & congrego, vbi non ſparſi: Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis: & veniens ego recepiſſem vtique quod meum eſt cum vſura. Tollite itaque ab eo talentum: & date ei, qui habet decem talenta. Omni enim[h] habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem[i] ſeruum eiicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & ſtridor dentium.[f] Cum[k] autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper

a ¶ *Abiit autem, qui quinque talenta acceperat*, &c.] Acceptis terrenis ſenſibus cœleſtium ſibi notitiam duplicauit: ex creaturis intelligens creatorem, ex corporalibus incorporalia, ex viſibilibus inuiſibilia, ex breuibus æterna.

F b ¶ *Similiter, qui duo acceperat*, &c.] Et iſte pro viribus quidquid in lege didicerat, in Euangelio duplicauit:

d 271 II Siue ſcientiam & opera præſentis vitæ, futuræ beatitudinis typos intellexit.

e 272 V c ¶ *Qui autem*, &c.] Nequã ſeruus terrenis operibus & ſeculi voluptate, Dei præcepta neglexit & polluit: quã-

f 275 X quã In alio Euangeliſta ſcriptum ſit, quod in ſudario li-

Luc.19.d gauerit, id eſt, doctrinam patrisfamilias molliter & delicate viuendo eneruarit.

d ¶ *Poſt multum vero*, &c.] Grande tempus eſt inter aſcenſionem Saluatoris, & ſecundum eius aduentum. Si autem Apoſtoli reddituri ſunt rationem, quid nos oportet facere?

e ¶ *Ait illi Dominus eius*: &c.] Vtrique ſeruo (vt ante iam dixi) & qui de quinque talentis, decem fecerat, & qui de duobus quatuor, idem patris familias ſermo blanditur. Et notandum quod omnia, quæ in præſenti habemus, licet magna videantur & plurima, tamen comparatione futurorum, parua & pauca ſunt. *Intra*, inquit, *in gaudium Domini*

s.Cor.2.c *tui*: & ſuſcipe, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Quid autem poteſt maius dari fideli ſeruo, quam eſſe cum Domino, & videre gaudium Domini ſui.

f ¶ *Accedens*, &c.] Vere quod ſcriptum eſt: *Ad excuſandas*

Pſal.140.a *excuſationes in peccatis*, etiam huic ſeruo contigit, vt ad pigritiam & negligentiam, ſuperbiæ quoque crimen accederet. Qui enim ſimpliciter debuit inertiam confiteri & orare patrem familias: e contrario calumniatur, & dicit ſe prudenti feciſſe conſilio, ne dum lucra pecuniæ quæreret, etiam de ſorte periclitaretur.

g ¶ *Reſpondens autem Dominus eius*, &c.] Quod putauerat ſe pro excuſatione dixiſſe, in culpam propriam vertitur. Seruus autem malus appellatur, quia calumniam Domino facit. Piger, quia noluit talentum duplicare, vt in altero ſuperbiæ, in altero negligentiæ condemnetur. Si inquit, durum & crudelem eſſe me noueras, & aliena ſectari: ibique metere vbi non ſeuerim: quare non tibi iſtiuſmodi cogitatio incuſſit timorem, vt ſcires me mea diligentius quæſiturum, & dares pecuniam meam ſiue argentum nummulariis? Vtrumque enim ἀργύριον, Græcus ſermo ſignificat. *Eloquia*, inquit,

Pſal.11.b *Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum.* Pecunia ergo & argentum, prædicatio Euangelij eſt, & ſermo diuinus: qui dari debuit nummulariis & trapezitis, id eſt, vel cæteris doctoribus (quod fecerunt & Apoſtoli, per ſingulas prouincias, Presbyteros, & Epiſcopos ordinantes) vel cunctis credentibus, qui poſſunt pecuniam duplicare, & cum vſuris reddere, vt quidquid ſermone didicerant, opere explerent. Tollitur autem talentum, & datur ei, qui decem talenta fecerat, vt intelligamus, licet in vtriuſque labore æquale ſit gaudium Domini (hoc eſt, & eius qui quinque in decem duplicauerat, & eius qui duo in quatuor) tamen maius deberi præmium ei qui plus in Domini pecunia laborauit. H

Vnde dicit & Apoſtolus: *Presbyteros honora, qui vere presbyteri ſunt: maxime qui laborant in verbo Dei.* 1.Tim 5.c

Ex eo quod malus ſeruus auſus eſt dicere: Metis, vbi non ſeminaſti, & congregas, vbi non ſparſiſti: intelligimus etiam gentilium & Philoſophorum bonam vitam recipere Dominum, & aliter habere eos qui iuſte, aliter qui iniuſte agant, & ad comparationem eius qui naturali legi ſeruiat, condemnari eos qui ſcriptam legem negligant.

h ¶ *Omni enim*, &c.] Multi cum ſapientes ſint naturaliter, & habeant acumen ingenij: ſi fuerint negligentes, & deſidia bonum naturæ corruperint, ad comparationẽ eius qui paululum tardior, labore & induſtria compenſauit, quod minus habuit, perdunt bonum naturæ, & præmium quod eis fuerat repromiſſum, vident tranſire ad alios. Poteſt & ſic intelligi: ei qui fidem habet, & bonam in Domino voluntatem, etiam ſi quid minus in opere vt homo habuerit, dabitur à bono iudice. Qui autem fidem non habuerit, etiam cæteras virtutes, quas videbatur naturaliter poſſidere, perdet. Et eleganter etiam quod videtur, inquit, habere, auferetur ab eo. Quidquid enim ſine fide Chriſti eſt, non ei debet imputari, qui male eo abuſus eſt: ſed illi qui malo etiã ſeruo naturæ bonum tribuit.

i ¶ *Et inutilẽ*, &c.] Dominus lumẽ eſt, qui ab eo foras mittitur, caret vero lumine. Qui ſit autem fletus & ſtridor dẽtium, ſupra diximus.

k ¶ *Cũ*, &c.] Poſt biduũ paſcha facturus, & tradẽdus cruci & illuden-

A

[illegible] ab [illegible] bus, & aceto ac felle potandus, rectè p æmittit gloriam triumphantis, vt ſecutura ſcandala pollicitationis præmio compenſaret. Et notandum, quod qui in maieſtate cernendus eſt, filius hominis ſit. Quodque ſe-
Eccleſ. 10. a quitur: *Statuet oues quidem à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris*: iuxta illud intellige, quod alibi legis *Cor ſapientis*
Sap. 6. *in dextra eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius*, &c. Et ſupra in hoc eodem Euangelio: *Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.* Oues in parte
Exod. 12. e iuſtorum ſtare iubentur ad
Leuit. 4. 9. dexteram: hœdi, hoc eſt, pec-
& 56. catores ad ſiniſtram: qui ſemper pro peccato offeruntur
Cant. 4. a in lege. Nec dixit, capras, quę poſſunt habere fœtus, & tonſæ egrediuntur de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis nulla inter eas: ſed hœdos, laſciuum animal, & petulcum, & feruens ſemper ad coitum.

a ¶ *Venite, &c.*] Hoc iuxta præſcientiam Dei accipiendum, apud quem futura iam facta ſunt.

b ¶ *Amen dico vobis, &c.*] Libera nobis erat intelligentia, quod in omni paupere, Chri-
B ſtus eſuriens paſceretur: ſitiens potaretur: hoſpes induceretur in tectum: nudus veſtiretur: infirmus viſitaretur: clauſus carcere haberet ſolatium colloquentis. Sed ex hoc quod ſequitur: Quādiu feciſtis vni de his fratrib. meis minimis, mihi feciſtis: non mihi videtur dixiſſe generaliter de pauperibus, ſed de his qui pauperes ſpiritu ſunt, ad quos tendens manū
Cap. 12. d dixerat: *Fratres mei & mater mea hi ſunt, qui faciunt voluntatem patris mei.*

c ¶ *Et ibunt, &c.*] Prudens lector attende, quod & ſupplicia æterna ſint: & vita perpetua, metum deinceps non habeat ruinarum.

super ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos abinuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Et ſtatuet oues quidem à dextris ſuis: hœdos autem à ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt. [a] Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: Sitiui, & dediſtis mihi bibere: Hoſpes eram, & collegiſtis me: Nudus, & operuiſtis me: Infirmus, & viſitaſtis me: In carcere eram, & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus te: ſitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te: aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere & venimus ad te? Et reſpondens rex, dicet illis: Amen dico [b] vobis, quamdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his, qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: Sitiui, & non dediſtis mihi potum: Hoſpes eram, & non collegiſtis me: Nudus, & nō operuiſtis me: Infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me. Tunc reſpōdebunt ei & ipſi dicētes: Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quamdiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum: iuſti autem in vitam ęternam.

CAPVT XXVI.

E [a] T factum [d] eſt, cum conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis: Scitis, quia poſt biduum paſcha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. [b] Tunc [c] congregati ſunt principes Sacerdotum, & ſeniores populi in atrium principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & conſilium fecerunt, vt Ieſū dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem: Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo. [c] Cum [f] autem Ieſus eſſet in Bethania in domo Simonis leproſi, acceſſit ad [g] eum mulier, habens alabaſtrum vnguēti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentes. Videntes [h] autē diſcipuli, indignati ſunt dicentes: Vt quid perditio hæc?

quod Hebraice dicitur, i. פסח non à paſſione, vt pleriſque arbitrantur, ſed à tranſitu nominatur: eo quod extermina- 1 Peſah tor videns ſanguinem in foribus Iſraelitarum, pertranſierit, nec percuſſerit eos. Vel ipſe Dominus præbens auxiliū Exod. 12. f populo ſuo deſuper ambulauerit. Lege Exodi librum: de quo plenius, ſi vita comes fuerit, diſputabimus. Tranſitus autē noſter, id eſt, phaſe, ita celebratur, ſi terrena & Ægyptum dimittētes, ad cæleſtia feſtinemus.

CANON C

e ¶ *Tunc cōgregati ſunt principes ſacerdotum, &c.*] Qui debuerant paſchate victuri præparare victimas, leuigare templi parietes, pauimenta verrere, vaſa mundare, & ſecundum ritum legis purificari, vt eſu agni digni fierēt: congregantur ineuntes conſilium, quomodo occidant Dominum: non timētes ſeditionem, vt ſimplex ſermo demonſtrat: ſed cauentes ne auxilio populi de ſuis manibus tolleretur.

f ¶ *Cum autem, &c.*] Paſſurus pro omni mundo, & vniuerſas nationes ſuo ſanguine redēpturus, moratur in Bethania, domo obedientiæ, quæ quōdā fuit Simonis leproſi. Nō quod lepro- בית ענה ſus & illo tempore permaneret: ſed quia antea leproſus, poſtea à Saluatore mūdatus eſt: nomine priſtino D permanente, vt virtus curātis appareat. Nam in Cata- Luc. 5. f logo Apoſtolorum cum priſtino vitio & officio, Matthæus Publicanus appellatur: qui certe publicanus eſſe deſierat. Quidam Simonis leproſi domum, eam volunt intelligi partem populi, quæ crediderit Domino, & a 274 I ab eo curata ſit. Simon quoque ipſe obediēs dicitur: qui iuxta aliam intelligentiam, mundus interpretari poteſt, b 275 VI in cuius domo curata eſt Ec- שמעון cleſia.

g ¶ *Acceſſit ad eum, &c.*] Nemo putet eandem eſſe, quæ ſuper caput effudit vnguentum, & quæ ſuper pe- c 276 I des. Illa enim & lachrymis lauat, & crine tergit, & manifeſtè meretrix appellatur. De hac autem nihil tale ſcri- Ioan. 11. a & 12. a

CAPVT XXVI.

E T [a] *factum eſt, &c.*] Erubeſcant, qui putant Saluatorē timuiſſe mortem, & & paſſionis pauore dixiſſe: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte. Poſt biduū paſcha, facturus, tradendū ſe, vt crucifigatur, nouit, & tamē nō declinat inſidias nō territus fugit: intantū vt etiā cæteris ire nolētib., pergat intrepidus:
Ioan. 11. b quādo dicit Thomas: *Eamus, & nos, & moriamur cū eo.* Et finē carnali feſtiuitati volēs imponere, vmbraq; tranſeūte,
Luc. 22. b paſchæ reddere veritatē, dicit: *Deſiderio deſideraui hoc paſ-*
1. Cor. 5. c *cha māducare vobiſcū, antequā patiar. Etenim paſcha noſtrū immolatus eſt Chriſtus*: ſi tamē cōmēdamus illud in azymis ſynceritatis & veritatis. Porro quod ait: *Poſt biduum Paſcha fiet*, ſimplici intelligētia prætermiſſa, id quod ſacratū eſt, requiramus. Poſt duos dies clariſſimi luminis, veteris ac noui Teſtamentū, verum pro mūdo paſcha celebratur. Paſcha,

ptum eſt. Nec enim poterat ſtatim capite Domini meretrix digna fieri. Alius Euangeliſta pro alabaſtro vnguenti pretioſi (quod genus eſt marmoris) nardum piſticā poſuit: Ioan. 12. a hoc eſt veram, & abſque dolo: vt fidem Eccleſiæ & gentium demonſtraret.

h ¶ *Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt, dicentes: &c.*] Scio quoſdam hunc locum calumniari: quare alius Euangeliſta Iudam ſolum dixerit contriſtatum, eo quod loculos Ioan. 12. a tenuerit, & fur ab initio fuerit, & Matthæus ſcribat omnes Apoſtolos indignatos: neſcientes tropum qui vocatur σύλληψις, quo & pro vno oēs, & pro multis, vnus appellari ſo-

CANON E leat. Nam & Paulus in Epiſtola ſua, quæ ſcribitur ad Hebræos, licet de ea multi Latinorum dubitent, cum ſanctorum paſſiones & merita deſcripſiſſet, intulit: *Lapidati ſunt:*
Heb. 11. g *tentati ſunt: ſerati ſunt: in occiſione gladij mortui ſunt*: eum vnum tantummodo Eſaiam Prophetam ſectum Iudæi autument. Poſſumus & aliter dicere, quod Apoſtoli vere propter pauperes indignati ſunt: Iudas autem propter lucra ſua. Vnde & mutitatio eius cum crimine ponitur: quod non curam pauperum habuerit, ſed ſuo furto voluerit
d 277 VI prouidere.

G rumque non ponitur nomen. *Et inuenietis ibi quendam portantem lagenam aquæ*. Quorum idcirco vocabula prætermiſſa ſunt, vt omnibus, qui paſcha facturi ſunt, libera feſtiuitatis occaſio panderetur. Marc. 14. b

h ¶ *Et fecerunt diſcipuli*, &c.] In alio Euangeliſta ſcriptum eſt: quod inuenerunt cœnaculum magnum, ſtratum atque mundatum, & ibi parauerunt ei. Videtur autē mihi cœnaculum, lex ſpiritualis intelligi, quæ de anguſtiis literæ egrediens, in ſublimi loco recipit Saluatorē, Paulo idipſum loquente: quod ea, quæ ante pro lucro reputabat, quaſi purgamenta quiſquiliaſque contempſerit, vt dignum Domino hoſpitiū præpararet. Luc. 22. b Philip. 3. b

hæc? Potuit enim iſtud venundari multo, & dari pauperibus. Sciens[a] autem Ieſus, ait illis: Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum operata eſt in me. Nam ſemper pauperes habetis vobiſcum, me autē non ſemper habetis. [d] Mittēs [b] enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliēdum me fecit. Amen dico[c] vobis: vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius. [e] Tūc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iſcariotis, ad principes ſacerdotum, & ait [d] illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi conſtituerunt[e] ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem, vt eum traderet. Prima autem [f] die azymorum acceſſerūt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha? At Ieſus [g] dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magiſter dicit: Tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis. Et fecerunt [h] diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus, & parauerunt Paſcha. [f] Veſpere [i] autem facto, diſcumbebat cum duodecim diſcipulis, & edentibus [k] illis, dixit: Amen dico vobis, quia vnus veſtrū me traditurus eſt. [g] Et [l] contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere: Nunquid ego ſum Domine? [h] At ipſe [m] reſpondens, ait: Qui intingit mecū manū in paropſide, hic me tradet. Filius [n] quidē hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo: [i] Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum [o] erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. [k] Reſpondens [p] autem Iudas, qui tradidit eum dixit: Nunquid [q] ego ſum Rabbi? Ait illi: Tu dixiſti. [l] Cœnan-

a ¶ *Scient autem Ieſus, ait illis: Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum operata eſt in me. Nam ſemper pauperes*, &c.] Alia oboritur, quæſtio: quare Domin⁹ poſt
e 278 II reſurrectionē dixerit ad diſcipulos: *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationē mundi*, & nunc loquatur: me
Infr. 28 in fine. autem non ſemper habetis. Sed mihi videtur in hoc loco
f 279 IV de præſentia dicere corporali, quod nequaquam cum eis ita futurus ſit poſt reſurrectionem, quomodo nunc in omni conuictu & familiaritate. Cuius rei memor
g 280 I Apoſtolus ait: *Etſi nouera-*
2. Cor. 5. c *mus Ieſum Chriſtum ſecundū carnem, ſed nunc iam noui-*
h 281 II *mus eum.*

i 282 VI b ¶ *Mittens enim hæc vnguen-*
k 283 X *tum hoc*, &c.] Quos vos putatis perditionem eſſe vnguē-
F ti, officiū ſepulturæ eſt. Nec mirum ſi mihi bonum odorem fidei ſuæ dederit, cum ego pro ea fuſurus ſim ſanguinem meum.

c ¶ *Amen dico vobis, vbicunque*, &c.] In toto mundo non tam mulier iſta, quam Eccleſia prædicatur, quod ſepelierit Saluatorem, quod vnxerit caput eius. Et attende notitiam futurorum, quod paſſurus poſt biduum, & moriturus, ſciat Euangelium ſuum toto orbe celebrandum.

d ¶ *Et ait illis: Quid vultis*, &c.] Infelix Iudas dānum, quod ex effuſione vnguenti ſe feciſſe credebat, vult magiſtri pretio compenſare. Nec certam tamen poſtulat ſummam, vt ſaltem lucroſa videretur proditio: ſed quaſi vile tradens mancipium, in poteſtate ementium poſuit, quantum vellent dare.

Gen. 37. f e ¶ *At illi conſtituerunt*, &c.] Ioſeph non, vt multi putant iuxta LXX. interpretes, viginti aureis venditus eſt, ſed iuxta Hebraicam veritatem, viginti argenteis: neque enim pretioſior poterat eſſe ſeruus, quam Dominus.

Exod. 12. f f ¶ *Prima autem die*, &c.] Prima azymorum, quarta decima dies menſis primi eſt, quando agnus immolatur, & luna pleniſſima eſt, & fermentum abiicitur. Inter eos autem diſcipulos, qui acceſſerunt ad Ieſum interrogantes: *Vbi vis, paremus tibi comedere Paſcha?* & Iudam æſtimo fuiſſe proditorem.

g ¶ *Ait Ieſus dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei:* &c.] Morem veteris Teſtamenti noua ſcriptura conſeruat.
2. Almoni Frequēter legimus: Dixit ille illi, & in loco illo & illo: quod
3. Peloni. Hebraice dicitur 2. אלמני & 3. פלני, & tamen perſona-

i ¶ *Veſpere autem*, &c.] Omnia ſic agit Iudas, vt tollatur ſuſpicio proditoris.

k ¶ *Et edentibus illis*, &c.] Qui de paſſione prædixerat, & de proditore prædicit, dās locum pœnitentiæ: vt cum intellexiſſet ſciri cogitationes ſuas & occulta conſilia, pœniteret eum facti ſui, & tamen non deſignat ſpecialiter, ne manifeſte coargutus, impudentior fieret. Mittit crimen in numero, vt agat conſcius pœnitentiam.

l ¶ *Et contriſtati*, &c.] Et certe nouerant vndecim Apoſtoli, quod nihil tale contra Dominum cogitarent: ſed plus credūt magiſtro, quam ſibi, pertimeſcentes fragilitatem ſuam, triſtes interrogant de peccato, cuius conſcientiam non habebant. G

m ¶ *At ipſe reſpondens*, &c.] O mira Domini patientia. Primum dixerat: Vnus veſtrum me traditurus eſt. Perſeuerat proditor in malo: manifeſtius arguit, & tamen nomen proprie non deſignat. Iudas cæteris contriſtatis, & retrahentibus manum, & interdicentibus cibos ori ſuo, temeritate & impudentia, qua proditurus erat, etiam manum cum magiſtro mittit in paropſidem, vt audacia bonam conſcientiam mentiretur.

n ¶ *Filius quidem*, &c.] Nec primo nec ſecundo correptus à proditione retrahit pedem: ſed patientia Domini nutrit impudentiam ſuam, & theſaurizat ſibi iram in die iræ. Pœna prædicitur, vt quem pudor non vicerat, corrigant denunciata ſupplicia. Quod autem ſequitur.

o ¶ *Bonum erat*, &c.] Non ideo putandus eſt ante fuiſſe quā naſceretur: quia nulli poſſit bene eſſe, niſi ei qui fuerit. Sed ſimpliciter dictum eſt: multo melius eſſe non ſubſiſtere, quam male ſubſiſtere.

p ¶ *Reſpondens autem Iudas*, &c.] Nunquid ego ſum Rabbi? Ait illi: Tu dixiſti. Quia cæteri triſtes, & valde triſtes interrogauerant: Nunquid ego ſum, Domine? Ne tacendo ſe prodere videretur: & ipſe ſimiliter interrogat, quem conſcientia remordebat, qui manum audacter miſerat in paropſide.

q ¶ *Nunquid ego ſum Rabbi*.] Et blandientis iungit affectū, ſiue incredulitatis ſignū. Cæteri enim, qui non erant proditurj, dicūt: Nunquid ego ſum Domine? Iſte qui proditurus erat,

CANONES C

A ... Dominum, ſed magiſtrum vocat: quaſi excuſatio- ... Domino denegato, ſaltem magiſtrum pro- ... Tu dixiſti. Eadem reſponſione confutatus ... Pilato poſtea reſponſurus eſt.

a ¶ *Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite. Hoc eſt corpus meum,* &c.] Poſtquam typicum paſcha fuerat impletum, & agni carnes cum Apoſtolis comederat, aſſumit panem, qui confortat cor hominis, & ad verum paſchæ tranſgreditur Sacramentum, vt quomodo in præfiguratione eius Melchiſedech ſummi Dei ſacerdos, panem & vinū offerens fecerat, ipſe quoque veritatē ſui corporis & ſanguinis repræſentaret. In Luca legimus duos calices, quibus diſcipulis propinarit. Vnum primi menſis, & alterū ſecundi, vt qui inter ſanctos primo menſe agnum comedere non potuerit, ſecundo menſe inter pœnitentes hædum comedat.

Gen. 14. d

Luc. 22. b

[1] Cœnantibus[a] autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meum. [m] Et accipiens calicē, gratias egit, & dedit illis, dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. [n] Dico [b] autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſque in diem illū, cum illud bibam vobiſcum nouum in regno patris mei. Et hymno[c] dicto exierunt in montem Oliueti. [o] Tunc[d] dicit illis Ieſus: Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. [p] Scriptum [e] eſt enim: Percutiam paſtorē, & diſpergētur oues gregis. Poſtquam autem reſurrexero, præcedam vos in Galilæam. [q] Reſpondens [f] autem Petrus, ait illi: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. Ait illi [g] Ieſus: Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. [r] Ait illi Petrus: Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt. [ſ] Tunc[h] venit Ieſus cum illis in villam, quæ dicitur Gethſemani, & dixit diſcipulis ſuis. [t] Sedete hic, donec vadā illuc & orem. Et aſſumpto [i] Petro & duobus filiis Zebedei, cœpit contriſtari & mœſtus eſſe. [u] Tunc [k] ait illis: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Suſtinete hic, & vigilate mecum. [x] Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam, orans & dicens: Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. [y] Veruntamen non ſicut

b ¶ *Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, cum illud,* &c.] De carnalibus trāſit ad ſpiritualia: quod vinea de Ægypto tranſplantata ſit populus Iſrael, cui per Hieremiam Dominus loquitur: *Ego te plantaui vineam verā:* quomodo mutata es in amaritudinem vitis alienæ? Et Eſaias propheta in cantico, quod dilecto canit: & omnis ſparſim ſcriptura teſtatur. Dico ergo ſe Dominus de hac vinea nequaquam eſſe bibiturum, niſi in regno patris ſui. Regnum patris, fidem puto eſſe credentiū. Apoſtolo quoque idipſum confirmāte: *Regnum Dei intra vos eſt.* Ergo cum Iudæi receperint regnum patris: attende, quod dicat, patris, non Dei. Omnis pater nomen eſt filij. Cum, inquam, crediderint in Deo patre & adduxerit eos pater ad filium, tunc de vino eorum bibet Dominus, & in ſimilitudinem Ioſeph regnans in Ægypto, inebriabitur cum fratribus ſuis.

Iere. 2. d.

Eſa. 5. a.

Luc. 17.

c ¶ *Et hymno dicto,* &c.] Hoc eſt, quod in quodam Pſalmo legimus: *Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ.* Iuxta hoc exemplum: qui Saluatoris pane ſaturatus, & calice inebriatus fuerit, poteſt laudare Dominum, & conſcendere montem Oliueti: vbi laborum refectio, dolorisque ſolatium, & veri luminis notitia.

d ¶ *Tunc dicit illis Ieſus:* &c.] Prædicit, quod paſſuri ſunt: vt cum paſſi fuerint, non deſperent ſalutem, ſed agentes pœnitentiam liberentur. Et ſignanter addidit, in iſta nocte ſcandalum patiemini: quia quomodo, qui inebriantur, nocte inebriantur: ſic & qui ſcandalum patiuntur, in nocte & in tenebris ſuſtinent. Nos vero dicamus: *Nox præteriit: dies autem appropinquauit.*

e ¶ *Scriptum eſt enim: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues,* &c.] Hoc aliis verbis in Zacharia Propheta ſcriptū eſt, & (ni fallor) ex perſona Prophetæ ad Deum dicitur: *Percute paſtorē, & diſpergentur oues gregis.* Sexageſimo quoque & octauo Pſalmo, qui totus à Domino canitur, huic ſenſui congruente. Quoniam, quem tu percuſſiſti, ipſi perſequuti ſunt. Percutitur autem paſtor bonus, vt ponat animam ſuā pro ouibus ſuis, & de multis gregibus errorū fiat vnus grex, & vnus paſtor. De hoc teſtimonio in libello, quem de optimo genere interpretandi ſcripſimus, plenius dictum eſt.

f ¶ *Reſpondens autem Petrus, ait illi: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor,* &c.] Non eſt temeritas, nec mendacium, ſed fides eſt Apoſtoli Petri, & ardens affectus erga Dominum Saluatorem, de quo ſupra diximus.

t 284 I

g ¶ *Ait illi Ieſus: Amen dico tibi,* &c.] Et Petrus de ardore fidei promittebat, & Saluator quaſi Deus futura nouerat. Et nota, quod Petrus in nocte neget, & neget tertio. Poſtquam autem gallus cecinit, & decreſcentibus tenebris vicina lux nunciata eſt, conuerſus fleuit amare, ternæ negationis ſordes lacrymis lauans.

m 285 II.

n 286 VI

o 286 IV

p 288 VI

h ¶ *Tunc venit Ieſus,* &c.] Gethſemani, interpretatur vallis pinguiſſima, in qua iuſſit diſcipulos ſedere pauliſper, & expectare redeuntem, donec pro cunctis ſolos Dominus oraret.

q 289 I

גיא שמן

r 290 VII

ſ 295 I.

i ¶ *Et aſſumpto Petro,* &c.] Illud quod ſupra diximus de paſſione & propaſſione, etiā in præſenti capitulo oſtēditur: quod Dominus vt veritatē probaret aſſumpti hominis, vere quidem contriſtatus ſit, ſed ne paſſio in animo illius dominaretur, per propaſſionem cœperit contriſtari. Aliud eſt enim contriſtari, & aliud incipere contriſtari. Contriſtabantur autē, non timore patiendi (quia ad hoc venerat, vt pateretur, & Petrum timiditatis arguerat) ſed propter infeliciſſimū Iudam, & ſcandalum omnium Apoſtolorum, & reiectionem populi Iudæorum, & euerſionē miſeræ Hieruſalem. Vnde & Ionas ſuper ariditate cucurbitæ vel hæderæ contriſtatus eſt, nolens perire quondam tabernaculum ſuum. Si autem triſtitiam animi, non affectum Saluatoris erga perituros, ſed paſſionem hæretici interpretantur, reſpondeant, quomodo exponunt illud, quod ex perſona Dei per Ezechielē dicitur: *Et in omnibus iſtis contriſtabas me.*

t 292 VI

u 293 IV

Sup. c. 5.

x 294 I

D

y 295 I

Iona. 4.

קיקיון

Ezech. 16. e

Sec. 70. ἐλύπεις

k ¶ *Tunc ait illis: Triſtis eſt,* &c.] Quæ contriſtatur, anima eſt: ſed non propter mortem, ſed vſque ad mortem contriſtatur, donec Apoſtolos ſua liberet paſſione. Quod autem præcepit: Suſtinete hic, & vigilate mecum: non à ſomno prohibet, cuius tempus nō erat imminente diſcrimine, ſed à ſomno infidelitatis, & torpore mentis. Dicant ergo, qui irrationabilem Ieſum ſumpſiſſe animam ſoſpicantur, quomodo contriſtetur, & nouerit tempus triſtitiæ. Quanquam enim & bruta animalia mœreant, tamen non nouerunt, nec cauſas, nec tempus ad quod debeant contriſtari.

l ¶ *Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam, orans & dicens: Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego volo,* &c.] Dato Apoſtolis præcepto vt ſuſtinerent, vigilarentque cum Domino, paululum procedens ruit in faciem ſuam: & humilitatem mentis habitu carnis oſtendit, dicitque blandiens: Mi pater, & poſtulat, vt, ſi poſſibile eſt, tranſeat ab eo paſſionis calix: de quo ſupra diximus. Poſtulat autem non timore patiendi, ſed miſericordia prioris populi, ne ab illis bibat calicem propinatum. Vnde & ſignanter non dixit: tranſeat à me calix, ſed

Canona E calix iſte: hoc eſt, populi Iudæorum, qui excuſationẽ ignorantiæ habere non poteſt, ſi me occiderit: habens Legem & Prophetas, qui me quotidie vaticinantur. Attamen reuertens in ſemetipſum, quod ex hominis perſona trepidanter

z 269 I renuerat, ex Dei filique confirmat. *Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Non, inquit, hoc fiat, quod humano affectu loquor, ſed propter quod ad terras tua voluntate deſcendi.

Dominum tradidit, putabat ſigna, quæ Saluatorem viderat facientem, non maieſtate diuina, ſed magicis artibus facta. Et quia eum forte audierat in monte transfiguratum, timebat, ne ſimili transformatione elaberetur è manibus miniſtrorum. Dat ergo ſignum, vt ſciant ipſum eſſe, quem oſculo demonſtraret. G

a 297 IV a ¶ *Et venit ad diſcipulos,* &c.] Ille qui ſupra dixerat. Etiam

b 298 VI ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor: nunc triſtitiæ magnitudine ſomnum vincere non poteſt.

c 299 IV b ¶ *Vigilate, & orate,* &c.] Impoſſibile eſt humanam animam non tentari. Vnde & in oratione Dominica dicimus: *Ne nos inducas in tenta-*

d 300 I *tionem*: quam ferre non poſſimus. Non tentationem penitus refutantes, ſed vires ſuſtinendi in tentationibus de-

e 301 II precantes. Ergo & in præſentiarum, non ait: *Vigilate, & orate,* ne tentemini, ſed *ne intretis in tentationem*: hoc eſt, ne tentatio vos ſuperet & vincat, & vos intra caſſes teneat. Verbi gratia: Martyr,

f 302 I qui pro confeſſione Domini ſanguinem fundit, tentatus quidem eſt: ſed tentationum retib. non ligatur. Qui

g 303 X autem negat, in plagas tentionis incurrit.

F

c ¶ *Spiritus quidem,* &c.] Hoc aduerſum temerarios, quicquid crediderint, putãt

h 304 I ſe poſſe conſequi. Itaque quantum de ardore mentis confidimus, tantundem carnis

1.Petr.3.c fragilitate timeamus. Sed tamen iuxta Apoſtolum, in ſpiritu carnis opera mortificantur.

ſicut ego volo, ſed ſicut tu.[z] Et [a] venit ad diſcipulos ſuos: & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: Sic non potuiſtis vna hora vigilare mecum? Vigilate[b] & orate, vt nõ intretis in tentationem. [a] Spiritus [c] quidem promptus eſt, caro autem infirma. [b] Iterum [d] ſecundo abiit, & orauit, dicens: Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum, fiat voluntas tua. Et [e] venit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorũ grauati. Et relictis illis, iterũ abiit, & orauit tertio eundem ſermonem dicens. [c] Tunc [f] venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis Dormite iam, & requieſcite: ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorũ. Surgite, [g] eamus: ecce appropinquauit, qui me tradet. [d] Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fuſtibus, miſſi à principibus ſacerdotum, & ſenioribus populi. [e] Qui [h] autẽ tradidit eum, dedit illis ſignum, dicens: Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. Et [i] confeſtim accedens ad Ieſum, dixit: Aue Rabbi. Et oſculatus eſt eum. Dixitque [k] illi Ieſus. [e] Amice, ad quid veniſti? Tũc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum. [f] Et [l] ecce vnus ex his qui erant cum Ieſu, extendens manum, exemit gladium ſuum: & percutiens ſeruum principis ſacerdotum, amputauit auriculam eius. [g] Tunc [m] ait illi Ieſus: Conuerte gladium tuum in locum ſuum. Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, [n] quia non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum? Quo modo ergo implebuntur ſcripturæ, quia ſic oportet fieri? In illa [o] hora dixit Ieſus turbis: Tanquam ad latronẽ exiſtis cum gladiis & fuſtib. comprehendere me: quotidie apud vos ſedebam, docens in tem-

i ¶ *Et confeſtim,* &c.] Impudens quidem & ſcelerata cõfidentia, magiſtrum vocare, & oſculum ei ingerere, quẽ tradebat. Tamen adhuc aliquid habet de verecundia diſcipuli: cum non eum palam tradit perſecutoribus, ſed per ſignum oſculi. Hoc eſt ſignũ, quod poſuit Deus in Cain, ne quicunque inueniſſet, interficeret eum. Gen.4.c

k ¶ *Dixitque illi Ieſus:* &c.] Verbum: amice, vel κατ' ἀντίφρασιν intelligendum. Vel certe iuxta illud quod ſupra legimus: *Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem.* Sup.22.b

l ¶ *Et ecce vnus ex his, qui erant cum Ieſu, extendens manum, exemit gladium ſuum,* &c.] In alio Euangeliſta ſcriptum eſt, quod Petrus hoc fecerit, eodem mentis ardore, quo cætera. Seruus quoque principis ſacerdotum, Malchus appellatur, auricula, quæ amputatur, dextra eſt. Tranſitorie dicendum quod Malchus, id eſt, rex quondam populus Iudæorum, ſeruus factus ſit impietatis, & deuorationis ſacerdotum: Dexteramque perdiderit auriculam: vt totam literæ vilitatem audiat in ſiniſtra: ſed Dominus in his, qui ex Iudæis credere voluerunt, reddidit aurem dexterã, & fecit ſeruum genus regale & ſacerdotale. Ioan.18.b

H

d ¶ *Iterum ſecundo abiit,* &c.] Secundo orat, vt ſi Niniue aliter ſaluari non poteſt, niſi aruerit cucurbita, fiat voluntas patris: quæ non eſt contraria filij voluntati, dicente ipſo per Prophetam: *Vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui.* Pſal.39.b

e ¶ *Et venit,* &c.] Solus orat pro omnibus, ſicut & ſolus patitur pro vniuerſis. Langueſcebant autem, & opprimebantur Apoſtolorum oculi negatione vicina.

f ¶ *Tunc venit ad diſcipulos,* &c.] Poſtquam tertio orauerat, (vt in ore duorum vel trium ſtaret omne verbum) & Apoſtolorum timorem ſequenti pœnitentia impetrauerat corrigendum: ſecurus de paſſione ſua pergit ad perſecutores, & vltro ſe interficiendum præbet, dicitque diſcipulis ſuis. Deut.17.b

g ¶ *Surgite,* &c.] Ne nos inueniant quaſi timentes & retractantes, vltro pergamus ad mortem: vt confidẽtiam & gaudium paſſuri videant.

h ¶ *Qui autem tradidit eum, dedit,* &c.] Miſer Iudas, & tamen non miſerabilis, eadem infidelitate, qua magiſtrum &

m ¶ *Tunc ait illi Ieſus: Conuerte gladium tuum in locum ſuũ Omnes enim,* &c.] Et ſi non fruſtra portat gladium, qui vltor Dominicæ iræ poſitus eſt in eum, qui malum operatur: attamen quicunque gladium ſumpſerit, gladio peribit. Quo gladio? Illo nempe qui igneus vertitur ante paradiſum: & gladio ſpiritus, qui in Dei deſcribitur armatura. Rom.13.a Gen.3.d Eph.6.d

n ¶ *An putas, quia non poſſum rogare patrem meum,* &c.] Non indigeo duodecim Apoſtolorum auxilio, etiam ſi omnes me defenderẽt, qui poſſum habere duodecim legiones angelici exercitus. Vna legio apud veteres, ſex millibus cõplebatur hominum. Pro breuitate temporis numerum non occurrimus explicare: typum tantum dixiſſe ſufficiat, ſeptuaginta duo angelorum, in quot gentes hominum lingua diuiſa eſt, de duodecim legionibus fieri. Sequens ſententia promptum ad patiendum demonſtrat animum: quod fruſtra Prophetæ cecinerint, niſi Dominus eos vere dixiſſe, paſſione ſua aſſeruerit.

o ¶ *In illa hora dixit Ieſus turbis:* &c.] Stultum eſt, inquit, eum cum gladiis & fuſtibus quærere, qui vltro ſe tradit veſtris manibus: & in nocte quaſi latitantem, & à veſtris oculis declinantem per proditorem inueſtigare, qui

A qui quotidie in templo doceat. Sed ideo aduerſum me in tenebris congregamini, quia poteſtas veſtra in tenebris eſt.

Pſal. 21.d *Eſaia 53.c* *Ibid.* *Sec. 70.*
a ¶ *Hoc autem totum factum eſt*, &c] Quæ ſunt ſcripturæ prophetarum? Foderunt manus meas, & pedes meos. Et alibi: *Sicut ouis ad victimam ductus eſt.* Et in eodem loco: *Ab iniquitatibus populi mei ductus eſt ad mortem.*

b ¶ *At illi tenentes Ieſum, duxerunt ad Caipham principem ſacerdotum, vbi ſcribæ*, &c.] *Exod. 29.c* Moyſes Deo iubente præceperat, vt pontifices patribus ſuccederent, & generationis in ſacerdotibus ſeries texeretur. Refert Ioſephus iſtum Caipham vnius tantum anni pontificatum ab Herode pretio redemiſſe. Non ergo mirum eſt, ſi nequam pontifex iniquius iudicet.

c ¶ *Petrus autem ſequebatur eum à longe*, &c.] A longe ſequebatur, qui erat dominum negaturus.

d ¶ *Et ingreſſus intro, ſedebat cum miniſtris vt videret finem. Principes autem*, &c.] Vel amore diſcipuli, vel humana curioſitate ſcire cupiebat, quid iudicaret de domino pôtifex: vtrum eum neci addiceret, an flagellis cæſum dimitteret. Et in hoc diuerſitas decem Apoſtolorum & Petri. Illi fugiunt, iſte quanquam procul, ſequitur tamen Saluatorem.

e ¶ *Nouiſſime*, &c.] Quo modo falſi teſtes ſunt, ſi ea dicunt B quæ dominum ſupra dixiſſe legimus? Sed falſus teſtis eſt, qui non eodem ſenſu dicta intelligit quo dicuntur. Dominus enim dixerat de templo corporis ſui. Sed & in ipſis verbis calumniantur: & paucis additis vel mutatis, quaſi iuſtam calumniam faciunt. Saluator dixerat: Soluite templum hoc: iſti commutant & aiunt: Poſſum deſtruere templum Dei. Vos, inquit, ſoluite, non ego: quia illicitum eſt vt ipſi nobis inferamus manus. Deinde illi vertunt, & poſt triduum reædificare illud: vt proprie de templo Iudaico dixiſſe videatur. Dominus autem vt oſtenderet animale & ſpirans templum, dixerat: & ego in triduo ſuſcitabo illud. Aliud eſt ædificare, aliud ſuſcitare.

f ¶ *Et ſurgens princeps ſacerdotũ, ait illi*: Nihil reſpondes ad ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur, &c.] Ita præceps & impatiens, non inueniens calumniæ locum, excutit de ſolio pontificem, vt veſaniam mentis motu corporis demonſtraret. Quãto Ieſus tacebat ad indignos reſponſione ſua falſos teſtes, & ſacerdotes impios: tanto magis pontifex furore ſuperatus eum ad reſpondendum prouocat: vt ex qualibet occaſione ſermonis, locum inueniat accuſandi. Nihilominus Ieſus tacebat. Sciebat enim quaſi Deus quidquid reſpondiſſet, torquendum ad calumniam.

g ¶ *Et princeps ſacerdotum ait illi*: *Adiuro te per Deum*, &c.] Quid adiuras impiiſſime ſacerdotum? vt accuſes, an vt credas? Si vt accuſes, arguunt alij, voluntque condemnare tacentem. Si vt credas, quare confitenti credere noluiſti?

in templo, & non me tenuiſtis. [i] Hoc [a] autẽ totum factũ eſt, vt adimplerentur ſcripturæ prophetarũ. Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt. [k] At illi [b] tenẽtes Ieſum, duxerunt ad Caiphã principem ſacerdotũ. vbi ſcribæ, & ſeniores conuenerant. [l] Petrus [c] autem ſequebatur eum à lõge, vſq; in atrium principis ſacerdotũ. Et [d] ingreſſus intro, ſedebat cum miniſtris, vt videret finem. [m] Principes autem ſacerdotum, & omne concilium quærebant falſum teſtimoniũ contra Ieſum, vt morti eum traderent. Et non inuenerunt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. [n] Nouiſſime [e] autem venerunt duo falſi teſtes, & dixerunt: Hic dixit: Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduũ reædificare illud. Et [f] ſurgens princeps ſacerdotũ, ait illi: Nihil reſpondes ad ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur? Ieſus autẽ tacebat. Et princeps [g] ſacerdotum ait illi: Adiuro te per Deum viuũ, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius Dei. Dicit [h] illi Ieſus. Tu dixiſti. [o] Veruntamen dico vobis: amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientẽ in nubibus cœli. [p] Tunc [i] princeps ſacerdotũ ſcidit veſtimenta ſua, dicens: Blaſphemauit. [q] Qui adhuc egemus teſtibus? Ecce nũc audiſtis blaſphemiam. Quid vobis videtur? At illi reſpondentes, dixerunt: Reus eſt mortis. [r] Tũc [k] expuerunt in faciem eius, & colaphis eũ ceciderunt. Alij [l] aũt palmas in faciẽ eius dederunt, dicentes? Prophetiza nobis Chriſte: quis eſt qui te percuſſit? [ſ] Petrus [m] vero ſedebat foris in atrio: & acceſſit ad eũ vna ancilla, dicens: Et tu cũ Ieſu Galilæo eras. At ille negauit corã omnib., dicens: Neſcio quid dicis. [t] Exeunte aũt illo ianuã, vidit eum alia ancilla, & ait his qui erãt ibi: Et hic erat cum Ieſu Nazareno. Et [n] iterum negauit cũ iuramento quia nõ noui hominem. Et poſt puſillũ acceſſerunt qui ſtabant, & dixerunt Petro: Vere [o] & tu ex illis es: nã & loquela tua te manifeſtũ facit. Tunc cœpit [p] deteſtari & iurare, quia non nouiſſet hominem. Et continuo gallus cantauit. [u] Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu, quod dixerat, prius quã gallus cantet, ter me negabis. Et [q] egreſſus foras, fleuit amare.

CAP.

CANON C

h ¶ *Dicit illi Ieſus: Tu dixiſti.*] Et aduerſum Pilatum, & aduerſum Caipham ſimilis reſponſio, vt propria ſententia condemnetur.

i ¶ *Tunc princeps*, &c.] Quem de ſolio ſacerdotali furor excuſſerat, eadem rabies ad ſcindendas veſtes prouocat. Scidit autem veſtimenta ſua, vt oſtẽdat Iudæos ſacerdotij gloriam perdidiſſe, & vacuam ſedẽ habere pontifices. Sed & conſuetudinis Iudaicæ eſt, cum aliquid blaſphemiæ, & quaſi contra Deum audierint, ſcindere veſtimenta ſua. Quod Paulum quoque & Barnabam, quando in Lycaonia deorum cultu honorabantur, feciſſe legimus. Herodes autem, quia non dedit honorem Deo, ſed acquieuit immoderato fauori populi, ſtatim ab angelo percuſſus eſt.

i 305 VI. k 306 I. l 307 IV. *Act. 14.b* m 308 II. *Ibid. 12.d* n 309 VI.

k ¶ *Tunc expuerunt*, &c.] Vt adimpleretur quod dictũ eſt: Dedi maxillas meas alapis, & faciem meam non auerti à cõfuſione ſputorum. *Eſa. 5.d* *Sec. 70.*

l ¶ *Alij autem palmas*, &c.] Stultum erat verberantibus reſpondere, & prophetizare cædentibus, cum palam percutientis videretur inſania. Sed ſicut hoc vobis non prophetauit, ſic illud manifeſtiſſime vaticinatus eſt: quod circundaretur Hieruſalem ab exercitu, & non relinqueretur lapis ſuper lapidem in templo.

o 310 I. p 311 VI. q 312 II. D r 313 I.

m ¶ *Petrus vero*, &c.] Foris ſedebat vt videret exitum rei. Et non appropinquabat Ieſu, ne miniſtris aliqua ſuſpicio naſceretur.

ſ 314 I. t 315 I.

n ¶ *Et iterum*, &c.] Scio quoſdam pio affectu erga Apoſtolum Petrum, locum hunc ita interpretatos, vt dicerent, Petrum non Deum negaſſe, ſed hominem: & eſſe ſenſum. Neſcio hominem: quia ſcio Deũ. Hoc quam friuolum ſit, prudens lector intelligit: ſi defendunt apoſtolum, vt Deum mẽdacij reum faciant. Si enim iſte non negauit, ergo mentitus eſt dominus, qui dixerat: Amen dico tibi, quia hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Cerne quid dicat: me negabis, non hominem.

u 316 II.

o ¶ *Vere*, &c.] Non quod alterius ſermonis eſſet Petrus aut gentis exteræ. Omnes quippe Hebræi erant, & qui arguebant, & qui arguebantur: ſed quod vnaquæque prouincia & regio habeat proprietates ſuas, & vernaculum loquendi ſonum vitare non poſſit. Vnde & Ephrataei in Iudicum libro non poſſunt *σύνθημα* dicere. *Iudic. 12.c* *Sec. 70.*

p ¶ *Tunc cœpit deteſtari*, &c.] In alio euangelio legimus: quia poſt negationem Petri, & cantum galli reſpexerit Saluator Petrum: & intuitu ſuo eum ad amaras lacrymas prouocarit. Nec fieri poterat, vt in negationis tenebris permaneret, quem lux reſpexerat mundi. *Luc. 22.g*

q ¶ *Et egreſſus*, &c.] In atrio Caiphæ ſedens non poterat agere pœnitentiam. Egreditur foras de impiorum concilio, vt pauidæ negationis ſordes, amaris fletibus lauet.

CANON E

H

CAP. XXVII.

MAne a autem facto, &c.] Non ſolum ad Pilatum, ſed etiam ad Herodem ductus eſt: vt vterque domino il-
a 317 II. luderet. Et cerne ſolicitudinē
ſacerdotum in malum. Tota
nocte vigilauerunt, vt homici-
dium facerent. Et vinctum tra-
b 318 diderunt Pilato. Habebant e-
I. nim hunc morem, vt quem
c 319 adiudicaſſent morti, ligatum
X. iudici traderent.

CAPVT XXVII.

MaAne a autem facto, conſilium inierunt omnes principes ſacerdotū, & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderēt. b Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi. c Tunc b vidēs Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus eſſet: pœnitentia ductus, retulit triginta argēteos principib. ſacerdotum, & ſenioribus, dicens: Peccaui, tradēs ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt: c Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis in tēplo receſſit, & abiens, laqueo ſe ſuſpēdit. Principes d autem ſacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt. Conſilio e autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturā peregrinorū: propter hoc vocatus eſt ager ille Chaceldema, hoc eſt, ager ſanguinis, vſq; in hodiernū diem. f Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam prophetam, dicentem: Et acceperūt triginta argēteos, pretiū appretiati, quod appretiauerunt à filiis Iſrael, & dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi dominus. Ieſus g autem ſtetit ante præſidem, & interrogauit eum præſes, dicens: Tu es rex Iudæorum? g Dicit illi h Ieſus: Tu dicis. Et cum accuſaretur à principibus ſacerdotū & ſenioribus, nihil reſpōdit. Tunc i dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei ad vllū verbū: ita vt miraretur præſes vehementer. f Per diem aūt ſolemnem conſueuerat præſes populo dimittere vnū vinctū, quem voluiſſent. g Habebat k aūt tunc vinctum inſignē, qui dicebatur Barrabam. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis: Barrabam, an Ieſum, qui dicitur Chriſtus? Sciebat. n. quod per inuidiam tradidiſſent eū. h Sedēte l autem illo pro tribunali, miſit ad eū vxor eius, dicēs: Nihil tibi & iuſto illi: multa .n. paſſa ſum hodie per viſum propter eum. i Principes autem ſacerdotū & ſeniores perſuaſerūt populis vt peterent Barrabam, Ieſum vero perderēt. Reſpondens aūt præſes, ait illis: Quē vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barrabam. Dicit illis Pilatus. k Quid m igitur faciā de Ieſu, qui dicitur Chriſtus? Dicūt omnes: Crucifigatur. Ait illis præſes: Quid enim mali fecit? At illi

b ¶ *Tunc videns*, &c.] Auari-
tiæ magnitudine impietatis pō-
dus excluſit. Videns Iudas do-
minum adiudicatum morti,
pretium retulit ſacerdotibus:
quaſi in poteſtate ſua eſſet, per-
ſecutorum mutare ſententiam.
d 320 Itaque licet mutauerit volun-
II. tatem ſuam, tamen voluntatis
primæ exitum non mutauit. Si
autem peccauit ille qui tradi-
dit ſanguinem iuſtum: quanto
magis Iudæi peccauerunt, qui
emerunt ſanguinem iuſtum, &
offerendo pretium ad prodi-
tionem diſcipulum prouoca-
runt? Qui diuerſas naturas co-
nantur introducere, & dicunt
e 321 Iudam proditorem malæ fuiſſe
IV. naturæ, nec electionem apo-
ſtolatus potuiſſe ſeruare: reſ-
F pondeant quo modo natura
mala egerit pœnitentiam.

c ¶ *At illi*, &c.] Nihil profuit
ei ſera pœnitentia, per quam
f 322 ſcelus corrigere non potuit. Si
II. quando ſic frater peccat in fra-
g 323 trem, vt emendare valeat quod
IV. peccauit, poteſt ei dimitti. Sin
autem permanent opera, fru-
ſtra voce aſſumuntur pœnitētia.
Hoc eſt quod in pſalmo de eo-
h 324 dem infeliciſſimo Iuda dicitur:
X. *Et oratio eius fiat in peccatum*:
Pſal. 108. a vt non ſolum emēdare nequi-
i 325 uerit proditionis nefas: ſed ad
I. prius ſcelus etiam proprij ho-
micidij crimen addiderit. Tale
quid & Apoſtolus in ſecunda
ad Corinthios epiſtola loqui-
k 326 tur: *Ne abundantiori triſtitia ab-*
I. *ſorbeatur frater.*
2. Cor. 2. b

d ¶ *Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis dixerunt: Non licet mittere eos in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt.*] Vere culicem liquantes, & camelum glutientes. Si enim ideo non mittunt pecuniam in corbonam, hoc eſt, in gazophylacium, & dona Dei, quia pretium ſanguinis eſt: cūr ipſum ſanguinem effundunt?

e ¶ *Conſilio autem*, &c.] Illi quidem fecerunt alia voluntate: vt æternum impietatis ſuæ relinquerent ex agri emptione monimentum. Cæterum nos qui peregrini eramus à lege & prophetis, praua eorum ſtudia ſuſcepimus in ſalutem: & in
חקל pretio ſanguinis eius requieſcimus. Figuli autem ager appel-
דמא latur: quia figulus noſter eſt Chriſtus.

f ¶ *Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam prophetam dicentem. Et acceperunt triginta*, &c.] Hoc teſtimonium in Hieremia non inuenitur, In Zacharia vero qui pene vltimus eſt duodecim prophetarum, quædam ſimilitudo fertur, & quamquam ſenſus non multum diſcrepet, tamen & Zach. 11. c
ordo, & verba diuerſa ſunt. Legi nuper in quodam Hebraico volumine, quod Nazarenæ ſectæ mihi Hebræus obtulit, Hieremiæ apocryphū: in quo hoc ad verbum ſcripta reperi. Sed tamen mihi videtur magis de Zacharia ſumptū teſtimonium: euangeliſtarum & apoſtolorum more vulgato: qui verborum ordine prætermiſſo, ſenſus tantum de veteri teſtamento proferunt in exemplum.

g ¶ *Ieſus autem*, &c.] Pilato nihil aliud interrogante criminis, niſi virum rex Iudæorum ſit, arguūtur impietatis Iudæi, quod ne falſo quidem inuenire potuerint quod obiicerent Saluatori.

h ¶ *Dicit illi Ieſus: Tu dicis.*] Sic reſpondit vt & verum diceret, & ſermo eius calumniæ nō pateret. Et attende quod Pilato, qui inuitus promebat ſententiam, aliqua ex parte reſpōderit: ſacerdotibus autem & principibus reſpondere noluerit, indignos ſuo ſermone iudicans.

i ¶ *Tunc dicit*, &c.] Ethnicus quidem eſt, qui condemnat Ieſum: ſed cauſam refert in populum Iudæorum. Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Ieſus autem nihil reſpondere voluit, ne crimen diluens à præſide dimitteretur, & crucis vtilitas differretur. H

k ¶ *Habebat autem tūc vinctū*, &c.] Iſte in euangelio quod ſcribitur iuxta Hebræos, filius magiſtri eorum interpretatur, qui propter ſeditionem & homicidium fuerat condemna- בר-רבן
tus. Offert autem eis optionē Pilatus dimittendi quem velint: latronem, an Ieſum: non dubitans Ieſum potius eligendum: ſciens eum propter inuidiam traditum. Igitur cauſa crucis manifeſte inuidia eſt.

l ¶ *Sedente autem*, &c.] Nota quod gentibus ſæpe à Deo ſomnia reuelentur: & quod in Pilato & vxore eius iuſtum dominum confitentibus gentilis populi teſtimonium ſit.

m ¶ *Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Ieſu, qui dicitur*, &c.] Multas liberandi Saluatoris Pilatus occaſiones dedit. Primum latronem iuſto conferens. Deinde inferens: Quid igitur faciā de Ieſu qui dicitur Chriſtus: hoc eſt, qui rex veſter eſt. Cumque reſponderent: Crucifigatur, non ſtatim acquieuit: ſed iuxta ſuggeſtionem vxoris, quæ mandauerat: Nihil tibi & iuſto illi: ipſe quoque reſpondit: Quid enim mali fecit? Hoc dicendo Pilatus abſoluit Ieſum. At illi magis clamabant, dicentes: *Crucifigatur.* Vt impleretur quod in vigeſimoprimo pſalmo dixerat: *Circumdederunt me canes multi, & congregatio malignantium obſedit me.* Et illud Hieremiæ: *Facta eſt mihi hæreditas mea ſicut* Hier. 12. b

A *leo in ſilua*: dederant ſuper me vocem ſuam. Eſaia quoque in hac ſententia congruente: Expectaui vt facerent iudicium: fecerunt autem iniquitatem, & non iuſtitiam, ſed clamorem. *Iſa.5.c Sec.70.*

nea, opera gentium cruenta ſuſtentat: in corona ſpinea, maledictum ſoluit antiquum: in calamo, venenata occidit animalia. Siue calamum tenebat in manu, vt ſacrilegium ſcriberet Iudæorum. CANON C

At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. [l] Videns [a] autē Pilatus, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego ſum à ſanguine huius iuſti, vos videritis. Et [b] reſpōdens vniuerſus populus, dixit: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. [m] Tunc [c] dimiſit illis Barrabā: Ieſum aūt flagellatū tradidit eis vt crucifigeretur. [n] Tunc [d] milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorium, congregauerunt ad eū vniuerſam cohortem, & exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei. Et plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem in dextera eius: & genu flexo ante eū illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudæorum. [o] Et [e] expuentes in eum, acceperunt arūdinem, & percutiebant caput eius. Et [f] poſtquam illuſerunt ei exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum veſtimentis eius & duxerunt eum vt crucifigerēt. [p] Exeuntes [g] autē inuenerunt hominem Cyreneum, nomine Simonem: hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius. [q] Et [h] venerunt in locum qui dicitur Golgoltha, quod eſt Caluariæ locus. [r] Et [i] dederunt ei acetum bibere cū felle mixtū: & cum guſtaſſet, noluit bibere. [ſ] Poſtquam [k] autem crucifixerunt eum, diuiſerunt veſtimenta eius,

a ¶ *Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus, &c.*] Pilatus accepit aquam, iuxta illud prophe- *Pſal.72.b* ticum: *Lauabo inter innocentes manus meas*: vt in lauacro manuum eius, gentilium opera purgarentur: & ab impietate Iudæorum, qui clamauerunt, crucifige eum, nos alienos faceret: quodammodo hoc conteſtans & dicens: Ego quidem innocentem volui liberare: ſed etiam ſeditio oritur, & perduellionis mihi contra Cæſarem crimen impingitur, Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius. Iudex qui cogitur contra Chriſtum ſententiam ferre, non damnat oblatum, ſed arguit offerentes, iuſtum eſſe pronūcians qui crucifigēdus eſt. Vos, inquit, videritis. Ego miniſter ſum legum: veſtra vox ſanguinem fundit.

b ¶ *Et reſpondens vniuerſus populus dixit: Sanguis eius ſuper nos, &c.*] Perſeuerat vſque in præſentem diem hæc imprecatio ſuper Iudæos, & ſanguis domini non aufertur ab eis. *Eſa.1.d* Vnde per Eſaiam loquitur: Si leuaueritis ad me manus, non exaudiam vos Manus enim veſtræ plenæ ſunt ſanguine. Optimam hæreditatem Iudæi filiis reliquerunt, dicentes: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* B

c ¶ *Et expuentes in eum, &c.*] Eo tempore completum eſt: *Non auerti faciem meam à confuſione ſputorum*: & tamen cum caput eius percutiant arundine, ſuſtinet cuncta patienter, vt Eſaiæ verum oſtendat vaticinium, dicentis. Arundinem quaſſatam non confringet. *Eſa.50.a* l 327 X *Ibid.42.a*

f ¶ *Et poſtquam, &c*] Quando flagellatur Ieſus, & conſpuitur, & irridetur, non habet propria veſtimenta: ſed ea quæ propter noſtra peccata ſumpſerat. Cum autem crucifigitur, & illuſionis atque irriſionis pōpa præterierit, tunc priſtinas veſtes recipit, & proprium aſſumit ornatum, ſtatimque elementa turbantur, & creaturi teſtimonium dat creatura. m 328 I. n 329 IV. o 330 VI.

g ¶ *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyreneum nomine Simonem: &c.*] Nec quis putet huic loco Ioannis euangeliſtæ hiſtoriam eſſe contrariam. Ille enim dixit, exeuntem dominum de prætorio portaſſe crucem ſuam: Matthæus autem refert, quod inuenerunt hominem Cyreneum nomine Simonem, quem angariantes impoſuerunt ei crucem Ieſu. Sed hoc intelligendum eſt, quod egrediens de prætorio Ieſus, ipſe portauerit crucem ſuam, poſtea obuium habuerint Simonem, cui portandam crucem impoſuerint. Iuxta Anagogen vero, crucem Ieſu ſuſcipiunt nationes, & peregrinus obediens portat ignominiam Saluatoris. p 331 I q 332 L. r 333 IV. ſ 334 I. *Ioan.19.c* D

c ¶ *Tunc dimiſit illis Barrabam, Ieſum autem, &c.*] Barrabam latro, qui ſeditiones faciebat in turbis, qui homicidiorum auctor erat, dimiſſus eſt populo Iudæorum, id eſt, diabolus: qui vſque hodie regnat in eis: & idcirco pacem habere non poſſunt. Ieſus autem à Iudæis traditus, abſoluitur ab vxore Pilati, & ab ipſo præſide iuſtus appellatur. Et Centurio confitetur quod vere Dei filius ſit. Quærat eruditus lector, quomodo ſibi conueniat Pilatum lauiſſe manus ſuas & dixiſſe: Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius: & poſtea flagellatum tradidiſſe Ieſum, vt crucifigeretur. Sed ſciendum eſt Romanis eum legibus miniſtraſſe, quibus ſancitum eſt, vt qui crucifigitur, prius flagellis verberetur. Traditus eſt itaque Ieſus militibus verberandus, & illud ſacratiſſimum corpus pectuſque Dei capax, flagella ſecuerunt. *Pſal.31.c* Hoc autem factum eſt, vt quia ſcriptum erat. *Multa flagella peccatorum*, illo flagellato nos à verberibus liberaremur: *Pſal.90.b* dicente ſcriptura ad virum iuſtum: *Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.*

d ¶ *Tunc milites, &c.*] Milites quidem, quia rex Iudæorum fuerat appellatus, & hoc ei ſcribæ & ſacerdotes crimen obiecerant, quod ſibi in populo Iſrael vſurparet imperium: illudentes hoc faciunt, vt nudatum priſtinis veſtibus induant chlamydem coccineam pro ruſo limbo, quo reges veteres vtebantur: & pro diademate ponunt ei coronam ſpineam: pro ſceptro regali dant calamum, & adorant quaſi regem. Nos autem omnia hæc intelligamus *Ioan.11.f* myſtice. Quo modo enim Caiphas dixit: Oportet vnum hominem mori pro omnibus, neſciens quid diceret: ſic & iſti quæcumq; fecerunt, licet alia mente fecerint, tamen nobis qui credimus, ſacramenta tribuerunt. In chlamyde cocci-

h ¶ *Et venerunt in locum, qui dicitur Golgoltha, &c.*] Audiui quendam expoſuiſſe Caluariæ locum, in quo ſepultus eſt Adam: & ideo ſic appellatum eſſe, quia ibi antiqui hominis ſit conditum caput, & hoc eſſe quod Apoſtolus dicat: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* *Ephes.5.c* Fauorabilis interpretatio, & mulcens aurem populi, nec tamen vera. Extra vrbem enim & foras portam, loca ſunt in quibus truncantur capita damnatorum, & Caluariæ, id eſt, decollatorum ſumpſere nomen. Propterea autem ibi crucifixus eſt dominus: vt vbi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrij. Et quomodo pro nobis maledictum crucis factus eſt, & flagellatus eſt, & crucifixus: ſic pro omnium ſalute quaſi noxius inter noxios crucifigeretur. Sin autem quiſpiam contendere voluerit, ideo ibi dominum crucifixum, vt ſanguis ipſius ſuper Adæ tumulum diſtillaret: interrogemus eum, quare & alij latrones in eodem loco crucifixi ſint? Ex quo apparet Caluariam non ſepulcrū primi hominis, ſed locum ſignificare decollatorum: vt vbi abundauit peccatum, ſuperabundaret gratia. Adam vero ſepultum iuxta Hebron & Arbee, in Ieſu filij Naue volumine legimus.

i ¶ *Et dederunt, &c.*] Deus loquitur ad Hieruſalem: *Ego te plantaui vineam veram: quo modo facta es in amaritudinem vitis aliena?* Amara vitis, amarum vinum facit: quod propinat domino Ieſu, vt impleatur quod ſcriptum eſt: *Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.* Quod autem dicitur: *Et cum guſtaſſet noluit bibere*: hoc indicat, quod guſtauerit quidem pro nobis mortis amaritudinem, ſed tertia die reſurrexerit. *Ioſue.24.d Hier.2.d Sec.70. Pſal.68.d*

k ¶ *Poſtquam autem crucifixerunt eum, diuiſerunt veſtimenta*

CANON. *eius, ſortem mittentes,*] Et hoc in eodem pſalmo fuerat pro-
E phetatum: *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem*
Pſal 21. *meam miſerunt ſortem.*

a ¶ *Et ſedentes ſeruabant eum.*] Diligentia militum & ſacerdotum nobis proficit, vt maior & apertior reſurgentis virtus appareat.

b ¶ *Et impoſuerunt, &c.*] Non poſſum digne admirari pro rei
t 335. magnitudine, quod redemptis
I. pretio falſis teſtibus, & ad ſe-
u 336 ditionem clamoremque infeli-
I. ci populo concitato, nullam a-
x 337 liam inuenerint cauſam inter-
VI. fectionis eius, niſi quod rex Iudæorum eſſet: & illi forſitan illudentes ridentesque hoc fece-
y 338 rint. Cæterum Pilatus etiam
II. nolentibus reſpondit: Quod ſcripſi ſcripſi. Velitis, nolitis Iudæi, omnis vobis gentium turba reſpondet: Ieſus rex Iudæorum eſt: hoc eſt, imperator credentium & confitentium.

z 339.
II.
c ¶ *Tunc, &c.*] Si Golgotha
a 340 tumulus eſt Adam, & non dã-
II. natorum locus, & ideo domi-
b 341 nus ibi crucifigitur, vt ſuſcitet
VI. Adam, duo latrones quare in loco iſto eodem crucifiguntur?

d ¶ *Prætereuntes, &c.*] Blaſphemabant, quia prætergre-
c 342 diebantur viam, & in vero iti-
II. nere ſcripturarum ambulare
d 343 nolebant. Mouebant capita
I. ſua, quia iam antea mouerant
B pedes, & non ſtabant ſuper pe-
e 344 tram. Idipſum autem inſultans
II dicit fatuus populus, quod fal-
f 345 ſi teſtes confinxerant.
X

eius, ſortẽ mittentes: vt impleretur quod dictũ eſt per prophetam dicentem: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meã miſerũt ſortem. Et [a] ſedentes ſeruabant eum. [t] Et impoſuerunt [b] ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptã Hic eſt Ieſus rex Iudęorũ. [u] Tunc [c] crucifixi ſunt cum eo duo latrones. vnus à dextris, & vnus a ſiniſtris [x] Prætereuntes [d] autẽ blaſphemabant eum, mouentes capita ſua & dicẽtes: Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: ſalua temetipſum, ſi filius Dei es, deſcende de cruce. [y] Similiter & principes ſacerdotũ, illudentes cum ſcribis & ſenioribus, dicebant: Alios [e] ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt saluũ facere: Si rex Iſrael eſt, [f] deſcendat nunc de cruce, & credemus ei. Confidit in Deo, liberet eũ nunc, ſi vult. Dixit enim, quia filius Dei ſum. [z] Idipſum [g] autẽ & latrones, qui crucifixi erãt cum eo, improperabant ei. [a] A ſexta [h] autẽ hora tenebræ factę ſunt ſuper vniuerſam terrã, vſq; ad horam nonam. [b] Et circa [i] horã nonam clamauit Ieſus voce magna, dicẽs: Eli, Eli, lamma ſabacthani: hoc eſt, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quidã [k] autem illic ſtãtes & audientes, dicebant. Eliã vocat iſte. [c] Et continuo [l] currens vnus ex eis, acceptã ſpongiam impleuit aceto, & impoſuit arundini, & dabat ei bibere. [d] Cęteri vero dicebant: Sine, videamus an veniat Elias liberans eũ. Ieſus [m] autẽ iterum clamans voce magna, emiſit ſpiritum. [e] Et ecce [n] velum tẽpli ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque deorſum. [f] Et [o] terra mota eſt, & petræ ſciſſę ſunt, & monumenta apertæ ſunt. Et

e ¶ *Alios ſaluos, &c.*] Etiam nolentes confitentur ſcribæ & phariſæi, quod alios ſaluos fecerit. Itaque vos veſtra condemnati ſententia. Qui enim alios ſaluos fecit, vtique ſi vellet, ſeipſum ſaluare poterat.

f ¶ *Deſcendat nunc de cruce, & credemus ei.*] Fraudulenta promiſſio. Quid eſt plus: de cruce adhuc deſcendere viuentem, an de ſepulcro mortuũ reſurgere? Reſurrexit & nõ credidiſtis: ergo ſi etiam de cruce deſcenderet, ſimiliter non crederetis. Sed mihi hoc videntur dæmones immittere. Statim enim vt crucifixus eſt dominus, ſenſerunt virturẽ crucis, & intellexerunt fractas eſſe vires ſuas: & hoc agunt vt de cruce deſcendat: ſed dominus ſciens aduerſariorum inſidias, permanet in patibulo vt diabolum deſtruat.

g ¶ *Idipſum autem, &c.*] Hic per tropũ, qui appellatur σύλ-
Luc 23 f λη⌊ψις⌋, pro vno latrone vterque inducitur blaſphemaſſe. Lucas vero aſſerit, quod altero blaſphemante, alter confeſſus ſit, & econtrario increpauerit blaſphemantem. Non quod diſcrepent euangelia, ſed quod primum vterque blaſphemauerit: dehinc ſole fugiente, terra commota, ſaxiſque diſruptis, & ingruentibus tenebris, vnus crediderit in Ieſum, & priorem negationem ſequenti confeſſione emendauerit. In duobus latronibus, vterque populus, & gentilium & Iudæorum primum dominum blaſphemauit. Poſtea ſignorum magnitudine alter exterritus egit pœnitentiam, & vſque hodie Iudæos increpat blaſphemantes.

h ¶ *A ſexta autem, &c.*] Qui ſcripſerunt contra euangelia, ſuſpicantur deliquium ſolis, quod certis ſtatutiſque temporibus accidere ſolet, diſcipulos Chriſti ob imperitiam ſuper reſurrectione domini interpretatos: cum defectus ſolis nunquam niſi ortu lunæ fieri ſoleat. Nulli autem dubium eſt paſchæ tempore lunam fuiſſe pleniſſimam. G
Et ne forſitan videretur vmbra terræ vel orbis lunæ ſoli oppoſitus breues & ferrugineas feciſſe tenebras: trium horarum ſpacium ponitur, vt omnis cauſantium occaſio tolleretur. Et hoc factum reor vt compleretur prophetia, dicens:
Occumbet ſol meridie, & contenebraſcet ſuper terram in die Amos 8 c
lux. Et in alio loco: *Occubuit ſol* Sec 70.
cum adhuc media eſſet dies. Vi- Hier. 15 b
deturque mihi clariſſimum lu- Sec. 70.
men mundi, hoc eſt, luminare maius retraxiſſe radios ſuos, ne aut pendentem videret dominum, aut impij blaſphemantes ſua luce fruerentur.

i ¶ *Et circa horam, &c.*] Prin- Cal.
cipio viceſimiprimi pſalmi a- a אלי
buſus eſt, illudque quod in me- אלי
dio verſiculo legitur: Reſpice לםא
in me, ſuperfluum eſt. Legitur שבקתני
enim in Hebræo: Deus meus, Heb.
Deus meus, quare me dereli- אלי
quiſti? Ergo impij ſunt qui pſal אלי לםה
mum iſtum ex perſona Dauid עזבתני
ſiue Heſter & Mardochæi dictum putant: cum etiam euangeliſtæ teſtimonia ex eo ſumpta ſuper Saluatore intelligant. Vt eſt illud: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et aliud: Foderunt manus meas, & pedes meos. Ne mireris verborum humilitatem, & querimo- H
nias derelicti, cum formam ſerui ſciens, ſcandalum crucis videas.

k ¶ *Quidam autem, &c.*] Non omnes, ſed quidam, quos arbitror milites fuiſſe Romanos, non intelligẽtes ſermonis Hebraici proprietatem: ſed ex eo quod dixit: Eli, Eli, putantes Eliam ab eo inuocatum. Sin autem Iudæos, qui hoc dixerint, intelligere voluerimus, & hoc more ſibi ſolito faciunt, vt dominum imbecillitatis infament, qui Eliæ auxilium deprecetur.

l ¶ *Et continuo currens, &c.*] Et hæc facta ſunt vt comple- Pſal. 68.c
retur prophetia: *In ſiti mea potauerunt me aceto.* Vſque hodie Iudæi & omnes increduli dominicæ reſurrectionis, aceto & felle potant Ieſum: & dant ei vinum myrrhatum: vt eum conſopiant, & mala eorum non videat.

m ¶ *Ieſus autem, &c.*] Diuinæ poteſtatis indicium eſt emittere ſpiritum, vt ipſe quoque dixerat. *Nemo poteſt tollere* Ioan 10.d
animam meam à me, ſed ego pono eam à me ipſo, & rurſum accipiam eam.

n ¶ *Et velum, &c.*] Velum templi ſciſſum eſt, & omnia legis ſacramenta quæ prius tegebantur prodita ſunt, atque ad gentiũ populum tranſierunt. In euangelio, cuius ſæpe facimus mentionem, ſuperliminare templi infinitæ magnitudinis fractum eſſe atque diuiſum legimus. Ioſephus quoque refert virtutes angelicas præſides quondam templi tunc pariter conclamaſſe. Tranſeamus ex his ſedibus.

o ¶ *Et terra mota eſt, & petræ ſciſſa ſunt, & monumenta aperta ſunt.*] Nulli dubium eſt quid ſignificet iuxta literam magnitudo ſignorum, vt crucifixum dominum ſuum & cœlum & terra & omnia demonſtrarent. Sed mihi videtur terræ motus & reliqua typum ferre credentium; quod priſtinis errorum vitiis derelictis & cordis emollita duritia; qui prius ſimiles erant tumulis mortuorum, poſtea agnouerint creatorem.

 CANON C

a ¶ *Et multa corpora ſanctorum, qui dormierunt ſurrexerunt, & exeuntes de monumentis,* &c.] Quo modo Lazarus mortuus reſurrexerit, ſic & multa corpora ſanctorum reſurrexerunt, vt dominum oſtenderent reſurgentem. Et tamen cum monumenta aperta ſint, non antea reſurrexerunt quàm dominus reſurgeret, vt eſſet primogenit⁹ reſurrectionis ex mortuis. Sanctam autem ciuitatem, in qua viſi ſunt reſurgentes, aut Hieroſolymam cœleſtem intelligamus, aut hanc terrenam, quæ ante ſancta fuerat. Sicut & Matthæus appellatur Publicanus, non quòd & apoſtolus adhuc permaneat publicanus, ſed quod priſtinum vocabulum teneat. Sancta appellabatur ciuitas Hieruſalem propter templum & ſancta ſanctorum, & ob diſtinctionem aliarum vrbium, in quibus idola colebantur. Quando vero dicitur, apparuerunt multis, oſtenditur non generalis fuiſſe reſurrectio, quæ omnibus appareret: ſed ſpecialis ad plurimos, vt hi viderent qui cernere merebantur.

b ¶ *Centurio autem, & qui cum eo erant, cuſtodientes Ieſum, viſo terræmotu, & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: Vere filius* Dei, &c.] In alio euangelio poſt terræmotū manifeſtior cauſa miraculi Centurionis exponitur, quod cum vidiſſet eum ſpiritum dimiſiſſe, dixerit: *Vere filius Dei erat iſte.* Nullus enim habet poteſtatem dimittendi ſpiritum, niſi ille qui animarum conditor eſt. Spiritum autem in hoc loco pro anima intelligamus, ſeu quod ſpirituale & vitale corpus faciat: ſeu quod animę ipſius ſubſtantia ſpiritus ſit, iuxta illud quod ſcriptum eſt: *Auferes ſpiritum eorum, & deficient.* Et hoc conſiderandum, quod Centurio ante crucem in ipſo ſcandalo paſſionis vere Dei filium confiteatur, & Arius in eccleſia prædicet creaturam.

¶ *Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ ſequutæ fuerāt Ieſum à Galilæa,* &c.] Conſuetudinis Iudaicæ fuit (nec ducebatur in culpam, more gentis antiquo) vt mulieres de ſubſtantia ſua victum atque veſtitum præceptoribus miniſtrarent. Hoc quia ſcandalum facere poterat in nationibus, Paulus abieciſſe ſe memorat. Dicit enim ipſe: *Nunquid nōn habemus poteſtatem ſorores mulieres circumducendi, ſicut & cæteri apoſtoli faciunt?* Miniſtrabant autē domino de ſubſtātia ſua, vt meteret earū carnalia, cuius illæ metebant ſpiritualia. Non quod indigeret cibis dn̄s creaturarum, ſed vt typū oſtenderet magiſtrorum: quod victu atque veſtitu ex diſcipulis deberent eſſe contenti. Sed videamus quales comites habuerit: Mariam Magdalenam, à qua ſeptem dæmonia eiecerat, & Mariam Iacobi, & Ioſeph matrem, materteram ſuam, ſororem Mariæ matris domini: & matrem filiorum Zebedæi, quæ paulò ante regnum liberis poſtulauerat, & alias, quas in cæteris euangeliis legimus.

d ¶ *Cum ſero factum eſſet, venit quidam homo diues ab Arimathia, nomine Ioſeph, qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu,* &c.] Diues refertur, non de iactātia ſcriptoris, quo virum nobilē atque ditiſſimum referat Ieſu fuiſſe diſcipulum: ſed vt oſtendat cauſam quare à Pilato corpus Ieſu potuerit impetrare. Pauperis enim & ignoti non erat ad Pilatū præſidem Romanæ poteſtatis accedere, & crucifixi corpus impetrare. In alio euangelio Ioſeph iſte *βουλευτὴς* appellatur, id eſt, conſiliarius: & de ipſo quidam putant primum pſalmum eſſe compoſitum: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum,* & reliqua. Luc.23.g.

Et [a] multa corpora ſanctorum qui dormierunt, ſurrexerunt: Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius, venerūt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. [g] Centurio [b] autē. & qui cū eo erant, cuſtodientes Ieſum, viſo terręmotu, & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicētes: Vere filius Dei erat iſte. [h] Erant [c] aūt ibi mulieres multę à longe, quæ ſequutę fuerant Ieſum à Galilæa, miniſtrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioſeph mater, & mater filiorum Zebedęi. [i] Cū [d] autē ſero factum eſſet, venit quidā homo diues ab Arimathia, nomine Ioſeph: qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu. Hic acceſſit ad Pilatū, & petiit corpus Ieſu. Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus. [k] Et [e] accepto corpore, Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda. Et [f] poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra, & aduoluit ſaxum magnū ad oſtiū monumenti, & abiit. [l] Erat [g] autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, ſedentes contra ſepulcrum. [m] Altera autem die, quæ eſt poſt paraſceuen, conuenerunt principes ſacerdotum, & phariſæi ad Pilatū, dicentes: Domine, recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuēs, poſt tres dies reſurgā. Iube [h] ergo cuſtodiri ſepulcrū vſque in diem tertiū, ne forte veniant diſcipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, ſurrexit à mortuis, & erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiam: Ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes munierunt ſepulcrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus.

CAPVT XXVIII.

V [a] Eſpere [i] autem ſabbathi, quæ luceſcit in prima ſabbathi, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulcrum. Et [k] ecce terræmotus factus eſt magnus. Angelus enim domini deſcendit de cœlo: & accedens, reuoluit lapi-

e ¶ *Et accepto corpore, Ioſeph*
inuoluit illud in ſindone munda.]
Ex ſimplici ſepultura domini,
ambitio diuitum condēnatur: g 346
qui nec in tumulis quidem II.
poſſunt carere diuitiis. Poſſu-
mus autem iuxta intelligentiā
ſpiritualem & hoc ſentire, h 347
quod corpus domini nō auro, VI.
non gemmis & ſerico, ſed lin-
teamine puro obuoluendum i 348
ſit: quamquam & hoc ſignifi- I.
cet, quod ille in ſindone munda
da inuoluit Ieſum, qui pura
mente eum ſuſceperit.

f ¶ *Et poſuit illud in monumen-* k 349
to ſuo nouo, &c.] In nouo po- I
nitur monumento, ne poſt
reſurrectionem cæteris cor-
poribus remanentibus reſur- l 350
rexiſſe alius fingeretur. Poteſt VI.
autem & nouum ſepulchrum, m 351
Mariæ virginalem vterum de- X
monſtrare, ſaxumque oſtio
appoſitum, & ſaxum magnum;
oſtendere abſque auxilio plu-
rimorum ſepulchrum non po-
tuiſſe reſerari.

g ¶ *Erat autem ibi Maria* Ma- D
gdalene, &c.] Cæteris relin-
quentibus dominum, mulie-
res in officio perſeuerant, ex-
pectantes quod promiſerat
Ieſus; & ideo meruerunt pri- a 351
mæ videre reſurgentem, quia I
qui perſeuerauerit vſque in fi- Sup.10.b
nem, hic ſaluus erit.

h ¶ *Iube ergo cuſtodire ſepulcrum vſque in diem,* &c.] Non ſuffecerat principib⁹ ſacerdotum & ſcribis ac phariſæis crucifixiſſe dominum Saluatorem: niſi ſepulcrum cuſtodirent, cohortem acciperent, ſignarent lapidem, & quantum in illis eſt, manum opponerent reſurgenti, vt diligentia eorum noſtræ fidei proficeret. Quanto enim amplius reſeruatur, tanto magis reſurrectionis virtus oſtenditur. Vnde & in monumento nouo, quod exciſum fuerat in petra, conditus eſt: ne ſi ex multis lapidibus ædificatum eſſet, ſuffoſſis tumuli fundamentis, ablatus furto diceretur. Quod autem in ſepulcro ponendus eſſet, prophetę teſtimonium eſt, dicentis: *Hic habitabit in excisa ſpelunca petræ fortiſſima.* Statimque poſt duos verſiculos ſequitur: *Regem cum gloria videbitis.* Eſa.33.d Sec.70. Ibidem.

CAPVT XXVIII.

V*Eſpere autem ſabbathi,* &c.] Quod diuerſa tempora iſtarum mulierum in euangeliis deſcribuntur, non mendacij ſignum eſt (vt impij obiiciunt) ſed ſedulæ viſitationis officium: dum crebro abeunt ac recurrunt, & non patiuntur à ſepulcro domini diu abeſſe vel longius.

k ¶ *Et ecce terræmotus factus eſt magnus:* &c.] Dominus noſter vnus atque idem filius Dei & filius hominis, iuxta vtrāque naturā, diuinitatis & carnis, nūc magnitudinis ſuæ, nunc humilitatis ſigna demonſtrat. Vnde & in præſenti loco, quamquam homo ſit qui crucifixus eſt, qui ſepultus eſt,

CANON E iam adeſſe conſummationem mundi, ſed quaſi prœmia & prçcurſores quoſdam venire, vt oſtendant, quod prope ſit & in ianuis. mittat, vt fides eredentium comprobetur, vtrum tranſactis malis ſperent iudicem eſſe venturum. Hoc eſt enim, quod in Paulo legimus: *Quando dixerint, pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus*: ſicut dolor parturientis, & non effugient. G

1. Theſſ. 5.a

a ¶ *Amen dico vobis, quia*, &c.] Supra diximus generationes bonorum & econtrario malorum eſſe ſingulas. Igitur aut omne genus hominum ſignificat, aut ſpecialiter Iudæorum.

b ¶ *Cœlum & terra*, &c.]
Cœlum & terra tranſibunt
t 260 immutatione, non abolitio-
VI, ne ſui: alioquin quomodo
u 261 Sol obſcurabitur, & luna nõ
V dabit lumen ſuum, & ſtellæ
cadent: ſi cœlum, in quo iſta
ſunt, terraque non fuerit.

c ¶ *De die autem illa*, &c.]
x 262 In quibuſdam Latinis codi-
V cibus additum eſt, neque fi-
lius: cum in Græcis, & maxi-
me Adamantij & Pierij exẽ-
y 263 plaribus hoc non habeatur
VI aſcriptum: ſed quia in non-
nullis legitur, diſſerendum
videtur. Gaudet Arius & Eu-
z 264 nomius: quaſi ignorãtia ma-
II giſtri, gloria diſcipulorũ ſit,
& dicunt. Non poteſt æqua-
a 265 lis eſſe qui nouit, & qui i-
V gnorat. Contra quos breui-
ter iſta dicẽda ſunt, cum om-
b 266 nia tẽpora fecerit Ieſus, hoc
V eſt, verbum Dei: *Omnia enim*
Ioan. 1. 4 *per ipſum facta ſunt: & ſine*
F *ipſo factum eſt nihil*: In omni-
c 267 bus autem temporibus, etiã
V dies iudicij ſit: qua conſe-
quentia poteſt eius ignorare
partem, cuius totum nouerit? Hoc quoque dicendum eſt: Quid eſt maius, notitia patris, an iudicij? Si maius nouit, quomodo ignorat, quod maius eſt? Scriptum le-
Luc. 10. e gimus *Omnia, quæ patris sũt, mihi tradita ſunt*. Si omnia patris filij ſunt, qua ratione vnius ſibi diei notitiam reſeruauit, & noluit eam cõmunicare cum filio? Sed & hoc inferendũ: Si nouiſſimũ diem tẽporum ignorat, ignorat & penultimum, & retrorſum omnes. Non enim poteſt fieri, vt qui primum ignorat, ſciat, quid ſecundum ſit. Igitur quia probauimus non ignorare filium conſummationis diem, cauſa reddenda eſt, cur ignorare dicatur. Apoſtolus ſuper
Col. 2. a Saluatore ſcribit: *In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi* Sunt ergo omnes theſauri in Chriſto ſapientiæ & ſcientiæ: ſed abſconditi ſunt. Quare abſconditi ſunt? Poſt reſurrectionẽ interrogatus ab Apoſtolis, de die, manifeſtius reſpondit. *Non eſt veſtrum ſcire tẽpora vel mo-*
Act. 1. a *menta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate*. Quando dicit, non eſt veſtrum ſcire, oſtendit, quod ipſe ſciat, ſed non expediat noſſe Apoſtolis: vt ſemper incerti de aduentu iudicis, ſic quotidie viuant, quaſi die alia iudicandi ſint. Denique & conſequens Euangelij ſermo idipſum cogit intelligi: dicẽs quoque patrem ſolum noſſe, in patre comprehendit & filium. Omnis enim pater filij nomen eſt.

d ¶ *Sicut*, &c.] Quæritur, quomodo ſupra ſcriptũ ſit. Surget enim gẽs contra gentẽ, & regnũ contra regnum, & erunt peſtilentiæ & fames, & terræmotus, & nunc ea futura memorẽtur, quæ pacis indicia ſunt Sed exiſtimandũ iuxta Apoſtolũ, quod poſt pugnas, & diſſenſiones, peſtilentias, & fames & terræmotus, & cætera quibus genus vaſtatur humanũ, breuis ſubſecutura ſit pax: quæ quieta omnia repro-

iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis, quia propè eſt æſtas. Ita & vos, cum videritis hæc omnia, ſcitote, quia propè eſt in ianuis, Amen [a] dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia iſta fiant. Cœlum [b] & terra tranſibunt: verba autem mea non præteribunt. [t] De [c] die autem illa, & hora, nemo ſcit: neque angeli cœlorũ, niſi ſolus pater [u] Sicut [d] autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, vſque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerũt, donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. [x] Tunc [e] duo erunt in agro: vnus aſsumetur, & vnus relinquetur. Duç molentes in mola: vna aſsumetur, & vna relinquetur. [y] Vigilatç [f] ergo: quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. [z] Illud autem ſcitote: quoniam ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur venturus eſset: vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam. Ideo & vos [g] eſtote parati: quia neſcitis qua hora filius hominis venturus eſt. [a] Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus eius ſuper familiam ſuam; vt det illis cibum in tempore? [b] Beatus ille ſeruus, quem cum venerit Dominus eius, inuenerit ſic facientem. Amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. [c] Si autem [h] dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo, moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere conſeruos ſuos: manducet autem & bibat cum ebrius: veniet [i] Dominus ſerui illius, in die qua non ſperat, & hora qua ignorat: & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis. Illic erit fletus & ſtridor dentium.

CAP.

e ¶ *Tunc duo erunt in agro: vnus aſſumetur*, &c.] Tunc, inquit, duo erunt in agro, quãdo tempore videlicet conſũmationis atque iudicij, duo in agro pariter inuenientur eundem habentes, laborem, quaſi parem ſementem, ſed fructus laboris non æque recipientes. Duæ quoque molentes ſimul erunt: vna aſſumetur, & vna relinquetur. In duobus qui in agro commorantur, & in duabus quæ pariter molunt: vel Synagogam intellige, vel Eccleſiã: quod ſimul molere videantur in lege, & de eiſdem ſcripturis farinam terere præceptorum Dei: vel cæteras hæreſes, quç de vtroque Teſtamento, aut de altero videntur molere farinam doctrinarum ſuarum: & cum vnum nominis Chriſtiani propoſitum habeant, non eandem mercedem recipient, alijs aſſumptis & alijs derelictis.

f ¶ *Vigilate ergo*, &c.] Perſpicue oſtendit, quare ſupra dixerit: De die autem illa & hora nemo ſcit, neque filius hominis, neque angeli, niſi pater ſolus: quod non expediat ſcire Apoſtolis, vt pendulæ expectationis incerto, ſemper eum credant eſſe vẽturum, quem ignorant, quãdo venturus ſit. Et non dixit: quia neſcimus, qua hora vẽturus ſit Dominus, ſed neſcitis. Præmiſſoque patrisfamilias exemplo, cur reticeat conſummationis diem, manifeſtius docet, dicens. H

g ¶ *Ideo & vos*, &c.] Plenius inculcat & replicat: quare de die conſummationis & hora, nec angelos cœlorum ſcire prædixerit, ſed ſolum patrem, quod non expediat ſcire Apoſtolis: & exemplum patrisfamilias, hoc eſt, ſui & fidelium ſeruorum, id eſt, Apoſtolorum ad cohortationem ſolicitæ mentis interſerit: vt ſpe præmiorum miniſtrent conſeruis in tempore ſuo cibaria doctrinarum.

h ¶ *Si autem dixerit*, &c.] Ex ſuperioribus pendet: quod ſicut ſolicitus ſeruus & ſemper aduentum Domini præſtolans, tradit conſeruis cibaria in tempore ſuo, & poſtea ſuper omnia bona patrisfamilias conſtituitur: ita è contrario, qui iuxta Ezechielem dicit: In tempora longa fiet iſtud, Ezec. 12. f & non putat Dominum cito eſſe vẽturum, factus ſecurior, vocat epulis atque luxuriæ, & non lenem patremfamilias, ſed ſeueriſſimum ſentiet iudicem.

i ¶ *Veniet Dominus ſerui illius, in die qua non ſperat, & hora qua ignorat, & diuidet eũ*, &c.] Hoc ipſum docet, vt ſciant, quando non putatur Dominus, tunc eum eſſe venturum, & vigilantiæ ac ſolicitudinis diſpenſatores admonet. Porro quod dicit, diuidet eum: non quo gladio eum diſſecet, ſed

quẽ

A quo à ſanctorum conſortio eum ſeparet: & partem eius ponat cum hypocritis: cum his videlicet, qui erant in agro, & qui molebant: & nihilominus derelicti ſunt. Sæpe diximus hypocritam aliud eſſe, aliud oſtendere: ſicut & in agro & in mola idem videbatur facere, quod Eccleſiaſticus vir, ſed exitus diuerſæ voluntatis apparuit.

CAPVT XXV.

Tunc[a] ſimile[a] erit regnum cœlorum decem virginibus: quę accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo & ſponſę. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum. Prudentes vero acceperunt oleum in vaſis ſuis, cum lampadibus. Moram[b] autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media[c] autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. Tunc ſurrexerunt[d] omnes virgines illę, & ornauerunt lampades ſuas. Fatuę[e] autem ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtrę extinguuntur. Reſponderunt[f] prudentes, dicentes. Ne forte non ſufficiat nobis & vobis: ite potius[g] ad vendentes, & emite vobis. Dum[h] autem irent emere, venit ſponſus, & quæ paratæ[i] erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Nouiſſimè[k] vero veniunt & reliquę virgines, dicentes: Domine, domine, aperi nobis. At ille reſpondens[l] ait: Amen dico vobis, neſcio vos. Vigilate[m] itaque, quia neſcitis diem, neque horam. [b] Sicut[n] enim homo peregre proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua.

CAPVT XXV.

Tunc[a] ſimile erit, &c.] Hanc parabolam, id eſt, ſimilitudinē decem virginum fatuarum atque prudentium, quidam ſimpliciter in virginibus interpretā-
1 Cor. 7. tur: quarum aliæ iuxta Apoſtolum, & corpore & mente ſunt virgines: aliæ virginitatem tantum corporum reſeruantes, vel cætera opera non habent propoſito ſuo ſimilia: vel parentum cuſtodia reſeruatæ, nihilominus mente nupſerunt. Sed mihi videtur ex ſuperioribus alius ſenſus eſſe, qui dicitur: & nō ad virginalia corpora, ſed ad omne hominum genus cōparatio pertinere. Sicut enim duo in agro, & duæ molentes, duos ſignificant populos, Chriſtianorum & Iudæorum, ſiue ſanctorum & peccatorum, qui in Eccleſia conſtituti, videntur quidem & ipſi arare & molere, ſed cuncta in hypocriſi faciunt:
B ſic & nunc decem virgines omnes homines complectuntur, qui videntur Deo credere, & applaudunt ſibi in ſcripturis ſanctis, iam Eccleſiaſticos quàm Iudæos atque hæreticos. Qui idcirco omnes virtutes appellantur: quia glorianſor in vnius Dei notitia, & mens eorum idololatriæ turba non conſtupratur. Oleum habent virgines, quæ iuxta fidem & operibus adornantur. Non habent oleum, quæ videntur ſimili quidem fide Dominum confiteri, ſed virtutum opera negligunt. Poſſumus quinque virgines ſapientes & ſtultas, quinque ſenſus interpretari: quorum alij feſtinant ad cœleſtia & ſuperna deſiderant: alij terrenis fecibus inhiantes, fomenta non habent veritatis, quibus ſua corda illuminent. De viſu & audito & tactu ſpiritualiter dictum eſt: *Quod vi-*
1.Ioan.1.a *dimus, quod audiuimus, quod oculis noſtris perſpeximus: & manus noſtræ palpauere.* De guſtu: *Guſtate, & videte, quoniā*
Pſal. 33 b *ſuauis eſt Dominus.* De odoratu: *In odorem vnguentorum*
Cantic. 1.a *tuorum currimus.* Et: *Chriſti bonus odor ſumus.*
2.Cor.2.d

b ¶ *Moram autem,* &c.] Non enim paruum temporis inter priorem & ſecundum aduentum Domini prætergreditur. Omnes dormitauerunt, id eſt, moriuæ ſunt, quia ſanctorū mors, ſomnus appellatur. Conſequēter autem dicitur, dormierunt, qui poſtea ſuſcitandæ ſunt.

c ¶ *Media autem,* &c.] Subito enim quaſi intempeſta nocte & ſecuris omnibus, quando grauiſſimus ſopor eſt, per angelorum clamorem, & tubas præcedentium fortitudinum, Chriſti reſonabit aduentus. Dicamus aliquid quod forſitan lectori vtile ſit. Traditio Iudæorum eſt, Chriſtum media nocte venturum in ſimilitudinem Ægypti temporis, quā-
Exod.12 e do paſcha celebratum eſt, & exterminator venit, & Dominus ſuper tabernacula tranſiit, & ſanguine agni poſtes noſtrarum frontium conſecrati ſunt: Vnde reor & traditionē Apoſtolicam permanſiſſe, vt in die vigiliarum paſchæ ante noctis dimidium, populos dimittere non liceat, expectantes aduentum Chriſti. Et poſtquam illud tempus tranſierit, ſecuritate præſumpta, feſtum cunctos agere diem. Vnde &
Pſal. 118. h Pſalmiſta dicebat: *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.*

d ¶ *Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ: & ornauerunt* &c.] Omnes virgines ſurrexerunt, & ornauerunt vnaquæque lampades ſuas, id eſt, ſenſus, in quibus oleum ſcientiæ recipiebant: vt alerent opera virtutum, quæ ante verum iudicem reſulgerent.

e ¶ *Fatuæ autem ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo veſtro:* &c.] Quæ lampades ſuas queruntur extingui, oſtendunt eas ex parte lucere: & tamen non habent lumen indeficiens, nec opera perpetua. Si quis igitur habet animam virginalem, & amator eſt pudicitiæ, non debet mediocribus eſſe contentus, quę cito exoleſcūt, & exorto cauſmate areſiunt, ſed perfectas virtutes ſequatur, vt lumen habeat ſempiternum.

a 268
X

f ¶ *Reſponderunt prudentes,* &c.] Hoc non de auaritia, ſed de timore reſpondent. Vnuſquiſque enim pro operibus ſuis mercedem recipiet: neque poſſunt in die iudicij aliorum virtutes, aliorum vitia ſubleuare. Et quomodo tempore Babyloniæ captiuitatis, Hieremias peccatores iuuare non potuit, & dicitur ad eum: Ne oraueris pro po- b 269
pulo iſto: ſic formidoloſa erit II
illa dies, cum vnuſquiſque Hier.7.A
pro ſemetipſo ſolicitus erit.

D g ¶ *Ite potius,* &c.] Venditur hoc oleum, & multo emitur pretio, ac difficili labore conquiritur: quod in eleemoſynis cunctiſque virtutibus & conſiliis intelligimus magiſtrorum.

h ¶ *Dum autem,* &c.] Dant quidem quaſi prudentes conſilium, quod non debeant ſine oleo lampadarum ſponſo occurrere: verum quia iam emendi tempus exceſſerat, & adueniente iudicij die, locus non erat pœnitentiæ, Pſalmiſta dicente: *In inferno autem quis confitebitur tibi?* non noua o- Pſal 6.b
pera parare, ſed præteritorum coguntur rationē exoluere.

i ¶ *Et quæ paratæ erant,* &c.] Poſt iudicij diem, bonorum operum, & iuſtitiæ occaſio non relinquitur.

k ¶ *Nouiſſime vero,* &c.] Egregia quidem in Domini appellatione confeſſio, idemque repetitum, indicium fidei eſt. Sed quid prodeſt voce inuocare, quem operibus neges?

l ¶ *At ille reſpondens,* &c.] *Nouit Dominus eos, qui eius ſunt:* 2.Tim.2.d
& qui ignorat, ignorabitur: Neſcit Dominus operarios ini- 1.Cor.14.g
quitatis, & licet virgines ſint, & ſecundum duplicem intelligentiam de corporis puritate, & de confeſſione veræ glorientur fidei: tamen quia oleum non habent ſcientiæ, ſufficit eis pro pœna, quod ignorantur à ſponſo.

m ¶ *Vigilate itaque,* &c.] Prudentem ſemper admoneo lectorem, vt non ſuperſtitioſis acquieſcat interpretationib., & quæ commatice pro fingentium dicuntur arbitrio: ſed conſideret priora, media, & ſequentia: & nectat ſibi vniuerſa, quæ ſcripta ſunt. Ex hoc ergo quod infert: *Vigilate, quia neſcitis diem neque horam,* intelliguntur vniuerſa, quæ dixit, id eſt, de duobus qui in agro ſunt, & de duabus molentibus, & de patrefamilias qui ſeruo ſuo credidit ſubſtantiam, & de decem virginibus, ideo parabolas eſſe præmiſſas; vt quia ignoramus omnes iudicij diem, ſolicite nobis lumen bonorum operum præparemus: ne dum ignoremus, iudex veniat.

n ¶ *Sicut .n. homo peregre proficiſcēs, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinq; talēta, alij autē duo, alij*

CANON E

vero vnum, &c.] Homo iſti paterfamilias, haud dubium quin Chriſtus ſit, qui ad patrem poſt reſurrectionem victor aſcendens, vocatis Apoſtolis, doctrinam Euangelicam tradidit, non pro largitate & parcitate alteri plus, & alteri minus tribuens, ſed pro accipientium viribus: quomodo & Apoſtolus eos qui ſolidum cibum capere non poterant, lacte potaſſe ſe dicit. Denique & illum qui de quinque talẽtis, decem fecerat, & qui de duobus quatuor, ſimili recepit gaudio: non conſiderãs lucri magnitudinem, ſed ſtudij voluntatem. In quinque & duobus & vno talento, vel diuerſas gratias intelligamus (quæ vnicuique traditæ ſunt.) Vel in primo, omnes ſenſus examinatos: In ſecundo, intelligẽtiam & opera: In tertio, rationem, qua homines à beſtiis ſeparamur.

1 Cor. 3. a

c 270
V

a ¶ *Abiit autem, qui quinque talenta acceperat*, &c.] Acceptis terrenis ſenſibus cœleſtium ſibi notitiam duplicauit: ex creaturis intelligens creatorem, ex corporalibus incorporalia, ex viſibilibus inuiſibilia, ex breuibus æterna.

b ¶ *Similiter, qui duo acceperat*, &c.] Et iſte pro viribus quidquid in lege didicerat, in Euangelio duplicauit: Siue ſcientiam & opera præſentis vitæ, futuræ beatitudinis typos intellexit.

F

d 271
II

c ¶ *Qui autem*, &c.] Nequã ſeruus terrenis operibus & ſeculi voluptate, Dei præcepta neglexit & polluit: quãquã in alio Euangeliſta ſcriptum ſit, quod in ſudario ligauerit, id eſt, doctrinam patrisfamilias mollirer & delicate viuendo eneruarit.

e 272
V

f 273
X

Luc. 19. d

ſua.[c] Et vni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero vnum: vnicuique ſecundum propriã virtutem, & profectus eſt ſtatim. Abiit[a] autem qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. Similiter[b] qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo. Qui[c] autem vnum acceperat, abiens fodit in terram: & abſcondit pecuniam Domini ſui. Poſt[d] multum vero temporis venit Dominus ſeruorum illorum, & poſuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens. Domine, quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Ait illi[e] dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui. Accedens autem & qui duo talenta acceperat, ait: Domine, duo talenta tradidiſti mihi: ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui. Accedens[f] autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, ſcio, quia homo durus es: metis vbi non ſeminaſti: & congregas vbi non ſparſiſti: & timens abii, & abſcondi talentum tuum in terra. Ecce habes, quod tuum eſt. Reſpondens[g] autem Dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, ſciebas, quia meto, vbi non ſemino, & congrego, vbi non ſparſi: Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis: & veniens ego recepiſſem vtique quod meum eſt cum vſura. Tollite itaque ab eo talentum: & date ei, qui habet decem talenta. Omni enim[h] habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. [e] Et inutilem[i] ſeruum eiicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & ſtridor dentium.[f] Cum[k] autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper

d ¶ *Poſt multum vero*, &c.] Grande tempus eſt inter aſcenſionem Saluatoris, & ſecundum eius aduentum. Si autem Apoſtoli reddituri ſunt rationem, quid nos oportet facere?

e ¶ *Ait illi Dominus eius*: &c.] Vtrique ſeruo (vt ante iam dixi) & qui de quinque talentis, decem fecerat, & qui de duobus quatuor, idem patris familias ſermo blanditur. Et notandum quod omnia, quæ in præſenti habemus, licet magna videantur & plurima, tamen comparatione futurorum, parua & pauca ſunt. *Intra*, inquit, *in gaudium Domini tui*: & ſuſcipe, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Quid autem poteſt maius dari fideli ſeruo, quam eſſe cum Domino, & videre gaudium Domini ſui.

1. Cor. 2. c

f ¶ *Accedens*, &c.] Vere quod ſcriptum eſt: *Ad excuſandas excuſationes in peccatis*, etiam huic ſeruo contigit, vt ad pigritiam & negligentiam, ſuperbiæ quoque crimen accederet. Qui enim ſimpliciter debuit inertiam confiteri & orare patrem familias: econtrario calumniatur, & dicit ſe prudenti feciſſe conſilio, ne dum lucra pecuniæ quæreret, etiam de ſorte periclitaretur.

Pſal. 140. a

g ¶ *Reſpondens autem Dominus eius*, &c.] Quod putauerat ſe pro excuſatione dixiſſe, in culpam propriam vertitur. Seruus autem malus appellatur, quia calumniam Domino facit. Piger, quia noluit talentum duplicare, vt in altero ſuperbiæ, in altero negligentiæ condemnetur. Si inquit, durum & crudelem eſſe me noueras, & aliena ſectari: ibique metere vbi non ſeuerim: quare non tibi iſtiuſmodi cogitatio incuſſit timorem, vt ſcires me mea diligentius quæſiturum, & dares pecuniam meam ſiue argentum nummulariis? Vtrumque enim ἀργύριον, Græcus ſermo ſignificat. *Eloquia*, inquit, *Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum*. Pſal. 11. b

Pecunia ergo & argentum, prædicatio Euangelij eſt, & ſermo diuinus: qui dari debuit nummulariis & trapezitis, id eſt, vel cæteris doctoribus (quod fecerunt & Apoſtoli, per ſingulas prouincias, Presbyteros, & Epiſcopos ordinantes) vel cunctis credentibus, qui poſſunt pecuniam duplicare, & cum vſuris reddere, vt quidquid ſermone didicerant, opere explerent. Tollitur autem talentum, & datur ei, qui decem talenta fecerat, vt intelligamus, licet in vtriuſque labore æquale ſit gaudium Domini (hoc eſt, & eius qui quinque in decem duplicauerat, & eius qui duo in quatuor) tamen maius deberi præmium ei qui plus in Domini pecunia laborarit. H

Vnde dicit & Apoſtolus: *Presbyteros honora, qui vere presbyteri ſunt: maxime qui laborant in verbo Dei*. 1. Tim. 5. 4

Ex eo quod malus ſeruus auſus eſt dicere: Metis, vbi non ſeminaſti, & congregas, vbi non ſparſiſti: intelligimus etiam gentilium & Philoſophorum bonam vitam recipere Dominum, & aliter habere eos qui iuſte, aliter qui iniuſte agant, & ad comparationem eius qui naturali legi ſeruiat, condemnari eos qui ſcriptam legem negligant.

h ¶ *Omni enim*, &c.] Multi cum ſapientes ſint naturaliter, & habeant acumen ingenij: ſi fuerint negligentes, & deſidia bonum naturæ corruperint, ad comparationẽ eius qui paululum tardior, labore & induſtria compenſauit, quod minus habuit, perdunt bonum naturæ, & præmium quod eis fuerat repromiſſum, vident tranſire ad alios. Poteſt & ſic intelligi: es qui fidem habet, & bonum in Domino voluntatem, etiam ſi quid minus in opere vt homo habuerit, dabitur à bono iudice. Qui autem fidem non habuerit, etiam cæteras virtutes, quas videbatur naturaliter poſſidere, perdet. Et eleganter etiam quod videtur, inquit, habere, auferetur ab eo. Quidquid enim ſine fide Chriſti eſt, non ei debet imputari, qui male eo abuſus eſt: ſed illi qui malo etiã ſeruo naturæ bonum tribuit.

i ¶ *Et inutilẽ*, &c.] Dominus lumẽ eſt, qui ab eo foras mittitur, caret vero lumine. Qui ſit autem fletus & ſtridor dẽtium, ſupra diximus.

k ¶ *Cũ*, &c.] Poſt biduũ paſcha facturus, & tradẽd' cruci & illuden-

A
illudendus ab hominibus, & aceto ac felle potandus, rectè præmittit gloriam triumphantis, vt ſecutura ſcandala pollicitationis præmio compenſaret. Et notandum, quod qui in maieſtate cernendus eſt, filius hominis ſit. Quodque ſequitur:
Eccleſ. 10. a *Statuet oues quidem a dextris ſuis, hædos autem à ſiniſtris*: iuxta illud intellige,
Sap. 6. quod alibi legis: *Cor ſapientis in dextra eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius*, &c. Et ſupra in hoc eodem Euangelio: *Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.* Oues in parte
Exod. 12. e Leuit. 4. y & 16. iuſtorum ſtare iubentur ad dexteram: hœdi, hoc eſt, peccatores ad ſiniſtram: qui ſemper pro peccato offeruntur
Cant. 4. a in lege. Nec dixit, capras, quę poſſunt habere fœtus, & tonſæ egrediuntur de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis nulla inter eas: ſed hœdos, laſciuum animal, & petulcum, & feruens ſemper ad coitum.

a ¶ *Venite, &c.*] Hoc iuxta præſcientiam Dei accipiendum, apud quem futura iam facta ſunt.

b ¶ *Amen dico vobis, &c.*] Libera nobis erat intelligentia, quod in omni paupere, Chriſtus eſuriens paſceretur: ſitiens potaretur: hoſpes
B
induceretur in tectum: nudus veſtiretur: infirmus viſitaretur: clauſus carcere haberet ſolatium colloquentis. Sed ex hoc quod ſequitur: Quandiu feciſtis vni de his fratrib. meis minimis, mihi feciſtis: non mihi videtur dixiſſe generaliter de pauperibus, ſed de his qui pauperes ſpiritu ſunt, ad quos tendens manū
Supra. d dixerat: *Fratres mei & mater mea hi ſunt, qui faciunt voluntatem patris mei.*

c ¶ *Et ibunt, &c.*] Prudens lector attende, quod & ſupplicia æterna ſint: & vita perpetua, metum deinceps non habeat ruinarum.

ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos abinuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Et ſtatuet oues quidem à dextris ſuis: hœdos autem à ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt. [a] Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: Sitiui, & dediſtis mihi bibere: Hoſpes eram, & collegiſtis me: Nudus, & operuiſtis me: Infirmus, & viſitaſtis me: In carcere erā, & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus te: ſitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te: aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere & venimus ad te? Et reſpondens rex. dicet illis: Amen dico [b] vobis, quamdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his, qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: Sitiui, & non dediſtis mihi potum: Hoſpes eram, & non collegiſtis me: Nudus, & nō operuiſtis me: Infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me. Tunc reſpōdebunt ei & ipſi dicētes: Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum aut infirmum, aut in carcere. & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quamdiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt [c] hi in ſupplicium æternum: iuſti autem in vitam ęternam.

CAPVT XXVI.

ET [a] factum [d] eſt, cum conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes. dixit diſcipulis ſuis: Scitis, quia poſt biduum paſcha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. [b] Tunc [e] congregati ſunt principes Sacerdotum, & ſeniores populi in atrium principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & conſilium fecerunt, vt Ieſū dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem: Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo. [c] Cum [f] autem Ieſus eſſet in Bethania in domo Simonis leproſi, acceſſit ad [g] eum mulier, habens alabaſtrum vnguēti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentes. Videntes [h] autē diſcipuli, indignati ſunt dicentes: Vt quid perditio hæc?

quod Hebraice dicitur, פסח non à paſſione, vt pleriſque arbitrantur, ſed à tranſitu nominatur: eo quod exterminator videns ſanguinem in foribus Iſraelitarum, pertranſierit, nec percuſſerit eos. Vel ipſe Dominus præbens auxiliū populo ſuo deſuper ambulauerit. Lege Exodi librum: de quo plenius, ſi vita comes fuerit, diſputabimus. Tranſitus autē noſter, id eſt, phaſe, ita celebratur, ſi terrena & Ægyptum dimittētes, ad cæleſtia feſtinemus. CANON C [a] Peſah Exod. 12. f

e ¶ *Tunc cōgregati ſunt principes ſacerdotum, &c.*] Qui debuerant paſchate victimas præparare, leuigare templi parietes, pauimenta verrere, vaſa mundare, & ſecundum ritum legis purificari, vt eſu agni digni fierēt: congregantur ineuntes conſilium, quomodo occidant Dominum: non timētes ſeditionem, vt ſimplex ſermo demonſtrat: ſed cauentes ne auxilio populi de ſuis manibus tolleretur.

f ¶ *Cum autem, &c.*] Paſſurus pro omni mundo, & vniuerſas nationes ſuo ſanguine redēpturus, moratur in Bethania, domo obedientiæ, quæ quōdā fuit Simonis leproſi. Nō quod lepro- ביתענה
ſus & illo tempore permaneret: ſed quia antea leproſus, poſtea à Saluatore mūdatus eſt: nomine priſtino D
permanente, vt virtus curātis appareat. Nam in Catalogo Apoſtolorum cum priſtino vitio & officio, Matthæus Publicanus appellatur: qui certe publicanus eſſe deſiderat. Quidam Simonis leproſi domum, eam volunt intelligi partem populi, Luc. 5. f
quæ crediderit Domino, & ab eo curata ſit. Simon quoque ipſe obediēs dicitur: qui a 274 I
iuxta aliam intelligentiam, mundus interpretari poteſt, in cuius domo curata eſt Eccleſia. b 275 VI שמעון

g ¶ *Acceſſit ad eum, &c.*] Nemo putet eandem eſſe, quæ ſuper caput effudit vnguentum, & quæ ſuper pedes. Illa enim & lachrymis lauat, & crine tergit, & manifeſtè meretrix appellatur. c 276 I
Da hac autem nihil tale ſcriptum eſt. Nec enim poterat ſtatim capite Domini meretrix digna fieri. Alius Euangeliſta pro alabaſtro vnguenti pretioſi (quod genus eſt marmoris) nardum piſticā poſuit: hoc eſt veram, & abſque dolo: vt fidem Eccleſiæ & gentium demonſtraret. Ioan. 11. a & 12. a Ioan. 12. a

ET [a] *factum eſt, &c.*] Erubeſcant, qui putant Saluatorē timuiſſe mortem, & & paſſionis pauore dixiſſe: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte. Poſt biduū paſcha, facturus, tradendū ſe, vt crucifigatur, nouit, & tamē nō declinat inſidias. nō territus fugit: intantū vt etiā cæteris ire nolētib., pergat intrepidus:
Ioan. 11. b quādo dicit Thomas: *Eamus, & nos, & moriamur cū eo.* Et finē carnali feſtiuitati volēs imponere, vmbraq; tranſeūte,
Luc. 22. b 1. Cor. 5. c paſchæ reddere veritatē, dixerit: *Deſiderio deſideraui hoc paſcha māducare vobiſcū, antequā patiar. Etenim paſcha noſtrū immolatus eſt Chriſtus*: ſi tamē cōmedamus illud in azymis ſynceritatis & veritatis. Porro quod ait: *Poſt biduum Paſcha fiet*: ſimplici intelligētia prætermiſſa, id quod ſacratū eſt, requiramus. Poſt duos dies clariſſimi luminis, veteris ac noui Teſtamentū, verum pro mūdo paſcha celebratur. Paſcha,

h ¶ *Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt, dicentes: &c.*] Scio quoſdam hunc locum calumniari: quare alius Euangeliſta Iudam ſolum dixerit contriſtatum, eo quod loculos tenuerit, & fur ab initio fuerit, & Matthæus ſcribat omnes Apoſtolos indignatos: neſcientes tropum qui vocatur σύλληψις: quo & pro vno oēs, & pro multis, vnus appellari ſo- Ioan. 12. a

CANON E leat. Nam & Paulus in Epiſtola ſua, quæ ſcribitur ad Hebræos, licet de ea multi Latinorum dubitent, cum ſanctorum paſſiones & merita deſcripſiſſet, intulit: *Lapidati ſunt: tentati ſunt: ſerati ſunt: in occiſione gladii mortui ſunt*: cum vnum tantummodo Eſaiam Prophetam ſectum Iudæi autument.

Heb. 11. g

Poſſumus & aliter dicere, quod Apoſtoli vere propter pauperes indignati ſunt: Iudas autem propter lucra ſua. Vnde & muſſitatio eius cum crimine ponitur: quod non curam pauperum habuerit, ſed ſuo furto voluerit prouidere.

d 277 VI

hæc? Potuit enim iſtud venundari multo, & dari pauperibus. Sciens[a] autem Ieſus, ait illis: Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum operata eſt in me. Nam ſemper pauperes habetis vobiſcum, me autē non ſemper habetis. [d] Mittēs [b] enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliēdum me fecit. Amen dico[c] vobis: vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius. [e] Tūc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iſcariotis, ad principes ſacerdotum, & ait [d] illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi conſtituerunt[e] ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem, vt eum traderet. Prima autem [f] die azymorum acceſſerūt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha? At Ieſus [g] dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magiſter dicit: Tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis. Et fecerunt [h] diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus, & parauerunt Paſcha. [f] Veſpere [i] autem facto, diſcumbebat cum duodecim diſcipulis, & edentibus [k] illis, dixit: Amen dico vobis, quia vnus veſtrū me traditurus eſt. [g] Et [l] contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere: Nunquid ego ſum Domine? [h] At ipſe [m] reſpondens, ait: Qui intingit mecū manū in paropſide, hic me tradet. Filius [n] quidē hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo: [i] Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum [o] erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. [k] Reſpondens [p] autem Iudas, qui tradidit eum dixit: Nunquid [q] ego ſum Rabbi? Ait illi: Tu dixiſti.

a ¶ *Sciens autem Ieſus, ait illis: Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum operata eſt in me. Nam ſemper pauperes, &c.*] Alia oboritur quæſtio: quare Domin⁹ poſt

e 278 II reſurrectionē dixerit ad diſcipulos: *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationē mundi*, & nunc loquatur: me

Matt. 28 in fine.

autem non ſemper habetis. Sed mihi videtur in hoc loco

f 279 IV de præſentia dicere corporali, quod nequaquam cum eis ita futurus ſit poſt reſurrectionem, quomodo nunc in omni conuictu & familiaritate. Cuius rei memor

g 280 I Apoſtolus ait: *Etſi noueramus Ieſum Chriſtum ſecundū carnem, ſed nunc iam nouimus eum.*

2 Cor. 5. a

h 281 II

i 282 VI b ¶ *Mittens enim hæc vnguentum hoc, &c.*] Quos vos putatis perditionem eſſe vnguē-

k 283 X ti, officiū ſepulturæ eſt. Nec

F mirum ſi mihi bonum odorem fidei ſuæ dederit, cum ego pro ea fuſurus ſim ſanguinem meum.

c ¶ *Amen dico vobis, vbicunque, &c.*] In toto mundo non tam mulier iſta, quam Eccleſia prædicatur, quod ſepelierit Saluatorem, quod vnxerit caput eius. Et attende notitiam futurorum, quod paſſurus poſt biduum, & moriturus, ſciat Euangelium ſuum toto orbe celebrandum.

d ¶ *Et ait illis: Quid vultis, &c.*] Infelix Iudas dānum, quod ex effuſione vnguenti ſe feciſſe credebat, vult magiſtri pretio compenſare. Nec certam tamen poſtulat ſummam, vt ſaltem lucroſa videretur proditio: ſed quaſi vile tradens mancipium, in poteſtate ementium poſuit, quantum vellent dare.

Gen. 37. f e ¶ *At illi conſtituerunt, &c.*] Ioſeph non, vt multi putant iuxta LXX. interpretes, viginti aureis venditus eſt, ſed iuxta Hebraicam veritatem, viginti argenteis: neque enim pretioſior poterat eſſe ſeruus, quam Dominus.

Exod. 12. f f ¶ *Prima autem die, &c.*] Prima azymorum, quarta decima dies menſis primi eſt, quando agnus immolatur, & luna pleniſſima eſt, & fermentum abiicitur. Inter eos autem diſcipulos, qui acceſſerunt ad Ieſum interrogantes: *Vbi vis, paremus tibi comedere Paſcha?* & Iudam æſtimo fuiſſe proditorem.

g ¶ *Ait Ieſus dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: &c.*] Morem veteris Teſtamenti noua ſcriptura conſeruat.

a. Almoni Frequēter legimus: Dixit ille ali, & in loco illo & illo: quod

3. Peloni Hebraice dicitur a. אלמוני & 3. פלוני, & tamen perſonarumque non ponitur nomen. *Et inuenietis ibi quendam portantem lagenam aquæ.* Quorum idcirco vocabula prætermiſſa ſunt, vt omnibus, qui paſcha facturi ſunt, libera feſtiuitatis occaſio panderetur. G

Marc. 14. g

h ¶ *Et fecerunt diſcipuli, &c.*] In alio Euangeliſta ſcriptum eſt: quod inuenerunt cœnaculum magnum, ſtratum atque mundatum, & ibi parauerunt ei. Videtur autē mihi cœnaculum, lex ſpiritualis intelligi, quæ de anguſtiis literæ egrediens, in ſublimi loco recipit Saluatorē, Paulo idipſum loquente: quod ea, quæ ante pro lucro reputabat, quaſi purgamenta quiſquiliaſque contempſerit, vt dignum Domino hoſpitiū præpararet. Luc. 22. b

Philip. 3. b

i ¶ *Veſpere autem, &c.*] Omnia ſic agit Iudas, vt tollatur ſuſpicio proditoris.

x ¶ *Et edentibus illis, &c.*] Qui de paſſione prædixerat, & de proditore prædicit, dās locum pœnitentiæ: vt cum intellexiſſet ſciri cogitationes ſuas & occulta conſilia, pœniteret eum facti ſui, & tamen non deſignat ſpecialiter, ne manifeſte coargutus, impudentior fieret. Mittit crimen in numero, vt agat conſcius pœnitentiam.

l ¶ *Et contriſtati, &c.*] Et certe nouerant vndecim Apoſtoli, quod nihil tale contra Dominum cogitarent: ſed plus credūt magiſtro, quam ſibi, pertimeſcentes fragilitatem ſuam, triſtes interrogant de peccato, cuius conſcientiam non habebant. G

m ¶ *At ipſe reſpondens, &c.*] O mira Domini patientia. Primum dixerat: Vnus veſtrum me traditurus eſt. Perſeuerat proditor in malo: manifeſtius arguit, & tamen nomen proprie non deſignat. Iudas cæteris contriſtatis, & retrahentibus manum, & interdicentibus cibos ori ſuo, temeritate & impudentia, qua proditurus erat, etiam manum cum magiſtro mittit in paropſidem, vt audacia bonam conſcientiam mentiretur.

n ¶ *Filius quidem, &c.*] Nec primo nec ſecundo correptus à proditione retrahit pedem: ſed patientia Domini nutrit impudentiam ſuam, & theſaurizat ſibi iram in die iræ. Pœna prædicitur, vt quem pudor non vicerat, corrigant denunciata ſupplicia. Quod autem ſequitur.

o ¶ *Bonum erat, &c.*] Non ideo putandus eſt ante fuiſſe quā naſceretur: quia nulli poſſit bene eſſe, niſi ei qui fuerit. Sed ſimpliciter dictum eſt: multo melius eſſe non ſubſiſtere, quam male ſubſiſtere.

p ¶ *Reſpondens autem Iudas, &c.*] Nunquid ego ſum Rabbi? Ait illi: Tu dixiſti. Quia cæteri triſtes, & valde triſtes interrogauerant: Nunquid ego ſum, Domine? Ne tacendo ſe prodere videretur: & ipſe ſimiliter interrogat, quem conſcientia remordebat, qui manum audacter miſerat in paropſide.

q ¶ *Nunquid ego ſum Rabbi.*] Et blandientis iungit affectū, ſiue incredulitatis ſignū. Cæteri enim, qui non erant proditurí, dicūt: Nunquid ego ſum Domine? Iſte qui proditurus erat,

A

er ... Dominum, ſed magiſtrum vocat: quaſi excuſationem habeat, ſi Domino denegato, ſaltem magiſtrum prodiderit. Et ait illi: Tu dixiſti. Eadem reſponſione confutatus eſt proditor, qua Pilatus poſtea reſponſurus eſt.

grex, & vnus paſtor. De hoc teſtimonio in libello, quem de optimo genere interpretandi ſcripſimus, plenius dictum eſt. CANON C

[l] Cœnantibus [a] autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meum. [m] Et accipiens calicẽ, gratias egit, & dedit illis, dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. [n] Dico [b] autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſque in diem illũ, cum illud bibam vobiſcum nouum in regno patris mei. Et hymno [c] dicto exierunt in montem Oliueti. [o] Tunc [d] dicit illis Ieſus: Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. [p] Scriptum [e] eſt enim: Percutiam paſtorẽ, & diſpergẽtur oues gregis. Poſtquam autem reſurrexero, præcedam vos in Galilæam. [q] Reſpondens [f] autem Petrus, ait illi: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. Ait illi [g] Ieſus: Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. [r] Ait illi Petrus: Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt. [s] Tunc [h] venit Ieſus cum illis in villam, quæ dicitur Gethſemani, & dixit diſcipulis ſuis. [t] Sedete hic, donec vadã illuc & orem. Et aſſumpto [i] Petro & duobus filiis Zebedei, cœpit contriſtari & mœſtus eſſe. [u] Tunc [k] ait illis: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Suſtinete hic, & vigilate mecum. [x] Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam, orans & dicens: Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. [y] Veruntamen non ſicut

a ¶ *Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum, &c.* Poſtquam typicum paſcha fuerat impletum, & agni carnes cum Apoſtolis comederat: aſſumit panem, qui confortat cor hominis, & ad verum paſchæ tranſgreditur Sacramentum, vt quomodo in præfiguratione eius Melchiſedech ſummi Dei ſacerdos, panem & vinũ offerens fecerat, ipſe quoque veritatẽ ſui corporis & ſanguinis repræſentaret. In Luca legimus duos calices, quibus diſcipulis propinarit. Vnum primi menſis, & alterũ ſecundi, vt qui inter ſanctos primo menſe agnum comedere non potuerit, ſecundo menſe inter pœnitentes hædum comedat.

Gen.14.d

Luc.22.b

b ¶ *Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, cum illud, &c.* De carnalibus tranſit ad ſpiritualia: quod vinea de Ægypto tranſplantata ſit populus Iſrael, cui per Hieremiam Dominus loquitur: *Ego te plantaui vineam verã:* quomodo mutata es in amaritudinem vitis alienæ? Et Eſaias propheta in cantico, quod dilecto canit: & omnis ſparſim ſcriptura teſtatur. Dico ergo ſe Dominus de hac vinea nequaquam eſſe bibiturum, niſi in regno patris ſui. Regnum patris, fidem puto eſſe credentiũ. Apoſtolo quoque idipſum confirmãte: *Regnum Dei intra vos eſt.* Ergo cum Iudæi repecerint regnum patris attende, quod dicat, patris, non Dei. Omnis pater nomen eſt filii. Cum, inquam, crediderint in Deo patre & adduxerit eos pater ad filium, tunc de vino eorum bibet Dominus, & in ſimilitudinem Ioſeph regnans in Ægypto, inebriabitur cum fratribus ſuis.

Hier.2.d. Sec.70. B

Eſa.5.a

Luc.17.e

Gen.43.g

c ¶ *Et hymno dicto, &c.*] Hoc eſt, quod in quodam Pſalmo legimus: *Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ.* Iuxta hoc exemplum: qui Saluatoris pane ſaturatus, & calice inebriatus fuerit, poteſt laudare Dominum, & conſcendere montem Oliueti: vbi laborum refectio, dolorisque ſolatium, & veri luminis notitia.

Pſal.21.g

d ¶ *Tunc dicit illis Ieſus: &c.*] Prædicit, quod paſſuri ſunt: vt cum paſſi fuerint, non deſperent ſalutem, ſed agentes pœnitentiam, liberentur. Et ſignanter addidit, in iſta nocte ſcandalum patiemini: quia quomodo, qui inebriantur, nocte inebriantur: ſic & qui ſcandalum patiuntur, in nocte & in tenebris ſuſtinent. Nos vero dicamus: *Nox præteriit: dies autem appropinquauit.*

Rom.13.d

e ¶ *Scriptum eſt enim: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues, &c.*] Hoc aliis verbis in Zacharia Propheta ſcriptũ eſt, & (ni fallor) ex perſona Prophetæ ad Deum dicitur: *Percute paſtorẽ, & diſpergentur oues gregis.* Sexageſimo quoque & octauo Pſalmo, qui totus à Domino canitur, huic ſenſui congruente. Quoniam, quem tu percuſſiſti, ipſi perſequuti ſunt. Percutitur autem paſtor bonus, vt ponat animam ſuá pro ouibus ſuis, & de multis gregibus errorũ fiat vnus

Zach.13

Ioan.10.c

f ¶ *Reſpondens autem Petrus, ait illi: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor, &c.*] Non eſt temeritas, nec mendacium, ſed fides eſt Apoſtoli Petri, & ardens affectus erga Dominum Saluatorem, de quo ſupra diximus.

l 284: I

g ¶ *Ait illi Ieſus: Amen dico tibi, &c.*] Et Petrus de ardore fidei promittebat, & Saluator quaſi Deus futura nouerat. Et nota, quod Petrus in nocte neget, & neget tertio. Poſtquam autem gallus cecinit, & decreſcentibus tenebris vicina lux nunciata eſt, conuerſus fleuit amare, ternæ negationis ſordes lacrymis lauans.

m 285 II.
n 286 VI
o 286 IV
p 288 VI

h ¶ *Tunc venit Ieſus, &c.*] Gethſemani, interpretatur vallis pinguiſſima, in qua iuſſit diſcipulos ſedere pauliſper, & expectare redeuntem, donec pro cunctis ſolus Dominus oraret.

q 289 I
גת
שמן
r 290 VII

i ¶ *Et aſſumpto Petro, &c.*] Illud quod ſupra diximus de paſſione & propaſſione, etiã in præſenti capitulo oſtẽditur: quod Dominus vt veritatẽ probaret aſſumpti hominis, vere quidem contriſtatus ſit, ſed ne paſſio in animo illius dominaretur, per propaſſionem cœperit contriſtari. Aliud eſt enim contriſtari, & aliud incipere contriſtari. Contriſtabantur autẽ, non timore patiendi (quia ad hoc venerat, vt pateretur, & Petrum timiditatis arguerat) ſed propter infeliciſſimũ Iudam, & ſcandalum omnium Apoſtolorum, & reiectionem populi Iudæorum, & euerſionẽ miſeræ Hieruſalem. Vnde & Ionas ſuper ariditate cucurbitæ vel hæderæ contriſtatus eſt, nolens perire quondam tabernaculum ſuum. Si autem triſtitiam animi, non affectum Saluatoris erga perituros, ſed paſſionem hæretici interpretantur, reſpondeant, quomodo exponunt illud, quod ex perſona Dei per Ezechielẽ dicitur: *Et in omnibus iſtis contriſtabas me.*

s 291 I.
t 292 VI
u 293 IV
Sup c. 8.
x 294 I
D
y 295 I
Iona.4
קיקיון
Ezech.16.e Sec.70. ἐλύπεις.

k ¶ *Tunc ait illis: Triſtis eſt, &c.*] Quæ contriſtatur, anima eſt: ſed non propter mortem, ſed vſque ad mortem contriſtatur: donec Apoſtolos ſua liberet paſſione. Quod autem præcepit: Suſtinete hic, & vigilate mecum: non à ſomno prohibet, cuius tempus nõ erat imminente diſcrimine, ſed à ſomno infidelitatis, & torpore mentis. Dicant ergo, qui irrationabilem Ieſum ſumpſiſſe animam ſuſpicantur, quomodo contriſterit, & nouerit tempus triſtitiæ. Quanquam enim & bruta animalia mœreant, tamen non nouerunt, nec cauſas, nec tempus ad quod debeant contriſtari.

l ¶ *Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam, orans & dicens: Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego volo, &c.*] Dato Apoſtolis præcepto vt ſuſtinerent, vigilarentque cum Domino, paululum procedens ruit in faciem ſuam: & humilitatem mentis habitu carnis oſtendit, dicitque blandiens: Mi pater, & poſtulat, vt, ſi poſſibile eſt, tranſeat ab eo paſſionis calix: de quo ſupra diximus. Poſtulat autem non timore patiendi, ſed miſericordia prioris populi, ne ab illis bibat calicem propinatum. Vnde & ſignanter non dixit: tranſeat à me calix, ſed

CANON
E

CAP. XXVII.

CAPVT XXVII.

M[a]Ane[a] autem facto, conſilium inierunt omnes principes ſacerdotū, & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderēt. [b] Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi.[c] Tunc[b] vidēs Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus eſſet: pœnitentia ductus, retulit triginta argēteos principib. ſacerdotum, & ſenioribus, dicens: Peccaui, tradēs ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt: [c] Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis in tēplo receſſit, & abiens, laqueo ſe ſuſpēdit. Principes [d] autem ſacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt. Conſilio [e] autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturā peregrinorū: propter hoc vocatus eſt ager ille Chaceldema, hoc eſt, ager ſanguinis, vſq; in hodiernū diem. [f] Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam prophetam, dicentem: Et acceperūt triginta argēteos, pretiū appretiati, quod appretiauerunt à filiis Iſrael, & dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi dominus. Ieſus[g] autem ſtetit ante præſidem, & interrogauit eum præſes, dicens: Tu es rex Iudæorum? [c] Dicit illi[h] Ieſus: Tu dicis. Et cum accuſaretur à principibus ſacerdotū & ſenioribus, nihil reſpōdit. Tunc[i] dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei ad vllū verbū: ita vt miraretur præſes vehementer.[f] Per diem aūt ſolemnem conſueuerat præſes populo dimittere vnū vinctū, quem voluiſſent.[g] Habebat[k] aūt tunc vinctum inſignē, qui dicebatur Barrabam. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis: Barrabam, an Ieſum, qui dicitur Chriſtus? Sciebat. n. quod per inuidiam tradidiſſent eū.[h] Sedēte[l] autem illo pro tribunali, miſit ad eū vxor eius, dicēs: Nihil tibi & iuſto illi: multa. n. paſſa ſum hodie per viſum propter eum. [i] Principes autem ſacerdotū & ſeniores perſuaſerūt populis vt peterent Barrabam, Ieſum vero perderēt. Reſpondens aūt præſes, ait illis: Quē vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barrabbam. Dicit illis Pilatus. [k] Quid[m] igitur faciā de Ieſu, qui dicitur Chriſtus? Dicūt omnes: Crucifigatur. Ait illis præſes: Quid enim mali fecit? At illi

M*Ane a autem facto, &c.*] Non ſolum ad Pilatum, ſed etiam ad Herodem ductus eſt: vt vterque domino il-
a 317 ludere. Erexere ſolicitudinē
II. ſacerdotum in malum. Tota
nocte vigilauerunt, vt homici-
dium facerent. Et vinctum tra-
b 318 diderunt Pilato. Habebant e-
I. nim hunc morem, vt quem
c 319 adiudicaſſent morti, ligatum
X. iudici traderent.

b ¶ *Tunc videns*, &c.] Auari-
tiæ magnitudine impietatis pō
dus excluſit. Videns Iudas do-
minum adiudicatum morti,
pretium retulit ſacerdotibus:
quaſi in poteſtate ſua eſſet, per-
ſecutorum mutare ſentētiam.
d 320 Itaque licet mutauerit volun-
II. tatem ſuam, tamen voluntatis
primæ exitum non mutauit. Si
autem peccauit ille qui tradi-
dit ſanguinem iuſtum: quanto
magis Iudæi peccauerunt, qui
emerunt ſanguinem iuſtum, &
offerendo pretium ad prodi-
tionem diſcipulum prouoca-
runt? Qui diuerſas naturas co-
nantur introducere, & dicunt
e 321 Iudam proditorem malæ fuiſſe
IV. naturæ, nec electionem apo-
ſtolatus potuiſſe ſeruare: reſ-
pondeant quo modo natura
F mala egerit pœnitentiam.

c ¶ *At illi*, &c.] Nihil profuit
ei ſera pœnitentia, per quam
f 322 ſcelus corrigere non potuit. Si
II. quando ſic frater peccat in fra-
g 323 trem, vt emendare valeat quod
IV. peccauit, poteſt ei dimitti. Sin
autem permanent opera, fru-
ſtra voce aſſumitur pœnitētia.
Hoc eſt quod in pſalmo de eo-
h 324 dem infeliciſſimo Iuda dicitur:
X. *Et oratio eius fiat in peccatum*:
Pſal. 108. a vt non ſolum emēdare nequi-
i 325 uerit proditionis nefas: ſed ad
I. prius ſcelus etiam proprij ho-
micidij crimen addiderit. Tale
quid & Apoſtolus in ſecunda
ad Corinthios epiſtola loqui-
tur: *Ne abundantiori triſtitia ab-*
k 326 *ſorbeatur frater.*
I.
2. Cor. 2. b

d ¶ *Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis dixerunt: Non licet mittere eos in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt.*] Vere culicem liquantes, & camelum glutientes. Si enim ideo non mittunt pecuniam in corbonam, hoc eſt, in gazophylacium, & dona Dei, quia pretium ſanguinis eſt: cur ipſum ſanguinem effundunt?

e ¶ *Conſilio autem*, &c.] Illi quidem fecerunt alia voluntate: vt æternum impietatis ſuæ relinquerent ex agri emptione monumentum. Cæterum nos qui peregrini eramus à lege & prophetis, praua eorum ſtudia ſuſcepimus in ſalutem: & in
חקל pretio ſanguinis eius requieſcimus. Figuli autem ager appel-
דמא latur: quia figulus noſter eſt Chriſtus.

f ¶ *Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam prophetam dicentem. Et acceperunt triginta*, &c.] Hoc teſtimonium in Hieremia non inuenitur, In Zacharia vero qui pene vltimus eſt duodecim prophetarum, quædam ſimilitudo fertur, & quamquam ſenſus non multum diſcrepet, tamen & Zach. 11. e
ordo, & verba diuerſa ſunt. Legi nuper in quodam Hebraico volumine, quod Nazarenæ ſectæ mihi Hebræus obtulit, Hieremiæ apocryphū: in quo hoc ad verbum ſcripta reperi. Sed tamen mihi videtur magis de Zacharia ſumptū teſtimonium: euangeliſtarum & apoſtolorum more vulgato: qui verborum ordine prætermiſſo, ſenſus tantum de veteri teſtamento proferunt in exemplum.

g ¶ *Ieſus autem*, &c.] Pilato nihil aliud interrogante criminis, niſi verum rex Iudæorum ſit, arguitur impietatis Iudæi, quod ne falſo quidem inuenire potuerint quod obiicerent Saluatori.

h ¶ *Dicit illi Ieſus: Tu dicis.*] Sic reſpondit vt & verum diceret, & ſermo eius calumniæ nō pateret. Et attende quod Pilato, qui inuitus promebat ſententiam, aliqua ex parte reſpōderit: ſacerdotibus autem & principibus reſpondere noluerit, indignos ſuo ſermone iudicans.

i ¶ *Tunc dicit*, &c.] Ethnicus quidem eſt, qui condemnat Ieſum: ſed cauſam refert in populum Iudæorum. Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Ieſus autem nihil reſpondere voluit, ne crimen diluens à præſide dimitteretur, & crucis vtilitas differretur. H

k ¶ *Habebat autem tūc vinctū*, &c.] Iſte in euangelio quod ſcribitur iuxta Hebræos, filius magiſtri eorum interpretatur, qui propter ſeditionem & homicidium fuerat condemna- בר־רבן
tus. Offert autem eis optionē Pilatus dimittendi quem velint: latronem, an Ieſum: non dubitans Ieſum potius eligendum: ſciens eum propter inuidiam traditum. Igitur cauſa crucis manifeſte inuidia eſt.

l ¶ *Sedente autem*, &c.] Nota quod gentibus ſæpe à Deo ſomnia reuelentur: & quod in Pilato & vxore eius iuſtum dominum confitentibus gentilis populi teſtimonium ſit.

m ¶ *Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Ieſu, qui dicitur*, &c.] Multas liberandi Saluatoris Pilatus occaſiones dedit. Primum latronem iuſto conferens. Deinde inferens: Quid igitur faciā de Ieſu qui dicitur Chriſtus: hoc eſt, qui rex veſter eſt. Cumque reſponderent: Crucifigatur, non ſtatim acquieuit: ſed iuxta ſuggeſtionem vxoris, quæ mandauerat: Nihil tibi & iuſto illi: ipſe quoque reſpondit: Quid enim mali fecit? Hoc dicendo Pilatus abſoluit Ieſum. At illi magis clamabant, dicentes: *Crucifigatur.* Vt impleretur quod in vigeſimoprimo pſalmo dixerat: *Circumdederunt me canes multi, & congregatio malignantium obſedit me.* Et illud Hieremiæ: *Facta eſt mihi hæreditas mea ſicut* Hier. 12. b

A Eſa. 5.a *leo in ſilua*: dederunt ſuper me vocem ſuam. Eſaia quoque in hac ſententia congruente: Expectaui vt facerent iudicium: fecerunt autem iniquitatem, & non iuſtitiam, ſed clamorem.

nea, opera gentium cruenta ſuſtentat: in corona ſpinea, maledictum ſoluit antiquum: in calamo, venenata occidit animalia. Siue calamum tenebat in manu, vt ſacrilegium ſcriberet Iudæorum. CANON C

At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. l Videns [a] autē Pilatus, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego ſum à ſanguine huius iuſti, vos videritis. Et [b] reſpōdens vniuerſus populus, dixit: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. m Tunc [c] dimiſit illis Barrabā: Ieſum aūt flagellatū tradidit eis vt crucifigeretur. n Tunc [d] milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorium, congregauerunt ad eū vniuerſam cohortem, & exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei. Et plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem in dextera eius: & genu flexo ante eū illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudæorum. o Et [e] expuentes in eum, acceperunt arūdinem, & percutiebant caput eius. Et [f] poſtquam illuſerunt ei exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum veſtimentis eius & duxerunt eum vt crucifigerēt. p Exeuntes [g] autē inuenerunt hominem Cyreneum, nomine Simonem: hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius. q Et [h] venerunt in locum qui dicitur Golgoltha, quod eſt Caluariæ locus. r Et [i] dederunt ei acetum bibere cū felle mixtū: & cum guſtaſſet, noluit bibere. ſ Poſtquam [k] autem crucifixerunt eum, diuiſerunt veſtimenta eius,

a ¶ *Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus, &c.*] Pilatus accepit aquam, iuxta illud propheticum: *Lauabo inter innocentes manus meas*: vt in lauacro manuum eius, gentilium opera purgarentur: & ab impietate Iudæorum, qui clamauerunt, crucifige eum, nos alienos faceret: quodammodo hoc conteſtans & dicens: Ego quidem innocentem volui liberare: ſed quiam ſeditio oritur, & perduellionis mihi contra Cæſarem crimen impingitur, Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius. Iudex qui cogitur contra Chriſtum ſententiam ferre, non damnat oblatum, ſed arguit offerentes, iuſtum eſſe pronūcians qui crucifigēdus eſt. Vos, inquit, videritis. Ego miniſter ſum legum: veſtra vox ſanguinem fundit. Pſal. 25.b

b ¶ *Et reſpondens vniuerſus populus dixit: Sanguis eius ſuper nos, &c.*] Perſeuerat vſque in præſentem diem hæc imprecatio ſuper Iudæos, & ſanguis domini non aufertur ab eis. Eſai. 1.d Vnde per Eſaiam loquitur: Si leuaueritis ad me manus, non exaudiam vos. Manus enim veſtræ plenæ ſunt ſanguine. Optimam hæreditatem Iudæi filiis reliquerunt, dicentes: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* B

c ¶ *Et expuentes in eum, &c.*] Eo tempore completum eſt: *Non auerti faciem meam à confuſione ſputorum*: & tamen cum caput eius percutiant arundine, ſuſtinet cuncta patienter, vt Eſaiæ verum oſtendat vaticinium, dicentis: Arundinem quaſſatam non confringet. Eſa. 50.a — l 327 X — Ibid. 42.a

f ¶ *Et poſtquam, &c.*] Quando flagellatur Ieſus, & conſpuitur, & irridetur, non habet propria veſtimenta: ſed ea quæ propter noſtra peccata ſumpſerat. Cum autem crucifigitur, & illuſionis atque irriſionis pōpa præterierit, tunc priſtinas veſtes recipit, & proprium aſſumit ornatum, ſtatimque elementa turbantur, & creatori teſtimonium dat creatura. m 328 I. — n 329 IV. — o 330 VI.

g ¶ *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyreneum nomine Simonem: &c.*] Nec quis putet huic loco Ioannis euangeliſtæ hiſtoriam eſſe contrariam. Ille enim dixit, exeuntem dominum de prætorio portaſſe crucem ſuam: Matthæus autem refert, quod inuenerunt hominem Cyreneum nomine Simonem, quem angariantes impoſuerunt ei crucem Ieſu. Sed hoc intelligendum eſt, quod egrediens de prætorio Ieſus, ipſe portauerit crucem ſuam, poſtea obuium habuerint Simonem, cui portandam crucem impoſuerint. Iuxta Anagogen vero, crucem Ieſu ſuſcipiunt nationes, & peregrinus obediens portat ignominiam Saluatoris. p 331 I — q 332 I. — r 333 IV. — ſ 334 I. — Ioan. 19.c — D

e ¶ *Tunc dimiſit illis Barrabam, Ieſum autem, &c.*] Barrabam latro, qui ſeditiones faciebat in turbis, qui homicidiorum auctor erat, dimiſſus eſt populo Iudæorum, id eſt, diabolus: qui vſque hodie regnat in eis: & idcirco pacem habere non poſſunt. Ieſus autem à Iudæis traditus, abſoluitur ab vxore Pilati, & ab ipſo præſide iuſtus appellatur. Et Centurio confitetur quod vere Dei filius ſit. Quærat eruditus lector, quo modo ſibi conueniat Pilatum lauiſſe manus ſuas & dixiſſe: Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius: & poſtea flagellatum tradidiſſe Ieſum, vt crucifigeretur. Sed ſciendum eſt Romanis eum legibus miniſtraſſe, quibus ſancitum eſt, vt qui crucifigitur, prius flagellis verberetur. Traditus eſt itaque Ieſus militibus verberandus, & illud ſacratiſſimum corpus pectuſque Dei capax, flagella ſecuerunt. Pſal. 31.b Hoc autem factum eſt, vt quia ſcriptum erat, *Multa flagella peccatorum*, illo flagellato nos à verberibus liberaremur: Pſal. 90.b dicente ſcriptura ad virum iuſtum: *Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.*

d ¶ *Tunc milites, &c.*] Milites quidem, quia rex Iudæorum fuerat appellatus, & hoc ei ſcribæ & ſacerdotes crimen obiecerant, quod ſibi in populo Iſrael vſurparet imperium: illudentes hoc faciunt, vt nudatum priſtinis veſtibus induant chlamydem coccineam pro ruſo limbo, quo reges veteres vtebantur: & pro diademate ponunt ei coronam ſpineam: pro ſceptro regali dant calamum, & adorant quaſi regem. Nos autem omnia hæc intelligamus Ioan. 11.f myſtice. Quo modo enim Caiphas dixit: Oportet vnum hominem mori pro omnibus, neſciens quid diceret: ſic & iſti quæcumque fecerunt, licet alia mente fecerint, tamen nobis qui credimus, ſacramenta tribuerunt. In chlamyde cocci-

h ¶ *Et venerunt in locum, qui dicitur Golgoltha, &c.*] Audiui quendam expoſuiſſe Caluariæ locum, in quo ſepultus eſt Adam: & ideo ſic appellatum eſſe, quia ibi antiqui hominis ſit conditum caput, & hoc eſſe quod Apoſtolus dicat: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* Ephes. 5.c Fauorabilis interpretatio, & mulcens aurem populi, nec tamen vera. Extra vrbem enim & foras portam, loca ſunt in quibus truncantur capita damnatorum, & Caluariæ, id eſt, decollatorum ſumpſere nomen. Propterea autem ibi crucifixus eſt dominus: vt vbi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrij. Et quomodo pro nobis maledictum crucis factus eſt, & flagellatus eſt, & crucifixus: ſic pro omnium ſalute quaſi noxius inter noxios crucifigeretur. Sin autem quiſpiam contendere voluerit, ideo ibi dominum crucifixum, vt ſanguis ipſius ſuper Adæ tumulum diſtillaret: interrogemus eum, quare & alij latrones in eodem loco crucifixi ſint? Ex quo apparet Caluariam non ſepulcrū primi hominis, ſed locum ſignificare decollatorum: vt vbi abundauit peccatum, ſuperabundaret gratia. Adam vero ſepultum iuxta Hebron & Arbee, in Ieſu filij Naue volumine legimus.

i ¶ *Et dederunt, &c.*] Deus loquitur ad Hieruſalem: *Ego te plantaui vineam veram: quo modo facta es in amaritudinem vitis alienæ?* Amara vitis, amarum vinum facit: quod propinat domino Ieſu, vt impleatur quod ſcriptum eſt: *Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.* Quod autem dicitur: *Et cum guſtaſſet noluit bibere*: hoc indicat, quod guſtauerit quidem pro nobis mortis amaritudinem, ſed tertia die reſurrexerit. Ieſue 14.d — Hier. 2.d — Pſal. 68.e

k ¶ *Poſtquam autem crucifixerunt eum, diuiſerunt veſtimenta*

CANON. eius, ſortem mittentes.] Et hoc in eodem pſalmo fuerat pro-
E phetatum: *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem*
Pſal. 21. *meam miſerunt ſortem.*

a ¶ *Et ſedentes ſeruabant eum.*] Diligentia militum & ſacerdotum nobis proficit, vt maior & apertior reſurgentis virtus appareat.

tem dubium eſt paſchæ tempore lunam fuiſſe pleniſſimam. G
Et ne forſitan videretur vmbra terræ vel orbis lunæ ſoli oppoſitus breues & ferrugineas feciſſe tenebras: trium horarum ſpacium ponitur, vt omnis cauſantium occaſio tolleretur. Et hoc factum reor vt compleatur propheta, dicens: *Occumbet ſol meridie, & contenebrabitur ſuper terram in die lux.* Et in alio loco: *Occubuit ſol cum adhuc media eſſet dies.* Videturque mihi clariſſimum lumen mundi, hoc eſt, luminare maius retraxiſſe radios ſuos, ne aut pendentem videret dominum, aut impij blaſphemantes ſua luce fruerentur.

Amos 8 c Sec. 70.
Hier. 15. b Sec. 70.

b ¶ *Et impoſuerunt, &c.*] Non
poſſum digne admirari pro rei
v 335. magnitudine, quod redemptis
I. pretio falſis teſtibus, & ad ſe-
u 336 ditionem clamoremque infeli-
I. ci populo concitato, nullam a-
x 337 liam inuenerunt cauſam inter-
VI. fectionis eius, niſi quod rex Iu-
dæorum eſſet: & illi forſitan il-
ludentes ridentesque hoc fece-
y 338 rint. Cæterum Pilatus etiam
II. nolentibus reſpondit: Quod
ſcripſi ſcripſi. Velitis, nolitis
Iudæi, omnis vobis gentium
turba reſpondet: Ieſus rex Iu-
dæorum eſt. hoc eſt, imperator
credentium & confitentium.
z 339.
II. c ¶ *Tunc, &c*] Si Golgotha
a 340 tumulus eſt Adam, & non dā-
II. natorum locus, & ideo domi-
b 341 nus ibi crucifigitur, vt ſuſcitet
VI. Adam, duo latrones quare in
loco iſto eodem crucifiguntur?

d ¶ *Prætereuntes, &c.*] Blaſ-
phemabant, quia prætergre-
c 342 diebantur viam, & in vero iti-
II. nere ſcripturarum ambulare
d 343 nolebant. Mouebant capita
I. ſua, quia iam antea mouerant
B pedes, & non ſtabant ſuper pe-
e 344 tram. Idipſum autem inſultans
II dicit fatuus populus, quod fal-
f 345 ſi teſtes confinxerant.
X

e ¶ *Alios ſaluos, &c*] Etiam nolentes confitentur ſcribæ & phariſæi, quod alios ſaluos fecerit. Itaque vos veſtra condemnat ſententia. Qui enim alios ſaluos fecit, vtique ſi vellet, ſeipſum ſaluare poterat.

eius, ſortē mittentes: vt impleretur quod dictū
eſt per prophetam dicentem: Diuiſerunt ſibi ve-
ſtimenta mea, & ſuper veſtem meā miſerūt ſor-
tem. Et [a] ſedentes ſeruabant eum. [t] Et impoſue-
runt [b] ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptā. Hic
eſt Ieſus rex Iudæorū. [u] Tunc [c] crucifixi ſunt cum
eo duo latrones. vnus à dextris, & vnus a ſini-
ſtris. [x] Prætereuntes [d] autē blaſphemabant eum,
mouentes capita ſua & dicētes: Vah qui deſtruis
templum Dei, & in triduo illud reædificas: ſalua
temetipſum, ſi filius Dei es, deſcende de cruce. [y]
Similiter & principes ſacerdotū, illudentes cum
ſcribis & ſenioribus, dicebant: Alios [e] ſaluos fe-
cit, ſeipſum non poteſt ſaluū facere: Si rex Iſrael
eſt, [f] deſcendat nunc de cruce, & credemus ei.
Confidit in Deo, liberet eū nunc, ſi vult. Dixit e-
nim, quia filius Dei ſum. [z] Idipſum [g] autē & latro-
nes, qui crucifixi erāt cum eo, improperabant ei.
[a] A ſexta [h] autē hora tenebræ factę ſunt ſuper v-
niuerſam terrā, vſq; ad horam nonam. [b] Et circa
[i] horā nonam clamauit Ieſus voce magna, dicēs:
Eli, Eli, lamma ſabacthani: hoc eſt, Deus meus,
Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quidā [k] au-
tem illic ſtātes & audientes, dicebant. Eliā vocat
iſte. [c] Et continuo [l] currens vnus ex eis, acceptā
ſpongiam impleuit aceto, & impoſuit arundini,
& dabat ei bibere. [d] Cęteri vero dicebant: Sine,
videamus an veniat Elias liberans eū. Ieſus [m] au-
tē iterum clamans voce magna, emiſit ſpiritum.
[e] Et ecce [n] velum tēpli ſciſſum eſt in duas partes,
à ſummo vſque deorſum. [f] Et [o] terra mota eſt, &
petræ ſciſſę ſunt, & monumenta apertæ ſunt.
Et

i ¶ *Et circa horam, &c.*] Principio viceſimiprimi pſalmi abuſus eſt, illudque quod in medio verſiculo legitur: Reſpice in me, ſuperfluum eſt. Legitur enim in Hebræo: Deus meus, Deus meus, quare me dereliquiſti? Ergo impij ſunt qui pſalmum iſtum ex perſona Dauid ſiue Heſter & Mardochæi dictum putant: cum etiam euangeliſtæ teſtimonia ex eo ſumpta ſuper Saluatore intelligant. Vt eſt illud: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et aliud: Foderunt manus meas, & pedes meos. Ne miteris verborum humilitatem, & querimonias derelicti, cum formam ſerui ſciens, ſcandalum crucis videas. H

Cal. a אלי אלי למא שבקתני
Heb. אלי אלי למה עזבתני

k ¶ *Quidam autem, &c.*] Non omnes, ſed quidam, quos arbitror milites fuiſſe Romanos, non intelligētes ſermonis Hebraici proprietatem: ſed ex eo quod dixit: Eli, Eli, putantes Eliam ab eo inuocatum. Sin autem Iudæos, qui hoc dixerint, intelligere voluerimus, & hoc more ſibi ſolito faciunt, vt dominum imbecillitatis infament, qui Eliæ auxilium deprecetur.

f ¶ *Deſcendat nunc de cruce, & credemus ei.*] Fraudulenta promiſſio. Quid eſt plus: de cruce adhuc deſcendere viuentem, an de ſepulcro mortuū reſurgere? Reſurrexit & nō credidiſtis: ergo ſi etiam de cruce deſcenderet, ſimiliter non crederetis. Sed mihi hoc videntur dæmones immittere. Statim enim vt crucifixus eſt dominus, ſenſerunt virtutē crucis, & intellexerunt fractas eſſe vires ſuas: & hoc agunt vt de cruce deſcendat: ſed dominus ſciens aduerſariorum inſidias, permanet in patibulo vt diabolum deſtruat.

Luc. 23. f g ¶ *Idipſum autem, &c.*] Hic per tropū, qui appellatur σύλληψις, pro vno latrone vterque inducitur blaſphemaſſe. Lucas vero aſſerit, quod altero blaſphemante, alter confeſſus ſit, & econtrario increpauerit blaſphemantem. Non quod diſcrepent euangelia, ſed quod primum vterque blaſphemauerit: dehinc ſole fugiente, terra commota, ſaxiſque diſruptis, & ingruentibus tenebris, vnus crediderit in Ieſum, & priorem negationem ſequenti confeſſione emendauerit. In duobus latronibus, vterque populus, & gentilium & Iudæorum primum dominum blaſphemauit. Poſtea ſignorum magnitudine alter exterritus egit pœnitentiam, & vſque hodie Iudæos increpat blaſphemantes.

h ¶ *A ſexta autem, &c.*] Qui ſcripſerunt contra euangelia, ſuſpicantur deliquium ſolis, quod certis ſtatutiſque temporibus accidere ſolet, diſcipulos Chriſti ob imperitiam ſuper reſurrectione domini interpretatos: cum defectus ſolis nunquam niſi ortu lunæ fieri ſoleat. Nulli au-

l ¶ *Et continuo currens, &c.*] Et hæc facta ſunt vt compleretur prophetia: *In ſiti mea potauerunt me aceto.* Vſque hodie Iudæi & omnes increduli dominicæ reſurrectionis, aceto & felle potant Ieſum: & dant ei vinum myrrhatum, vt eum conſopiant, & mala eorum non videat. Pſal. 68. e

m ¶ *Ieſus autem, &c.*] Diuinæ poteſtatis indicium eſt emittere ſpiritum, vt ipſe quoque dixerat: *Nemo poteſt tollere animam meam à me, ſed ego pono eam à me ipſo, & rurſum accipiam eam.* Ioan. 10. d

n ¶ *Et velum, &c*] Velum templi ſciſſum eſt, & omnia legis ſacramenta quæ prius tegebantur prodita ſunt, atque ad gentiū populum tranſierunt. In euangelio, cuius ſæpe facimus mentionem, ſuperliminare templi infinitæ magnitudinis fractum eſſe atque diuiſum legimus. Ioſephus quoque refert virtutes angelicas præſides quondam templi tunc pariter conclamaſſe. Tranſeamus ex his ſedibus.

o ¶ *Et terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt.*] Nulli dubium eſt quid ſignificet iuxta literam magnitudo ſignorum, vt crucifixum dominum ſuum & cœlum & terra & omnia demonſtrarent. Sed mihi videtur terræmotus & reliqua typum ferre credentium: quod priſtinis errorum vitiis derelictis & cordis emollita duritia: qui prius ſimiles erant tumulis mortuorum, poſtea agnouerint creatorem.

a ¶ Et

A Ioan.11.c a ¶ *Et multa corpora ſanctorum, qui dormierunt ſurrexerunt, & exeuntes de monumentis, &c.*] Quo modo Lazarus mortuus reſurrexerit, ſic & multa corpora ſanctorum reſurrexerunt, vt dominum oſtenderent reſurgniem. Et tamen cum monumenta aperta ſint, non antea reſurrexerunt quàm dominus reſurgeret, vt eſſet primogenit' reſurrectionis ex mortuis. Sanctam autem ciuitatem, in qua viſi ſunt reſurgentes, aut Hieroſolymam cœleſtem intelligamus, aut hanc terrenam, quæ ante ſancta fuerat. Sicut & Matthæus appellatur Publicanus, non quòd & apoſtolus adhuc permaneat publicanus, ſed quod priſtinum vocabulum teneat. Sancta appellabatur ciuitas Hieruſalem propter templum & ſancta ſanctorum, & ob diſtinctionem aliarum vrbium, in quibus idola colebantur. Quando vero dicitur, apparuerunt multis, oſtenditur nòn generalis fuiſſe reſurrectio, quæ omnibus appareret: ſed ſpecialis ad plurimos, vt hi viderent qui cernere merebantur.

b ¶ *Centurio autem, & qui cum eo erant, cuſtodientes Ieſum, viſo terræmotu, & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: Vere filius Dei, &c.*] In alio euange-

B Mat.15.d lio poſt terræmotũ manifeſtior cauſa miraculi Centurionis exponitur, quod cum vidiſſet eum ſpiritum dimiſiſſe, dixerit: *Vere filius Dei erat iſte.* Nullus enim habet poteſtatem dimittendi ſpiritum, niſi ille qui animarum conditor eſt. Spiritum autem in hoc loco pro anima intelligamus, ſeu quod ſpirituale & vitale corpus faciat: ſeu quod animę ipſius ſubſtantia ſpiritus ſit, iuxta il-

Psal.103.a lud quod ſcriptum eſt: *Auferes ſpiritum eorum, & deficient.* Et hoc conſiderandum, quod Centurio ante crucem in ipſo ſcandalo paſſionis vere Dei filium confiteatur, & Arius in eccleſia prædicet creaturam.

c ¶ *Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ ſequutæ fuerãt Ieſum à Galilæa, &c*] Conſuetudinis Iudaicæ fuit (nec ducebatur in culpam, more gentis antiquo) vt mulieres de ſubſtantia ſua victum atque veſtitum præceptoribus miniſtrarent. Hoc quia ſcandalum facere poterat in nationibus,

1 Cor.9.a Paulus abieciſſe ſe memorat. Dicit enim ipſe: *Nunquid nòn habemus poteſtatem ſorores mulieres circumducendi, ſicut & cæteri apoſtoli faciunt?* Miniſtrabant autẽ domino de ſubſtãtia ſua, vt meteret earũ carnalia, cuius illæ metebant ſpiritualia. Non quod indigeret cibis dñs creaturarum, ſed vt typũ oſtenderet magiſtrorum: quod victu atque veſtitu ex diſcipulis deberent eſſe contenti. Sed videamus quales comites

Luc.8.a habuerit: Mariam Magdalenam, à qua ſeptem dæmonia

eiecerat, & Mariam Iacobi, & Ioſeph matrem, materteram

Sup.20. ſuam, ſororem Mariæ matris domini: & matrem filiorum

Mat.5.d Zebedæi, quæ paulò ante regnum liberis poſtulauerat, &

Ioan.19 alias, quas in cæteris euangeliis legimus.

d ¶ *Cum ſero factum eſſet, venit quidam homo diues ab Arimathia, nomine Ioſeph, qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu, &c.*] Diues refertur, non de iactãtia ſcriptoris, quo virum nobilẽ atque ditiſſimum referat Ieſu fuiſſe diſcipulum: ſed vt oſtendat cauſam quare à Pilato corpus Ieſu potuerit impetrare. Pauperis enim & ignoti non erat ad Pilatũ præſidem. Romanæ poteſtatis accedere, & crucifixi corpus impetrare. CANON C

In alio euangeliſta Ioſeph iſte *βουλευτὴς* appellatur, id eſt, Luc.23.g

conſiliarius: & de ipſo quidam putant primum pſalmum eſſe compoſitum: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum*, & reliqua.

Et [a] multa corpora ſanctorum qui dormierunt, ſurrexerunt: Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius, venerũt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. [g] Centurio [b] autẽ, & qui cũ eo erant, cuſtodientes Ieſum, viſo terręmotu, & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicẽtes: Vere filius Dei erat iſte. [h] Erant [c] autẽ ibi mulieres multę à longe, quæ ſequutę fuerant Ieſum à Galilæa, miniſtrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioſeph mater, & mater filiorum Zebedęi. [i] Cũ [d] autẽ ſero factum eſſet, venit quidã homo diues ab Arimathia, nomine Ioſeph: qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu. Hic acceſſit ad Pilatũ, & petut corpus Ieſu. Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus. [k] Et [e] accepto corpore, Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda. Et [f] poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra, & aduoluit ſaxum magnũ ad oſtiũ monumenti, & abiit. [l] Erat [g] autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, ſedentes contra ſepulcrum. [m] Altera autem die, quæ eſt poſt paraſceuen, conuenerunt principes ſacerdotum, & phariſæi ad Pilatũ, dicentes: Domine, recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuẽs, poſt tres dies reſurgã. Iube [h] ergo cuſtodiri ſepulcrũ vſque in diem tertiũ, ne forte veniant diſcipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, ſurrexit à mortuis, & erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiam: Ite, cuſtodire ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes munierunt ſepulcrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus.

CAPVT XXVIII.

V [a] Eſpere [i] autem ſabbathi, quæ luceſcit in prima ſabbathi, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulcrum. Et [k] ecce terręmotus factus eſt magnus. Angelus enim domini deſcendit de cœlo. & accedens, reuoluit lapi-

e ¶ *Et accepto corpore, Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda.*] Ex ſimplici ſepultura domini, ambitio diuitum condẽnatur: g 346

qui nec in tumulis quidem II.

poſſunt carere diuitiis. Poſſumus autem iuxta intelligentiã ſpiritualem & hoc ſentire, h 347

quod corpus domini nõ auro, VI.

non gemmis & ſerico, ſed linteamine puro obuoluendum i 348

ſit: quamquam & hoc ſignificet, I.

quod ille in ſindone munda inuoluit Ieſum, qui pura mente eũm ſuſceperit.

f ¶ *Et poſuit illud in monumento ſuo nouo, &c.*] In nouo ponitur monumento, ne poſt k 349 I

reſurrectionem cæteris corporibus remanentibus reſurrexiſſe alius fingeretur. Poteſt l 350 VI.

autem & nouum ſepulchrum, m 351 X

Mariæ virginalem vterum demonſtrare, ſaxumque oſtio appoſitum, & ſaxum magnum, oſtendere abſque auxilio plurimorum ſepulchrum non potuiſſe reſerari.

g ¶ *Erat autem ibi Maria Magdalene, &c.*] Cæteris relinquentibus dominum, mulieres in officio perſeuerant, expectantes quod promiſerat Ieſus: & ideo metuerunt primæ videre reſurgentem, quia a 352 I

qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Sup.10.i

h ¶ *Iube ergo cuſtodire ſepulcrum vſque in diem, &c.*] Non ſuffecerat principib' ſacerdotum & ſcribis ac phariſæis crucifixiſſe dominum Saluatorem: niſi ſepulcrum cuſtodirent, cohortem acciperent, ſignarent lapidem, & quantum in illis eſt, manum opponerent reſurgenti, vt diligentia eorum noſtræ fidei proficeret. Quanto enim amplius reſeruatur, tanto magis reſurrectionis virtus oſtenditur. Vnde & in monumento nouo, quod exciſum fuerat in petra, conditus eſt: ne ſi ex multis lapidibus ædificatum eſſet, ſuffoſſis tumuli fundamentis, ablatus furto diceretur. Quod autem in ſepulcro ponendus eſſet, prophetę teſtimonium eſt, dicentis: *Hic habitabit in excelſa* Eſa.33.d

ſpelunca petra fortiſſima. Statimque poſt duos verſiculos ſe- Sec.70.

quitur: *Regem cum gloria videbitis.* Ibidem.

CAPVT XXVIII.

V*Eſpere autem ſabbathi, &c.*] Quod diuerſa tempora iſtarum mulierum in euangeliis deſcribuntur, non mendacij ſignum eſt (vt impij obiiciunt) ſed ſedulæ viſitationis officium: dum crebro abeunt ac recurrunt, & non patiuntur à ſepulcro domini diu abeſſe vel longius.

k ¶ *Et ecce terræmotus factus eſt magnus: &c.*] Dominus noſter vnus atque idem filius Dei & filius hominis, iuxta vtrãque naturã, diuinitatis & carnis, nũc magnitudinis ſuæ, nunc humilitatis ſigna demonſtrat. Vnde & in præſenti loco, quanquam homo ſit qui crucifixus eſt, qui ſepultus eſt,

CANON E qui clauſus tumulo, quem lapis oppoſitus cohibet: tamen, quæ foris aguntur, oſtendunt filium Dei: ſol fugiens, tenebræ ingruentes, terra commota, velum ſciſſum, ſaxa dirupta,
Luc 1.c mortui ſuſcitati, angelorum miniſteria, quæ ab initio nati-
Sup.1.d uitatis eius Deum probabant. Ad Mariam Gabriel venit: cũ Ioſeph angelus loquitur: idem paſtoribus nunciat: angelorum poſtea auditur chorus, di-
b 35 centium: *Gloria in excelſis Deo,*
II 3 *& in terra pax hominibus bonæ*
Luc. 2. *voluntatis.* Tentatur in ſolitu-
Sup 4 b dine, & poſt victoriam ſtatim ſeruiunt angeli. Nunc quoque angelus venit cuſtos ſepulchri dominici, & in veſtitu candido ſignat gloriam triumphantis.
Act.1.b Necnon aſcendente ad cœlos
c 354 domino, duo angeli in Oliueti
II. monte cernuntur, pollicentes
d 355 apoſtolis ſecundum Saluatoris
X aduentum.

lapidem, & ſedebat ſuper eum. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimentum eius ſicut nix [b] Præ [a] timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui. Reſpondens autem angelus, dixit mulieribus: Nolite timere vos. Scio enim quod Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis; Non eſt hic, ſurrexit enim ſicut dixit. Venite, [b] & videte locum vbi poſitus erat dominus. Et cito euntes dicite diſcipulis eius. Quia [c] ſurrexit, & ecce præcedit vos in Galilæam: ibi eũ videbitis, ecce prædixi vobis. [c] Et [d] exierunt cito de monumento cum timore, & gaudio magno currentes nunciare diſcipulis eius. [d] Et ecce [e] Ieſus occurrit illis, dicẽs: Auete. Illæ [f] autẽ acceſſerunt, & tenuerũt pedes eius: & adorauerunt eũ. Tunc [g] ait illis Ieſus: Nolite timere: Ite [h] nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæã, ibi me videbunt. Quæ cũ abiiſſent, ecce quidã de cuſtodib. venerunt in ciuitatem, & nunciauerũt principibus ſacerdotũ omnia quæ facta fuerant. Et [i] congregati cũ ſenioribus. conſilio accepto, pecuniã copioſam dederunt militibus, dicentes. Dicite, quia diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum, nobis dormientib. Et ſi hoc auditũ fuerit à Præſide, nos ſuadebimus ei: & ſecuros vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt ſicut erant edocti Et diuulgatum eſt verbum iſtud apud Iudæos vſque in hodiernum diem. Vndecim [k] autem diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi conſtituerat illi Ieſus. Et videntes eum, adorauerunt, quidã autem dubitauerunt. Et [l] accedens Ieſus, loquutus eſt eis, dicẽs: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Euntes [m] ergo docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: docentes [n] eos ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis. Et [o] ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi.

a ¶ *Præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui, &c.*] Cuſtodes timore perterriti, inſtar mortuorum ſtupefacti iacent, & tamen angelus non illos, ſed mulieres conſolatur: Nolite timere vos. illi, inquit timeant, in his perſeueret pauor, in quibus permanet incredulitas. Cæterùm vos, quia Ieſum quæritis crucifixum, audite quòd reſurrexerit, & promiſſa perfecerit.

F b ¶ *Venite, & videte locum vbi poſitus erat.*] Vt ſi meis verbis non creditis, vacuo credatis ſepulchro: & gradu concito pergite, ac nunciate diſcipulis eius.

c ¶ *Quia ſurrexit, & ecce præcedit vos in Galilæam.*] Hoc eſt, in volutabrum gentium, vbi ante error erat & lubricum, & firmo ac ſtabili pede veſtigium non ponebat.

d ¶ *Et exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno currentes nunciare diſcipulis eius.*] Duplex mentes mulierum tenebat affectus, timoris & gaudii, alter de miraculi magnitudine, alter ex deſiderio reſurgentis: & tamen vterque fœmineum concitabat gradum. Pergebant ad Apoſtolos, vt per illos fidei ſeminarium ſpargeretur.

e ¶ *Et ecce Ieſus occurrit illis, dicens: Auete.*] Quæ ſic quærebant, quæ ita currebant, merebantur obuium habere dominum reſurgentem, & primum audire: Auete, vt maledictum Euæ mulieris, in mulieribus ſubueniretur.

f ¶ *Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius, &c.*] Iſtæ
Ioan 20 d accedunt, & tenent pedes eius, quia adorauerunt eum. Cæterum illa, quæ quærebat viuentem cum mortuis, & neſciebat adhuc filium Dei ſurrexiſſe, merito audit: *Ne tangas me: nondum enim aſcendi ad patrem meum.*

g ¶ *Tunc ait illis Ieſus: Nolite timere.*] Et in veteri & in nouo teſtamento hoc ſemper obſeruandum eſt, quod quando auguſtior aliqua apparuerit viſio, primum timor pellitur, vt ſic mente placata poſſint quæ dicunt audiri.

h ¶ *Ite, nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam: ibi me videbunt. Quæ cum abiiſſent, ecce quidam de cuſtodibus venerunt in ciuitatẽ, &c.*] His fratribus, de quibus in alio loco dixit: *Annunciabo nomen tuum fratribus meis*, qui Saluatorem nequaquam in Iudæa conſpiciunt, ſed in gentium multitudine. G Pſal.22.c

i ¶ *Et congregati cum ſenioribus, conſilio accepto, pecuniam copioſam dederunt militibus, &c.*] Cuſtodes miraculum confitentur: ad vrbem conciti redeunt, nunciant principibus ſacerdotum, quæ viderint, quæ facta conſpexerint. Illi qui debuerant conuerti ad pœnitentiam, & Ieſum quærere reſurgentem, perſeuerant in malitia, & pecuniam, quæ ad vſus templi data fuerat, vertunt in redemptionem mendacij: ſicut antea triginta argenteos dederant Iudæ proditori. Omnes igitur qui ſtipe templi, & his Sup.26.b quæ conferuntur ad vſus eccleſiæ, abutuntur in alijs rebus, quibus ſuam expleant voluntatem: ſimiles ſunt ſcribarum & ſacerdotum, redimentium mendacium, & Saluatoris ſanguinem.

k ¶ *Vndecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi cõſtituerat illis Ieſus.*] Poſt reſurrectionem Ieſus in monte Galilææ conſpicitur, ibique adoratur, licet quidam dubitent, & dubitatio eorum noſtram augeat fidem. Tunc manifeſtius oſtenditur Thomæ, & Ioan.20.f latus lancea vulneratum, & manus fixas demonſtrat clauis.

l ¶ *Accedens Ieſus loquutus eſt eis dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.*] Illi H poteſtas data eſt, qui paulò ante crucifixus, qui ſepultus in tumulo, qui mortuus iacuerat: qui poſtea reſurrexit. In cœlo autem & in terra poteſtas data eſt, vt qui ante regnabat in cœlo, per fidem credentium regnet in terris.

m ¶ *Euntes autem docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti.*] Primum docent omnes gentes, deinde doctas intingunt aqua. Non enim poteſt fieri, vt corpus baptiſmi recipiat ſacramentum, niſi ante anima fidei ſuſceperit veritatem. Baptizantur autem in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, vt quorum vna eſt diuinitas, vna ſit largitio: nomenque trinitatis, vnus Deus eſt.

n ¶ *Docentes eos ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis.*] Ordo præcipuus: Iuſſit apoſtolis vt primum docerent vniuerſas gentes: deinde fidei intingerent ſacramento, & poſt fidem ac baptiſma quæ eſſent obſeruanda præciperent. Ac ne putemus leuia eſſe quæ iuſſa ſunt & pauca, addidit: Omnia quæcunque mandaui vobis. Vt quicumque crediderint, qui in trinitate fuerint baptizati, omnia faciant quæ præcepta ſunt.

o ¶ *Et ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.*] Qui vſque ad conſummationem ſæculi cum diſcipulis ſe futurum eſſe promittit, & illos oſtendit ſemper eſſe victuros, & ſe nunquam à credentibus receſſurum. Qui autem vſque ad conſummationem mundi ſui præſentiam pollicetur, non ignorat eam diem, in qua ſe ſcit futurum cum apoſtolis.

Commentariorum Hieronymi in Matthæum finis.

A

DIVO HIERONYMO PRESBYTERO INSCRIPTA, FALSO TAMEN, IN EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM

C

PRAEFATIO.

OMNIS ſcriba doctus in regno cœlorum, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui pro- Mat. 13. g
fert de theſauro ſuo noua & vetera. *Ego vero ſimilis paupercula viduæ, duo minuta in* Mar. 12. d
gazophylacium mittenti, diſcentibus meis pauperculis, ac de paupere pera ſperantibus alimenta,
his de menſa diuinum mitto micas, quas catuli mei audacter cum Syrophœniſſa flagitant. Porro an- Luc. 16. d
xiatus, aurum & argentum, lapides pretioſos minime habens, pelles ſcilicet hyacinthinas de cæ-
leſtibus, non de terreſtribus offeram: ſi potuero, de naturis, id eſt, de Marci Euangeliſtæ hiſto-
ria, vel myſtico intellectu (vt maiores mei tradiderunt) Deo adiuuante intimare curabo. Quē
ideo Euangelia tractantes, intactum (reputo) prætereunt: quia eadem pene quæ Mattheus Ezech. 1.
narrat, licet in propriis quibuſdā ſint diſtincti teſtimoniis: vt ala alterius alā alterius tangat animalis: & rota rotā eadē
ſequatur via, & vt verſis inuicē vultibus ſeſe ſancta contueātur animalia. In primo canone Marcus cum Matthæo
Lucaque comitatur & Ioanne. In ſecundo cum Matthæo & Luca. In quarto cum Matthæo & Ioanne. In ſexto ca-
none, velut in vno vecte duo annuli, Matthæus ſemper coniungitur & Marcus, id eſt, in quadraginta & ſeptem
capitulis. In octauo canone cum Luca comitatur, id eſt, in tredecim capitulis. In propriis vero, quæ maxime vtcumque
explanare diſpono, decem & octo incedit ſpeciatim capitulis: quæ ſimul omnia ducenta & trigintaquinque ſunt ca-
pitula.

Marcus Euangeliſta Dei, Petri diſcipulus, Leuiticus genere, & ſacerdos, in Italia hoc ſcripſit Euangelium. Qui
initium Euangelii ſui de vocibus prophetarum præſumens, præcurſorem Chriſti Ioannem, Malachia, id eſt, angeli
teſtimonio comprobans, verbum carnem factum voce Eſaiæ deſignans, principium euangelicæ prædicationis inſtituit,
& inuenit in verbo vocis, quod in conſonantibus, id eſt, in genealogiis Dei & hominis præuiderat. Vnde tamen in pri-
mis à perfectione Chriſti ætatis prædicare inchoat: nec laborat in natiuitate infantuli, qui loquitur de perfectione filii
Dei. Sed & ieiunium numeri legalis, repulſam diaboli, miniſterium angelorum proferens, magna in breui compre-
hendit. Qui primus Alexandriæ fuit epiſcopus: cuius per ſingula opus fuit ſcire, & Euangelii in ſe dicta diſponere,
B *& diſciplinam in ſe legis cognoſcere, & diuinam in carne domini intelligere naturam. Qui ſeminat poſt Matthæum,*
qui fremit vt leo, qui volat vt aquila, qui diſcit vt homo, qui immolat vt ſacerdos, qui irrigat vt flumen, qui floreſcit vt
ager, qui feruet vt vinum. Chriſtus etenim, de quo loquitur, homo naſcendo, vitulus moriendo, leo ſurgendo, aquila eſt
aſcendendo. Quatuor ſunt qualitates, de quibus ſancta euangelia contexuntur, præcepta, mandata, teſtimonia, exem-
pla. In præceptis iuſtitia: in mandatis charitas: in teſtimoniis fides: in exemplis perfectio conſiſtit. Vt ſunt hæc præce-
pta. Tunc Ieſus præcepit diſcipulis ſuis duodecim: In viam gentium ne abieritis: & reliqua: hoc eſt diuertere à malo. D
Mandata autem hæc ſunt, quibus dicitur: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem: hoc eſt facere bonum, & Matt. 10. a
charitatem implere. Teſtimonia ſunt, quæ in ore duorum vel trium teſtium ſtant, vt eſt illud: Ioannes teſtimo- Ioan. 13. d
nium perhibet de me: *ſed habeo teſtimonium maius Ioanne.* Pater ipſe, qui in me manet, teſtimonium per- Ibid. 5. f
hibet de me. *Et ipſa opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me: & ego teſtimonium perhibeo veritati. Ex-*
empla vero ſunt, quibus Ieſum imitantur dicentem: Diſcite à me quia mitis ſum, *& reliqua. Et:* Eſtote per- Matt. 11. d
fecti, *id eſt, miſericordes,* ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt: *Et alibi:* Exemplum enim dedi vo- & 5
bis, vt & vos ita faciatis. *Has quatuor qualitates pſalmographi verſus concinunt, dicentes:* Præceptum domi- Ioan. 13. b
ni lucidum illuminans oculos. *Hiſtoriam maxime præcepta continent. Et alibi:* Latum mandatum tuum Pſal. 18. c
nimis, *quia* qui diligit proximum, *totam* legem impleuit. *Item,* teſtimonia tua intellexi: *non eſt enim om-* Pſal. 118. m
nium teſtimonia intelligere. Vnde alias dicit: Teſtimonium domini fidele. *Quis potius fide animi, quam oculis* Rom. 13. c
carnis teſtimonium indiget. Quarto. Iudicia Dei vera, iuſtificata in ſemetipſa, *id eſt, vt ſic ſint iudiciorum* Pſal. 118. m
exempla noſtrorum iuſtificata in iudiciis Dei comperta habemus. Vnde idem videns alio loco ait: A iudiciis enim & 18 b
tuis timui. *In quo enim iudicio iudicauerimus, iudicabitur de nobis. In his quatuor qualitatibus ſunt, timor, fides,* Pſal. 118. p
ſpes, charitas. Timore namque incipimus, fide ſeruamus quod incepimus, ſpe erigimur, charitate conſummamur. Matt. 7. a
Finis enim præcepti eſt charitas. *Hi ſunt quatuor menſes, quos Chriſtus ante meſſem prædixit, dicens:* Non- 1. Tim. 1. b
ne quatuor menſes ſunt vſque ad meſſem? *Vt & nos per præcepta Dei, & mandata, ac teſtimonia, atque ex-* Ioan. 4. e
empla, maturos poſt iudicium metamus cum gaudio fructus: qui in lacrymis timoris ſeminaſ pœnitentiæ iactauimus in Pſal. 125.
terra, noſtros portantes charitatis manipulos cum gaudio, metamus in cœlo.

CANON E *vero vnum*, &c.] Homo iſti paterfamilias, haud dubium quin Chriſtus ſit, qui ad patrem poſt reſurrectionem victor aſcendens, vocatis Apoſtolis, doctrinam Euangelicam tradidit, non pro largitate & parcitate alteri plus, & alteri minus tribuens, ſed pro accipientium viribus: quomodo &

1.Cor.3.a c 270 V Apoſtolus eos qui ſolidum cibum capere non poterant, lacte potaſſe ſe dicit. Denique & illum qui de quinque talẽtis, decem fecerat, & qui de duobus quatuor, ſimili recepit gaudio: non conſiderãs lucri magnitudinem, ſed ſtudij voluntatem. In quinque & duobus & vno talento, vel diuerſas gratias intelligamus (quæ vnicuique traditæ ſunt) Vel in primo, omnes ſenſus examinatos: In ſecundo, intelligẽtiam & opera: In tertio, rationem, qua homines à beſtiis ſeparamur.

ſua.[c] Et vni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero vnum: vnicuique ſecundum propriã virtutem, & profectus eſt ſtatim. Abiit[a] autem qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. Similiter[b] qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo. Qui[c] autem vnum acceperat, abiens fodit in terram: & abſcondit pecuniam Domini ſui. Poſt[d] multum vero temporis venit Dominus ſeruorum illorum, & poſuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens. Domine, quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Ait illi[e] dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtitutam: intra in gaudium Domini tui. Accedens autem & qui duo talenta acceperat, ait: Domine, duo talenta tradidiſti mihi: ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtitutam: intra in gaudium Domini tui. Accedens[f] autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, ſcio, quia homo durus es: metis vbi non ſeminaſti: & congregas vbi non ſparſiſti: & timens abii, & abſcondi talentum tuum in terra. Ecce habes, quod tuum eſt. Reſpondens[g] autem Dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, ſciebas, quia meto, vbi non ſemino, & congrego, vbi non ſparſi: Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis: & veniens ego recepiſſem vtique quod meum eſt cum vſura. Tollite itaque ab eo talentum: & date ei, qui habet decem talenta. Omni enim[h] habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem[i] ſeruum eiicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & ſtridor dentium.[l] Cum[k] autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper

a ¶ *Abiit autem, qui quinque talenta acceperat*, &c.] Acceptis terrenis ſenſibus cœleſtium ſibi notitiam duplicauit: ex creaturis intelligens creatorem, ex corporalibus incorporalia, ex viſibilibus inuiſibilia, ex breuibus æterna.

F b ¶ *Similiter, qui duo acceperat*, &c.] Et iſte pro viribus quidquid in lege didicerat, in Euangelio duplicauit:
d 271 II Siue ſcientiam & opera præſentis vitæ, futuræ beatitudinis typos intellexit.

e 272 V c ¶ *Qui autem*, &c.] Naquã ſeruus terrenis operibus & ſeculi voluptate, Dei præcepta neglexit & polluit: quã-
f 273 X quã in alio Euangeliſta ſcriptum ſit, quod in ſudario
Luc.19.d ligauerit, id eſt, doctrinam patrisfamilias molliter & delicate viuendo eneruarit.

d ¶ *Poſt multum vero*, &c.] Grande tempus eſt inter aſcenſionem Saluatoris, & ſecundum eius aduentum. Si autem Apoſtoli reddituri ſunt rationem, quid nos oportet facere?

e ¶ *Ait illi Dominus eius*: &c.] Vtrique ſeruo (vt ante iam dixi) & qui de quinque talentis, decem fecerat, & qui de duobus quatuor, idem patris familias ſermo blanditur. Et notandum quod omnia, quæ in præſenti habemus, licet magna videantur & plurima, tamen comparatione futuro-
1.Cor.2.c rum, parua & pauca ſunt. *Intra*, inquit, *in gaudium Domini tui*: & ſuſcipe, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Quid autem poteſt maius dari fideli ſeruo, quam eſſe cum Domino, & videre gaudium Domini ſui.

f ¶ *Accedens*, &c.] Vere quod ſcriptum eſt: *Ad excuſandas*
Pſal 140 *excuſationes in peccatis*, etiam huic ſeruo contigit, vt ad pigritiam & negligentiam, ſuperbiæ quoque crimen accederet. Qui enim ſimpliciter debuit inertiam confiteri & orare patrem familias: econtrario calumniatur, & dicit ſe prudenti feciſſe conſilio, ne dum lucra pecuniæ quæreret, etiam de ſorte periclitaretur.

g ¶ *Reſpondens autem Dominus eius*, &c.] Quod putauerat ſe pro excuſatione dixiſſe, in culpam propriam vertitur. Seruus autem malus appellatur, quia calumniam Domino facit. Piger, quia noluit talentum duplicare, vt in altero ſuperbiæ, in altero negligentiæ condemnetur. Si inquit, durum & crudelem eſſe me noueras, & aliena ſectari: ibique metere vbi non ſeuerim: quare non tibi iſtiuſmodi cogitatio incuſſit timorem, vt ſcires me mea diligentius quæſiturum, & dares pecuniam meam ſiue argentum nummulariis? Vtrumque enim ἀργύριον, Græcus ſermo ſignificat. *Eloquia*, inquit, *Domini, eloquia caſta, argentum* Pſal 11.b
igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum. Pecunia ergo & argentum, prædicatio Euangelij eſt, & ſermo diuinus: qui dari debuit nummulariis & trapezitis, id eſt, vel cæteris doctoribus (quod fecerunt & Apoſtoli, per ſingulas prouincias, Presbyteros, & Epiſcopos ordinantes) vel cunctis credentibus, qui poſſunt pecuniam duplicare, & cum vſuris reddere, vt quidquid ſermone didicerant, opere explerent. Tollitur autem talentum, & datur ei, qui decem talenta fecerat, vt intelligamus, licet in vtriuſque labore æquale ſit gaudium Domini (hoc eſt, & eius qui quinque in decem duplicauerat, & eius qui duo in quatuor) tamen maius deberi præmium ei qui plus in H
Domini pecunia laborarit. Vnde dicit & Apoſtolus: *Presbyteros honora, qui vere* 1.Tim 5.c
presbyteri ſunt: maxime qui laborant in verbo Dei. Ex eo quod malus ſeruus auſus eſt dicere: Metis, vbi non ſeminaſti, & congregas, vbi non ſparſiſti: intelligimus etiam gentilium & Philoſophorum bonam vitam recipere Dominum, & aliter habere eos qui iuſte, aliter qui iniuſte agant, & ad comparationem eius qui naturali legi ſeruiat, condemnari eos qui ſcriptam legem negligant.

h ¶ *Omni enim*, &c.] Multi cum ſapientes ſint naturaliter, & habeant acumen ingenij: ſi fuerint negligentes, & deſidia bonum naturæ corruperint, ad comparationẽ eius qui paululum tardior, labore & induſtria compenſauit, quod minus habuit, perdunt bonum naturæ, & præmium quod eis fuerat repromiſſum, vident tranſire ad alios. Poteſt & ſic intelligi: ei qui fidem habet, & bonum in Domino voluntatem, etiam ſi quid minus in opere vt homo habuerit, dabitur à bono iudice. Qui autem fidem non habuerit, etiam cæteras virtutes, quas videbatur naturaliter poſſidere, perdet. Et eleganter etiam quod videtur, inquit, habere, auferetur ab eo. Quidquid enim ſine fide Chriſti eſt, non ei debet imputari, qui male eo abuſus eſt: ſed illi qui malo etiã ſeruo naturæ bonum tribuit.

i ¶ *Et inutilẽ*, &c.] Dominus lumẽ eſt, qui ab eo foras mittitur, caret vero lumine. Qui ſit autem fletus & ſtridor dẽtium, ſupra diximus.

k ¶ *Cũ*, &c.] Poſt biduũ paſcha facturus, & tradẽd' cruci & illuden-

A

illudendus ab hominibus, & aceto ac felle potandus, rectè præmittit gloriam triumphantis, vt ſecutura ſcandala pollicitationis præmio compenſaret. Et notandum, quod qui in maieſtate cernendus eſt, filius hominis ſit. Quodque ſequitur: *Statuet oues quidem à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris*: iuxta illud intellige, quod alibi legis: *Cor ſapientis in dextra eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius*, &c. Et ſupra in hoc eodem Euangelio: *Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.* Oues in parte iuſtorum ſtare iubentur ad dexteram: hœdi, hoc eſt, peccatores ad ſiniſtram: qui ſemper pro peccato offeruntur in lege. Nec dixit, capras, quæ poſſunt habere fœtus, & tonſæ egrediuntur de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis nulla inter eas: ſed hœdos, laſciuum animal, & petulcum, & feruens ſemper ad coitum. quod Hebraice dicitur, i. פסח non à paſſione, vt pleriſque arbitrantur, ſed à tranſitu nominatur: eo quod exterminator videns ſanguinem in foribus Iſraelitarum, pertranſierit, nec percuſſerit eos. Vel ipſe Dominus præbens auxiliũ populo ſuo deſuper ambulauerit. Lege Exodi librum: de quo plenius, ſi vita comes fuerit, diſputabimus. Tranſitus autẽ noſter, id eſt, phaſe, ita celebratur, ſi terrena & Ægyptum dimittẽtes, ad cœleſtia feſtinemus.

Eccleſ. 10. a
Sup. 6.
Exod. 12. d
Leuit. 4. 5. & 56.
Cant. 4. a
CANON C
1 Peſah. Exod. 12. f

ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Et ſtatuet oues quidem à dextris ſuis: hœdos autem à ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt. [a] Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: Sitiui, & dediſtis mihi bibere: Hoſpes eram, & collegiſtis me: Nudus, & operuiſtis me: Infirmus, & viſitaſtis me: In carcere eram, & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, & paſcimus te: ſitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te: aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere & venimus ad te? Et reſpondens rex, dicet illis: Amen dico [b] vobis, quamdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his, qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: Sitiui, & non dediſtis mihi potum: Hoſpes eram, & non collegiſtis me: Nudus, & nõ operuiſtis me: Infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me. Tunc reſpõdebunt ei & ipſi dicẽtes: Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quamdiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt [c] hi in ſupplicium æternum: iuſti autem in vitam æternam.

a ¶ *Venite, &c.*] Hoc iuxta præſcientiam Dei accipiendum, apud quem futura iam facta ſunt.

b ¶ *Amen dico vobis, &c.*] Libera nobis erat intelligentia, quod in omni paupere, Chriſtus eſuriens paſceretur: ſitiens potaretur: hoſpes induceretur in tectum: nudus veſtiretur: infirmus viſitaretur: clauſus carcere haberet ſolatium colloquentis. Sed ex hoc quod ſequitur: Quãdiu feciſtis vni de his fratrib. meis minimis, mihi feciſtis: non mihi videtur dixiſſe generaliter de pauperibus, ſed de his qui pauperes ſpiritu ſunt, ad quos tendens manũ dixerat: *Fratres mei & mater mea hi ſunt, qui faciunt voluntatem patris mei.*

B

Sup. 12. d

c ¶ *Et ibunt, &c.*] Prudens lector attende, quod & ſupplicia æterna ſint: & vita perpetua, metum deinceps non habeat ruinarum.

e ¶ *Tunc cõgregati ſunt principes ſacerdotum, &c.*] Qui debuerant paſchate vicino præparare victimas, leuigare templi parietes, pauimenta verrere, vaſa mundare, & ſecundum ritum legis purificari, vt eſu agni digni fierẽt: congregantur ineuntes conſilium, quomodo occidant Dominum: non timẽtes ſeditionem, vt ſimplex ſermo demonſtrat: ſed cauentes ne auxilio populi de ſuis manibus tolleretur.

f ¶ *Cum autem, &c.*] Paſſurus pro omni mundo, & vniuerſas nationes ſuo ſanguine redẽpturus, moratur in Bethania, domo obedientiæ, quæ quõdã fuit Simonis leproſi. Nõ quod leproſus & illo tempore permaneret: ſed quia antea leproſus, poſtea à Saluatore mũdatus eſt: nomine priſtino permanente, vt virtus curãtis appareat. Nam in Catalogo Apoſtolorum cum priſtino vitio & officio, Matthæus Publicanus appellatur: qui certe publicanus eſſe deſiderat. Quidam Simonis leproſi domum, eam volunt intelligi partem populi, quæ crediderit Domino, & ab eo curata ſit. Simon quoque ipſe obẽdiẽs dicitur: qui iuxta aliam intelligentiam, mundus interpretari poteſt, in cuius domo curata eſt Eccleſia.

ביתענה
D
Luc. 5. f
a 274 I
b 275 VI
שמעון

CAPVT XXVI.

E[a]T factum [d] eſt, cum conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis: Scitis, quia poſt biduum paſcha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. [b] Tunc [c] congregati ſunt principes Sacerdotum, & ſeniores populi in atrium principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & conſilium fecerunt, vt Ieſũ dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem: Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo. [c] Cum [f] autem Ieſus eſſet in Bethania in domo Simonis leproſi, acceſſit ad [g] eum mulier, habens alabaſtrum vnguẽti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentes. Videntes [h] autẽ diſcipuli, indignati ſunt dicentes: Vt quid perditio hæc?

CAPVT XXVI.

E[a]T *factum eſt, &c.*] Erubeſcant, qui putant Saluatorẽ timuiſſe mortem, & & paſſionis pauore dixiſſe: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte. Poſt biduũ paſcha, facturus, tradendũ ſe, vt crucifigatur, nouit, & tamẽ nõ declinat inſidias, nõ terretur, fugit: in tantũ vt etiã ceteris ire nolẽtib. pergat intrepidus: quãdo dicit Thomas: *Eamus, & nos, & moriamur cũ eo.* Et finẽ carnali feſtiuitati volẽs imponere, vmbraq; tranſeũte, paſchæ reddere veritatẽ, dixerit: *Deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare vobiſcũ, anteq̃ patiar. Etenim paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus*: vt tamẽ cõmẽdamus illud in azymis ſynceritatis & veritatis. Porro quod ait: *Poſt biduum Paſcha fiet.* ſimplici intelligẽtia prætermiſſa, id quod ſacratũ eſt, requiramus. Poſt duos dies clariſſimi luminis, veteris ac noui Teſtamẽtorũ, verum pro mũdo paſcha celebratur. Paſcha,

Ioan. 11. b
Luc. 22. b
1 Cor. 5. c

g ¶ *Acceſſit ad eum, &c.*] Nemo putet eandem eſſe, quæ ſuper caput effudit vnguentum, & quæ ſuper pedes. Illa enim & lachrymis lauat, & crine tergit, & manifeſtè meretrix appellatur. De hac autem nihil tale ſcriptum eſt. Nec enim poterat ſtatim capite Domini meretrix digna fieri. Alius Euangeliſta pro alabaſtro vnguenti pretioſi (quod genus eſt marmoris) nardum piſticã poſuit: hoc eſt veram, & abſque dolo: vt fidem Eccleſiæ & gentium demonſtraret.

c 276 I
Ioan. 11. a & 12. a
Ioan. 12. a

h ¶ *Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt, dicentes: &c.*] Scio quoſdam hunc locum calumniari: quare alius Euangeliſta Iudam ſolum dixerit contriſtatum, eo quod loculos tenuerit, & fur ab initio fuerit, & Matthæus ſcribat omnes Apoſtolos indignatos: neſcientes tropum qui vocatur σύλληψις: quo & pro vno oẽs, & pro multis, vnus appellari ſo-

Ioan. 12. a

CANON E leat. Nam & Paulus in Epiſtola ſua, quæ ſcribitur ad Hebræos, licet de ea multi Latinorum dubitent, cum ſanctorum paſſiones & merita deſcripſiſſet, intulit: *Lapidati ſunt:*
Heb.11.g *tentati ſunt: ſerati ſunt: in occiſione gladij mortui ſunt*: eum vnum tantummodo Eſaiam Prophetam ſectum Iudæi autument. Poſſumus & aliter dicere, quod Apoſtoli vere propter pauperes indignati ſunt: Iudas autem propter lucra ſua. Vnde & muſſitatio eius cum crimine ponitur: quod non etiam pauperum habuerit, ſed ſuo furto voluerit
d 277 VI prouidere.

hæc? Potuit enim iſtud venundari multo, & dari pauperibus Sciens[a] autem Ieſus, ait illis: Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum operata eſt in me. Nam ſemper pauperes habetis vobiſcum, me autē non ſemper habetis. [d] Mittēs [b] enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliēdum me fecit. Amen dico[c] vobis: vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius [e] Tūc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iſcariotis, ad principes ſacerdotum, & ait [d] illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi conſtituerunt[e] ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem, vt eum traderet. Prima autem [f] die azymorum acceſſerūt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha? At Ieſus [g] dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magiſter dicit: Tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis. Et fecerunt [h] diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus, & parauerunt Paſcha. [f] Veſpere [i] autem facto, diſcumbebat cum duodecim diſcipulis, & edentibus [k] illis, dixit: Amen dico vobis, quia vnus veſtrū me traditurus eſt. [g] Et [l] contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere: Nunquid ego ſum Domine? [h] At ipſe [m] reſpondens, ait: Qui intingit mecū manū in paropſide, hic me tradet. Filius [n] quidē hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo: [i] Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum [o] erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille [k] Reſpondens [p] autem Iudas, qui tradidit eum dixit: Nunquid [q] ego ſum Rabbi? Ait illi: Tu dixiſti. [l] Cœnan-

a ¶ *Sciens autem Ieſus, ait illis: Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum operata eſt in me. Nam ſemper pauperes, &c.*] Alia oboritur, quæſtio: quare Dominus poſt
e 278 II reſurrectionē dixerit ad diſcipulos: *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationē mundi*, & nunc loquatur: me
Ioſ.28.10 fine. autem non ſemper habetis. Sed mihi videtur in hoc loco
f 279 IV de præſentia dicere corporali, quod nequaquam cum eis ita futurus ſit poſt reſurrectionem, quomodo nunc in omni conuictu & familiaritate. Cuius rei memor
g 280 I Apoſtolus ait: *Etſi nouera-*
2 Cor.5.e *mus Ieſum Chriſtum ſecundū carnem, ſed nunc iam nouimus eum.*
h 281 II
i 282 VI b ¶ *Mittens enim hæc vnguentum hoc, &c.*] Quos vos pu-
k 283 X tatis perditionem eſſe vnguē-
F ti, officiū ſepulturæ eſt. Nec mirum ſi mihi bonum odorem fidei ſuæ dederit, cum ego pro ea fuſurus ſim ſanguinem meum.

c ¶ *Amen dico vobis, vbicunque, &c.*] In toto mundo non tam liber iſta, quam Eccleſia prædicatur, quod ſepelierit Saluatorem, quod vnxerit caput eius. Et attende notitiam futurorum, quod paſſurus poſt biduum, & moriturus, ſciat Euangelium ſuum toto orbe celebrandum.

d ¶ *Et ait illis: Quid vultis, &c.*] Infelix Iudas dānum, quod ex effuſione vnguenti ſe feciſſe credebat, vult magiſtri pretio compenſare. Nec certam tamen poſtulat ſummam, vt ſaltem lucroſa videretur proditio: ſed quaſi vile tradens mancipium, in poteſtate ementium poſuit, quantum vellent dare.

Gen.37.f e ¶ *At illi conſtituerunt, &c.*] Ioſeph non, vt multi putant iuxta LXX. interpretes, viginti aureis venditus eſt, ſed iuxta Hebraicam veritatem, viginti argenteis: neque enim pretioſior poterat eſſe ſeruus, quam Dominus.

Exod.12.f f ¶ *Prima autem die, &c.*] Prima azymorum, quarta decima dies menſis primi eſt, quando agnus immolatur, & luna pleniſſima eſt, & fermentum abiicitur. Inter eos autem diſcipulos, qui acceſſerunt ad Ieſum interrogantes: *Vbi vis, paremus tibi comedere Paſcha?* & Iudam æſtimo fuiſſe proditorem.

g ¶ *Ait Ieſus dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: &c.*] Morem veteris Teſtamenti noua ſcriptura conſeruat. Frequēter legimus: Dixit ille illi, & in loco illo & illo: quod
a. Almoni 3. Peloni. Hebraice dicitur a. אלמוני & 3. פלוני, & tamen perſonarumque non ponitur nomen. *Et inuenietis ibi quendam por-*
Marc.14.b *tantem lagenam aquæ.* Quorum idcirco vocabula prætermiſſa ſunt, vt omnibus, qui paſcha facturi ſunt, libera feſtiuitatis occaſio panderetur.

G

h ¶ *Et fecerunt diſcipuli, &c.*] In alio Euangeliſta ſcriptum
Luc.22.b eſt: quod inuenerunt cœnaculum magnum, ſtratum atque mundatum, & ibi parauerunt ei. Videtur autē mihi cœnaculum, lex ſpiritualis intelligi, quæ de anguſtiis
Philip.3.b literæ egrediens, in ſublimi loco recipit Saluatorē, Paulo idipſum loquente: quod ea, quæ ante pro lucro reputabat, quaſi purgamenta quiſquiliaſque contempſerit, vt dignum Domino hoſpitiū præpararet.

i ¶ *Veſpere autem, &c.*] Omnia ſic agit Iudas, vt tollatur ſuſpicio proditoris.

k ¶ *Et edentibus illis, &c.*] Qui de paſſione prædixerat, & de proditore prædicit, dās locum pœnitentiæ: vt cum intellexiſſet ſciri cogitationes ſuas & occulta conſilia, pœniteret eum facti ſui, & tamen non deſignat ſpecialiter, ne manifeſte coargutus, impudentior fieret. Mittit crimen in numero, vt agat conſcius pœnitentiam.

l ¶ *Et contriſtati, &c.*] Et certe nouerant vndecim Apoſtoli, quod nihil tale contra Dominum cogitarent: ſed plus credūt magiſtro, quam
G ſibi, pertimeſcentes fragilitatem ſuam, triſtes interrogant de peccato, cuius conſcientiam non habebant.

m ¶ *At ipſe reſpondens, &c.*] O mira Domini patientia. Primum dixerat: Vnus veſtrum me traditurus eſt. Perſeuerat proditor in malo: manifeſtius arguit, & tamen nomen proprie non deſignat. Iudas cæteris contriſtatis, & retrahentibus manum, & interdicentibus cibos ori ſuo, temeritate & impudentia, qua proditurus erat, etiam manum cum magiſtro mittit in paropſidem, vt audacia bonam conſcientiam mentiretur.

n ¶ *Filius quidem, &c.*] Nec primo nec ſecundo correptus à proditione retrahit pedem: ſed patientia Domini nutrit impudentiam ſuam, & theſaurizat ſibi iram in die iræ. Pœna prædicitur, vt quem pudor non vicerat, corrigant denunciata ſupplicia. Quod autem ſequitur.

o ¶ *Bonum erat, &c.*] Non ideo putandus eſt ante fuiſſe quā naſceretur: quia nulli poſſit bene eſſe, niſi ei qui fuerit. Sed ſimpliciter dictum eſt: multo melius eſſe non ſubſiſtere, quam male ſubſiſtere.

p ¶ *Reſpondens autem Iudas, &c.*] Nunquid ego ſum Rabbi? Ait illi: Tu dixiſti. Quia cæteri triſtes, & valde triſtes interrogauerant: Nunquid ego ſum, Domine? Ne tacendo ſe prodere videretur: & ipſe ſimiliter interrogat, quem conſcientia remordebat, qui manum audacter miſerat in paropſide.

q ¶ *Nunquid ego ſum Rabbi.*] Et blandientis iungit affectū, ſiue incredulitatis ſignū Cæteri enim, qui non erant produri, dicūt: Nunquid ego ſum Domine? Iſte qui proditurus erat,

CANON C

A ... on Dominum, ſed magiſtrum vocat: quaſi excuſatio-
... habeat, ſi Domino denegato, ſaltem magiſtrum pro-
diderit. Et ait illi: Tu dixiſti. Eadem reſponſione confutatus
eſt proditor, qua Pilato poſtea reſponſurus eſt.

a ¶ *Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit ac fregit, dedit que diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum,* &c.] Poſtquam typicum paſcha fuerat impletum, & agni carnes cum Apoſtolis comederat: aſſumit panem, qui confortat cor hominis, & ad verum paſchæ tranſgreditur Sacramentum, vt quomodo in præfiguratione eius Melchiſedech ſummi Dei ſacerdos, panem & vinũ offerens fecerat, ipſe quoque veritatẽ ſui corporis & ſanguinis repræſentaret. In Luca legimus duos calices, quibus diſcipulis propinarit. Vnum pa[ſ]cis menſis, & alterũ ſecundi, vt qui inter ſanctos primo menſe agnum comedere non potuerit, ſecundo menſe inter pœnitentes hædum comedat.

Gen. 14. d

Luc. 22. b

b ¶ *Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, cum illud,* &c. De carnalibus tranſit ad ſpiritualia: quod vinea de Ægypto tranſplantata ſit populus Iſrael, cui per Hieremiam Dominus loquitur: *Ego te plantaui vineam verã:* quomodo mutata es in amaritudinem vitis alienæ? Et Eſaias propheta in cantico, quod dilecto canit: & omnis ſparſim ſcriptura teſtatur. Dico ergo ſe Dominus de hac vinea nequaquam eſſe bibiturum, niſi in regno patris ſui. Regnum patris, fidem puto eſſe credentiũ. Apoſtolo quoque idipſum confirmãte: *Regnum Dei intra vos eſt.* Ergo cum Iudæi receperint regnum patris, attende, quod dicat, patris, non Dei. Omnis pater nomen eſt filij. Cum, inquam, crediderint in Deo patre & adduxerit eos pater ad filium, tunc de vino eorum bibet Dominus, & in ſimilitudinem Ioſeph regnans in Ægypto, inebriabitur cum fratribus ſuis.

Hier. 2. d. Sec. 70. B

Eſa. 5. a. 3

Luc. 17. e

Gen. 43 g

c ¶ *Et hymno dicto,* &c.] Hoc eſt, quod in quodam Pſalmo legimus: *Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ.* Iuxta hoc exemplum: qui Saluatoris pane ſaturatus, & calice inebriatus fuerit, poteſt laudare Dominum, & conſcendere montem Oliueti: vbi laborum refectio, dolorisque ſolatium, & veri luminis notitia.

Pſal. 21 g

d ¶ *Tunc dicit illis Ieſus:* &c.] Prædicit, quod paſſuri ſunt: vt cum paſſi fuerint, non deſperent ſalutem, ſed agentes pœnitentiam, liberentur. Et ſignanter addidit, in iſta nocte ſcandalum patiemini: quia quomodo, qui inebriantur, nocte inebriantur: ſic & qui ſcandalum patiuntur, in nocte & in tenebris ſuſtinent. Nos vero dicamus: *Nox præcerit: dies autem appropinquauit.*

Rom. 13. d

e ¶ *Scriptum eſt enim: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues,* &c.] Hoc aliis verbis in Zacharia Propheta ſcriptũ eſt, & (ni fallor) ex perſona Prophetæ ad Deum dicitur: *Percute paſtorẽ, & diſpergentur oues gregis,* Sexageſimo quoque & octauo Pſalmo, qui totus à Domino canitur, huic ſenſui congruente. Quoniam, quem tu percuſſiſti, ipſi perſequuti ſunt. Percutitur autem paſtor bonus, vt ponat animam ſuã pro ouibus ſuis, & de multis gregibus errorũ fiat vnus grex, & vnus paſtor. De hoc teſtimonio in libello, quem de optimo genere interpretandi ſcripſimus, plenius dictum eſt.

Zach. 13

Ioan. 10. c

[l] Cœnantibus[a] autem eis, accepit Ieſus panem, &
benedixit ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait:
Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meum, [m] Et
accipiens calicẽ, gratias egit, & dedit illis, dicens.
Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus
noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in
remiſſionem peccatorum. [n] Dico [b] autem vo-
bis: non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſ-
que in diem illũ, cum illud bibam vobiſcum no-
uum in regno patris mei. Et hymno[c] dicto exie-
runt in montem Oliueti. [o] Tunc[d] dicit illis Ieſus:
Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta
nocte. [p] Scriptum [e] eſt enim: Percutiam paſtorẽ,
& diſpergẽtur oues gregis. Poſtquam autem re-
ſurrexero, præcedam vos in Galilæam. [q] Reſpon-
dens [f] autem Petrus, ait illi: Et ſi omnes ſcanda-
lizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.
Ait illi [g] Ieſus: Amen dico tibi, quia in hac nocte
antequam gallus cantet, ter me negabis. [r] Ait illi
Petrus: Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non
te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt.
[ſ] Tunc[h] venit Ieſus cum illis in villam, quæ dici-
tur Gethſemani, & dixit diſcipulis ſuis. [t] Sedete
hic, donec vadã illuc & orem. Et aſſumpto [i] Pe-
tro & duobus filiis Zebedei, cœpit contriſtari &
mœſtus eſſe. [u] Tunc [k] ait illis: Triſtis eſt anima
mea vſque ad mortem. Suſtinete hic, & vigilate
mecum. [x] Et progreſſus puſillum, procidit in
faciem ſuam, orans & dicens: Pater mi, ſi poſſibi-
le eſt, tranſeat à me calix iſte. [y] Veruntamen non
ſicut

f ¶ *Reſpondens autem Petrus, ait illi: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor,* &c.] Non eſt temeritas, nec mendacium, ſed fides eſt Apoſtoli Petri, & ardens affectus erga Dominum Saluatorem, de quo ſupra diximus.

l 284: I

g ¶ *Ait illi Ieſus: Amen dico tibi,* &c.] Et Petrus de ardore fidei promittebat, & Saluator quaſi Deus futura nouerat. Et nota, quod Petrus in nocte neget, & neget terno. Poſtquam autem gallus cecinit, & decreſcentibus tenebris vicina lux nunciata eſt, conuerſus fleuit amare, terinæ negationis ſordes lacrymis lauans.

m 284 II.

n 286 VI

o 286 IV

p 288 VI

h ¶ *Tunc venit Ieſus,* &c.] Gethſemani, interpretatur vallis pinguiſſima, in qua iuſſit diſcipulos ſedere pauliſper, & expectare redeuntem, donec pro cunctis ſolus Dominus oraret.

q 289 I

גיא שמנים

r 290 VII

ſ 291 I.

i ¶ *Et aſſumpto Petro, &c.*] Illud quod ſupra diximus de paſſione & propaſſione, etiã in præſenti capitulo oſtẽditur: quod Dominus vt veritatẽ probaret aſſumpti hominis, vere quidem contriſtatus ſit, ſed ne paſſio in animo illius dominaretur, per propaſſionem cœperit contriſtari. Aliud eſt enim contriſtari, & aliud incipere contriſtari. Contriſtabantur autẽ, non timore patiendi (quia ad hoc venerat, vt pateretur, & Petrum timiditatis arguerat) ſed propter infeliciſſimũ Iudam, & ſcandalum omnium Apoſtolorum, & reiectionem populi Iudæorum, & euerſionẽ miſeræ Hieruſalem. Vnde & Ionas ſuper ariditate cucurbitæ vel hæderæ contriſtatus eſt, nolens perire quondam tabernaculum ſuum. Si autem triſtitiam animi, non affectum Saluatoris erga perituros, ſed paſſionem hæretici interpretantur, reſpondeant, quomodo exponunt illud, quod ex perſona Dei per Ezechielẽ dicitur: *Et in omnibus iſtis contriſtabas me.*

t 292 VI

u 293 IV

Sup c. 8.

x 294 I

D

y 295 I

Iona. 4. קיקיון

Ezech. 16. e Sec. 70. ἐλύπεις.

k ¶ *Tunc ait illis: Triſtis eſt,* &c.] Quæ contriſtatur, anima eſt: ſed non propter mortem, ſed vſque ad mortem contriſtatur: donec Apoſtolos ſua liberet paſſione. Quod autem præcepit: Suſtinete hic, & vigilate mecum: non à ſomno prohibet, cuius tempus nõ erat imminente diſcrimine, ſed à ſomno infidelitatis, & torpore mentis. Dicant ergo, qui irrationabilem Ieſum ſumpſiſſe animam ſuſpicantur, quomodo contriſtetur, & nouerit tempus triſtitiæ. Quanquam enim & bruta animalia mœreant, tamen non nouerunt, nec cauſas, nec tempus ad quod debeant contriſtari.

l ¶ *Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam, orans & dicens: Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego volo,* &c.] Dato Apoſtolis præcepto vt ſuſtinerent, vigilarentque cum Domino, paululum procedens ruit in faciem ſuam: & humilitatem mentis habitu carnis oſtendit, dicitque blandiens: Mi pater, & poſtulat, vt, ſi poſſiblile eſt, tranſeat ab eo paſſionis calix: de quo ſupra diximus. Poſtulat autem non timore patiendi, ſed miſericordia prioris populi, ne ab illis bibat calicem propinatum. Vnde & ſignanter non dixit: tranſeat à me calix, ſed

CANON 2 calix iſte: hoc eſt, populi Iudæorum, qui excuſationẽ igno-
E rantiæ habere non poteſt, ſi me occiderit: habens Legem &
Prophetas, qui me quotidie vaticinantur. Attamen reuer-
tens in ſemetipſum, quod ex hominis perſona trepidanter
z 269 renuerat, ex Dei filiique confirmat. *Verumtamen non ſicut*
I *ego volo, ſed ſicut tu*. Non, in-
quit, hoc fiat, quod humano affectu loquor, ſed propter quod ad terras tua voluntate deſcendi.

G Dominum tradidit, putabat ſigna, quæ Saluatorem viderat facientem, non maieſtate diuina, ſed magicis artibus facta. Et quia enim forte audierat in monte transfiguratum, timebat, ne ſimili transformatione elaberetur è manibus miniſtrorum. Dat ergo ſignum, vt ſciant ipſum eſſe, quem oſculo demonſtraret.

a ¶ *Et venit ad diſcipulos*, &c.]
a 297 Ille qui ſupra dixerat. Etiam
IV ſi omnes ſcandalizati fuerint
b 298 in te, ego nunquam ſcanda-
VI lizabor: nunc triſtitiæ magnitudine ſomnum vincere non poteſt.

c 299 b ¶ *Vigilate, & orate*, &c.]
IV Impoſſibile eſt humanam animam non tentari. Vnde & in oratione Dominica dici-
mus: *Ne nos inducas in tenta-*
d 300 *tionem*: quam ferre non poſ-
I ſimus. Non tentationem penitus refutantes, ſed vires ſu-
ſtinendi in tentationibus de-
e 301 precantes. Ergo & in præſen-
II tiarum, non ait: *Vigilate, & orate*, ne tentemini, ſed *ne intretis in tentationem*: hoc eſt, ne tentatio vos ſuperet & vincat, & vos intra caſſes teneat. Verbi gratia: Martyr,
f 302 qui pro confeſſione Domi-
I ni ſanguinem fundit, tenta-
tus quidem eſt: ſed tentationum retib. non ligatur. Qui
g 303 autem negat, in plagas ten-
X tionis incurrit.
F

c ¶ *Spiritus quidem*, &c.] Hoc aduerſum temerarios, quicquid crediderint, putãt
h 304 ſe poſſe conſequi. Itaque
I quantum de ardore mentis confidimus, tantumde carnis
1.Petr.3.a fragilitate timeamus. Sed tamen iuxta Apoſtolum, in ſpiritu carnis opera mortificantur.

ſicut ego volo, ſed ſicut tu.[z] Et [a] venit ad diſcipulos ſuos: & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: Sic non potuiſtis vna hora vigilare mecum? Vigilate [b] & orate, vt nõ intretis in tentationem. [a] Spiritus [c] quidem promptus eſt, caro autem infirma. [b] Iterum [d] ſecundo abiit, & orauit, dicens: Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum, fiat voluntas tua. Et [e] venit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorũ grauati. Et relictis illis, iterũ abiit, & orauit tertio eundem ſermonem dicens. [c] Tunc [f] venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis Dormite iam, & requieſcite: ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorũ. Surgite, [g] eamus: ecce appropinquauit, qui me tradet. [d] Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fuſtibus, miſſi à principibus ſacerdotum, & ſenioribus populi. [e] Qui [h] autẽ tradidit eum, dedit illis ſignum, dicens: Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. Et [i] confeſtim accedens ad Ieſum, dixit: Aue Rabbi. Et oſculatus eſt eum. Dixitque [k] illi Ieſus. [e] Amice, ad quid veniſti? Tũc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum. [f] Et [l] ecce vnus ex his qui erant cum Ieſu, extendens manum, exemit, gladium ſuum: & percutiens ſeruum principis ſacerdotum, amputauit auriculam eius. [g] Tunc [m] ait illi Ieſus: Conuerte gladium tuum in locum ſuum. Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, [n] quia non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ, quia ſic oportet fieri? In illa [o] hora dixit Ieſus turbis: Tanquam ad latronẽ exiſtis cum gladiis & fuſtib. comprehendere me: quotidie apud vos ſedebam, docens in tem-

i ¶ *Et confeſtim*, &c.] Impudens quidem & ſcelerata cõfidentia, magiſtrum vocare, & oſculum ei ingerere, quẽ tradebat. Tamen adhuc aliquid habet de verecundia diſcipuli: cum non eum palam tradit perſecutoribus, ſed per ſignum oſculi. Hoc eſt ſignũ, quod poſuit Deus Gen.4.c
in Cain, ne quicunque inueniſſet, interficeret eum.

k ¶ *Dixitque illi Ieſus*: &c.] Verbum: amice, vel κατ' ἀντίφρασιν intelligendum. Vel certe iuxta illud quod ſupra Sup.22.b
legimus: *Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem*.

l ¶ *Et ecce vnus ex his, qui erant cum Ieſu, extendens manum, exemit gladium ſuum*, Ioan.18.b
&c.] In alio Euangeliſta ſcriptum eſt, quod Petrus hoc fecerit, eodem mentis ardore, quo cætera. Seruus quoque principis ſacerdotum, Malchus appellatur, auricula, quæ amputatur, dextra eſt. Tranſitorie dicendum quod Malchus, id eſt, rex quondam populus Iudæorum, ſeruus factus ſit impie- H
tatis, & deuorationis ſacerdotum: Dexteramque perdiderit auriculam: vt totam literæ vilitatem audiat in ſiniſtra: ſed Dominus in his, qui ex Iudæis credere voluerunt, reddidit aurem dexterã, & fecit ſeruum genus regale & ſacerdotale.

d ¶ *Iterum ſecundo abiit*, &c.] Secundo orat, vt ſi Niniue aliter
Pſal.39.b ſaluari non poteſt, niſi aruerit cucurbita, fiat voluntas patris: quæ non eſt contraria filij voluntati, dicente ipſo per Prophetam: *Vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui*.

e ¶ *Et venit*, &c.] Solus orat pro omnibus, ſicut & ſolus patitur pro vniuerſis. Langueſcebant autem, & opprimebantur Apoſtolorum oculi negatione vicina.

f ¶ *Tunc venit ad diſcipulos*, &c.] Poſtquam tertio orauerat, (vt in ore duorum vel trium ſtaret omne verbum) &
Deut.17.b Apoſtolorum timorem ſequenti pœnitentia impetrauerat corrigendum: ſecutus de paſſione ſua pergit ad perſecutores, & vltro ſe ad interficiendum præbet, dicitque diſcipulis ſuis.

g ¶ *Surgite*, &c.] Ne nos inueniant quaſi timentes & retractantes, vltro pergamus ad mortem: vt confidẽtiam & gaudium paſſuri videant.

h ¶ *Qui autem tradidit eum, dedit*, &c.] Miſer Iudas, & tamen non miſerabilis, eadem infidelitate, qua magiſtrum &

m ¶ *Tunc ait illi Ieſus: Conuerte gladium tuum in locum ſuũ Omnes enim*, &c.] Et ſi non fruſtra portat gladium, qui vltor Rom.13.a
Dominicæ iræ poſitus eſt in eum, qui malum operatur: attamen quicunque gladium ſumpſerit, gladio peribit. Quo Gen.3.d
gladio? Illo nempe qui igneus vertitur ante paradiſum: & gladio ſpiritus, qui in Dei deſcribitur armatura. Eph.6.d

n ¶ *An putas, quia non poſſum rogare patrem meum*, &c.] Non indigeo duodecim Apoſtolorum auxilio, etiam ſi omnes me defenderẽt, qui poſſum habere duodecim legiones angelici exercitus. Vna legio apud veteres, ſex millibus cõplebatur hominum. Pro breuitate temporis numerum non occurrimus explicare: typum tantum dixiſſe ſufficiat, ſeptuaginta duo angelorum, in quot gentes hominum lingua diuiſa eſt, de duodecim legionibus fieri. Sequens ſententia promptum ad patiendum demonſtrat animum: quod fruſtra Prophetæ cecinerint, niſi Dominus eos vere dixiſſe, paſſione ſua aſſeruerit.

o ¶ *In illa hora dixit Ieſus turbis*: &c.] Stultum eſt, inquit, eum cum gladiis & fuſtibus quærere, qui vltro ſe tradit veſtris manibus: & in nocte quaſi latitantem, & à veſtris oculis declinantem per proditorem inueſtigare, qui

CANON C

A qui quotidie in templo doceat. Sed ideo aduerſum me in tenebris congregamini, quia poteſtas veſtra in tenebris eſt.

Pſal. 21.d *Eſaie 53.* *Ibid.* *Sec.70.* a ¶ *Hoc autem totum factum eſt*, &c.] Quæ ſunt ſcripturæ prophetarum? Foderunt manus meas, & pedes meos. Et alibi: *Sicut ouis ad victimam ductus eſt.* Et in eodem loco: *Ab iniquitatibus populi mei ductus eſt ad mortem.*

h ¶ *Dicit illi Ieſus: Tu dixiſti.*] Et aduerſum Pilatum, & aduerſum Caipham ſimilis reſponſio, vt propria ſententia condemnetur.

i ¶ *Tunc princeps*, &c.] Quem de ſolio ſacerdotali furor excuſſerat, eadem rabies ad ſcindendas veſtes prouocat. Scidit autem veſtimenta ſua, vt oſtendat Iudæos ſacerdotij gloriam perdidiſſe, & vacuam ſedem habere pontifices. Sed & conſuetudinis Iudaicæ eſt, cum aliquid blaſphemiæ, & quaſi contra Deum audierint, ſcindere veſtimenta ſua. Quod Paulum quoque & Barnabam, quando in Lycaonia deorum cultu honorabantur, feciſſe legimus. Herodes autem, quia non dedit honorem Deo, ſed acquieuit immoderato fauori populi, ſtatim ab angelo percuſſus eſt. i 305 VI. k 305 I. l 307 IV. *Act. 14.b* m 308 II. *Ibid. 12.d* n 309 VI.

in templo, & non me tenuiſtis. [i] Hoc [a] autẽ totum factũ eſt, vt adimplerentur ſcripturæ prophetarũ. Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt. [k] At illi [b] tenẽtes Ieſum, duxerunt ad Caiphã principem ſacerdotũ. vbi ſcribæ, & ſeniores conuenerant. [l] Petrus [c] autem ſequebatur eum à lõge, vſq; in atrium principis ſacerdotũ. Et [d] ingreſſus intro, ſedebat cum miniſtris, vt videret finem. [m] Principes autem ſacerdotum, & omne concilium quærebant falſum teſtimoniũ contra Ieſum, vt morti eum traderent. Et non inuenerunt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. [n] Nouiſſime [e] autem venerunt duo falſi teſtes, & dixerunt: Hic dixit: Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduũ reædificare illud. Et [f] ſurgens princeps ſacerdotum, ait illi: Nihil reſpondes ad ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur? Ieſus autẽ tacebat. Et princeps [g] ſacerdotum ait illi: Adiuro te per Deum viuũ, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius Dei. Dicit [h] illi Ieſus. Tu dixiſti. [o] Veruntamen dico vobis: amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientẽ in nubibus cœli. [p] Tunc [i] princeps ſacerdotũ ſcidit veſtimenta ſua, dicens: Blaſphemauit. [q] Quĩ adhuc egemus teſtibus? Ecce nũc audiſtis blaſphemiam. Quid vobis videtur? At illi reſpondentes, dixerunt: Reus eſt mortis. [r] Tũc [k] expuerunt in faciem eius, & colaphis eũ cæciderunt. Alij [l] aũt palmas in faciẽ eius dederunt, dicentes: Prophetiza nobis Chriſte: quis eſt qui te percuſſit? [ſ] Petrus [m] vero ſedebat foris in atrio: & acceſſit ad eũ vna ancilla, dicens: Et tu cũ Ieſu Galilæo eras. At ille negauit corã omnib., dicens: Neſcio quid dicis. [t] Exeunte aũt illo ianuã, vidit eum alia ancilla, & ait his qui erãt ibi: Et hic erat cum Ieſu Nazareno. Et [n] iterum negauit cũ iuramentu quia nõ noui hominem. Et poſt puſillũ acceſſerunt qui ſtabant, & dixerunt Petro: Vere [o] & tu ex illis es: nã & loquela tua te manifeſtũ facit. Tunc cœpit [p] deteſtari & iurare, quia non nouiſſet hominem. Et continuo gallus cantauit. [u] Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu, quod dixerat, prius quã gallus cantet, ter me negabis. Et [q] egreſſus foras, fleuit amare.

C A P.

b ¶ *At illi tenentes Ieſum, duxerunt ad Caipham principem ſacerdotum, vbi ſcribæ*, &c.] *Exod. 29.* Moyſes Deo iubente præceperat, vt pontifices patribus ſuccederent, & generationis in ſacerdotibus ſeries texeretur. Refert Ioſephus iſtum Caiphã vnius tantum anni pontificatum ab Herode pretio redemiſſe. Non ergo mirum eſt, ſi nequam pontifex iniquius iudicet.

c ¶ *Petrus autem ſequebatur eum à longe*, &c.] A longe ſequebatur, qui erat dominum negaturus.

d ¶ *Et ingreſſus intro, ſedebat cum miniſtris vt videret finem. Principes autem*, &c.] Vel amore diſcipuli, vel humana curioſitate ſcire cupiebat, quid iudicaret de domino põtifex: vtrum eum neci addiceret, an flagellis cæſum dimitteret. Et in hoc diuerſitas decem Apoſtolorum & Petri. Illi fugiunt, iſte quanquam procul, ſequitur tamen Saluatorem.

B e ¶ *Nouiſſime*, &c.] Quo modo falſi teſtes ſunt, ſi ea dicunt quæ dominum ſupra dixiſſe legimus? Sed falſus teſtis eſt, qui non eodem ſenſu dicta intelligit quo dicuntur. Dominus enim dixerat de templo corporis ſui. Sed & in ipſis verbis calumniantur: & paucis additis vel mutatis, quaſi iuſtam calumniam faciunt. Saluator dixerat: Soluite templum hoc: iſti commutant & aiunt: Poſſum deſtruere templum Dei. Vos, inquit, ſoluite, non ego: quia illicitum eſt vt ipſi nobis inferamus manus. Deinde illi vertunt, & poſt triduum reædificare illud: vt proprie de templo Iudaico dixiſſe videatur. Dominus autem vt oſtenderet animale & ſpirans templum, dixerat: & ego in triduo ſuſcitabo illud. Aliud eſt ædificare, aliud ſuſcitare.

k ¶ *Tunc expuerunt*, &c.] Vt adimpleretur quod dictũ eſt: Dedi maxillas meas alapis, & faciem meam non auerti à cõfuſione ſputorum. *Eſa. 5.e* *Sec.70.*

l ¶ *Alij autem palmas*, &c.] Stultum erat verberantibus reſpondere, & prophetizare cædentibus, cum palam percutientis videretur inſania. Sed ſicut hoc vobis non prophetauit, ſic illud manifeſtiſſime vaticinatus eſt: quod circundaretur Hieruſalem ab exercitu, & non relinqueretur lapis ſuper lapidem in templo. o 310 I. p 318 VI. q 312 II. D r 313 I.

m ¶ *Petrus vero*, &c.] Foris ſedebat vt videret exitum rei. Et non appropinquabat Ieſu, ne miniſtris aliqua ſuſpicio naſceretur. ſ 314 I.

n ¶ *Et iterum*, &c.] Scio quoſdam pio affectu erga Apoſtolum Petrum, locum hunc ita interpretatos, vt dicerent, Petrum non Deum negaſſe, ſed hominem: & eſſe ſenſum. Neſcio hominem: quia ſcio Deũ. Hoc quam friuolum ſit, prudens lector intelligit: ſi defendunt apoſtolum, vt Deum mẽdacij reum faciant. Si enim iſte non negauit, ergo mentitus eſt dominus, qui dixerat: Amen dico tibi, quia hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Cerne quid dicat: me negabis, non hominem. t 315 I. u 316 II.

f ¶ *Et ſurgens princeps ſacerdotũ, ait illi: Nihil reſpondens ad ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur*, &c.] Ira præceps & impatiens, non inueniens calumniæ locum, excutit de ſolio pontificem, vt veſaniam mentis motu corporis demonſtraret. Quãto Ieſus tacebat ad indignos reſponſione ſua falſos teſtes, & ſacerdotes impios: tanto magis pontifex furore ſuperatus eum ad reſpondendum prouocat: vt ex qualibet occaſione ſermonis, locum inueniat accuſandi. Nihilominus Ieſus tacebat. Sciebat enim quaſi Deus quidquid reſpondiſſet, torquendum ad calumniam.

g ¶ *Et princeps ſacerdotum ait illi: Adiuro te per Deum*, &c.] Quid adiuras impiiſſime ſacerdotum: vt accuſes, an vt credas? Si vt accuſes, arguunt alij, volentque condemnare tacentem. Si vt credas, quare confitenti credere noluiſti?

o ¶ *Vere*, &c.] Non quod alterius ſermonis eſſet Petrus aut gentis exteræ. Omnes quippe Hebræi erant, & qui arguebant, & qui arguebantur: ſed quod vnaquæque prouincia & regio habeat proprietates ſuas, & vernaculum loquendi ſonum vitare non poſſit. Vnde & Ephratæi in Iudicum libro non poſſunt σύνθημα dicere. *Iudic. 12.c* *Sec.70.*

p ¶ *Tunc cœpit deteſtari*, &c.] In alio euangelio legimus: quia poſt negationem Petri, & cantum galli reſpexerit Saluator Petrum: & intuitu ſuo eum ad amaras lacrymas prouocarit. Nec fieri poterat, vt in negationis tenebris permaneret, quem lux reſpexerat mundi. *Luc. 22.g*

q ¶ *Et egreſſus*, &c.] In atrio Caiphæ ſedens non poterat agere pœnitentiam. Egreditur foras de impiorum concilio, vt pauidæ negationis ſordes, amaris fletibus lauet.

CANON
E

CAP. XXVII.

M*Ane a autem facto*, &c.] Non ſolum ad Pilatum, ſed etiam ad Herodem ductus eſt: vt vterque domino il-
a 317 II. luderet. Diſcerne ſolicitudinẽ
ſacerdotum in malum. Tota
nocte vigilauerunt, vt homici-
dium facerent. Et vinctum tra-
b 318 I. diderunt Pilato. Habebant e-
nim hunc morem, vt quem
c 319 X. adiudicaſſent morti, ligatum
iudici traderent.

b ¶ *Tunc videns*, &c.] Auari-
tiæ magnitudine impietatis põ-
dus excluſit. Videns Iudas do-
minum adiudicatum morti,
pretium retulit ſacerdotibus:
quaſi in poteſtate ſua eſſet, per-
ſecutorum mutare ſententiam.
d 320 II. Itaque licet mutauerit volun-
tatem ſuam, tamen voluntatis
primæ exitum non mutauit. Si
autem peccauit ille qui tradi-
dit ſanguinem iuſtum: quanto
magis Iudæi peccauerunt, qui
emerunt ſanguinem iuſtum, &
offerendo pretium ad prodi-
tionem diſcipulum prouoca-
runt? Qui diuerſas naturas co-
nantur introducere, & dicunt
e 321 IV. Iudam proditorem malæ fuiſſe
naturæ, nec electionem apo-
ſtolatus potuiſſe ſeruare: re-
pondeant quo modo natura
F mala egerit pœnitentiam.

c ¶ *At illi*, &c.] Nihil profuit
ei ſera pœnitentia, per quam
f 322 II. ſcelus corrigere non potuit. Si
quando ſic frater peccat in fra-
g 323 IV. trem, vt emendare valeat quod
peccauit, poteſt ei dimitti. Sin
autem permanent opera, fru-
ſtra voce aſſumitur pœnitentia.
Hoc eſt quod in pſalmo de eo-
h 324 X. dem infeliciſſimo Iuda dicitur:
Pſal. 108. a *Et oratio eius fiat in peccatum*:
i 325 I. vt non ſolum emẽdare nequi-
uerit proditionis nefas: ſed ad
prius ſcelus etiam proprij ho-
micidij crimen addiderit. Tale
quid & Apoſtolus in ſecunda
ad Corinthios epiſtola loqui-
k 326 I. tur: *Ne abundantiori triſtitia ab-*
2. Cor. 2. b *ſorbeatur frater*.

CAPVT XXVII.

M a Ane a autem facto, conſilium inierunt omnes principes ſacerdotũ, & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderẽt. b Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi. c Tunc b videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus eſſet: pœnitentia ductus, retulit triginta argẽteos principib. ſacerdotum, & ſenioribus, dicens: Peccaui, tradẽs ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt: c Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis in tẽplo receſſit, & abiens, laqueo ſe ſuſpẽdit. Principes d autem ſacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt. Conſilio e autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturã peregrinorũ: propter hoc vocatus eſt ager ille Chaceldema, hoc eſt, ager ſanguinis, vſq; in hodiernũ diem. f Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam prophetam, dicentem: Et acceperũt triginta argẽteos, pretiũ appretiati, quod appretiauerunt à filiis Iſrael, & dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi dominus. Ieſus g autem ſtetit ante præſidem, & interrogauit eum præſes, dicens: Tu es rex Iudæorum? e Dicit illi h Ieſus: Tu dicis. Et cum accuſaretur à principibus ſacerdotũ & ſenioribus, nihil reſpõdit. Tunc i dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei ad vllũ verbũ: ita vt miraretur præſes vehementer. f Per diem aũt ſolemnem conſueuerat præſes populo dimittere vnũ vinctũ, quem voluiſſent. g Habebat k aũt tunc vinctum inſignẽ, qui dicebatur Barrabam. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis: Barrabam, an Ieſum, qui dicitur Chriſtus? Sciebat. n. quod per inuidiam tradidiſſent eũ. h Sedẽte l autem illo pro tribunali, miſit ad eũ vxor eius, dicẽs: Nihil tibi & iuſto illi: multa. n. paſſa ſum hodie per viſum propter eum. i Principes autem ſacerdotũ & ſeniores perſuaſerũt populis vt peterent Barrabam, Ieſum vero perderẽt. Reſpondens aũt præſes, ait illis: Quẽ vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barrabam. Dicit illis Pilatus. k Quid m igitur faciã de Ieſu, qui dicitur Chriſtus? Dicũt omnes: Crucifigatur. Ait illis præſes: Quid enim mali fecit? At illi

io Hieremia non inuenitur. In Zacharia vero qui pene vltimus eſt duodecim prophetarum, quædam ſimilitudo fertur, & quamquam ſenſus non multum diſcrepet, tamen & Zach. 11. e ordo, & verba diuerſa ſunt. Legi nuper in quodam Hebraico volumine, quod Nazarenæ ſectæ mihi Hebræus obtulit, Hieremiæ apocryphũ: in quo hoc ad verbum ſcripta reperi. Sed tamen mihi videtur magis de Zacharia ſumptũ teſtimonium: euangeliſtarum & apoſtolorum more vulgato: qui verborum ordine prætermiſſo, ſenſus tantum de veteri teſtamento proferunt in exemplum.

g ¶ *Ieſus autem*, &c.] Pilato nihil aliud interroganti criminis, niſi vtrum rex Iudæorum ſit, arguitur impietatis Iudæi, quod ne falſo quidem inuenire potuerint quod obiicerent Saluatori.

h ¶ *Dicit illi Ieſus: Tu dicis.*] Sic reſpondit vt & verum diceret, & ſermo eius calumniæ nõ pateret. Et attende quod Pilato, qui inuitus promebat ſententiam, aliqua ex parte reſpõderit: ſacerdotibus autem & principibus reſpondere noluerit, indignos ſuo ſermone iudicans.

i ¶ *Tunc dicit*, &c.] Ethnicus quidem eſt, qui condemnant Ieſum: ſed cauſam refert in populum Iudæorum. Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Ieſus autem nihil reſpondere voluit, ne crimen diluens à præſide dimitteretur, & crucis vtilitas differretur. H

k ¶ *Habebat autem tũc vinctũ*, &c.] Iſte in euangelio quod ſcribitur iuxta Hebræos, filius magiſtri eorum interpretatur, qui propter ſeditionem & homicidium fuerat condemnatus. בר־רבן Offert autem eis optionẽ Pilatus dimittendi quem vellint: latronem, an Ieſum: non dubitans Ieſum potius eligendum: ſciens eum propter inuidiam traditum. Igitur cauſa crucis manifeſte inuidia eſt.

l ¶ *Sedente autem*, &c.] Nota quod gentibus ſæpe à Deo ſomnia reuelentur: & quod in Pilato & vxore eius iuſtum dominum confitentibus gentilis populi teſtimonium ſit.

d ¶ *Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis dixerunt: Non licet mittere eos in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt.*] Vere culicem liquantes, & camelum glutientes. Si enim ideo non mittunt pecuniam in corbonam, hoc eſt, in gazophylacium, & dona Dei, quia pretium ſanguinis eſt: cur ipſum ſanguinem effundunt?

e ¶ *Conſilio autem*, &c.] Illi quidem fecerunt alia voluntate: vt æternum impietatis ſuæ relinquerent ex agri emptione monimentum. Cæterum nos qui peregrini eramus à lege & prophetis, praua eorum ſtudia ſuſcepimus in ſalutem: & in
חקל pretio ſanguinis eius requieſcimus. Figuli autem ager appel-
דמא latur: quia figulus noſter eſt Chriſtus.

f ¶ *Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam prophetam dicentem. Et acceperunt triginta*, &c.] Hoc teſtimonium

m ¶ *Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Ieſu, qui dicitur*, &c.] Multas liberandi Saluatoris Pilatus occaſiones dedit. Primum latronem iuſto conferens. Deinde inferens: Quid igitur faciã de Ieſu qui dicitur Chriſtus: hoc eſt, qui rex veſter eſt. Cumque reſponderent: Crucifigatur, non ſtatim acquieuit: ſed iuxta ſuggeſtionem vxoris, quæ mandauerat: Nihil tibi & iuſto illi: ipſe quoque reſpondit: Quid enim mali fecit? Hoc dicendo Pilatus abſoluit Ieſum. At illi magis clamabant, dicentes: *Crucifigatur.* Vt implerent quod in vigeſimoprimo pſalmo dixerat: *Circundederunt me canes multi, & congregatio malignantium obſedit me.* Et illud Hieremiæ: *Facta eſt mihi hæreditas mea ſicut* Hier. 12. b

A *leo in ſilua*: dederunt ſuper me vocem ſuam. Eſaia quoque CANON C
Eſa. 5. e in hac ſententia congruente: Expectaui vt facerent iudi-
Ier. 70. cium: fecerunt autem iniquitatem, & non iuſtitiam, ſed clamorem.

At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur.
[l] Videns[a] autē Pilatus, quia nihil proficeret, ſed 327 X
magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus
coram populo, dicens: Innocens ego ſum à ſanguine
huius iuſti, vos videritis. Et[b] reſpōdens vniuerſus
populus, dixit: Sanguis eius ſuper nos,
& ſuper filios noſtros. [m] Tunc[c] dimiſit illis Barrabā: m 328 I.
Ieſum aūt flagellatū tradidit eis vt crucifigeretur.
[n] Tunc[d] milites præſidis ſuſcipientes n 329 IV.
Ieſum in prætorium, congregauerunt ad eū vniuerſam
cohortem, & exuentes eum, chlamydem
coccineam circundederunt ei. Et plectentes coronam
de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius, &
arundinem in dextera eius: & genu flexo ante eū
illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudæorum. [o] Et[e] o 330 VI.
expuentes in eum, acceperunt arūdinem, & percutiebant
caput eius. Et[f] poſtquam illuſerunt ei
exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum veſtimentis
eius & duxerunt eum vt crucifigerēt.
[p] Exeuntes[g] autē inuenerunt hominem Cyreneum, p 331 I
nomine Simonem: hunc angariauerunt,
vt tolleret crucem eius. [q] Et[h] venerunt in locum q 332 I.
qui dicitur Golgoltha, quod eſt Caluariæ locus.
[r] Et[i] dederunt ei acetum bibere cū felle mixtū: r 333 IV.
& cum guſtaſſet, noluit bibere. [ſ] Poſtquam[k] autem ſ 334 I.
crucifixerunt eum, diuiſerunt veſtimenta
eius,

a ¶ *Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus*, &c.] Pilatus accepit aquam, iuxta illud propheticum: *Lauabo inter innocentes manus meas*: vt in lauacro manuum eius, gentilium opera purgarentur: & ab impietate Iudæorum, qui clamauerunt, crucifige eum, nos alienos faceret: quodammodo hoc conteſtans & dicens: Ego quidem innocentem volui liberare: ſed etiam ſeditio oritur, & perduellionis mihi contra Cæſarem crimen impingitur, Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius. Iudex qui cogitur contra Chriſtum ſententiam ferre, non damnat oblatum, ſed arguit offerentes, iuſtum eſſe pronūcians qui crucifigēdus eſt. Vos, inquit, videritis. Ego miniſter ſum legum: veſtra vox ſanguinem fundit. (Pſal. 72. b)

b ¶ *Et reſpondens vniuerſus populus dixit: Sanguis eius ſuper nos*, &c.] Perſeuerat vſque in præſentem diem hæc imprecatio ſuper Iudæos, & ſanguis domini non aufertur ab eis.
Eſa. 1. d Vnde per Eſaiam loquitur: Si leuaueritis ad me manus, non
exaudiam vos. Manus enim veſtræ plenæ ſunt ſanguine. O-
B ptimam hæreditatem Iudæi filiis reliquerunt, dicentes: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*.

e ¶ *Tunc dimiſit illis Barrabam, Ieſum autem*, &c.] Barrabam latro, qui ſeditiones faciebat in turbis, qui homicidiorum auctor erat, dimiſſus eſt popolo Iudæorum, id eſt, diabolus: qui vſque hodie regnat in eis: & idcirco pacem habere non poſſunt. Ieſus autem à Iudæis traditus, abſoluitur ab vxore Pilati, & ab ipſo præſide iuſtus appellatur. Et Centurio confitetur quod vere Dei filius ſit. Quærat eruditus lector, quo modo ſibi conueniat Pilatum lauiſſe manus ſuas & dixiſſe: Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius: & poſtea flagellatum tradidiſſe Ieſum, vt crucifigeretur. Sed ſciendum eſt Romanis eum legibus miniſtraſſe, quibus ſancitum eſt, vt qui crucifigitur, prius flagellis verberetur. Traditus eſt itaque Ieſus militibus verberandus, & illud ſacratiſſimum corpus pectuſque Dei capax, flagella ſecuerunt.
Pſal. 31. d Hoc autem factum eſt, vt quia ſcriptum erat, *Multa flagella peccatorum*, illo flagellato nos à verberibus liberaremur:
Pſal. 90. b dicente ſcriptura ad virum iuſtum: *Flagellum non appropinbit tabernaculo tuo*.

d ¶ *Tunc milites*, &c.] Milites quidem, quia rex Iudæorum fuerat appellatus, & hoc ei ſcribæ & ſacerdotes crimen obiecerant, quod ſibi in populo Iſrael vſurparet imperium: illudentes hoc faciunt, vt nudatum priſtinis veſtibus induant chlamydem coccineam pro fuſo limbo, quo reges veteres vtebantur: & pro diademate ponunt ei coronam ſpineam: pro ſceptro regali dant calamum, & adorant quaſi regem. Nos autem omnia hæc intelligamus
Ioan. 11. f myſtice. Quo modo enim Caiphas dixit: Oportet vnum hominem mori pro omnibus, neſciens quid diceret: ſic & iſti quæcumq; fecerunt, licet alia mente fecerint, tamen nobis qui credimus, ſacramenta tribuerunt. In chlamyde coccinea, opera gentium cruenta ſuſtentat: in corona ſpinea, maledictum ſoluit antiquum: in calamo, venenata occidit animalia. Siue calamum tenebat in manu, vt ſacrilegium ſcriberet Iudæorum.

c ¶ *Et expuentes in eum*, &c.] Eo tempore completum eſt: *Non auerti faciem meam à confuſione ſputorum*: & tamen cum caput eius percutiant arundine, ſuſtinet cuncta patienter, vt Eſaiæ verum oſtendat vaticinium, dicentis: Arundinem quaſſatam non confringet. (Eſa. 50. a; Ibid. 42. a)

f ¶ *Et poſtquam*, &c.] Quando flagellatur Ieſus, & conſpuitur, & irridetur, non habet propria veſtimenta: ſed ea quæ propter noſtra peccata ſumpſerat. Cum autem crucifigitur, & illuſionis atque irriſionis pōpa præterierit, tunc priſtinas veſtes recipit, & proprium aſſumit ornatum, ſtatimque elementa turbantur, & creatori teſtimonium dat creatura.

g ¶ *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyreneum nomine Simonem*: &c.] Nec quis putet huic loco Ioannis euangeliſtæ hiſtoriam eſſe contrariam. Ille enim dixit, exeuntem dominum de prætorio portaſſe crucem ſuam: Matthæus autem refert, quod inuenerunt hominem Cyreneum nomine Simonem, quem angariantes impoſuerunt ei crucem Ieſu. Ioan. 19. c
Sed hoc intelligendum eſt, quod egrediens de prætorio Ieſus, ipſe portauerit crucem ſuam, poſtea obuium habuerint
Simonem, cui portandam crucem impoſuerint. Iuxta Anagogen D
vero, crucem Ieſu ſuſcipiunt nationes, & peregrinus obediens portat ignominiam Saluatoris.

h ¶ *Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha*, &c.] Audiui quendam expoſuiſſe Caluariæ locum, in quo ſepultus eſt Adam: & ideo ſic appellatum eſſe, quia ibi antiqui hominis ſit conditum caput, & hoc eſſe quod Apoſtolus dicat: *Surge* Ephe. 5. d
qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Fauorabilis interpretatio, & mulcens aurem populi, nec tamen vera. Extra vrbem enim & foras portam, loca ſunt in quibus truncantur capita damnatorum, & Caluariæ, id eſt, decollatorum ſumpſere nomen. Propterea autem ibi crucifixus eſt dominus: vt vbi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrij. Et quomodo pro nobis maledictum crucis factus eſt, & flagellatus eſt, & crucifixus: ſic pro omnium ſalute quaſi noxius inter noxios crucifigeretur. Sin autem quiſpiam contendere voluerit, ideo ibi dominum crucifixum, vt ſanguis ipſius ſuper Adæ tumulum diſtillaret: interrogemus eum, quare & alij latrones in eodem loco crucifixi ſint? Ex quo apparet Caluariam non ſepulcrū primi hominis, ſed locum ſignificare decollatorum: vt vbi abundauit peccatum, ſuperabundaret gratia. Adam vero ſepultum iuxta Hebron & Arbee, in Ieſu filij Naue volumine legimus.

i ¶ *Et dederunt*, &c.] Deus loquitur ad Hieruſalem: *Ego te* Ioſue. 14. d
plantaui vineam veram: quo modo facta es in amaritudinem Hier. 2. d
vitis aliena? Amara vitis, amarum vinum facit: quod propi- Ier. 70.
nat domino Ieſu, vt impleatur quod ſcriptum eſt: *Dederunt*
in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Quod Pſal. 38. a
autem dicitur: *Et cum guſtaſſet noluit bibere*: hoc indicat, quod guſtauerit quidem pro nobis mortis amaritudinem, ſed tertia die reſurrexerit.

k ¶ *Poſtquam autem crucifixerunt eum, diuiſerunt veſtimenta*

CANON. E *Pſal. 21.* *eius, ſortem mittentes.*] Et hoc in eodem pſalmo fuerat prophetatum: *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.*

a ¶ *Et ſedentes ſeruabant eum.*] Diligentia militum & ſacerdotum nobis proficit, vt maior & apertior reſurgentis virtus appareat.

tem dubium eſt paſchæ tempore lunam fuiſſe pleniſſimam. G
Et ne forſitan videretur vmbra terræ vel orbis lunæ ſoli oppoſitus breues & ferrugineas feciſſe tenebras: trium horarum ſpacium ponitur, vt omnis cauſantium occaſio tolleretur. Et hoc factum reor vt compleatur prophetia, dicens: *Occumbet ſol meridie, & contenebrabitur ſuper terram in die lux.* Et in alio loco: *Occubuit ſol eorum, cum adhuc media eſſet dies.* Videntque mihi clariſſimum lumen mundi, hoc eſt, luminare maius retraxiſſe radios ſuos, ne aut pendentem videret dominum, aut impij blaſphemantes ſua luce fruerentur.

Amos 8 c *Sec. 72.* *Hier. 15 b* *Sec. 70.*

b ¶ *Et impoſuerunt, &c.*] Non poſſum digne admirari pro rei
t 335. magnitudine, quod redemptis
L pretio falſis teſtibus, & ad ſe-
u 336 ditionem clamoremque infeli-
I. ci populo concitato, nullam a-
x 337 liam inuenerint cauſam inter-
VI. fectionis eius, niſi quod rex Iudæorum eſſet: & illi forſitan illudentes ridenteſque hoc fecerint. Cæterum Pilatus etiam
y 338 nolentibus reſpondit: Quod
II. ſcripſi ſcripſi. Velitis, nolitis Iudæi, omnis vobis gentium turba reſpondet: Ieſus rex Iudæorum eſt, hoc eſt, imperator credentium & confitentium.

z 339.
II. c ¶ *Tunc, &c*] Si Golgotha
a 340 tumulus eſt Adam, & non dā-
II. natorum locus, & ideo domi-
b 341 nus ibi crucifigitur, vt ſuſcitet
VI. Adam, duo latrones quare in loco iſto eodem crucifiguntur?

d ¶ *Prætereuntes, &c.*] Blaſphemabant, quia prætergre-
e 342 diebantur viam, & in vero iti-
II. nere ſcripturarum ambulare
d 343 nolebant. Mouebant capita
I. ſua, quia iam antea mouerant
B pedes, & non ſtabant ſuper pe-
e 344 tram. Idipſum autem inſultans
II dicit fatuus populus, quod fal-
f 345 ſi teſtes confinxerant.
X

eius, ſortē mittentes: vt impleretur quod dictū eſt per prophetam dicentem: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meā miſerūt ſortem. Et [a] ſedentes ſeruabant eum. [t] Et impoſuerunt [b] ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptā Hic eſt Ieſus rex Iudęorū. [u] Tunc [c] crucifixi ſunt cum eo duo latrones. vnus à dextris, & vnus a ſiniſtris [x] Prætereuntes [d] autē blaſphemabant eum, mouentes capita ſua & dicētes: Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: ſalua temetipſum, ſi filius Dei es, deſcende de cruce. [y] Similiter & principes ſacerdotū, illudentes cum ſcribis & ſenioribus, dicebant: Alios [e] ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluū facere: Si rex Iſrael eſt, [f] deſcendat nunc de cruce, & credemus ei. Confidit in Deo, liberet eū nunc, ſi vult Dixit enim, quia filius Dei ſum. [z] Idipſum [g] aūt & latrones, qui crucifixi erāt cum eo, improperabant ei. [a] A ſexta [h] autē hora tenebræ factę ſunt ſuper vniuerſam terrā, vſq; ad horam nonam. [b] Et circa [i] horā nonam clamauit Ieſus voce magna, dicēs: Eli, Eli, lamma ſabacthani: hoc eſt, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quidā [k] autem illic ſtātes & audientes, dicebant. Eliā vocat iſte. [c] Et continuo [l] currens vnus ex eis, acceptā ſpongiam impleuit aceto, & impoſuit arundini, & dabat ei bibere. [d] Cęteri vero dicebant: Sine, videamus an veniat Elias liberans eū. Ieſus [m] autē iterum clamans voce magna, emiſit ſpiritum. [e] Et ecce [n] velum tēpli ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque deorſum. [f] Et [o] terra mota eſt, & petræ ſciſſę ſunt, & monumenta apertæ ſunt. Et

i ¶ *Et circa horam, &c.*] Principio viceſimiprimi pſalmi abuſus eſt, illudque quod in medio verſiculo legitur: Reſpice in me, ſuperfluum eſt. Legitur enim in Hebræo: Deus meus, Deus meus, quare me dereliquiſti? Ergo impij ſunt qui pſalmum iſtum ex perſona Dauid ſiue Heſter & Mardochæi dictum putant: cum etiam euangeliſtæ teſtimonia ex eo ſumpta ſuper Saluatore intelligant. Vt eſt illud: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et aliud: Foderunt manus meas, & pedes meos. Ne miteris verborum humilitatem, & querimonias derelicti, cum formam ſerui ſciens, ſcandalum crucis videas. H

Cal. a אלי אלי למא שבקתני Heb. אלי אלי למה עזבתני

k ¶ *Quidam autem, &c.*] Non omnes, ſed quidam, quos arbitror milites fuiſſe Romanos, non intelligētes ſermonis Hebraici proprietatem: ſed ex eo quod dixit: Eli, Eli, putantes Eliam ab eo inuocatum. Sin autem Iudæos, qui hoc dixerint, intelligere voluerimus, & hoc more ſibi ſolito faciunt, vt dominum imbecillitatis infament, qui Eliæ auxilium deprecetur.

e ¶ *Alios ſaluos, &c*] Etiam nolentes confitentur ſcribæ & phariſæi, quod alios ſaluos fecerit. Itaque vos veſtra condemnati ſententia. Qui enim alios ſaluos fecit, vtique ſi vellet, ſeipſum ſaluare poterat.

f ¶ *Deſcendat nunc de cruce, & credemus ei.*] Fraudulenta promiſſio. Quid eſt plus: de cruce adhuc deſcendere viuentem, an de ſepulcro mortuū reſurgere? Reſurrexit & nō credidiſtis: ergo ſi etiam de cruce deſcenderet, ſimiliter non crederetis. Sed mihi hoc videntur dæmones immittere. Statim enim vt crucifixus eſt dominus, ſenſerunt virtutē crucis, & intellexerunt fractas eſſe vires ſuas: & hoc agunt vt de cruce deſcendat: ſed dominus ſciens aduerſariorum inſidias, permanet in patibulo vt diabolum deſtruat.

g ¶ *Idipſum autem, &c.*] Hic per tropū, qui appellatur συλλήψις, pro vno latrone vterque inducitur blaſphemaſſe. *Luc. 23 f* Lucas vero aſſerit, quod altero blaſphemante, alter confeſſus ſit, & econtrario increpauerit blaſphemantem. Non quod diſcrepent euangelia, ſed quod primum vterque blaſphemauerit: dehinc ſole fugiente, terra commota, ſaxiſque diſruptis, & ingruentibus tenebris, vnus crediderit in Ieſum, & priorem negationem ſequenti confeſſione emendauerit. In duobus latronibus, vterque populus, & gentilium & Iudęorum primum dominum blaſphemauit. Poſtea ſignorum magnitudine alter exterritus egit pœnitentiam, & vſque hodie Iudæos increpat blaſphemantes.

h ¶ *A ſexta autem, &c.*] Qui ſcripſerunt contra euangelia, ſuſpicantur deliquium ſolis, quod certis ſtatutiſque temporibus accidere ſolet, diſcipulos Chriſti ob imperitiam ſuper reſurrectione domini interpretatos: cum defectus ſolis nunquam niſi ortu lunæ fieri ſoleat. Nulli autem

l ¶ *Et continuo currens, &c.*] Et hæc facta ſunt vt compleretur prophetia: *In ſiti mea potauerunt me aceto.* Vſque hodie Iudæi & omnes increduli dominicæ reſurrectionis, aceto & felle potant Ieſum: & dant ei vinum myrrhatum: vt eum conſopiant, & mala eorum non videat. *Pſal. 68. e*

m ¶ *Ieſus autem, &c.*] Diuinæ poteſtatis indicium eſt emittere ſpiritum, vt ipſe quoque dixerat: *Nemo poteſt tollere animam meam à me, ſed ego pono eam à me ipſo, & rurſum accipiam eam.* *Ioan. 10. d*

n ¶ *Et velum, &c*] Velum templi ſciſſum eſt, & omnia legis ſacramenta quæ prius tegebantur prodita ſunt, atque ad gentiū populum tranſierunt. In euangelio, cuius ſæpe facimus mentionem, ſuperliminare templi infinitæ magnitudinis fractum eſſe atque diuiſum legimus. Ioſephus quoque refert virtutes angelicas præſides quondam templi tunc pariter conclamaſſe: Tranſeamus ex his ſedibus.

o ¶ *Et terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt.*] Nulli dubium eſt quid ſignificet iuxta literam magnitudo ſignorum, vt crucifixum dominum ſuum & cœlum & terra & omnia demonſtrarent. Sed mihi videtur terræmotus & reliqua typum ferre credentium: quod priſtinis errorum vitiis derelictis & cordis emollita duritia: qui prius ſimiles erant tumulis mortuorum, poſtea agnouerint creatorem.

a ¶ Et

A a ¶ *Et multa corpora ſanctorum, qui dormierunt ſurrexerant,*
Ioan.11.c *& exeuntes de monumentis*, &c.] Quo modo Lazarus mor-
tuus reſurrexerit, ſic & multa corpora ſanctorum reſurre-
xerunt, vt dominum oſtenderent reſurgentem. Et tamen
cum monumenta aperta ſint, non antea reſurrexerunt
quàm dominus reſurgeret, vt
eſſet primogenitus reſurrectio-
nis ex mortuis. Sanctam autem
ciuitatem, in qua viſi ſunt re-
ſurgentes, aut Hieroſolymam
cœleſtem intelligamus, aut
hanc terrenam, quæ ante ſan-
cta fuerat. Sicut & Matthæus
appellatur Publicanus, non
quòd & apoſtolus adhuc per-
maneat publicanus, ſed quod
priſtinum vocabulum teneat.
Sancta appellabatur ciuitas
Hieruſalem propter templum
& ſancta ſanctorum, & ob di-
ſtinctionem aliarum vrbium,
in quibus idola colebantur.
Quando vero dicitur, appa-
ruerunt multis, oſtenditur non
generalis fuiſſe reſurrectio,
quæ omnibus appareret: ſed
ſpecialis ad plurimos, vt hi vi-
derent qui cernere merebantur.
b ¶ *Centurio autem, & qui cum
eo erant, cuſtodientes Ieſum, viſo
terræmotu, & his quæ fiebant,
timuerunt valde, dicentes:* Vere
B *filius* Dei, &c.] In alio euange-
Mar.15.d lio poſt terræmotū manifeſtior
cauſa miraculi Centurionis ex-
ponitur, quod cum vidiſſet
eum ſpiritum dimiſiſſe, dixe-
rit: *Vere filius Dei erat iſte.* Nul-
lus enim habet poteſtatem di-
mittendi ſpiritum, niſi ille qui
animarum conditor eſt. Spiri-
tum autem in hoc loco pro a-
nima intelligamus, ſeu quod
ſpirituale & vitale corpus fa-
ciat: ſeu quod animæ ipſius
ſubſtantia ſpiritus ſit, iuxta il-
103 a lud quod ſcriptum eſt: *Auferes
ſpiritum eorum, & deficient.* Et
hoc conſiderandum, quod
Centurio ante crucem in ipſo ſcandalo paſſionis vere Dei
filium confiteatur, & Arius in eccleſia prædicet creaturam.
c ¶ *Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ ſequutæ fuerāt
Ieſum à Galilæa*, &c.] Conſuetudinis Iudaicæ fuit (nec
ducebatur in culpam, more gentis antiquo) vt mulieres de
ſubſtantia ſua victum atque veſtitum præceptoribus mini-
ſtrarent. Hoc quia ſcandalum facere poterat in nationibus,
Paulus abieciſſe ſe memorat. Dicit enim ipſe: *Nunquid nōn*
1.Cor.9.a *habemus poteſtatem ſorores mulieres circumducendi, ſicut &
cæteri apoſtoli faciunt?* Miniſtrabant autē domino de ſubſtā-
tia ſua, vt meteret earū carnalia, cuius illæ metebant ſpiritua-
lia. Non quod indigeret cibis dn̄s creaturarum, ſed vt typū
oſtenderet magiſtrorum: quod victu atque veſtitu ex diſci-
pulis deberent eſſe contenti. Sed videamus quales comites
Lu.8.a habuerit: Mariam Magdalenam, à qua ſeptem dæmonia
eiecerat, & Mariam Iacobi, & Ioſeph matrem, materteram
Mat.27.f ſuam, ſororem Mariæ matris domini: & matrem filiorum
Mar.15.d Zebedæi, quæ paulò ante regnum liberis poſtulauerat, &
Luc.23.c alias, quas in cæteris euangeliis legimus.
d ¶ *Cum ſero factum eſſet, venit quidam homo diues ab Ari-
mathia, nomine Ioſeph, qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu*, &c.]
Diues refertur, non de iactātia ſcriptoris, quo virum nobilē
atque ditiſſimum referat Ieſu fuiſſe diſcipulum: ſed vt o-
ſtendat cauſam quare à Pilato corpus Ieſu potuerit impe-
trare. Pauperis enim & ignoti non erat ad Pilatū præſidem.

Et [a] multa corpora ſanctorū qui dormierunt,
ſurrexerunt: Et exeuntes de monumentis poſt
reſurrectionem eius, venerūt in ſanctam ciuita-
tem, & apparuerunt multis. [g] Centurio [b] autē. &
qui cū eo erant, cuſtodientes Ieſum, viſo terræ-
motu, & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicē-
tes: Vere filius Dei erat iſte. [h] Erant [c] aūt ibi mu-
lieres multæ à longe, quæ ſequutæ fuerant Ieſum
à Galilæa, miniſtrantes ei: inter quas erat Maria
Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioſeph mater, &
mater filiorum Zebedæi. [i] Cū [d] autē ſero factum
eſſet, venit quidā homo diues ab Arimathia, no-
mine Ioſeph: qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu. Hic
acceſſit ad Pilatū, & petiit corpus Ieſu. Tunc Pi-
latus iuſſit reddi corpus. [k] Et [e] accepto corpore,
Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda. Et [f] po-
ſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exci-
derat in petra, & aduoluit ſaxum magnū ad oſtiū
monumenti, & abiit. [l] Erat [g] autem ibi Maria
Magdalene, & altera Maria, ſedentes contra ſe-
pulcrum. [m] Altera autem die, quæ eſt poſt para-
ſceuen, conuenerunt principes ſacerdotum, &
phariſæi ad Pilatū, dicentes: Domine, recordati
ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuēs, poſt
tres dies reſurgā. Iube [h] ergo cuſtodiri ſepulcrū
vſque in diem tertiū, ne forte veniant diſcipuli
eius, & furentur eum, & dicant plebi, ſurrexit à
mortuis, & erit nouiſſimus error peior priore.
Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiam: Ite, cuſto-
dite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes munierunt
ſepulcrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus.

CAPVT XXVIII.

V[a]Eſpere [i] autem ſabbathi, quæ luceſcit in
prima ſabbathi, venit Maria Magdalene,
& altera Maria videre ſepulcrum. Et [k] ecce ter-
ræmotus factus eſt magnus. Angelus enim do-
mini deſcendit de cœlo. & accedens, reuoluit
lapi-

Romanæ poteſtatis accedere, & crucifixi corpus impetrare. CANON C
In alio euangeliſta Ioſeph iſte βουλευτὴς appellatur, id eſt,
conſiliarius: & de ipſo quidam putant primum pſalmum Luc.23.g.
eſſe compoſitum: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impio-
rum*, & reliqua.

e ¶ *Et accepto corpore, Ioſeph
inuoluit illud in ſindone munda.*]
Ex ſimplici ſepultura domini,
ambitio diuitum condēnatur: g 346
qui nec in tumulis quidem II.
poſſunt carere diuitiis. Poſſu-
mus autem iuxta intelligentiā
ſpiritualem & hoc ſentire, h 347
quod corpus domini nō auro, VI.
non gemmis & ſerico, ſed lin-
teamine puro obuoluendum i 348
ſit: quamquam & hoc ſignifi- I.
cet, quod ille in ſindone mun-
da inuoluit Ieſum, qui pura
mente eūm ſuſceperit.

f ¶ *Et poſuit illud in monumen- k 349
to ſuo nouo*, &c.] In nouo po- I
nitur monumento, ne poſt
reſurrectionem cæteris cor-
poribus remanentibus reſur- l 350
rexiſſe alius fingeretur. Poteſt VI.
autem & nouum ſepulchrum, m 351
Mariæ virginalem vterum de- X
monſtrare, ſaxumque oſtio
appoſitum, & ſaxum magnum;
oſtendere abſque auxilio plu-
rimorum ſepulchrum non po-
tuiſſe reſerari.

g ¶ *Erat autem ibi Maria Ma- D
gdalene*, &c.] Cæteris relin-
quentibus dominum, mulie-
res in officio perſeuerant, ex-
pectantes quod promiſerat
Ieſus: & ideo meruerunt pri- a 352
mæ videre reſurgentem, quia I
qui perſeuerauerit vſque in fi- Sup.10.b
nem, hic ſaluus erit.

h ¶ *Iube ergo cuſtodire ſepul-
crum vſque in diem*, &c.] Non
ſuffecerat principib' ſacerdo-
tum & ſcribis ac phariſæis cru-
cifixiſſe dominum Saluato-
rem: niſi ſepulcrum cuſtodirent, cohortem acciperent, ſi-
gnarent lapidem, & quantum in illis eſt, manum oppone-
rent reſurgenti, vt diligentia eorum noſtræ fidei proficeret.
Quanto enim amplius reſeruatur, tanto magis reſurrectio-
nis virtus oſtenditur. Vnde & in monumento nouo, quod
exciſum fuerat in petra, conditus eſt: ne ſi ex multis lapidi-
bus ædificatum eſſet, ſuffoſſis tumuli fundamentis, ablatus
furto diceretur. Quod autem in ſepulcro ponendus eſſet,
prophetæ teſtimonium eſt, dicentis: *Hic habitabit in exciſa* Eſa.33.c
ſpelunca petræ fortiſſimæ. Statimque poſt duos verſiculos ſe- Sec.70.
quitur: *Regem cum gloria videbitis.* Ibidem.

CAPVT XXVIII.

V*Eſpere autem ſabbathi*, &c.] Quod diuerſa tempora
iſtarum mulierum in euangeliis deſcribuntur, non
mendacij ſignum eſt (vt impij obiiciunt) ſed ſedulæ viſita-
tionis officium: dum crebro abeunt ac recurrunt, & non
patiuntur à ſepulcro domini diu abeſſe vel longius.

k ¶ *Et ecce terræmotus factus eſt magnus*: &c.] Dominus
noſter vnus atque idem filius Dei & filius hominis, iuxta
vtrāque naturā, diuinitatis & carnis, nūc magnitudinis ſuæ,
nunc humilitatis ſigna demonſtrat. Vnde & in præſenti lo-
co, quamquam homo ſit qui crucifixus eſt, qui ſepultus eſt,

CANON E qui clauſus tumulo, quem lapis oppoſitus cohibet: tamen, quæ foris aguntur, oſtendunt filium Dei: ſol fugiens, tenebræ ingruentes, terra commota, velum ſciſſum, ſaxa dirupta,
Luc. 1. c. Sup. 1. d. mortui ſuſcitati, angelorum miniſteria, quæ ab initio natiuitatis eius Deum probabant. Ad Mariam Gabriel venit: cũ Ioſeph angelus loquitur: idem paſtoribus nunciat: angelorum poſtea auditur chorus, dicentium:
b 35 II *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ*
Luc. 2 Sup. 4. b *voluntatis*. Tentatur in ſolitudine, & poſt victoriam ſtatim ſeruiunt angeli. Nunc quoque angelus venit cuſtos ſepulchri dominici, & in veſtitu candido ſignat gloriam triumphantis.
Act. 1. b Necnon aſcendente ad cœlos
c 354 II. domino, duo angeli in Oliueti monte cernuntur, pollicentes
d 355 X apoſtolis ſecundum Saluatoris aduentum.

lapidem, & ſedebat ſuper eum. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimentum eius ſicut nix [b] Præ [a] timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui. Reſpondens autem angelus, dixit mulieribus: Nolite timere vos. Scio enim quod Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis; Non eſt hic, ſurrexit enim ſicut dixit. Venite, [b] & videte locum vbi poſitus erat dominus. Et cito euntes dicite diſcipulis eius. Quia [c] ſurrexit, & ecce præcedit vos in Galilæam: ibi eũ videbitis, ecce prædixi vobis. [c] Et [d] exierunt cito de monumento cum timore, & gaudio magno currentes nunciare diſcipulis eius. [d] Et ecce [e] Ieſus occurrit illis, dicẽs: Auete. Illæ [f] autẽ acceſſerunt, & tenuerũt pedes eius: & adorauerunt eũ. Tunc [g] ait illis Ieſus: Nolite timere: Ite [h] nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæã, ibi me videbunt. Quæ cũ abiiſſent, ecce quidã de cuſtodib. venerunt in ciuitatem, & nunciauerũt principibus ſacerdotũ omnia quæ facta fuerant. Et [i] congregati cũ ſenioribus, conſilio accepto, pecuniã copioſam dederunt militibus, dicentes. Dicite, quia diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum, nobis dormientib. Et ſi hoc auditũ fuerit à Præſide, nos ſuadebimus ei: & ſecuros vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt ſicut erant edocti Et diuulgatum eſt verbum iſtud apud Iudæos vſque in hodiernum diem. Vndecim [k] autem diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi conſtituerat illi Ieſus. Et videntes eum, adorauerunt, quidã autem dubitauerunt. Et [l] accedens Ieſus, loquutus eſt eis, dicẽs: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Euntes [m] ergo docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: docentes [n] eos ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis. Et [o] ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi.

a ¶ *Præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui, &c:*] Cuſtodes timore perterriti, inſtar mortuorum ſtupefacti iacent, & tamen angelus non illos, ſed mulieres conſolatur: Nolite timere vos. illi, inquit timeant, in his perſeueret pauor, in quibus permanet incredulitas. Cæterùm vos, quia Ieſum quæritis crucifixum, audite quòd reſurrexerit, & promiſſa perfecerit.

F b ¶ *Venite, & videte locum vbi poſitus erat.*] Vt ſi meis verbis non creditis, vacuo credatis ſepulchro: & gradu concito pergite, ac nunciate diſcipulis eius.

c ¶ *Quia ſurrexit, & ecce præcedit vos in Galilæam.*] Hoc eſt, in volutabrum gentium, vbi ante error erat & lubricum, & firmo ac ſtabili pede veſtigium non ponebat.

d ¶ *Et exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno currentes nunciare diſcipulis eius.*] Duplex mentes mulierum tenebat affectus, timoris & gaudij, alter de miraculi magnitudine, alter ex deſiderio reſurgentis: & tamen vterque fœmineum concitabat gradum. Pergebant ad Apoſtolos, vt per illos fidei ſeminarium ſpargeretur.

e ¶ *Et ecce Ieſus occurrit illis, dicens: Auete.*] Quæ ſic quærebant, quæ ita currebant, merebantur obuium habere dominum reſurgentem, & primum audire: Auete, vt maledictum Euæ mulieris, in mulieribus ſubuerteretur.

f ¶ *Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius, &c.*] Iſtæ
Ioan. 20. b accedunt, & tenent pedes eius, quia adorauerunt eum. Cæterum illa, quæ quærebat viuentem cum mortuis, & neſciebat adhuc filium Dei ſurrexiſſe, merito audit: *Ne tangas me: nondum enim aſcendi ad patrem meum.*

g ¶ *Tunc ait illis Ieſus: Nolite timere.*] Et in veteri & in nouo teſtamento hoc ſemper obſeruandum eſt, quod quando auguſtior aliqua apparuerit viſio, primum timor pellitur, vt ſic mente placata poſſint quæ dicunt audiri.

h ¶ *Ite, nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam: ibi me videbunt. Quæ cum abiiſſent, ecce quidam de cuſtodibus venerunt in ciuitatem, &c.*] His fratribus, de quibus in alio loco dixit: *Annunciabo nomen tuum fratribus meis*, qui Saluatorem nequaquam in Iudæa conſpiciunt, ſed in gentium multitudine. G Pſal. 22. a

i ¶ *Et congregati cum ſenioribus, conſilio accepto, pecuniam copioſam dederunt militibus, &c.*] Cuſtodes miraculum confitentur: ad vrbem concitè redeunt, nuncians principibus ſacerdotum, quæ viderint, quæ facta conſpexerint. Illi qui debuerant conuerti ad pœnitentiam, & Ieſum quærere reſurgentem, perſeuerant in malitia, & pecuniam, quæ ad vſus templi data fuerat, vertunt in redemptionem mendacij: ſicut antea triginta argenteos dederant Iudæ proditori. Omnes igitur qui ſtipe templi, & his quæ conferuntur ad vſus eccleſiæ, abutuntur in alijs rebus, quibus ſuam expleant voluntatem: ſimiles ſunt ſcribarum & ſacerdotum, redimentium mendacium, & Saluatoris ſanguinem. Sup. 26. b

k ¶ *Vndecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi cõſtituerat illis Ieſus.*] Poſt reſurrectionem Ieſus in monte Galilææ conſpicitur, ibique adoratur, licet quidam dubitent, & dubitatio eorum noſtram augeat fidem. Tunc manifeſtius oſtenditur Thomæ, & Ioan. 20. f latus lancea vulneratum, & manus fixas demonſtrat clauis.

H l ¶ *Accedens Ieſus loquutus eſt eis dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.*] Illi poteſtas data eſt, qui paulò ante crucifixus, qui ſepultus in tumulo, qui mortuus iacuerat: qui poſtea reſurrexit. In cœlo autem & in terra poteſtas data eſt, vt qui ante regnabat in cœlo, per fidem credentium regnet in terris.

m ¶ *Euntes autem docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti.*] Primum docent omnes gentes, deinde doctas intingunt aqua. Non enim poteſt fieri, vt corpus baptiſmi recipiat ſacramentum, niſi ante anima fidei ſuſceperit veritatem. Baptizantur autem in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, vt quorum vna eſt diuinitas, vna ſit largitio: nomenque trinitatis, vnus Deus eſt.

n ¶ *Docentes eos ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis.*] Ordo præcipuus: Iuſſit apoſtolis vt primum docerent vniuerſas gentes: deinde fidei intingerent ſacramento, & poſt fidem ac baptiſma quæ eſſent obſeruanda præciperent. Ac ne putemus leuia eſſe quæ iuſſa ſunt & pauca, addidit: Omnia quæcunque mandaui vobis. Vt quicumque crediderint, qui in trinitate fuerint baptizati, omnia faciant quæ præcepta ſunt.

o ¶ *Et ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.*] Qui vſque ad conſummationem ſæculi cum diſcipulis ſe futurum eſſe promittit, & illos oſtendit ſemper eſſe victuros, & ſe nunquam à credentibus receſſurum. Qui autem vſque ad conſummationem mundi ſui præſentiam pollicetur, non ignorat eam diem, in qua ſe ſcit futurum cum apoſtolis.

Commentariorum Hieronymi in Matthæum finis.

A C

DIVO HIERONYMO PRESBYTERO INSCRIPTA, FALSO TAMEN, IN EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM

PRAEFATIO.

OMNIS ſetiba doctus in regno cœlorum, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui pro- Mat. 13.
fert de theſauro ſuo noua & vetera. *Ego vero ſimilis paupercula viduæ, duo minuta in* Mar. 12.d
gazophylacium mittens, diſcentibus meis paupercula, ac de paupere pera ſperantibus alimenta,
has de menſa diuinum mitto micas, quas catuli mei auide cum Syrophaniſſa flagitant. Porro an- Luc. 16.d
xiatus, aurum & argentum, lapides pretioſos minime habens, pelles ſcilicet hyacinthinas de cœ-
leſtibus, non de terreſtribus offeram: ſi potuero, de naturis, id eſt, de Marci Euangeliſtæ hiſto-
ris, vel myſtico intellectu (vt maiores mei tradiderunt) Deo adiuuante intimare curabo. Quę
ideo Euangelia tractantes, intactum vt puto) prætereunt: quia eadem pene quæ Matthæus Ezech. 1.
narrat, licet in propriis quibuſdã ſint diſtincti teſtimoniis: vt ala alterius alã alterius tangat animalis: & rota rotã eadẽ
ſequatur via, & ve verſis inuicẽ vultibus ſeſe ſancta contueãtur animalia. In primo canone Marcus cum Matthæo
Lucaque comitatur & Ioanne. In ſecundo cum Matthæo & Luca. In quarto cum Matthæo & Ioanne. In ſexto ca-
none, velut in vno vecte duo annuli, Matthæus ſemper coniungitur & Marcus, id eſt, in quadraginta & ſeptem
capitulis. In octauo canone cum Luca comitatur, id eſt, in tredecim capitulis. In propriis vero, quæ maxime vtcumque
explanare diſpono, decem & octo incedit ſpeciatim capitulis: quæ ſimul omnia ducenta & trigintaquinque ſunt ca-
pitula.

Marcus Euangeliſta Dei, Petri diſcipulus, Leuiticus genere, & ſacerdos, in Italia hoc ſcripſit Euangelium. Qui
initium Euangelij ſui de vocibus prophetarum præſumens, præcurſorem Chriſti Ioannem, Malachiæ, id eſt, angeli
teſtimonio comprobans, verbum carnem factum voce Eſaiæ deſignans, principium euangelicæ prædicationis inſtituit,
& inuenit in verbo vocis, quod in conſonantibus, id eſt, in genealogiis Dei & hominis præuiderat. Vnde totus in pri-
mis à perfectione Chriſti ætatu prædicare inchoat: nec laborat in natiuitate infantuli, qui loquitur de perfectione filij
Dei. Sed & ieiunium numeri legalis, repulſam diaboli, miniſterium angelorum proferens, magna in breui compre-
hendit. Qui primus Alexandriæ fuit epiſcopus: cuius per ſingula opus fuit ſcire, & Euangelij in ſe dicta diſponere,
B *& diſciplinam in ſe legis cognoſcere, & diuinam in carne domini intelligere naturam. Qui ſeminat poſt Matthæum,*
qui fremit vt leo, qui volat vt aquila, qui diſcit vt homo, qui immolat vt ſacerdos, qui irrigat vt flumen, qui floreſcit vt
ager, qui feruet vt vinum. Chriſtus etenim, de quo loquitur, homo naſcendo, vitulus moriendo, leo ſurgendo, aquila eſt
aſcendendo. Quatuor ſunt qualitates, de quibus ſancta euangelia contexuntur, præcepta, mandata, teſtimonia, exem-
pla. In præceptis iuſtitia: in mandatis charitas: in teſtimoniis fides: in exemplis perfectio conſiſtit. Vt ſunt hæc præce-
pta. Tunc Ieſus præcepit diſcipulis ſuis duodecim: In viam gentium ne abieritis: & reliqua: hoc eſt diuertere à malo. D
Mandata autem hæc ſunt, quibus dicitur: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem: hoc eſt facere bonum, & Matt. 10.a
charitatem implere. Teſtimonia ſunt, quæ in ore duorum vel trium teſtium ſtant, vt eſt illud: Ioannes teſtimo- Ioan. 13.d
nium perhibet de me: *ſed habeo teſtimonium maius Ioanne.* Pater ipſe, qui in me manet, teſtimonium per- Ibid. 5.f
hibet de me. *Et ipſa opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me: & ego teſtimonium perhibeo veritati. Ex-*
empla vero ſunt, quibus Ieſum imitantur dicentem: Diſcite à me quia mitis ſum, *& reliqua. Et:* Eſtote per- Matt. 11.d
fecti, *id eſt, miſericordes,* ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt: *Et alibi:* Exemplum enim dedi vo- & 5.f
bis, vt & vos ita faciatis. *Has quatuor qualitates pſalmographi verſus concinunt, dicentes:* Præceptum domi- Ioan. 13.b
ni lucidum illuminans oculos. *Hiſtoriam maxime præcepta continent. Et alibi:* Latum mandatum tuum Pſal. 18.c
nimis, *quia* qui diligit proximum, *totam* legem impleuit. *Item,* teſtimonia tua intellexi: *non eſt enim om-* Pſal. 118.m
nium teſeimonia intelligero. Vnde alias dicit: Teſtimonium domini fidele. *Quis potius fide animi, quam oculis* Rom. 13.c
carnis teſtimonium indiget. Quarto. Iudicia Dei vera, iuſtificata in ſemetipſa, *id eſt, vt ſic ſint iudiciorum* Pſal. 118.m
exempla noſtrorum iuſtificata in iudiciis Dei comperta habemus. Vnde idem videns alio loco ait: A iudiciis enim & 18 b
tuis timui. *In quo enim iudicio iudicauerimus, iudicabitur de nobis. In his quatuor qualitatibus ſunt, timor, fides,* Pſal. 118 p
ſpes, charitas. Timore namque incipimus, fide ſeruamus quod incepimus, ſpe erigimur, charitate conſummamur. Matt. 7.a
Finis enim præcepti eſt charitas. *Hi ſunt quatuor menſes, quos Chriſtus ante meſſem prædixit, dicens:* Non- 1. Tim. 1.b
ne quatuor menſes ſunt vſque ad meſſem? *Vt & nos per præcepta Dei, & mandata, ac teſtimonia, atque ex-* Ioan. 4.e
empla, maturos poſt iudicium metamus cum gaudio fructus: qui in lacrymis timoris ſeminapœnitentiæ iactauimus in Pſal. 125.
terra, noſtros portantes charitatis manipulos cum gaudio, metamus in cœlo.

Canon E

HI COMMENTARII NON SVNT HIERONYMI, TAMETSI NON INDIGNI QVI LEGANTVR. RELICTI SVNT AVTEM HIC, NE AB IPSO EVANGELIO, quod cæteris euangelijs Canonum ratione adiungebatur, ſepararentur. G

[I]Nitium a euangelij, &c.] τὸ μαρτύριον euangelium, per quod
a 5 I. venit redemptio fidelium & beatitudo ſanctorum: quia quatuor vnum ſunt, & vnum quatuor: quatuor E-
b 2 I. uangelia multarum conſtat eſſe virtutum. Quid enim for-
c 3 VI. tius quam animas ſaluare quæ errorum ſuorum viriis poterant interire? Secundum quod in ſexageſimu ſeptimo pſalmo iam dudum propheta Spiritu ſanctu inſtigante denudauit: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtutes multas. Verſus iſtius ordo talis eſt, qui
d 4 I. huic operi congruenter inſeritur: Dominus dabit virtutes multas euangelizantibus verbũ. Dedit enim virtutes mul-

CAPVT I

[I]Nitium [a] Euangelij Ieſu Chriſti filij Dei, ſicut ſcriptũ eſt in Eſaia propheta.[a] Ecce ego mitto angelum meũ ante faciẽ tuã, qui præparabit viam tuam ante te. [b] Vox clamantis in deſerto: Parate viam domini: rectas facite ſemitas eius. [c] Fuit in deſerto [b] Ioannes baptizans, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Hieroſolymitæ vniuerſi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine, cõfitentes peccata ſua. Et [c] erat Ioannes veſtitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius: & locuſtas & mel ſilueſtre edebat: & prædicabat, dicens: [d] Venit [d] fortior me poſt me: cuius [e] nõ ſum dignus procumbens ſoluere corrigiã calciamentorũ eius:

tas apoſtolis, qui verbum eius veneranda confeſſione prædicabant: quando eis languentium turbas ſanare conceſſum eſt. Εὐαγγέλιον Græcè, Latinè bona annunciatio prædicatur,
Ioſr. eod. quod proprie ad regnum Dei & remiſſionẽ pertinet peccatorum. Vnde dicitur: *Pœnitemini, & credite Euangelio*, & appropinquabit regnum cœlorum. Ieſu Chriſti, id eſt, Salua-
1 iehoſuah toris vncti. In Hebræo [illegible]. In Græco σωτήρ: In Latino Sal-
2 maſiah uator, [illegible] Hebraicè, χριστὸς Græce: vnctus Latine. Idem rex & ſacerdos dicitur, dum de genere Dauid regis Chriſtus naſcitur, & vocibus vatum Leuitici generis prophetatur.
Matt.12.b Vnde ſequitur: *Vox clamãtis in deſerto*, & reliqua. Vox eſt Ioã-
F nes: de qua voce clamabat dominus Ieſus ad Iudæos, quod inter natos mulierum maior illo eſſet nemo. Clamor autem ad ſurdos longe poſitos, ſiue cum indignatione fieri ſolet, quæ Iudaico certũ eſt eueniſſe populo: dum longe eſt à peccatoribus ſalus, & aures ſuas grauiter obturauerunt, ſicut aſpides ſurdæ, & indignationẽ & iram & tribulationẽ à Chriſto audire meruerunt. In deſerto autem fit vox & clamor, quia deſerti à ſpiritu Dei, ſicut domus vacans & ſcopata, deſerti à propheta, à rege atque ſacerdote: vnde Ioannes & Ieſus quærunt quod in deſerto amiſſũ eſt. Vbi vicit diabolus, ibi vincitur: vbi cecidit homo, ibi exurgit. *Ecce ego mitto angelũ meum.* Vox [illegible] per Malachiam ad patrẽ ſonat de filio, qui eſt facies patris, vnde agnitus eſt. Angelus autem nuncius interpretatur, qui prænunciat de Chriſto.
Ioan.1.d *Poſt me venit qui ante me factus eſt*: qui præparauit viam tuã. Via domini qua ad homines ingreditur, pœnitentia eſt, per quam Deus ad nos deſcendit, & nos ad illum aſcendimus. Vnde angeli aſcendentes deſcendenteſque memorantur ad filium hominis. *Parate viam domini*, hoc eſt, pœnitentiam agite & prædicate. Vnde [illegible] ante ſabbatum dicitur, id
Gen.2.a eſt, pœnitentia ante requiem futuram. Hinc namque initium prædicationis Ioannis & Chriſti oritur. *Pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum*: quia in die ſeptima quieuit Deus ab omnib. operibus ſuis. Septem etenim nobis neceſſe eſt delere vitia per pœnitentiam, velut mala germina, vt requieſcentes poſtea poſſideamus deſiderabilem terram. Rectas facite ſemitas eius: quas ſemitas incuruauimus declinantes in dexteram atque ſiniſtram. Nunc Deus præcipit nobis vt via regia incedentes, proximos noſtros vt nos, & noſmetipſos vt proximos diligamus. Nam *qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam*. Qui enim ſemetipſum diligit, & non diligit proximum ad dexteram declinat. Et qui ſemetipſum odiens proximum diligit, ad ſiniſtram diuertit. Nam multi bene agunt, ſed non bene corrigunt, vt fuit He-
Matt.23. li. Et multi bene corrigunt, ſed non bene agunt, vt fuerunt
Leuit.1.d Scribæ & Phariſæi, qui ſedebant ſuper cathedram Moyſi. Vnde os turturis in lege ad aſcellas eius retorqueri iubetur,

ne ſeparetur os ab opere, & opus noſtrum non diuidatur ab ore. Semitæ autem poſt viam ſequuntur, quia mandata moralia poſt pœnitentiam ſecundum Marcum explanantur. Paratur via per fidem, & baptiſmum & pœnitentiam. Rectæ ſemitæ fiunt per auſtera iudicia veſtis cilicinæ, & zonæ pelliceæ, & cibi locuſtini, & potus mellis ſilueſtris & humillimæ vocis. Vnde ſequitur,

b ¶ *Fuit in deſerto, &c.*] Ioannes gratia Dei interpretatur. A gratia narratio incipitur. Vnde ſequitur, baptizans: per baptiſmum enim gratia datur, qua peccata gratis dimittuntur. Vnde dicitur: *Gratis accepiſti, gratis date.* Et Apoſtolus ait: Eph.2.b Matt.10.a
Gratia ſalui facti eſtis per fidẽ, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt, ne quis glorietur. Et prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. Quod conſummatur per ſponſum, initiatur per paranymphum. Vnde catechumeni, hoc eſt inſtructi, incipiunt per ſacerdotem, & chriſmãtur per epiſcopum. Nunc autem per amicum ſponſi inducitur ſponſa, ac ſi per Iſaac puerum Rebecca pallio velata albo, cum dicitur. Et egrediebatur ad illum omnis Iudææ regio, & Hieroſolymitæ vniuerſi: & baptizabantur ab illo in Iordane flumine, confitentes peccata ſua. *Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius*, id eſt ſponſi. Gen.24.b
Vnde deſilit ſponſa de camelo, cum humiliat ſe nunc eccleſia viſo vero Iſaac Ieſu Chriſto, in cuius natiuitate riſum fecit Deus Saræ: ſicut ad Mariam dicitur, quæ eſt princeps cũ H
Deo. *Benedicta tu inter mulieres.* Iordanis autem, deſcenſio aliena interpretatur. vbi peccata abluuntur. Arca enim Iordane tranſuadatu per marmora peregrina in terram tranſiuit alienam: & media parte in mare defluente, altera pars turgida montis erigitur forma. Sic nos olim alienati à Deo per ſuperbiam, per baptiſmi ſymbolum humiliati, erigimur in alta. Quia *qui ſe humiliauerit exaltabitur*. Pars autem, quæ Luc.14.c
fluit in mare, amaricatur: cũ arca Dei, hoc eſt corpus Chriſti, non mundatis non profuit, ſed in deterius illa mutauit. Sequitur.

c ¶ *Et erat Ioannes, &c.*] Veſtis prophetæ & cibus & potus, totam auſteram vitam prædicantium ſignificant, & futuras gentes ad gratiam Dei, quæ eſt Ioannes, intus & foris eſſe coniungendas. Pilis vero cameli, diuites gentium, & zona pellicea, pauperes mundo mortui, & locuſtis ſerratis, ſapientes huius mundi (qui ſtipulas Iudæis aridas relinquentes, frumenta myſtica cruribus trahunt, & in calore fidei ſaltus inhabitant) & melle ſylueſtri, fideles inſpirati de inculta ſylua ignibus præparati ac mergentes ſignificantur. Quæ omnia à gratia euangelij ſumuntur: In qua non eſt diſtinctio Iudæi & Græci.

d ¶ *Et prædicabat, &c.*] Quis fortior eſt gratia, qua peccata abluuntur? Ille nimirum qui ſepties & ſeptuagies ſepties remittit peccata. Gratia prior quidẽ eſt, ſed ſemel remittit per baptiſmum. Miſericordia vero in miſeros ab Adam vſque ad Chriſtum, per ſeptuagintaſeptem generationes: & vſque ad centum quadraginta quatuor millia peruenit.

e ¶ *Cuius nõ ſũ dignus procumbens ſoluere corrigiam calciamentorum eius.*] Non eſt digna ſola gratia procumbens in baptiſmo ſoluere corrigiam calciamentorum eius, id eſt, myſterium incarnationis Dei. Calx enim extrema pars eſt corporis. In fine enim ad iuſtitiam adeſt Saluator incarnatus. Vnde bene per prophetam dicitur: *In Idumæam extendam calciamentum meum*: quia niſi iungatur ſcientia ſpiritus: nemo per gratiam remiſſionis inueſtigat incarnationis Pſal.59.b

Chriſti

ego[a] baptizaui vos in aqua, ille vero baptizabit vos in Spiritu ſancto. Et factũ[b] eſt in dieb. illis venit Ieſus à Nazareth Galilææ:[c] Et baptizatus eſt in Iordane à Ioanne: Et ſtatim aſcendens de aqua vidit cælos apertos, & ſpiritum tanquam columbam deſcendentem & manentẽ in ipſo. Et vox facta eſt de cælis: Tu es filius meus dilectus, in te cõplacui:[f] & ſtatim ſpiritus expulit eum in deſertũ, & erat in deſerto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur à Satana.[g] Eratq; cum beſtiis, & angeli miniſtrabant illi.[h] Poſtquam autem[c] traditus eſt Ioannes, venit Ieſus in Galilæã[i] prædicans euangelium regni Dei, & dicens: Quoniam impletum eſt tempus, & appropinquabit regnũ Dei: Pœnitemini,[d] & credite Euãgelio. Et prætereũs ſecus mare Galilææ, vidit Simonem & Andream fratrem eius mittẽtes retia in mare. Erant autẽ piſcatores.[k] Et dicit eis Ieſus: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominũ. Et protinus relictis retibus ſecuti ſunt eum.[l] Et progreſſus inde puſillum, vidit Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem eius, & ipſos componẽtes retia in naui & ſtatim vocauit illos. Et relicto patre ſuo Zebedæo in naui cũ mercenariis, ſecuti ſunt eũ. [m] Et[a] in-

A Chriſti myſterium, quomodo verbum caro factum eſt, vnde caro Chriſti, vnde anima, vnde ſpiritus ſumit exordium: vt homo verus fiat per omnia abſque peccato, & Deus verus in Deo vero ſine principio, idem filius hominis qui eſt in cælo, & quomodo tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, id eſt, virginali vtero, clauſum relinquens. Vnde adueniente vero ſponſo, domus diſcalciati dicitur domus Ioannis, qui dicit, qui habet ſponſã ſponſus eſt. Vnde in ſpecie columbæ Spiritus ſanctus deſcẽ-
Cant. 5 c dit: cum in Cantico canticorum canitur: *Sponſa mea, amica mea, proxima mea: dilecta mea, colũba mea.* Sponſa in Patriarchis: amica in Prophetis: proxima in Ioſeph & Maria: dilecta in Ioanne Baptiſta: columba in
Matt. 10 Chriſto & Apoſtolis, quibus dicitur: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Sequitur.

a ¶ *Ego, &c.*] Dei vero fluuius
Pſal. 45 a ſemper plenus, ſemper eſt æqualis: de quo dictum eſt: *Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei.* Quid intereſt inter aquam & Spiritum ſanctum, qui ferebatur ſuper aquas? Aqua miniſterium eſt hominis: Spiritus vero miniſterium eſt Dei. Vn-
Gen. 1. a de ſcriptum eſt: *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Super, inquit, non ſubter. Sicut excellẽ-
B tior eſt anima quam corpus quod regit: ita eminentior eſt ſpiritus quam anima. Sed manſit ſuper eum ſpiritus: hæc eſt vnctio Chriſti ſecundum
Pſal. 44. b carnem, de qua dicitur: *Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Oleum non poteſt eſſe ſub aqua, ſic Creator non poteſt eſſe ſub creatura. Oleum de magnitudine ſurgit radicis, & in pabulum luminis, & in medicamina vulnerum, & in refectionem eſurientium, in cacumine creſcit. Vnde fit vnctio corporis Chriſti: de amaritudine paſſionis, & peruenit ad gloriã reſurrectionis: vnde nos
Phil. 2. a Apoſtolus admonet, dicens: *Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu,* & reliqua vſque ad mortem, mortem autem crucis: Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: quia Dominus Ieſus in gloria eſt Dei patris.

b ¶ *Et factum eſt in diebus illis venit Ieſus, &c.*] Marcus Euangeliſta ſicut ſeruus ad fontes aquarum deſiderans, ſaltus in planis & arduis dat, & culmina ramum pratorum carpit, & palmas in vertice portat, & velut apis melliflua, flores agri, cui odor veri Iſaac ſimulatur, ſummatim guſtat: Vnde a Nazareth Galilææ venientem Ieſum ad baptiſmũ in Iordane à Ioanne acceptum enarrat, & ſtatim de aqua aſcendiſſe, & apertos cælos vidiſſe, & ſpiritum vt columbam deſcendiſſe, & in ipſo manſiſſe, & voce de cælis facta patris, in dilecto filio complacuiſſe, & ſpiritum eum in deſertum expuliſſe, & tentatum à Satana quadraginta diebus & noctibus fuiſſe cum beſtiis, & angelis miniſtrantibus commoratum eſſe. Qui ordo moraliter nobis ſecundum Chriſti exemplum ſequendus eſt, feſtinantibus ad conſortia angelica, quem Ieſus prius opere oſtendit quam voce doceret. Sic nos de volubilitate mundi, pendulæ voluntatis odore floris mũdicia tracti, cum adoleſcentibus poſt ſponſum currimus, & per baptiſmi ſacramenta de duobus fontibus dilectionis Dei & proximi à gratia remiſſionis abluimur, & aſcendentes ſpe, cœleſtia ſecreta mundis cordis oculis inuenimus. Dehinc Spiritum ſanctum ſpiritu contrito & humiliato cum ſimplici corde deſcendentem ad manſuetos, & cum charitate nunquam cadente manentem ſuſcipimus & vox
Matt. 5 a de cælis Domini ad nos à Deo dilectos dirigitur. *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Et tunc in nobis complacet pater cum filio & Spiritu ſancto, quando efficimur vnus CANON
ſpiritus cum Deo. Vnde filius patrem interpellat pro nobis C
dicens: *Pater ſancte, conſerua eos in nomine tuo, quos dediſti* Ioan. 17. b
mihi, vt ſint vnum ſicut & nos vnum ſumus. Tunc ſpiritus nos expellit in deſertum quadragenario numero tentandos à Satana: vt patientia nobis probationem, probatio autem ſpem ſpes vero charitatem generet: Cum *non ſit nobis collu-* Epheſ. 6. b
ctatio aduerſus carnem & ſan- e 5
guinem, ſed aduerſus principatus I.
& reliqua. Et tunc beſtiæ pacatæ erunt nobiſcum, cum in arca animæ noſtræ, munda cum f 6
immundis animalibus manſueſcimus, & cum leonibus ſi- II.
cut Daniel cubamus: cum ſpi- Dan. 6. d
ritus non ſit aduerſus carnem Gal. 5 c
& ſanguinem, nec caro concu- g 7
piſcit aduerſus ſpiritum. Poſt VI.
hæc angeli miniſtri, qui vident h 8
faciem patris noſtri in cælis, IV.
ſemper mittuntur nobis, vt re- i 9
ſponſa & ſolatia cordibus ve- VI.
gilantibus dent, dicentes: *Exaudita eſt oratio tua:* Et, *nolite timere, Ieſum quærentes Nazarenum.* Et, ego quos amo ar- K 10
guo & caſtigo: Et, *vincenti da-* II.
bo edere de ligno, quod eſt in pa- Apoc. 3. a / Infr. 16. b / Apoc. 2. a
radiſo Dei mei. Sequitur, l 11
c ¶ *Poſtquam, &c.*] poſtquam VI.
accepimus gratiam pro gratia carnalia decollantur, ſpirituali viuificantur, ceſſante vmbra D
adeſt veritas. Ioannes in carcere: lex in Iudæo: Ieſus in Galilæa: ſalus in gentibus, prædicans Euangelium regni: *Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Matt. 5. a
Regno terreno ſuccedit paupertas: paupertati Chriſtianorum retribuitur regnum ſempiternum. Vnde Dominus dicit: *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Ioan 18. g
Omnis enim honor terrenus ſpumæ aquæ gracili, vel fumo vel ſomnio comparatur. Sequitur,

d ¶ *Pœnitemini, &c*] Nam niſi credideritis, non intelligetis. Amaritudinem radicis, dulcedo pomi compenſat: pericula maris, ſpes lucri delectat: dolorem medicinæ, ſpes ſalutis mitigat. Qui deſiderat nucleum, frangit nucem. Pœnitentiam agit qui vult æterno bono adhærere. Præconia Chriſti narrare digne poſſunt, qui ad palmam indulgentiæ meruerint peruenire. Poſt hæc vocantur miſſi quatuor piſcatores, Simon & Andreas, Iacobus & Ioãnes: relictis retibus, patre & naue cum mercenariis. Hac quadriga vehimur ad æthera, vt Elias: his quatuor angulis conſtruitur prima eccleſia, his quatuor literis Hebraicis, id eſt, tetragrammaton nomen Domini agnoſcitur à nobis. Quibus ſimili exemplo præcipitur, vt audiamus vocem Domini vocantis, & obliuiſcamur populum vitiorum, & domum paternæ traditionis, quæ eſt ſtultitia Deo: & rete aranearum, in quo nos velut calices pene lapſos tenebat aër inanis, nauẽ priſtinæ conuerſationis abominantes: pellibus enim mortuis tegitur Adam, qui genitor eſt noſter ſecundum carnem. Et nunc depoſito vetere homine cum actibus ſuis, nouum ſequentes hominem, pellibus tegimur Salomonis, quibus Cant. 1. b
ſponſa gloriatur ſe factam eſſe formoſam. Simon, obediens: Andreas, virilis: Iacob, ſupplantans: Ioannes gratia, in Latino ſonat. Quibus quatuor nominibus in agmen domini coniungimur, obedientia, vt audiamus: virilitate, vt pugnemus, ſupplantatione, vt perſeueremus, gratia, vt conſeruemur. *Niſi enim Dominus ædificauerit domum, in vanũ la-* Pſal. 126. a
borant qui ædificant eam. Quæ quatuor virtutes Cardinales dicuntur, quia per prudentiam obedimus, per iuſtitiam viriliter agimus, per temperantiam ſerpentem calcamus, per fortitudinem gratiam Dei meremur. Curis fratrum occupatus, Marcum Euangeliſtam explanare, vt volui, non valui:

CANON ſed illum imitatus ſummatim
E eius propria tãgo,& ſicut Ruth
m 12 cognata Chriſti ſpicas & race
VIII. mos de poſt metentes, Noëmi
n 13 orbatæ colligo. Sed vt vtinam ad
II. Booz per hãc penuriam meam
o 14 conuiuia peruenirem, furtum
VIII. laudabile faciens. Marcus di
Ruth.2.4 cta Euangelij in ſemetipſo nõ
in ſemetipſis diſponens, ordi-
nem hiſtoriæ non ſecutus, my-
ſteriorum ordinem ſeruat. Vn-
de in ſabbatis primam virtu-
tem narrat, dicens.

Et a ingrediuntur Capharnaũ, & ſtatim ſabba-
tis ingreſſus in ſynagogã docebat eos. n Et ſtu-
pebãt ſuper doctrina ei9. Erat.n. docẽs eos, qua-
ſi poteſtatẽ habẽs, & nõ ſicut ſcribæ o Et erat in
ſynagoga eorũ homo in ſpiritu immũdo, & ex-
clamauit, dicẽs: Quid nobis & tibi Ieſu Nazare-
ne: veniſti perdere nos? Scio qui ſis, Sãctus Dei.
Et cõminatus eſt ei Ieſus, dicens: Obmureſce, &
exi de homine. Et diſcerpens eũ ſpiritus immũ-
dus, & exclamãs voce magna, exiit ab eo. Et mi-
rati ſunt omnes, ita vt conquirerent inter ſe, di-
cẽtes: Quidnã eſt hoc? Quæ nam doctrina hæc
noua? Quia in poteſtate ſpiritib. immũdis im-
perat, & obediũt ei. Et proceſſit rumor eius ſta-
tim in omnẽ regionẽ Galilææ: p Et protinus e-
grediẽtes de ſynagoga venerũt in domũ Simo-
nis & Andreæ cũ Iacobo & Ioanne Recũbebat
aũt ſocrus Simonis febricitãs, & ſtatim dicunt
ei de illa. Et accedẽs eleuauit eã apprehenſa ma
nu eius: & continuo dimiſit eam febris, & mini-
ſtrabat eis. Veſpere autem facto cum occidiſſet
ſol, afferebant ad eum oẽs male habẽtes, & dæ-
monia habentes. Et b erat omnis ciuitas cõgre-
gata ad ianuã, & curauit multos qui vexabãtur
varijs lãguoribus. q Et dæmonia multa eijciebat,
& nõ ſinebat eos loqui, quoniam ſciebãt eũ. r Et
diluculo valde ſurgẽs egreſſus abiit in deſertũ
locum, ibiq; orabat: & proſecutus eſt eũ Simon,
& qui cum illo erant. Et cũ inueniſſent eum, dixerunt ei, quia omnes quæ-
runt te. Et ait illis: Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicẽ:
Ad hoc.n. veni. Et erat prædicans in ſynagogis eorum, & in omni Galilæa,
& dæmonia eijciẽs. ſ Et venit ad eum leproſus deprecãs eum, & genu fle-
xo dixit: Si vis, potes me mundare. Ieſus autẽ miſertus eius, extendit ma- H
num ſuã, & tangens eum, ait illi: Volo, mũdare. Et cum dixiſſet, ſtatim diſ-
ceſſit ab eo lepra, & mũdatus eſt: & cõminatus eſt ei, ſtatimque eiecit illũ,
& dicit ei. Vide nemini dixeris: ſed vade oſtende te principi ſacerdotum, &
offer pro emundatione tua quæ præcepit Moyſes in teſtimonium illis. t At
ille egreſſus cœpit prædicare & diffamare ſermonẽ: ita vt iam c non poſſet
manifeſte introire in ciuitatẽ, ſed foris in deſertis locis eſſe, & cõueniebãt
ad eum vndique.

CAPVT II.

ET a iterũ d intrauit Capharnaum poſt dies: & auditum eſt quod in do-
mo eſſet, & conuenerunt multi, ita vt non caperet neque ad ianuã, &
loquebatur eis verbũ. Et venerũt ad eum ferentes paralyticum, qui à qua-
tuor portabatur: & cũ non poſſent offerre eum illi præ turba, nudauerunt
tectũ vbi erat, & patefacientes ſubmiſerunt grabatum in quo paralyticus
iacebat. Cũ autem vidiſſet Ieſus fidem illorum, ait paralytico: Fili dimittũ-
tur tibi peccata tua Erant autẽ illic quidam de ſcribis, ſedentes & cogitã-
tes in cordib. ſuis: Quid hic ſic loquitur? Blaſphemat. Quis poteſt dimittere
peccata, niſi ſol9 Deus? Quo ſtatim cognito Ieſus ſpiritu ſuo, quia ſic cogita
rẽt intra ſe, dicit illis: Quid iſta cogitatis in cordib. veſtris: Quid eſt faci-
li9 dicere paralytico, dimittũtur tibi peccata, an dicere: Surge, tolle graba-
tum tuũ, & ambula? Vt autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatẽ
in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico, Surge, tolle grabatũ
tuũ, & vade in domum tuam. Et ſtatim ſurrexit ille: & ſublato grabato
abiit inde corã omnibus: ita vt mirarẽtur omnes, & honorificarent Deum,
dicẽtes: quia nunquã ſic vidimus. b Et regreſſus eſt rurſus ad mare, omniſq.
turba veniebat ad eũ: & docebat eos. Et cum præteriret, vidit Leui Alphei
ſedentẽ ad telonium, & ait illi: Sequere me. Et ſurgẽs ſecutus eſt eum. c Et
factũ eſt cum accumberet in domo illius: multi publicani & peccatores ſi-
mul diſcũbebant cum Ieſu & diſcipulis eius. Erant enim multi, qui ſeque-
bantur eũ. Et ſcribæ & phariſæi vidẽtes quia manducaret cum peccatori-
bus & publicanis, dicebãt diſcipulis eius. Quare cũ publicanis & peccato-
rib mãducat & bibit magiſter veſter? d Hoc audito, Ieſus ait illis: Non ne-
ceſſe habẽt ſani medico, ſed qui male habẽt. Non enim veni vocare iuſtos,
ſed peccatores, Et erãt diſcipuli Ioannis & phariſæi ieiunãtes, & veniunt &
dicunt

a ¶ *Et, &c.*] Capharnaum vil-
p 15 la conſolationis interpretatur:
II. ſabbathũ autẽ requies. Homo
in ſpiritu immundo, genus hu-
manum eſt, in quo immũdicia
regnauit ab Adã vſq; ad Moy-
Rom 2. b ſen. Nam *qui ſine lege peccaue-
runt, ſine lege perierunt*: qui
ſciens ſanctum Dei, obmuteſ-
cere iubetur? dũ ſcientes quidẽ
Deũ, non ſicut Deum glorifi-
cauerunt, ſed ſeruierunt poti9
creaturę quã creatori. Spiritus
q 16 diſcerpens hominem exiit ab
VIII. eo. Appropinquante ſalute, ap-
r 17 propinquat tentatio. Pharao
VIII. dimiſſus ab Iſraël perſequitur
Iſraël: diabolus contemptus
ſurgit in ſcandala. Socrus Pe-
tri febricitans, ſecunda virtute
F leuatur, & apprehenſa manu
ſ 18 eius ſanatur. Febris intempe-
II. rantiam ſignificat, de qua nos
filij ſynagogæ per manum di-
ſciplinæ, & eleuationem deſi-
derij ſanamur, & huius qui ſa-
nat nos ad veſperum declinã-
t 19 tis à nobis miniſtramus volũ-
X. tati.

b ¶ *Et erat, &c.*] Ianua regni
moraliter pœnitentia eſt cum
fide, quę operatur ſalutem lã-
a 20 guoribus varijs. Varia etenim
I. ſunt vitia, quibus lãgueſcit ci-
uitas mũdi. Vnde leproſus ter-
tia virtute mũdatur, deprecãs
genu flexo Domini voluntatẽ,
qui non vult mortem peccato-
ris, ſed vt conuertatur & viuat.
Lepra noſtra, peccatum primi
hominis eſt, quę à capite cœ-
pit, quando regna mũdi deſi-
1.Tim 6.b derauit. *Radix enim omniũ ma-
4 Reg.6 f lorum eſt cupiditas.* Vnde Giezi
auaritia ſecutus lepra ſuffũdi-
tur, quæ ſacerdoti vero ſecun-
dum ordinem Melchiſedech
oſtenſa oblatione mundatur
b 21 dicenti: *Date eleemoſynam, &
II. ecce omnia munda ſunt vobis.*
Luc. 11.f Sequitur de proprijs Marci.

c 22 c ¶ Quod *non poterat Ieſus
II. manifeſte in, &c.*] Certe non
omnibus manifeſtatus eſt Ie-
ſus, qui latis atque planis ſer-
muni laudibus, & proprijs vo-
luptatibus: ſed his qui foris cũ
d 23 Petro exeunt, & in deſertis lo-
II. cis, quæ elegit Dominus ad o-
randum & reficiendum popu-
lum: qui deſerunt delectatio- G
nes mundi, & deſerunt omnia, Pſal.118.
quæ poſſident, vt dicãt: *Portio
mea Dominus.* Gloria vero Do-
mini manifeſtatur his, qui con-
ueniunt vndiq;, id eſt, per pla-
na & ardua, quoſq; nihil po-
teſt à charitate Chriſti ſepara-
re.

CAPVT II.

ET d *iterum intrauit Capharnaum, &c. Et venerunt ad
eum, &c.*] Deinde quarta vir-
tute, veniũt quatuor viri por-
tantes paralyticum in graba-
to, qui turba offenſi nudant
tectum. Quorum per fidem di-
mittuntur paralytico peccata:
qui portat lectum, quo porta-
tus eſt, & vadit in domum ſuã
coram omnibus. Paralyſis au-
tem typus eſt torporis, quo pi-
ger iacet in mollicia carnis, ha-
bẽs deſiderium ſalutis, & tor-
poris ignauia & duplis cogita-
tionibus: ac ſi eneruatus mem-
bris offendit quẽ portant qua-
tuor quas ſupradiximus virtu-
tes, ad regulas diuinitatis & ſa-
pientiæ in domo carnis Chri-
ſti patefactas. Cui vice dicitur
muneris,

A muneris, portare carnem quæ ſe portabat, vt per aliam viam cum Magis in ſuam redeat regionem. Poſt hæc vocatur Leui Alphei. Leui appoſitus interpretatur, qui relicto telonio negotiorum ſecularium, ſolum ſequitur verbum, quod dicit: Qui non renunciauit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

dicunt illi: Quare diſcipuli Ioannis & phariſæorum ieiunant: tui autem diſcipuli nõ ieiunant? Et ait illis Ieſus: Nunquid poſſunt filii nuptiarũ quamdiu cum illis ſponſus eſt ieiunare? Quanto tempore habent ſecum ſponſum, non poſſunt ieiunare. Venient autem dies cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Nemo aſſumentum panni rudis aſſuit veſtimento veteri: alioquin aufert ſupplementum nouũ à veteri, & maior ſciſſura fit. Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin diſrumpet vinum vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mitti debet. [e] Et factum eſt iterum cum Dominus ſabbatis ambularet per ſata, & diſcipuli eius cœperunt prægredi, & vellere ſpicas. Phariſæi autem dicebant ei: ecce quid faciunt diſcipuli tui ſabbatis, quod non licet. Et ait illis: Nunquam legiſtis quid fecerit Dauid, quando neceſſitatem habuit, & eſuriit ipſe & qui cum eo erant: quomodo introiuit in domum Dei ſub Abiathar principe ſacerdotum, & panes propoſitionis mãducauit, quos non licebat manducare niſi ſacerdotibus, & dedit eis & qui cum eo erant. Et dicebat eis. [f] Sabbatum propter hominem factum eſt, & non homo propter ſabbatum. Itaque Dominus eſt filius hominis etiam ſabbati.

CAPVT III.

ET [a] introiuit [a] iterum in ſynagogam, & erat ibi homo habens manum aridam, & obſeruabãt eum ſi ſabbatis curaret, vt accuſarẽt illum. Et ait homini habenti manum aridam: Surge in medium. Et dicit eis: Licet ſabbatis bene facere, an male? animam ſaluam facere, an perdere? At illi tacebant. Et circunſpiciens eos in ira, contriſtatus ſuper cęcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuã. Et extendit, & reſtituta eſt manus illius. [a] Exeuntes autẽ phariſæi, ſtatim cũ Herodianis conſilium faciebant aduerſus eum, quomodo eum perderent. [b] Ieſus autem cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare, & multa turba à Galilæa & Iudæa ſecuta eſt eũ, & ab Hieroſolymis & ab Idumęa, & trãs Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidonẽ, multitudo magna, audientes quę faciebat, venerũt ad eum. Et dixit diſcipulis ſuis, vt in nauicula ſibi deſeruirent propter turbã, ne comprimerent eum. Multos enim ſanabat, ita vt irruerent in eum, vt illũ tangerent quotquot habebant plagas. [c] Et ſpiritus immundi cum illum videbant, procidebant ei. Et clamabant, dicẽtes: Tu es filius Dei: & vehementer comminabatur eis, ne manifeſtarent illum. [d] Et aſcendens [b] in montem vocauit ad ſe quos voluit ipſe, & venerunt ad eum. Et fecit vt eſſent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædicare. Et dedit illis poteſtatẽ curandi infirmitates, & eiiciẽdi dęmonia. [e] Et im-

CAP. III.

ET a introiuit, &c.] Quinta virtute, erat homo manũ habens aridam, cui dicitur: Extende manum tuam: qui ſignificat auaros: qui nolentes dare, volunt accipere, prædari & non largiri. Quibus dicitur, vt extendant manus ſuas, id eſt, *qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando manu ſua quod bonum eſt, vt habeat vnde communicet indigentibus.* Epheſ. 4.f

b ¶ *Et aſcendens*, &c.] Eſt conſuetudo ſcripturæ diuinæ allegorice loqui, & cum aliud dicat, aliud velit intelligi. Quod in Euangeliis poſitum frequenter inuenies: ſed nobis neceſſe eſt, vt ſic excelſiora ſenſibus noſtris applicemus, vt tamen cuncta ſecundum hiſtoriæ veritatem cernamus: Chriſtus enim ſolus ſpiritualiter mons eſt: mons quidem breuiter à nobis laudatus, ſed cœleſtium rerum qualitate copioſus: ex quo aquæ viuæ decurrunt, lac in paruulorum ſalutem præparatur, pinguedo ſpiritualis
B agnoſcitur, & quidquid ſumme bonum creditur, in montis iſtius eſt gratia conſtitutũ: qui eſt mons montium, & ſanctos Sanctorum, quos quotidie ad ſe de præſentibus ærumnis inuitat. In montem vocantur excelſi merito & verbo, vt locus meritis congruat altis, vt eſſent duodecim cum illo. Speciem Iacob dilexit Dominus, *& cum diuideret altiſſimus gentes & ſepararet filios Adæ, ſtatuit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael*: vt ſint ipſi ſuper thronos duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael: quibus data eſt poteſtas, quam filius à patre accepit ſecundum carnem, vt opera quæ ipſe fecit & ipſi faciant, & maiora horum faciant. *Et impoſuit Simoni nomen Petrus.* De obedientia aſcendit ad agnitionem. Qui enim habet, dabitur ei & abundabit: & Iacobum, qui ſupplantat habet tota deſideria carnis: & Ioannem qui gratia accepit quod alii per laborem tenent: & impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt filii tonitrui: quorum trium ſublime meritum, in monte meretur audire tonitruũ patris per nubem de filio tonantis: Hic eſt filius meus dilectus: vt per nubem carnis, & ipſi ignem verbi ac ſi fulgura

Deut. 32.f
Ioan. 14.b

in pluuiam, ſpargerent in terris: quoniam Deus fulgura in pluuiam fecit, vt extinguat miſericordia quod iudicium inurit: vnde Propheta dicit: *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Et Andream qui virili forma vim facit perditioni ſuæ, vt reſponſum mortis in ſe ſemper habeat, & anima eius ſit ſemper in manibus ſuis. Et Philippum, qui eſt os lampadis, qui illuminare poteſt ore quod corde concepit. Cui dedit Dominus apertionem oris illuminati. Scimus hunc modum locutionis proprium ſcripturarum eſſe diuinatum, quando Hebræa nomina ad aliquod myſterium ſignificationis ſunt poſita, quod nunc Euangeliſta ex Dei perſona vehementer affectans interſerit. Et Bartholomæũ qui filius eſt ſuſpendentis aquas. Et quis eſt filius ſuſpendentis aquas, niſi qui dixit: *Et mandabo nubibus meis ne pluant ſuper eam imbrem?* Nomen vero filii Dei, per pacem & dilectionem acquiritur inimici. *Beati enim pacifici, quoniam filii Dei ſunt*: &, Diligite inimicos veſtros, vt ſitis filii Dei, & reliqua. Et Matthæum, qui eſt donatus, cui donatur à Domino vt non ſolum remiſſionem peccatorum adipiſcatur: ſed in numero aſcribatur Apoſtolorum, vt leo & bos ſimul comedant, & lupus cum agno paſcatur. Et Thomam, qui eſt abyſſus. Multi enim profunda ſcientes Dei, minime proferunt, vt Paulus ait: *Scio hominem*, & reliqua, vſque quę non licet homini loqui. Et Iacobum Alphei, id eſt, docti vel milleſimi. Cuius à latere cadunt mille, & decẽ millia à dextris eius. Iacobus alter, cui colluctatio non eſt aduerſus carnem & ſanguinem: ſed aduerſus ſpirituales nequitias. Et Thaddæum, qui eſt cordis cultor, qui conſeruat cor ſuũ omni cuſtodia. Munditia namque cordis Deus videtur, vt per vitrum mundum forma oſtenditur expreſſa. Et Simonem Chananæũ, qui & zelotes. Simon ponens triſtitiã interpretatur. *Beati* namque *qui lugent quoniã ipſi conſolabuntur.* Trinum luctum implet, qui conſolationem futuram quærit. Deflet peccata propria, cum Dauid & Maria: flet cũ flentib. cum Paulo, & flet multum cum Ioanne qui dicebat: *Et ego flebam multum: quia nemo dignus inuentus eſt, qui aperiret librum & ſolueret ſignacula eius.* Zelotes autem dicitur, quem zelus domus Dei comedit, vt Phinees ſacerdos, vt ceſſet quaſſatio. *Et Iudam Iſcariotem qui tradidit illum*: qui non delet peccatum ſuum per pœnitentiam, nec illud deletur per memoriam. Vnde de eo dicitur: *Et peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra dominum ſemper.* Iudas, confidens vel

CANON C
Pſal. 134.b
Pſal. 100.a
e 24 II.
Eſa. 5.b
Matt. 5.a
f 25 II.
Eſai 65.d
a 26 IV.
D
2. Cor. 12.a
Pſal. 90.b
Epheſ. 6.b
b 27 I.
Rom 12.d
c 28 VIII.
Apoc. 5.a
d 29 I I.
Pſal. 68.b
Ibid. 108.b
Pſal. 108.b

Canon. glorioſus interpretatur. Iſca-
E riotis autem, memoria mortis.
c 30 Confeſſores ſunt multi in ec-
II. cleſia ſuperbi & glorioſi, quo-
rum primus Simon Magus &
Arius, & cæteri hæretici: quo-
rum memoria mortalis ideo in
f 31 eccleſia celebratur, vt deuiten-
X. tur. Hæ ſunt duodecim diffe-
rentiæ Apoſtolorum & Prædi-
catorum: qui terni, quaterni
circa tabernaculum Domini
g 32 excubant, & ſancta Domini
II. verba humeris operum pro-
prius portant, vt tabernaculum
h 33. vnum manſionibus multis ad
II. terram repromiſſionis portét:
quos vnius exemplum ad ti-
morem humiliat, vt angelos
Luciferi illius caſus conſeruat:
1. Cor. 10 d Hier. 9 f vt *non glorietur ſapiens in ſa-
pientia ſua, ſed qui gloriatur, in
Domino glorietur.*

a ¶ *Et veniunt ad domum*, &c.]
i 34 Hic proprie Marcus conueni-
II. re Ieſum cum diſcipulis ſuis ad
domum narrat: Et iterum tur-
bas, vt non poſſent panem má-
ducare, conueniſſe comme-
morat: Et diſcipulos putaſſe
k 35 quod in furorem verteretur:
II quia ſcribæ, qui ab Hieroſoly-
mis venerant, dicebant: Beel-
zebub habet. Sicut *exaltantur*
F *cæli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ
Domini à viis noſtris.* Ad hoc
namque venit quod audiuit &
Matt. 5 a patitur, qui nobis dicit: *Beati
eritis cum maledixerint vobis
homines*, & reliqua vſque mer-
ces veſtra in cælis. Domus ad
a 36 quam veniunt, primitiua eſt
I. eccleſia Turbæ quæ impediút
panem manducare, peccata &
vitia ſunt, quia qui manducat
1. Cor. 11 f indignè, iudicium ſibi man-
ducat & bibit, non diiudicans
corpus Domini. Vnde Domi-
nus in furorem vertitur, cum
Ioan. 6 f dicit: *Niſi manducaueritis car-
nem filij hominis*, & reliqua, vſ-
que, *non habebitis vitam in vo-
bis.*

b ¶ *Et qui blaſphemauerit in
Spiritum ſanctum*, &c.] Quia
non meretur pœnitentiam a-
gere vt recipiatur, qui Chriſtú
intelligens, principem dæmo-
b 37 niorum eſſe dicebat: quia nun-
I. quam ſoluitur à carcere, qui
quadrantem verbi nouiſſimú
non ſoluerit ante finem vitæ.
Quatuor namque partibus de-
c 38 narius vitæ fundatur æternæ,
II. vt quod corde credis, ore con-
fitearis, & quod confiteris, o-
pere impleas, & quod imple-
ueris docere non ceſſes. *Qui
Matt. 5 c enim fecerit & docuerit, hic ma-
gnus vocabitur in regno cælo-
rum.*

c ¶ *Et veniunt mater eius &
fratres*, &c.] Vt ſciamus nos
eſſe fratres eius & matrem, ſi

[e] Et impoſuit Simoni nomē Petrus, & Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrē Iacobi, & impoſuit eis nomina Boanerges: quod eſt filii tonitrui: & Andream, & Philippum, & Bartholomęum, & Matthæum, & Thomā, & Iacobum Alphei, & Thaddęum, & Simonē Chananęum, & Iudam Iſcariotem, qui & tradidit illū. [f] Et [a] veniunt ad domum, & conuenit iterum turba, ita vt non poſſent neque panē mãducare, & cum audiſſent ſui, exierunt tenere eū. Dicebant enim, quoniam in furorem verſus eſt. [g] Et ſcribæ qui ab Hieroſolymis deſcenderant, dicebāt, quoniā Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorū eiicit dæmonia. [h] Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis. Quomodo poteſt Satanas Satanā eiicere? Et ſi regnum in ſe diuidatur, non poteſt regnum illud ſtare. Et ſi domus ſuper ſemetipſam diſpertiatur, non poteſt domus illa ſtare: & ſi Satanas conſurrexerit in ſemetipſum, diſpertitus eſt, & nō poterit ſtare, ſed finē habet Nemo poteſt vaſa fortis ingreſſus in domū diripere, niſi prius fortē alliget, & tūc domū eius diripiet. [i] Amen dico vobis, quoniā omnia dimittētur filiis hominū peccata & blaſphemiæ quibus blaſphemauerūt Qui [b] aūt blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non habet remiſſionē in æternum, ſed reus erit æterni delicti: quoniā dicebant, ſpiritū immundum habet. [k] Et veniunt mater eius & fratres, & foris ſtantes miſerunt ad eum vocantes eum, & ſedebat circa eum turba & dicūt ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. Et reſpondens eis ait. Quæ eſt mater mea, & fratres mei? Et circumſpiciens eos qui in circuitu eius ſedebāt, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatē Dei, hic frater meus, & ſoror mea, & mater mea eſt.. Cap. IV.

Et [a] iterum [d] cœpit docere ad mare, & congregata eſt ad eum turba multa, ita vt in nauim aſcendens, ſederet in mari, & omnis turba circa mare ſuper terrā erat: & docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina ſua: Audite. Ecce exiit ſeminans ad ſeminandum. Et dū ſeminat, aliud cecidit ſecus viā, & venerunt volucres cæli & comederunt illud. Aliud vero cecidit ſuper petroſa vbi nō habuit terram multā, & ſtatim exortum eſt, quoniā non habebat altitudinem terræ: & quando exortus eſt ſol, exæſtuauit, & eo quod non habebat radicē, exaruit. Et aliud cecidit in ſpinas, & aſcenderunt ſpinæ, & ſuffocauerunt illud, & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum aſcendentem & creſcentem, & afferebat vnum triceſimum, & vnum ſexageſimum, & vnum centeſimum. Et dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat. Et cum eſſet ſingularis, interrogauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim parabolam Et dicebat eis: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei [b] illis autem qui foris ſunt in parabolis omnia fiunt, vt videntes videant, & non videant: & audientes audiant & non intelligant, ne quando conuertantur & dimittantur eis peccata. Et ait illis. Neſcitis parabolam hanc, & quomodo omnes parabolas cognoſcétis? [c] Qui ſeminat, verbum ſeminat Hi autem ſunt qui circa viam vbi ſeminatur verbum: & cum audierint, confeſtim venit Satanas & aufert verbum quod ſeminatum eſt in cordibus eorum. Et hi ſunt ſimiliter qui ſuper petroſa ſeminantur, qui cum audierint verbum, ſtatim cum gaudio accipiunt illud: & non habent radicē in ſe, ſed temporales ſunt, deinde orta tribulatione & perſecutione propter verbum, confeſtim ſcandalizantur. Et alii ſunt qui in ſpinis ſeminantur. Hi ſunt qui verbum audiunt, & ærumnæ ſæculi & deceptio diuitiarum, & circa reliqua cōcupiſcentiæ introeuntes ſuffocant verbum, & ſine fructu effi-

voluntatem patris eius impleuerimus, vt cohæredes ſimus eius qui non in ſexibus, ſed in factis diſcernit.

Capvt IV.

Et *iterum cœpit*, &c.] Vt locus docendi indicet, auditores amaros fuiſſe, ac inſtabiles. Et ideo in parabolis loquitur eis, vt requirerent quod non intelligerent, & per apoſtolos quos contemptos habebant, diſcerent myſterium regni quod ipſi non habebant. Mare, mundum iſtum debere ſuſcipi, frequenti lectione iam notum eſt, quod & guſtu amarum eſt, & vitiorum fluctibus inquietum eſt. Sed ab ipſo Domino eripi potuiſſent, qui amara mutat in dulcedinem, triſtitia vertit in gaudium, & ægritudines deteſtabiles in ſalutem Parabola eſt natura diſcrepantium rerum, ſub aliqua ſimilitudine facta comparatio, more prouidentiæ ſuæ: vt qui cæleſtia capere non poterant, per ſimilitudines terrenas, audita percipere potuiſſent. Παραβολὴ Græco vocabulo dicitur ſimilitudo, quando illud quod intelligi volumus, per comparationes aliquas indicamus: Si enim ferreum quempiam dicimus, quando durum ac fortem deſideramus intelligi, H
cum velocem ventis aut auibus comparamus: Quod in triceſimo, & ſexageſimo, & centeſimo fructu continetur, hoc eſt lege, & prophetia, & euangelio, quod in ore trium teſtiú myſterium regni in monte oſtenſum, id eſt Moyſi, & Eliæ, Matt. 17 a
& Ieſu conſiſtat.

a ¶ Et

citur

A a ¶ *Et dicebat illis: Nunquid venit lucerna, &c.*] Lucerna, verbum eſt de tribus ſeminibus. Modios autem regẽs, auditus eſt inobediennum. Candelabrum Apoſtoli ſunt, quos illuminauit verbum Domini abſconditum & occultum. Parabola vtriuſque ſeminis eſt. In palam vero venit, dum à Domino tractatur. Et dicebat: In qua mẽſura menſi fueritis, remetietur vobis. Et enim ſecũdum menſuram fidei, vnicuique diuiditur intelligentia myſteriorum, & adiicietur, dum ſcientiæ etiam adiicientur virtutes. Qui enim habet, dabitur ei, id eſt, qui habet fidem, habebit virtutem: Et qui habet opus verbi, habebit intelligentiam myſterii. Et qui non habet contra fidem, deficit virtute. Et qui non habet opus verbi, eius intelligentia caret. Et qui non intelligit, iam auditum perdidit, ac ſi non audiſſet.

b ¶ *Et dicebat: Sic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo iactet ſemen in terram, &c.*] Et hanc parabolam prædictis cõſequentem propriè ſumpſit Marcus. Scripturas nouimus

B diuinas, per ſimilitudines terrenas, plerumque cœleſtia ſacramenta monſtrare, ſicut totum corpus conſtat Euangeliorum. Regnum Dei, eccleſia eſt, quæ regitur à Deo, & ipſa regit homines, & cõtraria virtutibus vitia calcat, vt eſt centurio habens ſub ſe milites. Homo iactans ſemen, filius hominis eſt: ſemen, verbum vitę: terra, corda humana. Dormitatio hominis mors eſt Saluatoris. Exurgit ſemen nocte & die. Poſt ſomnum Chriſti, numerus credentium per aduerſa & proſpera magis magiſque germinabat in fide, & creuit in opere, dum neſcit ille. Tropus eſt iſta locutio, & in ſcripturis diuinis crebertima conſuetudine ſeminatur, id eſt, neſcire nos fecit, quis fructum in fine afferat, dum dicit, qui perſeuerauerit vſque in finem, ipſe ſaluabitur. Vltrò enim terra fructificat, dum voluntatem noſtram Deus expectat, dicens: *Si vis peruenire ad vitam ſerua mandata.* Matth.19.c Primum, herbam, id eſt, timorem. *Initium enim ſapientiæ timor Domini.* [illegible]1. Deinde ſpicam, id eſt, pœnitentiam lacrymoſam. Deinde plenum fructum in ſpica, id eſt, charitatem. *Plenitudo enim legis, charitas eſt.* Rom.13.c

c ¶ *Et cum ex ſe produxerit fructus, ſtatim mittit falcem, &c.*] Falx, eſt mors vel iudiciũ, quod ſecat omnia: quoniam adeſt

citur. Et hi ſunt qui ſuper terrã bonam ſeminati ſunt qui audiunt verbũ & ſuſcipiunt, & fructificant, vnum triceſimũ, vnum ſexageſimũ, & vnũ centeſimum. d Et a dicebat illis, Nunquid venit lucerna vt ſub modio ponatur, aut ſub lecto: Nõ ne vt ſuper candelabrum ponatur? e Nõ eſt enim aliquid abſcõditum quod nõ manifeſtetur, nec factũ eſt occultũ quod nõ veniat in palã. Si quis habet aures audiẽdi audiat. f Et dicebat illis: Videte quid audiatis. In qua mẽſura menſi fueritis, remetietur vobis, & adiicietur vobis. g Qui n. habet dabitur illi, & qui nõ habet, etiã quod habet, auferetur ab eo. h Et b dicebat: Sic eſt regnũ Dei, quẽadmodum ſi homo iaciat ſemẽtẽ in terrã, & dormiat & exurgat nocte & die, & ſemẽ germinet & increſcat dũ neſcit ille. Vltro. n. terra fructificat. primũ herbã, deinde ſpicã, deinde plenũ frumẽtum in ſpica. Et c cũ ex ſe produxerit fructus, ſtatim mittit falcẽ, quoniã adeſt meſſis. i Et dicebat: Cui aſſimilabim' regnũ Dei, aut cui parabolę cõparabimus illud? Sicut granũ ſinapis, quod cũ ſeminatũ fuerit in terra, minus eſt omnibus ſeminibus quæ ſũt in terra. & cũ ſeminatũ fuerit aſcẽdit & fit maius omnibus holeribus, & facit ramos magnos, ita vt poſſint ſub vmbra eius aues cœli habitare. k Et talib. multis parabolis loquebatur eis verbũ, prout poterant audire, ſine parabola autẽ nõ loquebatur eis. l Seorsũ d autẽ diſcipulis ſuis diſſerebat omnia. m Et ait illis in die illa cũ ſero eſſet factũ. Trãſeamus cõtra. Et dimittẽtes turbã, aſſumũt eũ ita vt erat in naui, & aliæ naues erãt cum illo. Et facta eſt procella magna vẽti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. Et e erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiẽs, & excitãt eũ, & dicũt illi: Magiſter, non ad te pertinet quia perimus? Et exurgẽs cõminatus eſt vẽto, & dixit mari: Tace, obmuteſce. Et ceſſauit vẽtus, & facta eſt trãquillitas magna. Et ait illis: Quid timidi eſtis? Necdũ habetis fidẽ. Et timuerũt timore magno, & dicebãt ad alterutrum: Quis putas eſt iſte, quia vẽtus & mare obediunt ei?

CAP. V.

ET f venerunt trans fretum maris in regionẽ Geraſenorum. Et exeunti ei de naui, ſtatim occurrit de monumẽtis homo in ſpiritu immũdo, qui domiciliũ habebat in monumentis. Et neq; catenis iam quiſquã poterat eũ ligare: quoniã ſæpe cõpedibus & catenis vinctus, dirupiſſet catenas, & compedes cõminuiſſet, & nemo poterat eũ domare. Et ſemper die ac nocte in monumentis & in montibus erat, clamans & cõcidens ſe lapidibus. Videns autem Ieſum à longe, cucurrit & adorauit eũ, & clamans voce magna dixit. Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei altiſſimi? Adiuro te per Deũ, ne me torqueas. Dicebat enim illi: Exi ſpiritus immũde ab homine. Et interrogabat eum: Quod tibi nomen eſt? Et dicit ei. Legio g mihi nomẽ eſt: quia multi ſumus. Et deprecabatur eum multũ ne ſe expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus paſcẽs. Et deprecabantur eum ſpiritus, dicentes: Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. Et cõceſſit eis ſtatim Ieſus. Et exeuntes ſpiritus immundi, introierunt in porcos, & magno impetu grex prçcipitatus eſt in mare ad

meſſis, id eſt, conſummatio ſæculi: in qua iuſti gaudebunt, qui in lacrymis ſeminauerunt. — CANON C
Quod ſemen iterum ſimilat grano ſinapis, quod minimum in timore eſt, magnum autem — d 39 II.
in charitate, quę eſt maior omnibus holeribus: quia Deus — e 40 II.
charitas eſt. Et, *omnis caro fœnum.* Et, *qui infirmus eſt, holera manducat:* & fert ramos miſericordiæ & compaſſionis. — 1.Ioan.4.c Eſai.16.b Rom.14.a
Cuius ſub vmbra pauperes Chriſti, qui ſunt cœli animalia delectantur habitare. — f 41 II. g 42 II.

d ¶ *Seorſum autem diſcipulis ſuis, &c.*] Illi enim digni erant audire miſteria in penetrali intimo ſapiẽtiæ, qui remotis cogitationum malorum tumultibus in ſolicitudine virtutum permanebant. Sapientia enim eſt in tempore otij. De hinc ad mare veniunt, & fluctibus turbantur. — h 43 X. i 44 II.

e ¶ *Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens, & excitant eum, &c.*] Pupis, mortuis pellibus viuos continet & fluctus arcet, & ligno ſolidatur, id eſt, cruce, & morte Domini eccleſia ſaluatur. Ceruical, corpus Domini eſt, cui diuinitas ſicut caput inclinata eſt. Puppis, initium eccleſiæ eſt, in qua dominus dormit morte corporali: *Quia nunquam dormiet, qui cuſtodit Iſrael.* Comminatur vento & mari, vt taceat, de quo dicitur: *Tu dominaris poteſtati maris,* & reliqua. Ventus & mare, dæmones & perſecutores ſunt: quibus dicit, tace, quando compeſcit edicta regum iniquorum vt voluerit: quia *non eſt hominis, vt dirigat greſſus ſuos.* Tranquillitas magna, pax eccleſiæ eſt poſt preſſuram, ſiue theoria, poſt actualem vitam. — k 45 VI. l 46 X. m 47 II. D Pſal.120.a Pſal.88.b Prou.16.b

CAPVT V.

ET *venerunt trans fretum maris in regionem, &c. Et exeunti ei de naui, &c.*] Sexta virtute ſanatur, qui in monumentis domicilium habebat, nec catenis ligatus, nec compedibus. Nemo enim domare eum poterat. In montibus & in monumentis erat, clamans & concidens ſe lapidibus. Hic eſt deſperatiſſimus gentium populus, quem enumerat Apoſtolus: Superbus, elatus, immundus, ſanguinarios, idololatra, ignominioſus, nec in lege naturæ, nec Dei, nec humano timore alligatus. — 2.Tim.3.a

g ¶ *Cui legio nomen eſt, quia multi ſumus. Et deprecabatur eum multum ne ſe expelleret extra regionem, &c.*] Id eſt, decẽ millia, quæ cadunt ad dexterã — Pſal.90.b

CANON E patris quæ eſt Chriſtus. Cui dæmonio grex porcorum creditur: cui nihil eſt vtile, niſi vt ſimul in abyſſo, id eſt, in inferno, ſine reſpectu miſericordiæ ſuffocetur, per impetum immaturæ mortis, à quibus fugiunt multi qui paſcebant eos. Flagellato etenim ſtulto, ſapiens prudentior fit. Et ro-
Prou. 19. d
a 48.
VIII. gant Ieſum, vt exeat à finibus eorum, vt ait Petrus: *Exi à me domine, quoniam immundus ſũ:*
2 Reg. 6. b Ne tangant arcam Dei vt Oza. Homo ſanatus mittitur in domum ſuam, & prædicat in de-
b 49
II capoli: dum à Romano nunc regno, Iudæi conuertuntur, qui in littera tantùm pendent decalogi. Poſthæc venit Iairus archiſynagogus: quia *cum intrauerit plenitudo gentium, tunc*
Rom. 11. a *omnis Iſrael ſaluus fiet.* Iairus, ſiue illuminans ſiue illuminatus interpretatur, id eſt, Iudaicus populus vmbra literæ depoſita, ſpiritu illuſtratus & illuminatus, procidens ad pedes verbi, id eſt, ad incarnationem Ieſu ſe humilians, rogat pro filia. Qui ſibi viuit, alios viuere facit Abraham & Moyſes & Samuel ro-
F gant pro plebe mortua, & ſequitur Ieſus preces eorum. Septima virtute ſuſcitatur mortua: Sed intra viam tangit fimbriam retrò mulier ſanguinaria: quæ profligatam cum ſalute perdidit in medicos nihil proficientes ſubſtantiam. Septimo die requieuit Deus ab
Gen. 2. a omnibus operibus ſuis. Quando ſuſcitatur mortua intus, & ſemiuiua foris cum turbis, fluxus ſanguinis ſterilitatem facit. Vnde dicitur ad eccleſi-
Eſa. 54. a am gentium: *Lætare ſterilis, quæ non paris.*

a ¶ *Venit in turba retro, & tetigit veſtimentum eius,* &c.] Id eſt poſt reſurrectionem. Fim-
Exod. 28. a
a 50.
I. briam tangit, ac ſi cymbala & mala punica, quæ pendent de extremis oris tunicæ ſummi ſacerdotis. Cymbalum, confeſſionem: malum Punicum, martyrij voluntatem, & virtutum candorem, ſiue vnitatem ſignificat. Ad
b 51.
I. puellam dicitur: Talita cumi, id eſt puella ſurge. Archiſy-
c 52.
II. nagogo dicitur: Filia tua mortua eſt. Ieſus autem dixit: Non
d 53.
II. eſt mortua, ſed dormit. Verùmque eſt, mortua eſt vobis, mi-
e 54.
II. bi dormit. Annorum duodecim erat puella, & anni duo-
f 55.
II. decim erat mulier perpeſſa. Peccata non credentium, ap-
Gal. 3. a
g 56.
VIII. parent in initio fidei credentium. Vnde dicitur: *Credidit A-*
h 57. *braham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam.*

duo millia, & ſuffocati ſunt in mari. Qui aũt paſcebant eos, fugerunt, & nunciauerũt in ciuitatẽ, & in agros. Et egreſſi ſunt videre quid eſſet facti: & veniunt ad Ieſum, & vidẽt illũ qui à dęmonio vexabatur ſedentẽ veſtitũ & ſanæ mentis, & timuerunt. Et narrauerunt illis qui viderant, qualiter factum eſſet ei qui dæmoniũ habuerat, & de porcis Et rogare cœperũt eũ, vt diſcederet de finibus eorũ [a] Cumq; aſcenderet nauim, cœpit illum deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat, vt eſſet cũ illo. Ieſus aũt nõ admiſit eum, ſed ait illi. Vade in domum tuam ad tuos, & annuncia illis quãta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui. Et abiit, & cœpit pręd icare in decapoli, quanta ſibi feciſſet Ieſus, & oẽs mirabantur. [b] Et cũ tranſcẽdiſſet Ieſus in naui rurſus tranfretum, conuenit turba multa ad eum, & erat circa mare. Et venit quidã de archiſynagogis nomine Iairus, & vidẽs eũ. procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multũ, dicens. Quoniã filia mea in extremis eſt, veni, impone manꝰ ſuper eã, vt ſalua ſit, & viuat. Et abiit cũ illo, & ſequebatur eũ turba multa, & cõprimebant eum. Et mulier quæ erat in profluuio ſanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpeſſa à cõpluribꝰ medicis, & erogauerat omnia ſua, nec quicquã profecerat, ſed magis deterius habebat cum audiſſet de Ieſu, venit [a] in turba retro, & tetigit veſtimẽtũ eius. Dicebat enim, quia ſi vel veſtimẽtũ eius tetigero, ſalua ero. Et cõfeſtim ſiccatus eſt fõs ſanguinis eius, & ſenſit corpore, quia ſanata eſſet à plaga. Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cognoſcens virtutẽ quæ exierat de illo, cõuerſus ad turbã aiebat: Quis tetigit veſtimẽnta mea? Et dicebãt ei diſcipuli ſui: Vides turbã cõprimẽtem te, & dicis, quis me tetigit? Et circũſpiciebat videre eã quę hoc fecerat. Mulier vero timens & tremens, ſciens quod factum eſſet in ſe, venit & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatẽ. Ille autẽ dixit ei: Filia, fides tua te ſaluã fecit, vade in pace, & eſto ſana à plaga tua. Adhuc eo loquẽte, veniunt ad archiſynagogũ, dicentes: quia filia tua mortua eſt, quid vltra vexas magiſtrũ? Ieſus autẽ audito verbo quod dicebatur, ait archiſynagogo: Noli timere, tantummodo crede. Et non admiſit quemquã ſe ſequi, niſi Petrum, & Iacobum, & Ioãnem fratrem Iacobi. Et veniunt in domũ archiſynagogi, & vidit tumultum & flentes & eiulãtes multum, & ingreſſus ait illis. Quid turbamini & ploratis? puella nõ eſt mortua, ſed dormit. Et irridebant eũ. Ipſe vero eiectis omnibus, aſſumit patrem & matrem puellæ, & qui ſecum erant, & ingrediuntur vbi puella erat iacens, & tenens manum puellæ, ait illi: Talita cumi, quod eſt interpretatum: Puella tibi dico, ſurge. Et confeſtim ſurrexit puella, & ambulabat. Erat autem annorum duodecim, & obſtupuerunt ſtupore magno. Et præcepit illis vehementer, vt nemo id ſciret, & dixit dari illi manducare. H

CAPVT VI.

ET [a] egreſſus [b] inde abiit in patriã ſuam, & ſequebãtur eum diſcipuli ſui. Et facto ſabbatho cœpit in ſynagoga docere, & multi audiẽtes admitabantur in doctrina eius, dicẽtes: Vnde huic hæc omnia? Et quę eſt ſapientia quæ data eſt illi, & virtutes tales quæ per manus eius efficiũntur? Nonne hic eſt faber filius Marię, frater Iacobi, & Ioſeph, & Iudæ, & Simonis? Nonne & ſorores eius hic nobiſcum ſunt? Et ſcandalizabantur in illo. [b] Et dicebat illis Ieſus: Quia [c] non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua, & in domo ſua, & in cognatione ſua. Et non poterat ibi virtutem vllam facere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit. Et mirabatur propter incredulitatẽ eorum, & [a] circuibat caſtella in circuitu docens. [d] Et conuocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum. Et præcepit illis ne quid tollerent in via, niſi virgam tantùm, non peram, nõ panem, neque in zona ęs, ſed calciatos ſandaliis, & ne induerentur duabus tunicis. Et dicebat eis. [e] Et quocunque introieritis in domũ, illic manete donec exeatis inde. [f] Et quicũq; nõ receperint vos neq; audierint vos, exeũtes inde, excutite puluerẽ de pedibus veſtris in teſtimonium illis. [g] Et exeuntes prædicabant vt pœnitentiã agerent, & dęmonia multa eiiciebãt, & vngebãt oleo multos ęgros, & ſanabãtur. [h] Et [d] audiuit rex Herodes (manifeſtũ enim factum

CAPVT VI. G

ET *egreſſus inde abiit in patriam ſuam: & ſequebantur eum diſcipuli ſui. Et facta,* &c.] Deinde iens in patriam ſuam, filius fabri Ieſus vocatur. Et hoc myſtice: ſed fabri, qui fabricatus eſt auroram & ſolem, id eſt, eccleſiam primam & ſequentem, in quarum figura mulier & puella ſanantur.

c ¶ *Quia non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua, & in domo ſua, & in cognatione,* &c] Comitatur ſæpe vtilitas originem, id eſt, quis eſt filius Iſai? *Sed humilia dominus reſpicit, & alta à longe cognoſcit.* Mittuntur deinde duodecim apo- 1. Reg. 16
ſtoli & datur eis poteſtas præcepta docendi, vt comitetur verbum ſimul & factum, & cũ promiſſis inuiſibilibus, viſibiles virtutes micent, & cum vngebant oleo ægros, infirmitatem fidei virtute corroborant.
d ¶ *Et audiuit rex Herodes, manifeſtum enim factum eſt nomen eius & dicebat. Quia Ioannes Baptiſta reſurrexit à mortuis,*

A *mortuis, & propterea virtutes operantur,&c.*] Lucernam ſub modio abſcondi fas non eſt.

a ¶ *Quo audito, Herodes ait: Quem ego decollaui Ioannem hic à mortuis reſurrexit. Ipſe enim Herodes miſit ac tenuit Ioannē, & vinxit,&c.*] Per ironiam ex pteſſe pronūciat Herodes pelliceus. Caput legis quod eſt Chriſtus de corpore abſcinditur proprio, id eſt Iudaico populo,& datur gentili puellæ, id eſt, Romanæ eccleſiæ,& puella dat matri ſuæ adulteræ, id eſt, ſynagogæ credituræ in fine. Corpus Ioannis ſepelitur, caput in diſco collocatur, litera humo tegitur: ſpiritus in altari honoratur ac ſumitur.

b ¶ *Et conuenientes Apoſtoli ad Ieſum, renunciauerunt ei omnia quæ egerant & docuerant*] *Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur.* Deo ſemper gratias referūt miſſi quod acceperāt. Eccl.1.b

c ¶ *Et ait illis: Venite ſeorſum in deſertū locum.*] Et hoc propriè Marcus. Seorſum ducit quos elegit, vt inter malos viuentes, mala non intendant, vt Lot in Sodomis, & Iob in terra Hus, & Abdias in Domo Achab. Gen.18 Iob.1 3.Reg.18.

B

d ¶ *Et ait illis: requieſcite puſillum. Erant enim qui veniebant,&c.*] Vt aues in ramis ſinapis. Puſilla hic ſanctis requies, longus labor. Sed poſtea dicitur illis, vt requieſcant à laboribus ſuis. Erant enim qui veniebant & redibant multi, nec manducandi ſpatium habebant in arca Noë, & animalia quæ intus erant foris nitebantur, & quæ foris erant, intro erumpebant. Sic nimirum agitur in eccleſiam: Iudas receſſit: latro acceſſit. Quàm diu receditur à fide, nec eccleſiæ requies eſt ſine mœrore. Rachel plorans filios ſuos, noluit conſolari. Non eſt hic conuiuium, in quo bibitur vinum nouum. Quando cantabitur canticum nouum, in cælo nouo, & in terra noua, ab hominibus nouis? *Cum mortale hoc induerit immortalitatem*, cum quinque panibus & duobus piſcibus, quinque millia hominum veſpera vitæ paſcentur, & duodecim cophini octaua virtute pleni fragmentis colliguntur, cum ſedēt ſuper thronos duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Qui ſunt fragmenta? Abraham, Iſaac, & Iacob, quando reliquiæ ſaluæ fient ex Iſrael, quando faciē ad faciem videbimus, quod in lege Moyſi, & Prophetis, & pſalmis ſcriptum legimus de Chriſto. Vnde poſt quartam vigiliā noctis, compeſcit Ieſus tumorē maris, ambulans ſuper illud, & dicit: *Cōfidite, ego ſum*, quia *videbimus eum ſicuti eſt.* Tunc ceſſauit ventos, & procella Ieſu ſedente id eſt, regnante in naui, quæ eſt, vniuerſalis eccleſia. Sequitur. 1.Ioan.3.2

e ¶ *Et quotquot tangebant eum,&c.*] Quando fugiet dolor & gemitus.

CAPVT VII.

ET conueniunt ad eum phariſæi, & quidam de ſcribis venientes ab, &c.] Phariſæorum

factum eſt nomen eius)&dicebat: Quia Ioānes CANON
Baptiſta reſurrexit à mortuis,& propterea virtu C
tes operātur in illo. Alij aūt dicebāt, quia Elias 158
eſt alij vero dicebāt: quia Propheta eſt, quaſi v- X
nus ex Prophetis.[i] Quo[a] audito, Herodes ait: K59
Quē ego decollaui Ioānē, hic à mortuis reſur- II.
rexit.[k] Ipſe.n. Herodes miſit ac tenuit Ioannē,
& vinxit in carcerē propter Herodiadē vxorem
Philippi fratris ſui, quia duxerat eam. Dicebat.
n. Ioannes Herodi: Nō licet tibi habere vxorē
fratris tui. Herodias aūt inſidiabatur illi & vo-
lebat occidere eum, nec poterat. Herodes.n. me 160
tuebat Ioannē, ſciens eum virū iuſtū & ſanctū, VI.
& cuſtodiebat eū, & audito eo multa faciebat,
& libenter eum audiebat.[l] Et cum dies oppor-
tunus accidiſſet, Herodes natalis ſui cœnā fecit
principibus,& tribunis,& primis Galilææ. Cūque introiſſet filia ipſius He-
rodiadis,& ſaltaſſet,& placuiſſet Herodi, ſimulque recūbentib⁹, rex ait puel-
læ: Pete à me quod vis,& dabo tibi. Et iurauit illi: quia quidquid petieris,
dabo tibi: licet dimidiū regni mei. Quæ cum exiſſet dixit matri ſuæ: Quid pe-
tā? At illa dixit: Caput Ioannis Baptiſtæ. Cūque introiſſet ſtatim cum feſti-
natione ad regē, petiuit, dicens: Volo, vt protinus des mihi in diſco caput
Ioannis Baptiſtæ. Et cōtriſtatus eſt rex, propter iuſiurādū,& propter ſimul
recūbentes noluit eam cōtriſtare, ſed miſſo ſpiculatore, præcepit afferri ca-
put eius in diſco,& decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in diſco,
& dedit illud puellæ,& puella dedit matri ſuæ. Quo audito, diſcipuli eius ve
nerūt,& tulerūt corpus eius,& poſuerūt illud in monumēto.[m] Et cōueniē- m61
tes[b] Apoſtoli ad Ieſū, renunciauerunt ei omnia quæ egerāt & docuerāt. Et VIII.
ait illis.[n] Venite[c] ſeorſum in deſertū locū,& requieſcite puſillū. Erant.n.[d] n62
qui veniebāt & redibāt multi. Et nec ſpatiū manducādi habebant.[o] Et aſcē V.
dentes in nauim, abierunt in deſertū locū ſeorſum. Et viderunt eos abeun-
tes,& cognouerūt multi,& pedeſtres de omnib. ciuitatib. cōcurrerūt illuc, D
& præuenerunt eos. Et exiens vidit turbā multā Ieſus,& miſertus eſt ſuper o63
eos, quia erant ſicut oues nō habentes paſtorem. Et cœpit illos docere mul- VI.
ta.[p] Et cum iā hora multa fieret, acceſſerunt diſcipuli eius, dicentes: Deſer- p64
tus eſt locus hic,& iā hora præterit: dimitte illos, vt euntes in proximas vil- I.
las & vicos emāt ſibi cibos quos māducent. Et reſpōdens ait illis: Date illis
vos māducare. Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis denariis panes, &
dabimus illis māducare. Et dixit eis: Quot panes habetis? Ite & videte. Et cū
cognouiſſent, dicunt: Quinque,& duos piſces. Et præcepit illis, vt accūbere
facerent oēs ſecundū contubernia ſuper viride fœnū. Et diſcubuerunt in
partes per centenos & quinquagenos. Et acceptis quinque panib.& duob.
piſcibus, intuens in cælū benedixit,& fregit panes,& dedit diſcipulis ſuis,
vt ponerent ante eos. Et duos piſces diuiſit omnibus,& māducauerūt oēs,
& ſaturati ſunt. Et ſuſtulerūt reliquias fragmentorum duodecim cophinos
plenos,& de piſcibus. Erant autem qui manducauerunt, quinque millia vi-
rorum.[q] Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcēdere nauim, vt præcederent q65
eum transfretum ad Bethſaidā, dum ipſe dimitteret populum.[r] Et cum di- VI.
miſiſſet eos, abiit in mōtem orare.[ſ] Et cum ſero eſſet, erat nauis in medio r66 II.
mari,& ipſe ſolus in terra,& videns eos laborantes in remigādo, erat.n. vē- ſ67
tus contrarius eis. Et circa quartam vigiliā noctis venit ad eos, ambulans IV.
ſuper mare,& volebat præterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem
ſuper mare, putauerunt phantaſma eſſe,& exclamauerunt: Oēs enim vide-
runt eum,& conturbati ſunt. Et ſtatim locutus eſt cum eis,& dixit eis: Cō- t68
fidite: ego ſū, nolite timere.[t] Et aſcēdit ad illos in nauim,& ceſſauit vētus. Et VI.
plus magis intra ſe ſtupebāt. Non enim intellexerūt de panibus, erat enim
cor eorum obcæcatum. Et cū transfretaſſent, venerunt in terram Geneſa- u69
reth,& applicuerunt.[u] Cūque egreſſi eſſēt de naui, continuo cognouerunt II.
eum:& percurrentes vniuerſam regionem illam, cœperūt in grabbatis eos
qui ſe male habebant circumferre, vbi audiebant eū eſſe,& quocumque in-
troibat in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, &
deprecabantur eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent. Et[e] quot-
quot tangebant eum, ſalui fiebant.

CAP. VII.

ET[f] cōueniūt[a] ad eum phariſæi,& quidam de ſcribis venientes ab Hie- 270
roſolymis. Et cum vidiſſent quoſdam ex diſcipulis eius communibus X.

CANON E rum ſuperfluorū latratum, fur-
ca rationis obtundit: id eſt,
Moyſi & Eſaiæ increpatione,
vt nos aduerſãtes hæreſes ver-
bis ſcripturæ vincamus. Vi-
dentes diſcipulos non lotis
manibus manducare: quod
b 71 VI. futuram gentium communio-
nem ſignificat. Mundicia &
baptiſmum phariſaicum ſteri-
le eſt. Communicatio non lo-
ta Apoſtolica, extendit palmi-
tes ſuos vſque ad mare, quod
culpa maius eſt. Traditio au-
tem phariſaica in mēſis & pu-
ris vaſis non eſt tractanda, ſed
abſcindenda & radenda. Sæ-
pè enim traditionibus homi-
num, mandata Dei cedunt.
Poſt hoc ſignum, mulier Syro-
phœniſſa, cuius filia ſpiritum
immundum habebat, intrans
procidit ad pedes eius. Erat e-
nim gentilis mulier: rogat pro
filia, quæ eſt mater noſtra Ro-
mana eccleſia, & nata dæmo-
niaca, barbarica, eſt occidenta-
lis natio, cuius fides fecit de ca-
ne ouem: micas ſpiritualis in-
tellectus, non panem fractum
literæ ſumere cupit. Fidelis,
prudens, & humilis meretur
quod poſcit.

a ¶ *Et iterum*, &c.] Et hic pro-
c 72 VI. F priè narrat Marcus decimam
virtutem. Tyrus interpretatur
anguſtia, ſignificans Iudæam,
cui Dominus dicit: Coangu-
ſtatum eſt ſtratum: breue eſt
pallium, vtrumque operire nō
poteſt, vt transferat ſe ad gen-
tes alias. Sidon verò venatio
interpretatur, quæ fera indo-
mitaque noſtra natio eſt, & ve-
nit ad mare Galilææ, quod flu-
ctuoſa volubilitas eſt: inter
medios fines decapoleos, quod
interpretatur decalogi man-
data. Saluator ad ſaluandas
gentes ab Apoſtolis ducitur:
qui interroganti ſe adoleſcenti
quid faceret, reſpondit: Noſti
mandata?

d 73 VI. b ¶ *Et adducunt*, &c.] Genus hu-
manum per multa membra, ac
ſi vnus homo varia peſte ab-
ſumptus enumeratur: in pro-
toplaſto cæcatur, dum videt.
Surdus fit, cum audit: dum o-
e 74 X doratur, emungitur. Obmuteſ-
cit, dum loquitur. Mancus fit,
dum manum extendit. Incur-
uatur, dum erigitur. Hydro-
picus fit, dū cōcupiſcit. Clau-
dus fit, dum progreditur. Le-
f 75 VIII. pra ſuffunditur, dum nudatur.
Dæmone impletur, dum diui-
nitatem appetit. Morte mori-
tur, dum audacter excuſat
quod inobedienter commiſit.

g 76 VI. c ¶ *Et deprecabantur*, &c.] In-
carnatum fore Dominum,
multi iuſti & patriarchæ cu-
piebant & optabant.

manibꝰ id eſt, nō lotis mãducare panes, vitupe-
rauerint. Phariſæi aūt & oēs Iudæi niſi crebro la-
uerint manus, nō mãducāt: tenentes traditionē
ſeniorū. Et à foro venientes niſi baptizentur nō
comedūt. Et alia multa ſunt, quæ tradita ſūt il-
lis ſeruare: baptiſmata calicū & vrceorū, & æra-
mētorū, & lectorū.[b] Et interrogabāt eum pha-
riſæi & ſcribæ: Quare diſcipuli tui nō ambulant
iuxta traditionē ſeniorū: ſed cōmunib. manib.
mãducāt panē? At ille reſpōdēs, dixit eis: Bene
ꝓphetauit Eſaias de vobis hypocritis, ſicut ſcri-
ptū eſt: Populus hic labiis me honorat, cor autē
eorū lōge eſt à me. In vanū autē me colūt, docē
tes doctrinas & præcepta hominū. Relinquētes.
n. mãdatū Dei, tenetis traditionē hominū: ba-
ptiſmata vrceorū & calicū, & alia ſimilia his fa-
citis multa. Et dicebat illis: Benè irritū facitis
ꝓceptū Dei, vt traditionē veſtrā ſeruetis. Moy-
ſes.n. dixit: Honora patrē tuū & matrem tuā &
qui maledixerit patri vel matri, morte moria-
tur. Vos aūt dicitis: Si dixerit homo patri vel
matri corbā, quod eſt donū, quodcūque ex me tibi
ꝓfuerit, & vltra nō dimittitis eū quicquā facere
patri ſuo aut matri, reſcindentes verbū dei per
traditionē veſtrā, quā tradidiſtis. Et ſimilia hu-
iuſmodi multa facitis. Et aduocans iterū turbā,
dicebat illis: Audite me oēs & intelligite: Nihil
eſt extra hominē introiens in eum, quod poſſit
coinquinare. ſed quæ de homine procedūt, illa
ſunt quæ coinquināt hominē. Si quis habet au-
res audiēdi, audiat.[c] Et cum introiſſet in domū
à turba, interrogabāt eum diſcipuli eius parabo
lā. Et ait illis: Sic & vos imprudētes eſtis: Nō in-
telligitis, quia omne extrinſecꝰ introiens in ho-
minē, nō poteſt eū coinquinare: quia nō intrat
in cor eius, ſed in ventrē & in ſeceſſū exit, pur-
gās oēs eſcas. Dicebat autē quoniā quæ de ho-
mine exeūt, illa coinquināt hominē. Ab intus.
n. de corde hominū malæ cogitationes proce-
dūt: adulteria fornicatiōes, homicidia, furta, a-
uaritiæ, nequitiæ, dolꝰ, impudicitiæ, oculꝰ malꝰ,
blaſphemia, ſuperbia, ſtultitia. Omnia hæc ma-
la ab intus procedūt, & coinquināt hominē. Et
inde ſurgens, abiit in fines Tyri & Sidonis, & in-
greſſus domū, neminē voluit ſcire, & nō potuit
latere. Mulier.n. ſtatim vt audiuit de eo, cuius
filia habebat ſpiritū immundum, intrauit & procidit ad pedes eius. Erat.n.
mulier gentilis Syrophœniſſa genere.[d] Et rogabat eum, vt dæmonium eii-
ceret de filia eius. Qui dixit illi: Sine prius ſaturari filios. Non eſt.n. bonum
ſumere panem filiorū, & mittere canibꝰ. At illa reſpōdit, & dicit illi: Vtique
Dñe: nā & catelli comedūt ſub menſa de micis puerorū. Et ait illi: Propter
hunc ſermonem vade, exiit dæmonium à filia tua. Et cum abiiſſet domum
ſuā, inuenit puellā iacentem ſupra lectum, & dæmoniū exiiſſe.[e] Et [a] iterum
exiens de finib. Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios
fines decapoleos: & adducunt [b] ei ſurdū & mutū, & deprecabātur [c] eum, vt
imponāt illi manū, & apprehendens [d] eum de turba ſeorſum, miſit digitos
ſuos in auriculas eius, & expuens [e] tetigit linguā eius, & ſuſpiciens [f] in cælū,
ingemuit: & ait illi: Epheta,[g] quod eſt adaperire. Et ſtatim apertæ [h] ſunt au-
res eius, & ſolutum eſt vinculū linguæ eius, & loquebatur rectè, & præcepit
[i] illis, ne cui dicerent.[f] Quāto autē [k] eis præcipiebat, tāto magis plus præ-
dicabāt, & eo amplius admirabātur, dicentes:[g] Bene omnia fecit, & ſurdos
fecit audire, & mutos loqui.

CAP. VIII.

IN dieb. illis, iterum cum turba multa eſſet: nec haberent quod mãduca-
rent, cōuocatis diſcipulis, ait illis: Miſereor ſuper turbā: quia ecce iam
triduo ſuſtinent me, nec habent quod mãducēt, & ſi dimiſero eos ieiunos
in do-

d ¶ *Apprehendens eum.*] Seor-
ſum ſemper à turbulentis co- C
gitationibus, & actibus inor-
dinatis, ſermonibuſque incō-
poſitis ducitur, qui ſanari me-
retur. Digiti qui in aures eius
mittuntur, verba ſpiritus ſūt,
de quo dicitur: *Digitus Dei hic* Exod. 8. c
eſt. Et: *Opera digitorum tuorum* Pſal. 8. a
ſunt cæli.

e ¶ *Et expuens*, &c.] Spuma de
carne Domini, eſt diuina ſa-
pientia, quæ ſoluit vinculum
labiorum humani generis, vt
dicat: *Credo in Deum patrem
omnipotentem*, &c.

f ¶ *Et ſuſpiciens*, &c.] Id eſt,
nos gemere docuit, & in cælū
theſaurum cordis noſtri erige-
re: quod per gemitum compū-
ctionis intimæ, friuola lætitia
carnis purgatur, vt dicitur: *Ru-* Pſal. 37. b
giebam à gemitu cordis mei.

g ¶ *Et ait illi*, &c.] Corde enim
creditur ad iuſtitiam: ore au-
tem confeſſio fit ad ſalutem.

h ¶ *Et ſtatim*, &c.] Apertæ ſūt
aures eius ad hymnos, & canti-
ca, & pſalmos: ſoluitur lingua,
vt eructet verbum bonum,
quod non poſſunt minæ nec
verbera cohibere, vt ait Apo-
ſtolus Paulus: Ego vinctus: ſed
non eſt alligatum in me ver-
bum Dei.

i ¶ *Et præcepit illis*, &c.] Non H
in virtutibus gloriandum eſſe
docuit: ſed in cruce & in hu-
miliatione.

k ¶ *Quanto autem*, &c.] Ci-
uitas in monte poſita vndique
circunſpecta abſcondi non
poteſt: humilitas ſemper præ-
cedit gloriam.

CAPVT VIII.

IN *diebus illis: iterum cum
turba multa eſſet, nec haberēt
quod mãducarēt, cōuocatis*, &c.]

CANON
C

A *Miſereor ſuper turbã: quia ecce iam triduo ſuſtinẽt me, nec habẽt quod mandu. &c. Et interrogauit, &c.*] Vndecima virtute ſeptẽ panes, quatuor iemnis millib. franguntur, & pauci piſciculi benedicuntur: & de fragmẽtis ſeptẽ ſportæ plenæ ſuſtollũtur. Septem panes, dona ſunt ſeptẽ ſpiritus S. Quatuor millia, annus eſt noui teſtamẽti, cũ quatuor tẽporibus. Septẽ ſportæ, primæ ſeptẽ eccleſiæ. Fragmẽta panũ, myſtici intellect⁹ primæ ſeptimanæ ſũt. Piſciculi benedicti libri ſũt noui teſtamẽti: quoniã piſcis aſſi partẽ, dominus reſurgẽs poſtulat, & piſcẽ ſuperpoſitũ prunis, diſcipulis in captura piſciũ porrigit. Poſt hæc veniũt Bethſaida, quæ domus vallis interpretatur: quę eſt alia niſi mũdus, qui eſt vallis lacrymarũ? Adducunt duodecima virtute, cæcum qui non videt nec ante, nec retro: id eſt, qui fuit, qui eſt, qui erit.

Luc. 24. f
Ioan. 21. a

a ¶ *Et rogabant, &c.*] Quis eſt qui tãgitur, niſi qui cõpũgitur? Et apprehendit manum cæci, vt lamentationem de cæcitate cordis ſui agat, deflens vt Hieremias euerſionem ciuitatis Dei, hoc eſt, animæ ſuæ.

b ¶ *Et, &c.*] Id eſt, vicinitatem malorum. *Corrumpunt. n. mores bonos colloquia mala.* Et expuens in oculos eius, vt videat volũtatem domini per flatum ſpiritus S.: impoſitis manibus, interrogat eũ ſi aliquid videret. Per opera domini videt maieſtatẽ eius. A magnitudine enim creaturæ, creator agnoſcitur.

1. Cor. 15. d
B

c ¶ *Et aſpiciens, &c.*] Id eſt, oẽs homines exiſtimãs ſuperiores ſibi: indignũ ſe iudicans, vt Dauid, vocari hominẽ, & canem mortuũ, & pulicẽ vnũ. Iterum man⁹ poſuit ſuper oculos eius: vt videret clare omnia. i. per opera viſibilia, inuiſibilia intelligeret, & quæ oculus non vidit, & clare animæ ſuæ ſtatũ, poſt rubiginẽ peccati mũdi cordis oculo cõtueretur. *Beati. n. mũdo corde: quoniã ipſi Deũ videbũt.* Et miſit eũ in domum ſuam, vt videret in ſe quod ante non vidit. Non. n. putat homo deſperãs de ſalute omnino poſſe, ꝙ facile illuminatus per ſpem poteſt perficere. Et dicit ei:

1. Reg. 26. d
2. Reg. 16. b
Matt. 5. b

d ¶ *Si in vicum, &c.*] Id eſt, vicinis cæcitatem tuam ſemper enarra, non virtutem, vt ait Paulus: *Qui fui blaſphemus, & perſecutus ſum eccleſiam Dei.*

1. Tim. 1. c

e ¶ *Poſt hæc, &c.*] Sicut gubernator peritus tempeſtatem in tranquillitate præcauens, nautas paratos vult eſſe ſuos. Vnde dominus: *Si quis vult poſt me ſequi, deneget ſemetipſum*, id eſt, alter ex altero efficiatur. Poſt confirmationem crucis, gloria reſurrectionis oſtenditur. Vnde & ſequitur terradecima virtute.

Luc. 9. c

CAPVT IX.

ET f *dicebat, &c.*] Poſt dies ſex in monte excelſo trãsfiguratus eſt coram diſcipulis ſuis: ne timerent opprobria crucis, qui viderant oculis ſuis gloriam futuræ reſurrectionis.
g ¶ *Et verbum, &c.*] Hoc propriè Marci. i. cum abſorta fuerit mors in victoria, non erunt in memoria priora, & non aſcendent ſuper cor: cum abſtulerit dominus ſordes filię Sion, auferẽs omnem lacrymam ab omni facie ſanctorum.

Eſa. 25. b

in domum ſuã, deficient in via. Quidã. n. ex eis de
lõge venerũt. Et reſpõderunt ei diſcipuli ſui: Vnde
iſtos quis poterit hic ſatiare panib. in ſolitudine? Et
interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerũt:
Septẽ. Et præcepit turbæ diſcumbere ſuper terram.
Et accipiens ſeptẽ panes, gratias agẽs, fregit, & dabat
diſcipulis ſuis, vt apponerent. Et appoſuerunt
turbæ, & habebãt piſciculos paucos, & ipſos benedixit,
& iuſſit apponi. Et mãducauerunt & ſaturati
ſunt. Et ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmẽtis
ſeptẽ ſportas. Erãt aũt qui mãducauerãt, quaſi quatuor
millia, & dimiſit eos. Et ſtatim aſcẽdens nauim
cũ diſcipulis ſuis, venit in partes Dalmanutha: a & a 77
exierũt Phariſęi, & cœperunt cõquirere cũ eo, quęrentes I V.
ab illo ſignũ de cælo, tentãtes eũ. Et ingemiſcens
ſpiritu ait: Quid generatio iſta ſignũ quærit? b b 78
Amen dico vobis, ſi dabitur generationi iſti ſignũ. Et dimittens eos aſcendens IV.
iterum nauim abiit trãs fretum. Et obliti ſunt panes ſumere: & niſi vnum panẽ c 79
nõ habebãt ſecum in naui. c Et præcipiebat eis, dicẽs: Videte & cauete à fermẽ II.
to phariſæorum, & fermento Herodis. d Et cogitabãt ad alterutrum dicentes: d 80
quia panes non habemus. Quo cognito, ait illis Ieſus: Quid cogitatis, quia panes VI.
nõ habetis? Nondum cognoſcitis nec intelligitis? Adhuc cæcatum habetis cor
veſtrũ? oculos habẽtes, nõ videtis: & aures habẽtes, nõ auditis. Nec recordamini,
quãdo quinque panes fregi in quinque millia, & quot cophinos fragmẽtorũ
plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei: Duodecim. Quando & ſeptẽ panes in quatuor millia
quot ſportas fragmentorũ tuliſtis? Et dicunt ei: Septẽ. Et dicebat eis: Quomo
do nondũ intelligitis? e Et veniunt Bethſaida, & adducunt ei cæcum: & rogabãt a e 81
eum vt illũ tangeret. Et apprehenſa manu cæci, eduxit b eum extra vicum, & ex- X.
puens in oculos eius, impoſitis manibus ſuis interrogauit eum, ſi quid videret.
Et c aſpiciens ait: Video homines velut arbores ambulantes. Deinde iterum im- D
poſuit manus ſuper oculos eius, & cœpit videre: & reſtitutus eſt, ita vt clare videret
oĩa: & miſit illũ in domũ ſuã, dicens. Vade in domum tuã & ſi in vicum d
introieris, nemini dixeris. f Et egreſſus eſt Ieſus & diſcipuli eius in caſtella Cæſa- f 82.
reæ Philippi, & in via interrogabat diſcipulos ſuos, dicẽs eis: Quem me dicunt I.
eſſe homines? Qui reſpõderunt illi, dicentes: Ioannem Baptiſtã, alij Eliã, alij vero
quaſi vnũ prophetis. Tũc dicit illis: Vos vero quẽ me eſſe dicitis? Reſpõdẽs Pe-
trus, ait: Tu es Chriſtus. g Et cõminatus eſt eis, ne cui dicerẽt de illo: Et cœpit do- g 83
cere e eos, quoniã oportet filiũ hominis multa pati: & reprobari à ſenioribus, & à II.
ſũmis ſacerdotib. & ſcribis & occidi, & poſt tres dies reſurgere: & palã verbũ lo-
quebatur: h Et apprehẽdẽs eũ Petrus, cœpit increpare eũ. Qui cõuerſus, & vidẽs h 84
diſcipulos ſuos, cõminat⁹ eſt Petro dicẽs: Vade retro me ſatana quoniã nõ ſapis II
q̃ Dei ſũt ſed quæ ſũt hominũ. i Et cõuocata turba cũ diſcipulis ſuis, dixit eis: Si i 85
quis vult me ſequi, deneget ſemetipsũ: & tollat crucẽ ſuã, & ſequatur me. Qui. VI.
n. voluerit animã ſuã ſaluã facere, perdet eã: qui autẽ perdiderit animã ſuã prop-
ter me & euangelium, ſaluã faciet eã. Quid. n. proderit homini, ſi lucretur mun-
dum totum, & detrimentum animæ ſuę faciat? Aut quid homo cõmutationis
dabit pro anima ſua? Qui k. n. me confuſus fuerit, & verba mea in generatione i- k 86
ſta adultera & peccatrice, & filius hominis confundet eum cum venerit in glo- II.
ria patris ſui cum angelis ſanctis.

CAP. IX.

ET a f dicebat illis: Amen dico vobis: quia ſunt quidã de hic ſtantibus, qui non a 87
guſtabunt mortẽ donec videãt regnũ Dei veniẽs in virtute. Et poſt dies ſex II.
aſſumpſit Ieſus Petrũ & Iacobũ & Ioannẽ, & ducit illos in mõtẽ excelſum ſeor-
ſum ſolos, & trãsfiguratus eſt corã ipſis. Et veſtimẽta eius facta ſũt ſplendẽtia &
cãdida nimis velut nix: qualia fullo nõ poteſt ſuper terrã candida facere. Et ap-
paruit illis Elias cũ Moſe, & erãt loquentes cũ Ieſu. Et reſpõdens Petrus ait Ie-
ſu: Rabbi, bonũ eſt nos hic eſſe, & faciamus tria tabernacula, tibi vnũ, & Moſi
vnũ, & Eliæ vnum. Non. n. ſciebat quid diceret. Erant. n. timore exterriti. Et facta
eſt nubes obumbrans eos, & venit vox de nube, dicẽs: Hic eſt filius meus cha-
riſſimus, audite illũ. Et ſtatim circũſpicientes, neminẽ amplius viderunt niſi Ie-
ſum tantũ ſecum. Et deſcendentibus illis de monte præcepit illis ne cui quæ vi-
diſſent, narrarent: niſi cum filius hominis à mortuis reſurrexerit. b Et verbum g b 88
continuerunt apud ſe: conquirentes, quid eſſet, cum à mortuis reſurrexerit. c Et X.
interrogabant eum, dicentes: Quid ergo dicunt phariſæi & ſcribæ: quia Eliam c 89
oporteat venire primum? Qui reſpondens ait illis: Elias cum venerit, primo re- VI.
ſtituet omnia, & quomodo ſcriptum eſt in filium hominis, vt multa patiatur &

contēnatur. Sed dico vobis, quia & Elias venit, & fecerunt illi quæcūque voluerunt, ſicut ſcriptū eſt de eo.[d] Et veniens [a] ad diſcipulos ſuos vidit turbā magnā circa eos, & ſcribas conquirētes cū illis. Et confeſtim oīs populus vidēs Ieſū, ſtupefactus eſt, & expauerūt, & accurentes ſalutabāt eū, & [b] interrogauit eos: Quid inter vos cōquiritis?[c] Et reſpondens vnus de turba, dixit: Magiſter, attuli filium meum ad te, habentē ſpiritū mutum, qui vbicunq; eū apprehenderit, allidit illū, & ſpumat, & ſtridet dentib., & areſcit. Et dixi diſcipulis tuis, vt eiicerēt illū, & nō potuerūt. Qui reſpōdens eis, dicit: O generatio incredula, quādiu apud vos ero, quādiu vos patiar? Afferte illū ad me. Et attulerunt eū. Et cum vidiſſet eū, ſtatim ſpiritus conturbauit illū: & eliſus in terrā, volutabatur ſpumās, & interrogauit patrē eius: Quantū tēporis eſt ex quo ei hoc accidit? At ille ait:[f] Ab [c] infantia: & frequenter [d] eum in ignem & aquas miſit, vt eū perderet. Sed ſi quid potes, adiuua nos, miſertus noſtri.[g] Ieſus aūt ait [e] illi: Si potes credere: oīa [f] poſſibilia ſunt credenti. Et continuo exclamās pater pueri, cū lacrymis aiebat: Credo domine, adiuua incredulitatē meā. Et [g] cum vidiſſet Ieſus concurrentem turbā, comminatus eſt ſpiritui immūdo, dicens illi: Surde [h] & mute ſpiritus, ego præcipio tibi exi [i] ab eo, & amplius ne introeas in eū. Et exclamās & multū diſcrepans eū, exiit ab eo. Et [k] factus eſt ſicut mortuus: ita vt multi dicerent, quia mortuus eſt. Ieſus aūt tenēs manum eius eleuauit eū & ſurrexit.[f] Et cum introiſſet domum diſcipuli eius ſecreto interrogabant eū: Quare nos nō potuimus eiicere eum? Et [l] dixit illis: Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & ieiunio.[g] Et inde profecti prætergrediebantur Galilæā: nec volebat quēquā ſcire. Docebat autē diſcipulos ſuos, & dicebat illis: quoniam filius hominis tradetur in manus hominū, & occident eum, & occiſus, tertia die reſurget. At illi ignorabāt verbū, & timebāt eum interrogare.[h] Et [m] venerunt Capharnaum. Qui [n] cum domi eſſent, interrogabat eos: Quid in via tractabatis?[i] At illi tacebant. Siquidem in via inter ſe diſputauerant, quis eorū maior eſſet. Et reſidens vocauit duodecim, & ait illis: Si quis vult primus eſſe, erit oīm nouiſſim⁹, & oīm miniſter. Et accipiēs puerū ſtatuit eū in medio eorū. Quē cum cōplexus eſſet, ait illis: [k] Quiſquis vnū ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit: & quicūque me ſuſceperit, nō me ſuſcipit, ſed eū qui me miſit.[l] Reſpondit illi Ioannes dicēs, Magiſter, vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia qui nō ſequitur nos, & prohibuimus eum.[m] Ieſus autem ait: Nolite prohibere eum. Nemo eſt enim qui facit virtutē in nomine meo, & poſſit cito male loqui de me. Qui enim non eſt aduerſum vos, pro vobis eſt. Quiſquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Chriſti eſtis: amen dico vobis, non perdet mercedē ſuam.[n] Et quiſquis ſcandalizauerit vnum ex his puſillis credentibus in me: bonum eſt ei magis ſi circundaretur mola aſinaria collo eius, & in mare mitteretur.[o] Et ſi ſcandalizauerit te manus tua, abſcinde illā: Bonum [o] eſt tibi debilem introire in vitam, quam duas [p] manus habentem ire in gehennam, in ignē inextinguibilem: vbi vermis [q] eorum nō moritur, & ignis non extinguitur. Et ſi pes tuus te ſcādalizat, amputa illum. Bonum eſt tibi claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis:[p] vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quod ſi oculus tuus ſcandalizat te, eiice eum. Bonum eſt tibi luſcum introire in regnū Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis: vbi vermis eorū non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis [r] enim igne ſalietur,

& om-

Canon a ¶ Et veniens, &c.] Non eſt
E homini æquales ſub ſole. Sem
d 90 per prænitor occidit inuidia,
X. magnos percutiunt fulgura mō
Luc. 9. a tes. Alij diſcentes cum fide: alij
Ioan. 4. d inuidentes, cum faſtu, ad eccle-
e 91 ſiam conueniunt. Et populus
II. videns eum, ſtupefactus eſt, & expauerunt. Non eſt timor in charitate. Timor. n. eſt ſeruorum, ſtupeſcere ſtultorum.

b ¶ Et interrogauit, &c.] Quid ſcit dominus, interrogat: vt confeſſio pariat ſalutē & murmur cordis noſtri, ſermonibus ſoluatur pijs vt eſt iſtud. Dic tu iniquitates tuas prius, vt iuſtificeris. Poſtea quarta decima virtute vnus de turba affert filiū
f 92 ſpiritum habentem immundū,
X. & reliqua. Quem non potuerāt
Eſa. 4. d diſcipuli curare, Saluator cura-
g 93 uit. Infidelitas vt eorumq; im-
II. pediuit ſalutē. Spiritus diſcerpit ſpumantē, & ſtridentem & areſcentem. Peccator ſpumat inuidia, ſtultitia: ſtridet iracundia, areſcit ignauia: Diſcerpit eum ſpiritus appropinquantē ad ſalutem, quod eſt eſca dilecta: quos inueniet tem ſuum trahere deſiderat, per terrores & damna, vt fecit in Iob. Interrogat Ieſus tempus.
c ¶ Et ait, &c.] Hic ſignifica-
F tur gentilis populus: cui à natiuitate increuit cultus inutilis idolorum, vt ſtulte immolaret filios ſuos dæmonis. Vnde ſequitur.
d ¶ Et frequenter, &c.] Alij enim de gentibus ignem venerabantur, alij aquam.
h 94 e ¶ Et ait, &c.] Libertatem
X hic arbitrij indicat.
i 95. f ¶ Omnia, &c.] Quæ ſunt om-
II. nia, niſi quæ in nomine Ieſu, id eſt, ſalutis, poſtulantur cum lacrymis? Pater pueri aiebat: Credo domine, adiuua incredulitatem meā. Credulitas no-
k 96 ſtra vt roſtrata lingua infirma
I. eſt, niſi innixa ſubſiſtat robori adiutorij Dei. Fides cum lacrymis, optata vota capit, vt eſt:
l 97 Fiat tibi ſecundum fidem tuam.
VIII. g ¶ Et cum, &c.] Dehinc Mar-
m 98 cus proprie narrat. Mina do-
VI. mini, potentia eius eſt.
h ¶ Surde, &c.] Spiritui imputat Deus, quod homini diabolus præſtat, dum ille num-
n 99 quam audiret nec loqueretur:
II. quod peccator penitus audiuit
o 100 & loquitur.
VI. i ¶ Exi ab eo, &c.] Exiens ab
p 101 homine, nunquam reuertitur,
X. ſi cor ſuum clauis ſerauerit humilitatis & charitatis, & oſtiū obtinuerit homo munitatis.
Pſal. 30. d Vnde propheta dicit: Eſto mihi in Deum protectorem, & in locū munitum, vt ſaluum me facias.
k ¶ Et factus eſt, &c.] Sanatis etenim dicitur: Mortui eſtis, &

vita veſtra abſcondita eſt cum G
Chriſto in Deo. Vnde infirmitas Chriſtianorū non eſt mors, ſed mortis ſimilitudo.
l ¶ Et dixit illis: &c.] Stultitia ad luxuriam carnis pertinet: & ieiunio ſanatur & oratione. Ira & ignauia, oratione depellitur. Medicina cuiuſque vulneris adhibenda eſt ei. Non ſanat oculum, quod calcaneo adhibetur. Ieiunio, paſſiones corporis, & oratione peſtes ſanandæ ſunt mentis.
m ¶ Et venerunt, &c.] Capharnaum, villa conſolationis. Cōgruit interpretatio prædictæ ſententiæ, qua dicit: Et occiſus, tertia die reſurget. Granum frumenti moritur, vt multiplicius colligatur: ſi non moritur, ſolum manet.
n ¶ Qui cum, &c.] In via enim tractabant de principatu: ſimilis tractatio loco. Principatus namque vt ingreditur, ſic deſeritur: & quamdiu tenetur, labitur, & incertum eſt in qua manſione, id eſt, in qua die finiatur. Vnde dicit: Qui vult eſſe primus, vt puer ſit miniſter.

o ¶ Bonum eſt tibi debilem ingredi in vitam.] Id eſt, ſine cupito principatu.

p ¶ Quam, &c.] Duæ manus, H
principatus ſunt & ſuperbia. Abſcinde ſuperbiam, tenens humilem principatum.

q ¶ Vermis non moritur, & ignis non extinguitur.] Vermis, eſt conſcientia fera. Ignis, pœna inconſummata. Vnde per Eſa. 50. d
prophetam dicitur: Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flāmis quas ſuccendiſtis vobis.

r ¶ Omnis, &c.] Mire dictum eſt: Quod enim ſale conditur, vermis putredinē arcet. Quod Leui. 2. d
vero igne, & aſperſo ſale, carnem quoque conſumit: hoc ſecundū legem in hoſtiis fiebat, quæ in altari cremabātur. Vnde in omni victima & ſacrificio,

A cio, ſal offerri præceptum eſt. Sal, dulcedo ſapiētiæ, & ignis Spiritu ſancti gratia. Omnis ignis ſalietur: quia omnis electus, ſapientia conditur vt digna victima Dei altaribus efficiatur. Vnde bene addit:

a ¶ *Et omnis*, &c.] Ille enim vere victima domini eſt, qui corpus & animam à vitiis emundando Deo per amorem Spiritus ſancti conſecrat: nec ſale aſpergitur, ſed igne conſumitur: quando non peccati tantum contagio pellitur, ſed & præſentis vitæ delectatio tollitur, & futuræ conuerſationi tota mente ſuſpiratur.

Phil. 3. Rom. 12. Vnde, *noſtra conuerſatio in cælis eſt*. Et, obſecro per miſericordiā Dei, vt exhibeatis corpora veſtra, &c. Altare Dei eſt cor bonorum; hoſtiæ & ſacrificia, bona opera fidelium. In omnibus ſacrificiis ſale quia nullum opus bonum ſine ſapiētia. Ignis ſacrificia in altare conſumit: de quo ipſe nos baptizauit Spiritus S. & igne. Ignis, tribulationes reſpicit: hoc ad ſuperiora, vbi ſcandalizantia membra euelli præcepta ſunt: quia & hoc eſt igne ſaliri, tentationibus exerceri, ob Chriſti amorem dilectos & proximos nobis abnegare. Omnis enim victima ſalietur. Victima domini, eſt genus humanum, quod hic ratione

B ſapientiæ ſalitur: dum corruptio ſanguinis cuſtodia putredinis, id eſt, mater vermium conſumitur, & illic purgatorio igne examinatur.

b ¶ *Bonum*, &c.] Sal inſulſum, qui amat principatum, qui increpare non audet & confiteri, ne de ſynagoga eiiciatur, diligens gloriam hominum magis quam Dei.

c ¶ *Habete*, &c.] Salſitudinem correctionis, amor proximi temperet, & dilectionem proximi ſal iuſtitiæ condiat. Et in domo iterum diſcipuli eius interrogabāt eum de eodem. Et hoc propter iterata ſcientia verbi, non faſtidium, ſed eſuriem & ſitim præſtat: vt eſt illud Sapientiæ. *Qui me comedunt, adhuc eſurient, & qui me bibunt, adhuc ſitient* Melliflua ſapientiæ eloquia guſtata diligentius, multimodum ſaporem reddunt. Quando pluit dominus manna ad manducandum ſub ſole liqueſcens vt cera, reddens mollita dicta, vt eſt illud: *Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum*. Ad ignem duratur: vt, *Panis cor hominis confirmans*. Ad aſpera, vt eſt: *Si quis vult poſt me venire, abneget ſeipſum ſibi, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*.

& omnis[a] victima ſale ſalietur. [q] Bonum[b] eſt ſal. Quod ſi ſal inſulſum fuerit, in quo illud condieris? [c] Habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos.

Cap. X.

E[d]T inde exurgens venit in fines Iudææ vltra Iordanē, & conueniunt iterū turbæ ad eū, & ſicut cōſueuerat, iterum docebat illos. Et accedētes phariſæi interrogabāt eū: ſi licet viro vxorem dimittere, tentātes eum. At ille reſpōdens, dixit eis: Quid vobis præcepit Moſes? Qui dixerunt: Moſes permiſit libellū repudij ſcribere, & dimittere. Quib. reſpōdens Ieſus ait: Ad duritiā cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud: Ab initio aūt creaturæ maſculum & feminā fecit eos Deus. Propter hoc relinquet homo patrem ſuū & matrem, & adhærebit ad vxorem ſuā, & erunt duo in carne vna. Itaq; iā non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus cōiunxit, homo nō ſeparet. [b] Et b 104 X.
in domo [c] iterum diſcipuli eius de eodē interrogauerunt eum. [c] Et ait illis: c 105 II.
Quicunq; dimiſerit vxorem ſuā & aliā duxerit, adulterium committit ſuper d 105 II.
eum. Et ſi vxor dimiſerit virum ſuum & alij nupſerit, mœchatur. [p] Et offerebant illi paruulos vt tangeret eos. Diſcipuli aūt comminabantur offerentibus. Quos cum videret Ieſus, indigne tulit, & ait illis: Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium eſt.n. regnum cælorum. Amen dico vobis: quiſquis nō receperit regnū Dei velut paruulus, nō intrabit in illud: e 107 II.
Et cōplexās eos, & imponens manus ſuper illos, benedicebat eos. [e] Et cum egreſſus eſſet in viā, procurrens quidā genu flexo ante eum, rogabat eum, dicens: Magiſter bone, quid faciā vt vitā æternā percipiā? Ieſus aūt dixit ei: Quid me dicis bonū? Nemo bonus, niſi vnus Deus. Præcepta noſti: Ne adulteteris, ne occidas, ne fureris, ne falſum teſtimoniū dixeris, ne fraudē feceris, honora patrem tuum & matrem. At ille reſpōdens, ait illi: Magiſter, hæc omnia obſeruaui à iuuentute mea. [f] Ieſus autem intuitus eum dilexit eum, & dixit ei: Vnum tibi deeſt: vade, quæcunq; habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurū in cælo, & veni ſequere me. [g] Qui cōtriſtatus in verbo, abiit mœrens. Erat.n. habens multas poſſeſſiones. Et circunſpiciens Ieſus, ait diſcipulis ſuis. Quam difficile qui pecunias habent in regnum Dei introibunt. f 108 II. D g 109 II
Diſcipuli autem obſtupeſcebant in verbis eius. At Ieſus rurſus reſpōdēs, ait illis: Filioli, quam difficile eſt cōfidentes in pecuniis in regnum Dei introire. Facilius eſt camelum per foramē acus trāſire, quā diuitem intrare in regnū Dei. Qui magis admirabātur, dicentes ad ſemetipſos: Et quis poteſt ſaluus fieri? Et intuēs illos Ieſus, ait: Apud homines impoſſibile eſt, ſed nō apud Deū, omnia.n. poſſibilia ſunt apud Deū. Et cœpit ei Petrus dicere: Ecce nos dimiſimus oīa, & ſequuti ſumus te. [h] Reſpōdens Ieſus ait: Amen dico vobis: nemo eſt qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrē, h 110 II
aut filios, aut agros, propter me & propter euāgeliū: qui nō accipiet centies tātum nunc in tēpore hoc, domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros cum perſecutionib., & in ſæculo futuro vitā æternā. [i] Multi aūt erūt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi. [k] Erāt aūt in via aſcēdentes Hieroſolymā, & præcedebat illos Ieſus & ſtupebāt, & ſequentes timebāt. Et aſſumens iterū duodecim, cœpit illis dicere quæ eſſent ei ventura. Quia ecce aſcēdim[us] Hieroſolymā, & filius hominis tradetur principib. ſacerdotū & ſcribis & ſenioribus: & dānabunt eum morte, & tradent eum gentib., & illudēt ei, & cōſpuent eū, & flagellabunt eū, & interficient eū, & tertia die reſurget. Et [l] accedunt ad eum Iacob. & Ioānes filij Zebedei, dicentes: Magiſter, volumus vt quodcunq; petierimus, facias nobis. At ille dixit eis: Quid vultis vt faciā vobis? Et dixerūt: Da nobis vt vnus ad dexterā tuā, & alius ad ſiniſtrā tuā ſedeamus in gloria tua. Ieſus aūt ait eis: Neſcitis quid petatis: poteſtis bibere calicē quē ego bibo? aut baptiſmo quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerūt ei: Poſſumus. Ieſus aūt ait eis: Calicē quidē quē ego bibo, bibetis, & baptiſmo quo ego baptizor, baptizabimini: ſedere autē ad dexterā meā vel ad ſiniſtrā, non eſt meū dare vobis, ſed quib[us] paratū eſt. [m] Et audientes decē, cœperunt indignari de Iacobo & Ioāne. Ieſus aūt vocās eos, ait illis: Scitis quia hi qui videntur principari gentibus, dominātur eis, & principes eorum poteſtatē habent ipſorum. Non ita eſt autem in vobis: ſed quicunque voluerit fieri maior, erit veſter miniſter, & quicunque voluerit in vobis primus eſſe, erit omnium ſeruus. [n] Nam & filius hominis non venit vt miniſtraretur ei, ſed vt miniſtraret, & daret animam ſuam redemptionem pro multis.

i 111 II. k 112 II. l 113 VI. m 114 II. n 115 I

Caput X.

E*T inde exurgens venit in fines Iudææ*, &c.] Phariſæi interrogabant eum: ſi licet viro dimittere vxorem ſuam, tentantes eum. Item poſt aliquanta.

e ¶ *In domo*, &c.] Id eſt, de coniugij ſtatu: ſicut ſequens capitulum indicat. Et dicit illis: Quicumque dimiſerit vxorem ſuam, & reliqua. Sed quod dicit Marcus: Iterum diſcipuli eius interrogauerunt eum: Non diſcipuli interrogauerunt prius, ſed phariſæi. Sed ſecunda interrogatio ab alius, id eſt, ab Apoſtolis, iterum dicta eſt de eadem re, de qua phariſæi eum interrogauerunt.

Canon. C q 102 II. a 103 VI.

a ¶ *Poſt hæc,&c.*] Hiericho, luna, ſiue anathema interpretatur: quod congruit paſſioni appropinquanti. Defectus namque carnis Chriſti, neomenia eſt cæleſtis Hieruſalem. Vnde Hiericho deſerentes, Hieroſolymæ, id eſt, viſioni pacis appropinquaot.

c 116
II.
b ¶ *Et proficiſcente,&c.*] Quintadecima virtute illuminatur cæcus. Cæcitas ex parte facta Iudæis illuſtrabitur in fine, quando eis mittet Eliam prophetam. Iuxta viam mendicās. Qui ſcriptoram conſeruat, nec complet, iuxta viam mendicans eſurit.

c ¶ *Et cum audiuit Ieſum Nazarenum tranſire clamauit: Fili, &c.*] Per merita patriarcharum, Iudaicus illuminatur populus. Cui miſericors & miſerator dominus adeſt: illuminās cæcos: erigens eliſos: diligens pauperes: coſtodiens aduenas.

a 117
II.

d ¶ *Et comminabantur, &c.*] Peccata & dæmonia compeſcunt clamorem pauperis, quē exaudiuit dominus: At ille magis clamabat: Ingraueſcente bello, manus ad lapidem adiutorij, hoc eſt, Ieſum Nazarenum cum clamore leuandæ

b 118
II.
ſunt.

F

e ¶ *Et præcepit Ieſus eum vocari, &c.*] Quam conueniens eſt ordo ſalutis, audimus primo: deinde clamamus: poſtea vocamur: poſtremo ſurgimus. Audimus per prophetas, clamamus per fidem: vocamur per

c 119
I.
Apoſtolos, ſurgimus per pœnitentiam: exuimur per baptiſmum, interrogamur per voluntatem. Vnde ſequitur.

d 120
VI.

f ¶ *Qui proiecto, &c.*] Exilire nudus veteri homine dicitur, vt hinnulus ſaliens ſuper montes, ſegnitiem deponens. patriarchas, prophetas, & apoſtolorum altis conſiderans ad ſuperna ſe extendit. — Cant. 2.b

g ¶ *Dixit illi Ieſus: &c.*] Conſiderans Ieſus promptam voluntatem, completione deſiderij remunerat. Vnde & alias

e 121
I.
dicit: *Omne quodcunque petieritis in oratione, credentes accipietis.* — Ioan. 15.a

h ¶ *Cæcus autem, &c.*] Vnam petit à domino, hanc requirit, vt videat voluntatem domini & inde videns viſitet templum eius. Vnde ſequitur. — Pſal. 26.b

i ¶ *Ieſus autem dixit illi: Fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim*

f 122
I.
vidit, & ſequebatur eum.] In via cæcus mendicabat, quæ dicit: *Ego ſum via, veritas, & vita.* — Ioan. 14.a

Hæc eſt via anguſta quæ ducit ad ardua Hieroſolymæ & Bethaniæ ad montem Oliuarum, qui eſt mons luminis, & conſolationis.

Et [a] veniunt Hiericho: & [o] proficiſcēte [b] eo de Hiericho & diſcipulis eius, & plurima multitudine: filius Timei Bartimęus cæcus ſedebat iuxta viā mendicās. Qui [c] cum audiſſet quia Ieſus Nazarenus eſſet, cœpit clamare & dicere: Fili Dauid Ieſu miſerere mei. [d] Et cōminabātur illi multi vt taceret. At ille multo magis clamabat: Fili miſerere mei. Et ſtās Ieſus [e] præcepit illum vocari. Et vocāt cæcū, dicentes ei: Animæ quior eſto: ſurge, vocat te. Qui [f] proiecto veſtimento ſuo, exiliens venit ad eum. Et reſpōdens Ieſus, dixit illi: Quid [g] tibi vis faciā? Cæcus [h] autē dixit ei: Rabboni, vt videā. Ieſus autē ait illi: Vade, [i] fides tua te ſaluū fecit. Et confeſtim vidit, & ſequebatur eum in via.

Cap. XI.

Et [a] T [k] cum appropinquarent Hieroſolymæ & Bethaniæ ad montem oliuatum: mittit [l] duos ex diſcipulis ſuis, & ait illis: Ite in caſtellū quod cōtra vos eſt: & ſtatim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatum, ſuper quem nemo adhuc hominum ſedit: ſoluite illum, & adducite. Et ſi quis vobis dixerit, quid facitis: dicite, quia domino neceſſarius eſt, & continuo illum dimittet huc. [b] Et abeuntes, inuenerunt pullum ligatum ante ianuā foris in biuio, & ſoluunt eū. Et [m] quidā de illic ſtantibus dicebāt illis: Quid facitis ſoluentes pullum? Qui dixerunt eis ſicut præceperat eis Ieſus, & dimiſerunt eis: Et duxerunt pullum ad Ieſum: Et [n] imponunt illi veſtimenta ſua, & ſedit [o] ſuper eum. Multi [p] autē veſtimenta ſua ſtrauerunt in via. Alij [q] autem frōdes cædebāt arboribus, & ſternebant in via: [c] Et qui præibant & qui ſequebantur, clamabant dicentes. Oſanna, benedictus qui venit in nomine domini: benedictum quod venit regnum patris noſtri Dauid, Oſanna in excelſis. [d] Et [r] introiuit Hieroſolymam in templum, & circunſpectis omnibus, cum iam veſpera eſſet hora, exiit in Bethaniam cum duodecim, & alia die cum exirent à Bethania, eſuriit. Cumque vidiſſet à longe ficum habentem folia, venit ſi quid forte inueniret in ea. Et eum veniſſet ad eam, nihil inuenit niſi folia. Nō enim erat tempus ficorum. Et reſpondens, dixit ei: Iam non amplius in æternum ex te fructum quiſquam manducet. Et audiebant diſcipuli eius, [e] & veniunt Hieroſolymam: Et cum introiſſet in templum, cœpit eiicere vendentes & ementes in templo, & mēſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit. Et non ſinebat vt quiſquam transferret vas per templum, & docebat, dicens eis: Nonne ſcriptum eſt, quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. [f] Quo audito, principes ſacerdotum & ſcribæ quærebant quomodo eum perderent. Timebant. n. eum, quoniam vniuerſa turba admira-

Capvt XI. G

E T k *cum, &c.*] Quæ eſt viſio, pacis, in qua manet fixa immobiliſque felicitas: quæ ſecundum Apoſtolum, mater eſt omnium credentium, & bene viuentium in Chriſto. Gal. 4.d

l ¶ *Miſit duos, &c.*] Bini vocantur, & bini mittuntur diſcipuli Chriſti, quoniam charitas non conſiſtit cum vno, vt dicitur: Væ ſoli, & reliqua. Duo educunt Hebræos de Ægypto. Duo deportāt botrum de terra ſancta, vt ſemper præpoſiti coniungant opus & ſcientiam, & duo mandata de duabus tabulis proferant, & duobus fontibus abluantur, & abluant, & duobus vectibus arcam domini portent, & inter duos Cherubim Deum cognoſcant, ſpiritu & mente pſallentes. Pullum ligatum ducunt & indomitum, quem ſoluunt & domant, qui eſt populus gentilis ligatus ante ianuam fidei cum vinculis peccatorum ſuorum, in biuio ſtantem, in libertate arbitrij dubitantem, inter vitam & mortem. — Eccl. 4.c

m ¶ *Quidam dicebant: Quid facitis?*] Ac ſi dicerent, quis poteſt dimittere peccata?

o ¶ *Et imponunt, &c.*] Id eſt, ſtolam primam immortalitatis per baptiſmi ſacramenta afferunt.

o ¶ *Et ſedit Ieſus ſuper eum.*] Id eſt, in eo regnare cœpit: vt non regnet peccatum in laſciua carne, ſed iuſtitia & pax & gaudium in Spiritu ſancto. H — Rom. 14.d

p ¶ *Multi autem, &c.*] Qui ſunt pedes, niſi qui portant, & extremi quos ad iudicandum conſtituit Apoſtolus: Qui & ipſi & ſi nō ſūt dorſum in quo ſedit dominus, tamen cum militibus à Ioanne inſtruuntur.

q ¶ *Alij autem frondes cædebāt de arboribus, & ſternebant in via: &c.*] Magis hoc ad orandum & ſacramentum pertinet, quam ad neceſſitatem: Iuſti vt palma florebunt, anguſti in radicibus, lati in floribus & fructibus, quoniam bonus odor Chriſti ſunt, & ſternunt viam mandatorum Dei bona fama. Qui præibant prophetæ ſunt: & qui ſequebantur, apoſtoli: Vt abyſſus abyſſum inuocat, id eſt, lex legem alteram. Oſanna, id eſt, ſaluifica: dicentes in excelſis & imis: vt iuſti ædificentur in ruinam angelorum, & terreni & ſubterranei ſaluentur ab eo benedicto veniente & veniente in nomine domini, id eſt, patris ſui: quoniam filius de patre ſuſcepit nomen & pater de filio. — Pſal. 92.

r ¶ *Et intrauit, &c.*] Et reliqua, vſque ad ſpeluncam latronum. Ieſus intrat in templum, veſpera exiit in Bethaniam

cum

E cum duodecim, mane ad Iu-
dæam venit, atque nos in veſ-
pera mundi viſitat. Eſuriẽs do-
minus ſalutem hominum, vi-
dit à longe ficum, foliis non
fructibus ornatum id eſt, ſyna-
gogam veſtram mandatis ho-
minum, & ſuperſtitionibus
ſcopatam, cui denegat fructum
in æuum. Inde templum in-
greſſus, eiecit vendentes, &
ementes, & menſas & cathe-
dras euertit, id eſt, qui vendũt
honorem, & gradus emunt.
Scriptum eſt enim: Domus mea,
Eſai.56.c *domus orationis vocabitur iux-*
Hier.7.b *ta Eſaiam. Vos autem feciſtis eã*
ſpeluncam latronum, iuxta Hie-
remiam.

a ¶ *Et cum veſpera facta eſſet,
&c.*] Et hoc propriè. Poſt ſe
relinquens tenebras vt ſol Iu-
dæorum cordibus: egredieba-
tur de ciuitate ad aliã, quæ eſt
beneuola & obediens. Mane
reuertẽtes viderunt ficum ari-
dam. Occidit ſol, oritur ſol, lux
ablata à ſcribis, lucet in apo-
ſtolis. Ficus arida à radicibus,
ſynagoga eſt à Cain & à cæte-
ris, à quibus omnis ſanguis ab
Abel vſque ad Zachariam re-
quiritur.

b ¶ *Et dixit Petrus: Ecce ficus,
&c.*] Petrus agnoſcit aridã &
F abſciſſam radicem: cui ſuccedit
oliua pulchra, fructifera voca-
ta à domino. Vnde ſequitur.

c ¶ *Amen dico vobis. Quicũque
ex vobis dixerit huic monti.*] Id
eſt, Chriſto qui eſt mons creſ-
cens de lapide abſciſſo ſine
manibus.

Act.13.g d ¶ *Tollere & mittere in mare,
& non hæſitauerit, &c.*] Hoc
eſt factum, quando dixerunt
apoſtoli: Digne tranſferimur ad
gentes, quia vos indignos iu-
dicaſtis audiendi verbum Dei.
Sequitur:

e ¶ *Et cum ſtatis ad orationem,
&c*] Septem verſus orationis
dominicæ, Marcus ſuo more,
in vna oratione comprehẽdit.
Is namque cui dimiſſa ſunt
omnia, quid amplius rogabit,
niſi quod perſeueret, in eo
quod obtinuit?

f ¶ *Et veniunt, &c.*] Et dicunt
illi ſeniores: In qua poteſtate
hæc facis? Reſpondit illis Ieſus:
Baptiſma Ioannis de cælo erat,
an ex hominibus? Et cogitantes,
dixerunt: Neſcimus. De lucer-
cerna inuidi obſcurantur, vt
dicitur: *Paraui lucernam Chri-
ſto meo: inimicos eius induam
confuſione.*

g ¶ *Et Ieſus ait, nec ego dico vo-
bis, in qua poteſtate hæc facio.*]
Hic cum peruerſo ſubuertitur
Deus.

Capvt XII.

E*T cæpit illis in parabolis lo-
qui: Hoc paſtinauit, &c.*]

batur ſuper doctrina eius [g] Et [a] cum veſpera facta
eſſet, egrediebatur de ciuitate. Et cũ mane tranſi-
rẽt, viderũt ficum aridã factã radicib. & recorda-
tus [b] Petr' dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixi-
ſti, aruit. [h] Et reſpõdens Ieſus ait illis. Habete fidẽ
Dei: amẽ [c] dico vobis, quia quicũq; dixerit huic
mõti tollere [d] & mittere in mare, & nõ hæſitaue-
rit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcũque
dixerit, fiat, fiet ei. [i] Propterea dico vobis, omnia
quæcunque orantes petitis, credite, quia accipi-
etis & eueniẽt vobis. [k] Et cũ [e] ſtabitis ad orandũ,
dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquẽ, vt & pa-
ter veſter qui in cælis eſt, dimittat vobis peccata
veſtra. Quod ſi vos nõ dimiſeritis, nec pater ve-
ſter qui in cælis eſt dimittet vobis peccata veſtra
[l] Et [f] veniũt rurs' Hieroſolymã. Et cũ ambula-
ret in tẽplo, accedũt ad eũ ſummi ſacerdotes, &
ſcribæ, & ſeniores & dicunt ei: In qua poteſtate
hæc facis, & quis dedit tibi hãc poteſtatẽ vt iſta
facias? Ieſus a. reſpõdẽs ait illis: Interrogabo vos
& ego vnũ verbũ, & reſpõdete mihi, & dicã vo-
bis in qua poteſtate hæc faciã. Baptiſma Ioannis
de cælo erat, an ex hominib. Reſpondete mihi.
At illi cogitabant ſecum, dicentes, ſi dixerimus
de cælo dicet, quare ergo nõ credidiſtis ei. Si di-
xerimus ex hominib. timemus populũ. Omnes
enim habebant Ioannem quia vere propheta eſ-
ſet. Et reſpondentes dicunt Ieſu: Neſcimus. Et [g]
reſpondens Ieſus ait illis: Neque ego dico vobis,
in qua poteſtate hæc faciam. Cap. XII.

E T [a] cœpit [h] illis in parabolis loqui: Vineã paſti-
nauit homo, & circũdedit ſepem, & fodit la-
cũ, & ædificauit turrim, & locauit eã agricolis, &
peregrè profectus eſt. Et miſit ad agricolas in tẽ-
pore ſeruũ, vt ab agricolis acciperet de fructu vi-
neæ. Qui apprehenſum eũ cæciderunt & dimiſe-
runt vacuũ. Et iterũ miſit ad illos alium ſeruũ, &
illũ in capite vulnerauerunt, & cõtumeliis affe-
cerunt. Et rurſum alium miſit, & illũ occiderunt,
& plures alios, quoſdã cædẽtes alios v. occiden-
tes Adhuc ergo vnum habẽs filium chariſſimũ,
& illum miſit ad eos nouiſſimum, dicẽs: quia re-
uerebuntur filium meum Coloni. a. dixerunt ad
inuicẽ: Hic eſt hæres, venite occidamus eum, &
noſtra erit hæreditas. Et apprehẽdentes eum oc-
ciderunt, & eiecerunt extra vineam. Quid ergo
faciet dominus vineæ? Veniet & perdet colonos,
& dabit vineã aliis. Nec ſcripturam hãc legiſtis:
Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic
factus eſt in caput anguli, à dñ̃o factum eſt iſtud,
& eſt mirabile in oculis noſtris. [b] Et quærebant
eum tenere, & timuerunt turbã. Cognouerunt
n. quoniã ad eos parabolã hãc dixerit. Et relicto
illo abierunt [c] Et mittunt ad eum quoſdam ex
phariſæis & Herodianis, vt eum caperent in ver-
bo. Qui venientes dicunt ei: Magiſter, [i] ſcimus
quia [a] verax es, & nõ curas quemquã: Nec. n. vides
in faciẽ hominum, ſed in veritate viã Dei doces:
Licet dare tributum Cæſari an nõ dabimus? Qui
ſciẽs verſutiã illorum, ait illis: Quid me tentatis?
Afferte mihi denarium vt videã. At illi obtule-
runt ei, & ait illis: Cuius eſt imago hæc & inſcri-
ptio? Dicunt ei: Cæſaris. Reſpõdẽs. a. Ieſus, dixit
illis: Reddite igitur quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, &
quæ ſunt Dei, Deo. Et mirabantur ſuper eo. Et
venerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt reſurre-

Homo Deus dicitur pater hu- Canon
mano affectu. Vinea, domus G
Iſrael eſt. Sepis, eſt cuſtodia Eſai.5.a
angelorum. Lacus, eſt lex, tur- g 123.
ris, templum: Agricolæ, ſacer- X.
dotes. Peregrinatio Dei, liber- h 124
tas eſt noſtri arbitrii. Serui VI.
miſſi, prophetæ. Fructus vi-
neæ, obedientia. De prophetis
alii cæſi, alij vulnerati, alij occiſi
ſunt. Filius chariſſimus & no- i 125.
uiſſimus, vnigenitus eſt. Ve- VI.
rebuntur filium meum. Per k 126.
ironiam hoc dicitur. *Et eiece-* VI.
runt eum extra vineam, id eſt
extra plebem, dicentes: *Quia* Ioan.8.f.
Samaritanus es, & dæmonium Matt.8.b
habes. Datur vinea aliis, id eſt, l 127
ab oriente & occidente & au- II
ſtro, & ab aquilone venienti-
bus, & recumbentibus cum
Abraham, Iſaac, & Iacob, in
regno Dei Hic eſt lapis repro- Pſal.117.a
bus, quem geſtat angulus, cõ-
iungens in cœna pura agnum
cum pane, finiens vetus, nouũ
inchoans teſtamentum. Hic
præſtat mira in oculis noſtris,
vt topazion. Tunc interrogãt
eum melleis verbis, & circum-
dant eum ſicut apes, mel por-
tantes in ore, aculeum in tergo
dicentes.

i ¶ *Magiſter, ſcimus quia verax* a 128.
es: &c. Licet dare tributũ, &c.] II.
Malæ ſiquidem cogitationes
ima terræ merguntur, quia de
ipſis exeunt, & in eadem iterũ H.
cœnoſitate voluuntur. Quod
Iudæis euidenter accidit, cum
blaſphemi, in innocentis Chri-
ſti cruore verſati ſunt. Reſpõ-
dit illis imaginem Cæſaris ha-
bentibus, nummum coactum
Cæſari, vos ipſos libenter Deo
reddite. *Signatum eſt ſuper nos* Pſal.4.b
lumen vultus Dei, non Cæſaris.
Et veniunt ad eum Sadducæi,
& reliqua. De hac quæſtione
alias diſputabimus, hic nobis,
non eſt cura erroris alieni. Sed
quod erunt homines ſicut an-
geli Dei, id eſt, nemo ibi mori-
tur, nemo ibi naſcitur, nec in-
fans nec ſenex. Mulier ſterilis
non relinquens ſemen ex ſep- b 129
tem fratribus nouiſſime mo- I.
riens, quid aliud ſignificat, quã c 130.
Iudaicam ſynagogam relictam II.
quaſi mortuam à ſpiritu ſepti-
formi, qui ſeptem patriarchas
impleuit? Qui non reliquerũt
ſemen ei Abrahæ, quod eſt Ie-
ſus Chriſtus. Licet enim puer
natus eſt illis, nobis tamẽ gen-
tibus datus eſt. Quæ mulier
mortua erat Chriſto, nec cui-
quam patriarchæ de ſeptem in
reſurrectione coniungetur.
Septeno namque numero vni-
uerſitas perfectorum ſignatur,
vt verſa vice per Eſaiam dici- Eſa.4.a
tur: *Apprehendẽt ſeptẽ mulieres
virum vnũ*, id eſt, ſeptem ec-
cleſiæ, quas dominus vnus a-
mat, arguit & caſtigat, adoran

CANON E tum vna fide. Hæ ſunt ſeptē ſportæ fragmentis panū plenæ.
Panes verba ſūt Spiritusſācti. Sportæ vero eccleſię. Quos pa-
Sap.1.a nes Ieſus benedicens fregit, & diſcipuli eius diuiſerūt turbæ,
dum die ſeptimo benedixit omnia opera ſua, requieſcens in
Gen.1. eis. Vnde luce facta primo die qui eſt ſapiētiæ: & firmamēto
in ſecundo, qui eſt intellect⁹: &
arida tertio, qui eſt conſilij: &
luminarib. accēſis quarto, quæ
ſunt virtutes: & volatilibus pi-
ſcibusq́; factis quinto, quæ ſūt
ſcientiæ: & anima viuente ſex-
to, i. e. homine ad imaginē Dei
facto, quod eſt pietatis: ſepti-
Pſal.18.b mo die ſpiritu timoris domini
qui permanet ſanctus in ſæcu-
lū ſæculi, & replet orbē terrarū
ſancta repletur eccleſia, nō ha-
bēs maculā, neq; rugā. Cur au-
1.Pet.4.d tē eccleſia ſeptiformis, i. e. per-
fecta timore repletur? Quia in-
ſtus vix ſaluabitur, qui rogat:
*Et non intres in iudicium cum
ſeruo tuo domine, quia nō iuſtifi-
cabitur in cōſpectu tuo omnis vi-*
Pſal.142.a *uēs.* Vnde his ſeptē qualitatib.
d 131 ſpiritus pſalterium cantauit,
VI. commemorans in eo, quid ne-
gligētia noſtra pepererit, quid
diligentia quæſierit, quid diui-
na prouidentia cōtulerit, quid
inimici inſtigatio fraudauerit,
quid obliuio lubrica ſubtraxe-
rit: quid humana fragilitas in-
tulerit, quid ignorātia impro-
e 132 uida fefellerit. Omnes hos ſe-
X ptē affectus in pſalmis inueni-
Pſal.7.d. mus expreſſos, vt eſt illud. Pri-
Pſal.118.a mus: *Concepit dolorem & pepe-*
Ibid.30.b *rit iniquitatem.* Secundus: *Præ-*
F *ueni in maturitate & clamaui.*
Pſal.16.e Tertius. *Incerta & occulta ſa-*
f 133 *pientiæ tuæ manifeſtaſti mei.*
II. Quartus: *Inimici mei animam*
Pſal.30.d *meā circumdederunt.* Quintus:
g 134 *Obliuioni datus ſum tāquā mor-*
II. *tuus à corde.* Sextus: *Quoniam*
Pſal.37.b *lumbi mei impleti ſunt illuſioni-*
Pſal.24.b *bus.* Septimus: *Delicta iuuentu-*
tis meæ, & ignorantias meas ne
Exod.25.c. *memineris domine.* Quos ſeptē
affectus ſpiritus ſeptiformis
h 135 emundat & illuminat: vt ſeptē
II. lucernæ ab auſtro ardentes,
Eſai.1.a aquilonares tenebras expellāt
i 136 in tabernaculo domini. Spiri-
VIII. tus ſapientiæ in pigro negli-
gentiam repellit. Spiritus in-
tellectus diligentiam rationa-
biliter quærit. Spiritus conſilij,
diuinam prouidentiam pru-
denter inuenit. Spiritus virtu-
tis, inſtigationes fortiter retū-
dit. Spiritus ſcientiæ, obliuio-
nem lubricam diu eſſe integre
non ſinit. Spiritus pietatis, hu-
manam fragilitatem clemen-
ter indulget. Spiritus timoris,
Dei improuidam ignorantiam
ardenter decoquit ac plene re-
plet. Sapiētia domum ædificat,
intellectus gubernacula inue-
nit, conſilium bona diſcreta
facit: virtus in patientia ani-
mam poſſidet: ſcientia diuitiæ
fidei & ſalutis acquiruntur.
Pietate proſperitas præſentis
vitæ & futuræ conſiſtit. Timore humilitas conſeruatur, & Eccl.1.b
omne peccatum expellitur. Quia *initium ſapientiæ timor do-
mini eſt.*

a ¶ *De mortuis autem quod reſurgāt, non legiſtis in libro Moyſi
ſuper rubum.*] In quo eſt ſimilitudo veſtra, in quo ignis arde-
bat, ſed non eius ſpinas conſu-
mebat? Sic vos inflammat elo-
quium meum, nec ſpinas ve-
ſtras ſub maledicto germinatas
abſūpſit. Inquiēs, Deus Abra-
ham & Deus Iſaac & Deus Ia-
cob, ter Deum nominando tri-
nitatem intimauit. Non eſt
Deus mortuorum, ſed viuorū.
Vnum Deum iterans, vnam
ſubſtantiam ſignificat. Viuor.
a. qui vendicabant portionem
quam elegerant, mortui vero
ſuor, qui quod vendicauerunt
perdiderunt.

b ¶ *Et interrogauit eum vnus
de ſcri &c.*] Quæ eſt hæc quæ-
ſtio problematis, quod eſt cō-
mune omnibus peritis in lege
niſi quod diuerſa in Exodo &
Leuitico & Deuteronomio or-
dinantur mandata? Vnde non
vnum, ſed duo intulit manda-
ta de his etenim duobus vbe-
ribus ſuper pectora ſponſæ ele-
uatis, noſtra alitur infantia.

c ¶ *Et ait illi ſcriba: Bene magi-
ſter in veritate dixiſti. Et dixit
illi Ieſus: Non longe es à regno
Dei.*] Quare non eſt longe qui
venit callide? Longior namque
eſt ignorantia à regno Dei Supr. eod. b
quam ſciētia. Vnde ſupra Sad-
ducæis: *Erratis*, loquit, *neſcien-
tes ſcripturas neque virtutem
Dei.* Et docebat eos Ieſus in D.
templo, id eſt, palam eis de ſe
loquitur, vt inexcuſabiles ſint,
& vt ignis incendat arida ſcri-
barum & phariſæorum exem-
pla qui volunt in ſtolis am-
bulare.

d ¶ *Hi accipient prolixius iudi-
cium. Et ſedens Ieſus contra ga-
zophilacium.*] Id eſt, diuitiarū
cuſtodiam.

e ¶ *Aſpiciebat quomodo diui-
tes iactabant multa. Et veniens
vna vidua, &c.*] Diuites qui
ſunt, niſi qui proferunt de the-
ſauro cordis ſui noua & vete-
ra, quæ ſunt incerta & occulta
ſapientiæ vtriuſque teſtamen-
ti? Paupercula vero quæ eſt,
niſi & ego ſimiles mei, qui
mitto, quod poſſum, & deſi-
dero quod non poſſum vobis
explanare? Non quantum vos
audiſtis, ſed ex quanto conſi- Exod.29.d
derat Deus. Vnuſquiſque qua-
drantem poteſt offerre. Hæc
eſt torta panis in Exodo, quæ
eſt voluntas prompta. Quę cur
quadrans dicitur? Quia ex tri-
bus conſiſtit, cogitatu, verbo,
ac facto. Quod dicit, totum vi-
ctum ſuum miſit. Tota enim
voluptas corporis in victu cō-
ſiſtit. Vnde dicitur: *Totus labor* Eccl.6.a
hominis in ore ſuo eſt.

ctionē nō eſſe, & interrogabāt eū, dicētes: Magi-
ſter, Moſes nobis ſcripſit, vt ſi cuius frater mor-
tuus fuerit, & dimiſerit vxorē, & filios non reli-
querit, accipiat frater eius vxorē ipſius, & reſuſ-
citet ſemē fratri ſuo. Septē ergo fratres erant, &
primus accepit vxorē, & mortuus eſt non relicto
ſemine, & ſecūdus accepit eā & mortuus eſt, &
nec iſte reliquit ſemē, & tertius ſimiliter. Et acce-
perunt eā ſimiliter ſeptē. & nō reliquerūt ſemen.
Nouiſſima omniū defūcta eſt & mulier: in reſur-
rectione ergo cū reſurrexerint, cuius de his erit
vxor? Septē. n. habuerūt eā vxorē. Et reſpondens
Ieſus, ait illis: Nōne ideo erratis non ſciētes ſcri-
pturas, neque virtutē Dei? Cū. n. à mortuis reſur-
rexerint, neq; nubēt neque nubētur, ſed ſunt ſi-
cut angeli in cœlis. De [a] mortuis. a. quod reſurgāt
non legiſtis in libro Moſi, ſuper rubū quomodo
dixerit illi De⁹, inquiēs: Ego ſum Deus Abrahā &
Deus Iſaac & Deus Iacob. Nō eſt Deus mortuo-
rū, ſed viuorū. Vos ergo multū erratis. [d] Et [b] ac-
ceſſit vnus de ſcribis, qui audierat illos cōquirē-
tes, & vidēs quoniā bene illis reſpōderit, interro-
gauit eū quod eſſet primū omniū mandatū. Ie-
ſus. a. reſpōdit ei: Quia primū omniū mādatum
eſt: Audi Iſrael, dn̄s Deus tuus, Deus vnus eſt. Et
diliges dominum Deum tuū ex toto corde tuo,
& ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex
tota virtute tua. Hoc eſt primum mādatum. Se-
cundū. a. ſimile eſt illi: Diliges proximum tuum
ſicut teipsū. Maius horū aliud mandatū non eſt.
[e] Et ait [c] illi ſcriba: Bene magiſter in veritate di-
xiſti: quia vnus eſt Deus, & nō eſt alius pręter eū.
Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intelle-
ctu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, & di-
ligere proximū tanquā ſeipsū, maius eſt omnib.
holocauſtomatibus & ſacrificiis. Ieſus. a. videns
quod ſapiēter reſpōdiſſet, dixit illi: Non es lōge
à regno Dei. [f] Et nemo iam audebat eū interro-
gare. [g] Et reſpōdēs Ieſus, dicebat docēs in tēplo:
Quomodo dicūt ſcribæ Chriſtū filiū eſſe Dauid?
Ipſe. n. Dauid dixit in ſpiritu ſācto. Dixit domi-
nus domino meo, ſede à dextris meis: Donec
ponā inimicos tuos ſcabellum pedū tuorū: Ipſe
ergo Dauid dixit eū dominum & vnde eſt filius
eius? Et multa turba eū libēter audiuit. [h] Et dice-
bat eis in doctrina ſua: Cauete à ſcribis, qui volūt
in ſtolis ambulare, & ſalutari in foro, & in primis
cathedris ſedere & in ſynagogis, & primos diſ-
cubitus in cęnis: [i] qui deuorāt domos viduarum
ſub obtentu prolixę orationis, hi [d] accipient pro-
lixius iudiciū. Et ſedēs Ieſus contra gazophyla-
ciū, aſpiciebat [e] quomodo turba iactaret æs in ga-
zophylaciū, & multi diuites iactabāt multa. Cū
veniſſet. a. vna vidua pauper miſit duo minuta,
quod eſt quadrans. Et cōuocans diſcipulos ſuos,
ait illis: Amen dico vobis: quoniā vidua hęc pau-
per plus omnibus miſit, qui miſerunt in gazo-
phylacium. Omnes enim ex eo quod abundabat
illis, miſerunt: hęc vero de penuria ſua omnia
quę habuit miſit totum victum ſuum.

CAPVT

CAPVT

CAPVT XIII.

E[a]T cũ egrederetur de tẽplo, ait illi vn⁹ ex diſcipulis ſuis: Magiſter, aſpice quales lapides & quales ſtructuræ? Et reſpõdens Ieſus, ait illi: Vides has oẽs magnas ędificationes: Nõ relinquetur lapis ſuper lapidẽ, qui nõ deſtruatur. [b]Et cũ ſederet in mõte oliuarũ cõtra tẽplũ, interrogabãt eũ ſeparatim Petr⁹ & Iacobus, & Ioãnes & Andreas: Dic nobis quãdo iſta fiẽt & quod ſignũ erit, quãdo hęc oĩa incipiẽt cõſũmari. Et reſpõdẽs Ieſus cœpit dicere illis: Videte ne quis vos ſeducat. Multi.n. veniẽt in nomine meo, dicẽtes, quia ego ſũ & multos deducẽt. Cũ audieritis.a. bella & opiniones bellorũ, ne timueritis, oportet.n. hæc fieri, ſed nõdũ finis. Exurget.n. gens ſuper gentẽ, & regnũ ſuper regnũ, & erũt terræ motus per loca & fames. Initiũ dolorũ hæc. [c]Videte aũt voſmetipſos. Tradẽt.n. vos in cõcilius, & in ſynagogis vapulabitis, & ante præſides & reges ſtabitis propter me in teſtimoniũ illis. [d]Et in oẽs gẽtes primũ oportet prędicari euãgeliũ. [e]Et cũ duxerint vos tradẽtes, nolite præcogitare quid loquamini: ſed quod datũ vobis fuerit in illa hora, id loquamini, Nõ.n. eſtis vos loquẽtes, ſed Spiritus ſãctus. Tradet.a. frater fratrẽ in mortẽ, & pater filiũ, & cõſurgẽt filii in parẽtes, & morte afficiẽt eos. Et eritis odio omnib. propter nomẽ meum. Qui.a. ſuſtinuerit in finẽ, hic ſaluus erit. [f] Cũ.a. videritis abominationẽ deſolationis ſtãtẽ vbi nõ debet, qui legit, intelligat. [g] Tunc qui in Iudæa ſunt fugiãt in mõtes, & qui ſuper tectũ, non deſcẽdat in domum, nec introeat vt tollat quid de domo ſua. Et qui in agro erit, non reuertatur retro tollere veſtimentũ ſuũ. [h]Vę.a. prægnantib. & nutrientib. in illis dieb. [i]Orate.v. vt hyeme nõ fiat. [k] Erũt.n. dies illi tribulationis tales quales nõ fuerunt ab initio creaturæ quam cõdidit Deus vſq; nũc, neq; fiẽt. [l] Et niſi breuiaſſet dñs dies, non fuiſſet ſalua oĩs caro. Sed propter electos quos elegit, breuiauit dies. [m] Et tunc ſi quis vobis dixerit: Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic, ne credideritis, [n]Exurgẽt.n. pſeudochriſti & pſeudopropheţę, & dabũt ſigna & portẽta ad ſeducẽdos ſi fieri poteſt etiam electos. Vos ergo videte, ecce prædixi vobis oĩa. [o]Sed in illis dieb poſt tribulationẽ illã ſol cõtenebrabitur, & luna non dabit ſplendorẽ ſuum, & ſtellæ cœli erunt decidẽtes, & virtutes quę in cœlis ſunt, mouebũtur, [p] & tunc videbũt filium hoĩs venientẽ in nubib. cum virtute multa & gloria. Et tunc mittet angelos ſuos, & cõgregabit electos ſuos à quatuor ventis, à ſummo terrę, vſque ad ſummum cœli: A ficu.a. diſcite parabolã: Cum jam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoſcitis quia in proximo ſit ęſtas. Sic & vos cũ videritis hæc fieri, ſcitote quod in proximo ſit in oſtiis. Amen dico vobis, quoniã non trãſibit generatio hæc, donec oĩa iſta fiãt. Cœlum [b] & terra trãſibunt, verba.a. mea non tranſibunt. [q] De die.a. illa vel hora nemo ſcit, neque angeli in cœlo, neque filius, niſi pater [r] Videte vigilate, [c]& orate, neſcitis.n. quando tempus ſit. [ſ] Sicut homo qui pergere profectus reliquit domum ſuam, & dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſque operis, [t]& ianitori pręcepit vt vigilet. [t]Vigilate ergo: neſcitis.n. q. dominus veniet, ſero an media nocte, an galli cantu, an mane, ne cum venerit repente inueniat vos dormientes.
Quod [d] a. vobis dico, omnibus dico. Vigilate. a 156

CAPVT XIV. I

E[a] Rat[e].a. paſcha, & azyma poſt biduum, [b]& quærebant [f] ſummi ſacerdotes b 157
& ſcribæ, quomodo eũ dolo tenerent & occiderent, dicebant autẽ: Non in V I
die feſto, ne forte tumultus fiat in populo. [c] Et cum eſſet Bethaniæ in domo c 158

CAPVT XIII.

A E*T cum egrederetur de tẽplo ait, &c.*] Enumerat diſcipulis cladem nouiſſimi temporis, i. e. deſtructionẽ templi cũ plebe & litera ſua. De qua lapis ſuper lapidẽ nõ relinquetur, i.e. teſtimonia prophetarũ ſuper eos in quos Iudæi retorquebant ea, vt eſt in Apoſtolũ. in Eſdrã, in Zorobabel, in Machabeos. Quæ enumerat, omnia ſpernenda ſũt potius quam tractanda. Pſeudo Chriſti & pſeudo prophetæ, gẽs ſuper gẽtẽ, regnũ ſuper regnum terræ motus, vapulatio prædicantiũ, prædicatio euãgelij vſque ad fines terrę, vt ante iudicium clamet eccleſia: *A finib. terræ ad te*
Pſal. 60. a *clamaui domine.* Domeſtici in domeſticos ſurgẽtes, abominatio in templo, fuga in mõtes: vt nõ deſcẽdat ad ima, qui aſcẽdit ad alta Orate vt hyeme nõ fiat fuga veſtra vel ſabbatho, i.e. ne finiantur fructus veſtri operis cũ fine tẽporis hyeme.n. finitur fructus, ſabbatho v. tẽpus. Tribulatio ingens, & dies breues propter electos, ne malitia huius tẽporis mutet intellectum
Geneſ 6 b eorum. Sicut ad Noe dicitur. Poſt hæc ſol contenebrabitur ad gelida corda vt hyeme: & luna non ſplẽdebit ſerena à tempeſtate diſſenſionum, & ſtellæ
B erunt decidẽtes lumine, quando pene deerit ſemen Abrahæ, cui aſſimilatæ ſũt ſtellæ: & virtutes quæ ſũt in cælis mouebũtur ad irã vindictę, quãdo mittẽtur à filio hominis veniẽte in nubibus cæli cum virtute, qui prius ſicut pluuia in vellus Gedeõ deſcẽdit cũ humilitate. Et congregabit electos à quatuor vẽtis, vt triticum vẽtilatum de area totius terræ. Fici parabola hæc eſt prophetia. Folia nata verba ſunt præſentia: æſtas.v. proxima, dies eſt iudicij, in quo vnaquęque arbor manifeſtabit quæ intus habuit, an aridũ ad comburẽdum, an viride ad plãtãdum in eden cum ligno vitæ: cuius ſunt folia in ſalutẽ gẽtiũ.
Matt 25 d i.e. verba, quib. dicetur: *Venite benedicti patris mei*, & reliqua Sequitur.
b ¶ *Cælũ & terra trãſibũt, verba.a mea nõ trãſibũt. De die.a. illa & hora nemo ſcit, neque angeli in cælo, neq; filius, niſi pater.*]
Ioan 14 d Quid eſt quod dicit, neq; filius niſi pater Quid eſt quod dicit, neq; filius de quo dicitur: *Pater in me: & ego in patre*: id eſt corpus eius in terra poſitũ, quod eſt eccleſia.
c ¶ *Vigilate & orate, neſcitis n. quãdo tempus ſit.*] Vigilia opus eſt mẽtis ante mortẽ corporis. Homo peregre proficiſcẽs corpus eſt Chriſti in cælum eleuatum: relinquens domum ſuam quæ eſt eccleſia. Dãs ſeruis ſuis

poteſtatẽ vniuſcuiuſq; operis, CANON
i.e. octo talẽta, iuxta Matthæũ C
vel decẽ minas, iuxta Lucã. Et Matt.25.b
ianitori præcepit vt vigilet, i.e. Luc.19.b
ei qui prædicat, cui dicitur: Si a 137
nõ annũciaueris iniquo iniqui- II
tatẽ ſuã, ſanguinẽ ſuũ de manu Ezech 3.d
tua requiram. *Vigilate ergo* & b 138
reliqua Sero an media nocte, II
quãdo ſũt occiſa Ægyptiorum primogenita, ne inueniat vos dormiẽtes. Nã qui dormit, nõ corpora vera, ſed phantaſmata intẽdit, & vacuus vigilat de his quæ viderat. Sic nimirum ſunt quos mũdi amor rapit in vita, deſerit poſt vitã quod ſomniabant pro certo. Sequitur. c 139
d ¶ *Quod vobis dico, omnib. dico:* I
Vigilate.] Hoc fine concludit d 140
ſermonem, vt commune om- V I
nium preceptum nouiſſimi per e 141
primos audiant. II

CAP. XIV.

E*Rat.a. paſcha, & azyma poſt biduum.*]Nũc aſpergamus
librũ noſtrum ſãguine & limi- D
na domorum: & funẽ coccineũ Exod. 12 d
circundemus domui orationis Ioſue 2 Gen 38.
noſtræ, & coccũ in manu no- f 142
ſtra vt Zare ligemus, vt vacuã V I
ruſã in valle occiſam enarrare g 143
poſſimus. Phaſe trãſitus inter- II
pretatur. Paſcha v. immolatio. h 144
In immolatione agni & tranſi- II
to populi per mare vel per Æ- i 145
gyptum, præfiguratur paſſio V I
Chriſti, & redẽptio populi de k 146
inferno: quãdo nos poſt biduũ II
viſitat, i.e. pleniſſima luna æta- l 147
te Chriſti perfecta, vt nec cum V I
aliqua parte tenebroſa carnes m 148
agni immaculati, qui tollit pec- II
cata mundi, in vna domo, quæ n 149
eſt vna electa matris ſuæ eccle- V I
ſia catholica, calciati charitate 1.Cor.5.c
& armati virtute comedamus, o 150
dicentes: *Etenim paſcha noſtrũ* II
immolatus eſt Chriſtus. Dan. 1.a
f ¶ *Et quærebant ſummi ſacerdo-*
tes, & ſcribæ, &c.] A principib. p 151
egreſſa eſt iniquitas in Babylo- II
ne. Occiſo etenim capite totũ corpus eneruę efficitur. Vnde miſeri faciũt quod capita mouẽtur. Vitãt diẽ feſtũ quod cõuenit illis. Non eſt n. feſtiuitas his qui vitã & miſericordiã perdiderũt. Venit Ieſus Bethaniã.
Hinnulus ceruorũ ſẽper ad le- q 152
ctum ſuum redit, i.e. filius obe- V I
diens patri vſq; ad mortẽ, obe- r 153
dientiam à nobis petit. Simon V I
lepro- ſ 154
II
t 155
II

S.Hier.tom.6.

CANON le proſus, mūdū infidelē primo, & poſtea fidelē ſignificat. mu-
E lier cū alabaſtro, eccleſiaſticā fidē, quę dicit: *Nard⁹ mea dedit*
Cant. 1. d *odorē ſuum*. Piſtica nardus dicitur, id eſt myſtica & pretioſa: Dom⁹ impleta odore, cœlū & terra eſt. Fractū alabaſtrū, carnale eſt deſideriū, quod frāgitur ad caput ea quo omne corpus cōpaginatū eſt. Recūbēte ipſo, id eſt, humiliāte, vt eū tāgeret fides peccatricis, quæ de pedib. aſcēdit ad cap. & ad pedes à capi. deſcēdit per fidē: i. e. ad Chriſtū & ad membra eius.

culū grādē, eccleſia magna eſt qua narratur nomen dn̄i, ſtra- G
ta varietate virtotū, & linguarū, vt eſt illud: *Circumamicta va-* Pſal. 44. e
rietate, in qua paratur domino paſcha. Dn̄s domus, Petrus apoſtolus eſt Coi dominus domum ſuam credidit, vt ſit vna fides ſub vno paſtore.

Simonis leproſi, & recumberet, venit mulier habēs alabaſtrum vnguenti nardi ſpicati pretioſi, & fracto alabaſtro effudit ſuper caput eius. Erāt.[a] a. qdā indigne ferētes intra ſemetipſos, & dicentes: Vt quid perditio iſta vnguēti facta eſt? Poterat.n vnguentū iſtud venundari pluſquā trecentis denariis, & dari pauperib. Et fremebant in eā. Ieſus. a dixit: Sinite eā. Quid illi moleſti eſtis? Bonū[b] op⁹ operata eſt in me. Sēper enī pauperes habetis vobiſcū, & cū volueritis, poteſtis illis bene facere, me autē nō sēper habetis. Quod habuit, hęc fecit:[c] Præuenit[d] vngere corpus meū in ſepulturā. Amē dico vobis vbicūq; prędicatū euāg. iſtud in vniuerſo mūdo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriā eius.[e] Et Iudas Iſcariotis vnus de duodecim abiit ad sūmos ſacerdotes, vt proderet eū illis. Qui audiētes gauiſi ſunt, & promiſerūt ei pecuniā ſe daturos. Et quærebat quomodo eū opportune traderet. Et primo die azymorū quādo paſcha immolabant, dicūt ei diſcip.: Quo vis eamus & paremus tibi comedere paſcha? Et mittit duos ex diſcipulis ſuis, & dicit eis: Ite in ciuitatē, & occurret vobis homo lagenā aquę baiulans, ſequimini eū. & quocūq; introierit dicite dn̄o domus, quia magiſter dicit: Vbi eſt refectio mea: vbi paſcha cū diſcipulis meis māducē. Et ipſe vobis demōſtrabit cęnaculū grāde ſtratū, & illic parate nobis. Et abierūt diſcipuli eius, & venerūt in ciuitatē, & inuenerūt ſicut dixerat illis, & parauerūt paſcha.[f] Veſpere.[d] a. facto venit cū duodecī, & diſcūbentib. eis & manducātib. ait Ieſus: Amē dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me qui manducat mecū.[g] At illi cœperunt contriſtari, & dicere ei ſingulatim: Nūquid ego?[h] Qui ait illis: Vnus ex duodecim qui intingit mecū in catino. Et filius quidem hominis vadit ſicut ſcriptū eſt de eo. Væ. a. homini illi per quē filius hominis tradetur. Bonū erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille.[k] Et manducantibus illis, accepit Ieſus panē, & benedicens fregit & dedit eis, & ait: Sumite, Hoc eſt corpus meū.[l] Et accepto calice[e] gratias agens dedit eis. Et biberūt ex[f] illo omnes. Et ait illis: Hic eſt sāguis meus noui teſtamēti, qui pro multis effūdetur. Amē dico vobis, quod iā non bibam[g] de genimine vitis vſque in illum diē, cū illud bibā nouū in regno Dei.[m] Et hymno[a] dicto exierūt[h] in mōtem oliuarum, Et ait Ieſus,[n] Omnes ſcandalizabimini in me in nocte iſta: quia ſcriptum eſt:[o] Percutiā paſtorem, & diſpergētur oues. Sed poſt quā reſurrexero, præcedam vos in Galilęam.[b] Pe-

a ¶ *Quidem*, &c.] Per ſynecdochen dicitur vnus pro multis, & multi pro vno: Dicentes intra ſe: *quid perditio hæc vn-*
d 159 *guēti?* Perditus de ſalute perdi-
V tionē inuenit, & in ficu fructifera mortis laqueū näſciscitur.
e 160 *Trecentis denariis poterat venū-*
II *dari vnguentū, & dari pauperibus*. Sub prætextu auaritię miſteriū loquitur fidei. Etenim noſtra fides trecētis emitur denariis, id eſt, decē ſenſibus per
Iud. 7. b corpus & animā & ſpiritū tri-
Gen. 14. c plicitatis: vt & nos ſicut Gedeō trecentorū virorū numerū aſſumētes, allophylorum caſtra pauperes ſpiritu fractis lagūculis noſtris cū torbis & lucernis deſtruamus, & vt Abrahā eum trecētis viris, ſpolia adverſperum diuidamus. Sequitur.
F b ¶ *Bonū*, &c.] Qui cedit in
f 161 deū, reputatur ei in opus iuſti-
IV tię. Aliud eſt.n credere ei, aliud credere in eū id eſt, totū eiicere te in illū. *Quod habuit, hæc fecit.*
g 162 Non aliunde ſpetemus quod
I in nobis habemus.
h 163 c ¶ *Præuenit*, &c.] Id eſt an-
II tequā veniretis qoi ea cluderet.
i 164 Iudas Iſcariotis vnus de duo-
VI decim. Vn⁹ numero, nō vnus
k 165 merito, vnus nomine nō vnus
I numine, vnus corpore, nō vn⁹ animo. Vnde ſpōſus ad ſponſā
Cant. 4. c canit: *Vulneraſti cor meū ſoror mea ſpōſa, in vno oculorū tuorū,*
l 166 *& in vno crine colli tui*. Oculus
II & crinis, ſapientiæ eſt vittos,
Matt. 13. b quoniā Iudę cū cęteris dicitur:
m 176 *Vobis datū eſt noſſe myſterium*
VI *regni* & dedi vobis poteſtatem
Pſal. 18. a & reliqua. Abiit ad principes.
n 168 Poſt quā exiit, Satanas in eū in-
IV troiit. Hic nox nocti indicat
o 169 ſcientiā. Vnūquodq; animal ad
VI ſimile ſibi iongitur. Maria cur-
p 170 rit ad apoſtolos, vt dies diei e-
I ructet verbū. Et Iudas ad Iudæos, vt nox nocti indicet ſciētiam. Promittūt pecuniā, amittunt vitā, quā ipſe recepit cū vitā amiſit. *Quærebat opportunitatem*. Opportunitas doli nūquā inuenitur, vt nō vindicetur hic aut illic. Promittit ſe tra-
Luc. 4. dere, vt magiſter eius diabolus ante dicebat. Tibi dabo poteſtatē hāc vniuerſā. Et primo die azymorū, quę cū amaritudine māducātur: azyma nobis eſt redēptio noſtra. Amaritudo vero paſſio dn̄i. Dicūt diſcipoli: *Quo vis eamus?* Vt cum voluntate Dei dirigamus greſſus noſtros. Dn̄s indicat cum quo māducat paſcha, & more ſuo mittit duos, quod ſupra ex-
Ioſue. 2. poſuimus. Et dicit: Ite in ciuitatē, & reliqua. Ciuitas eſt eccleſia quæ muro fidei cingitur: Homo occurrēs, populus primitiuus eſt. Amphora aquæ, lex literæ eſt. Sequimini eū, qui ducit in altū vbi eſt refectio Chriſti: Vnde Raab exploratorib. mādat vt nō irēt per ima ſed per excelſa pergerēt. Cœna-

d ¶ *Veſpere*, &c.] Veſpera diei, veſperā indicat mūdi. Circa vndecimā nāq; horā venitſe niuiſſimi qui primi denariū vitæ accipiūt æternæ, quia ante crucē Abrahā erat in inferno, & poſt crucē latro in paradiſo. Māducātib. a. eis ait: Vnus ex vobis me tradet, qui manducat mecū panē. Quia dū falſitas arguitur nihilominus veritas cōproba-
tur, vt impleretur quod dicitur: Pſal. 40. a
Qui edebat panes meas, magnificabat ſuper me ſupplātationem. Omnes tāguntur vt fiat harmonia in cithara: oēs neruis bene ſuſpēſi, cōſona voce reſpōdent: Nūquid ego ſū dn̄e? Vnus remiſſus & pecuniæ amore affectus dixit: Nūquid ego ſū rabbi? Et dicit illis: Vnus de duodecim. Separat lupus ſeorſū ouē quā capit. Ouis quæ de ouili egreditur, lupi patet morſib. Filius hominis vadit: ſed væ homini per quē tradetur. Multi bonū vt Iudas faciūt, ſed omnino illis nō proficit. *Bonū erat ei ſi nō eſſet natus*; Intimo latens vtero materno, melius eſt nō eſſe quā ad tormenta eſſe. *Accepit Ieſus panē, & benedicēs fregit*, trāsfigurās corpus ſuū in panē, quod H
eſt eccleſia præſens, quæ accipitur in fide: bene dicitur in numero: frāgitur in paſſionib. datur in exēplis: ſumitur in doctrinis: formās ſanguinē ſuū in calicē, vino & aqua mixtū: vt alio purgemur à culpis, alio redimamur à pœna. Sāguine nāq; agni Exo. 12. 14.
ſeruātur domus à percuſſione angeli, & aqua maris rubri extinguuntur inimici, quæ ſunt myſteria eccleſiæ Chriſti.
e ¶ *Gratias*, &c.] Gratia, non meritis ſaluati ſumus, à Deo.
f ¶ *Et biberūt*, &c.] Ebrietas ſobria, ſatietas ſalutaris, quæ quāto copioſius ſumitur, tanto maiorem ſobrietatem mentib⁹ donare dignatur. Et Iudas bibit, ſed non ſaturatur: nec ſitim extinguit ignis æterni, quia indigne ſumit myſteria Chriſti. Hic macula in luna oſtenditur, quæ nunquā deletur. Luna eccleſiæ merito comparatur, quæ non habet ſplendorem, ſed à ſole certis modis ſuſcipit lumen, id eſt à Chriſto, qui permanet in æternum. Sunt enim in eccleſia quos ſacrificium nullum emundat, ſed eos cogitatio inſipiens perducit ad culpas, qui ſe cœnoſæ crudelitatis fœtoribus miſcuerunt. Sanguis enim noui teſtamenti, qui pro multis effundetur, non omnes emundat.
g ¶ *Non bibam*, &c.] Hic mutat tantum ſacrificium, ſed non mutat tēpus, vt nos nunquā cœnam Dn̄i ante quartamdecimā lunam faciamus. Qui facit in quartadecima reſurrectionem, in vndecima luna cœnam domini facit, quod nunquam inuentum eſt, nec in veteri teſtamento, nec in nouo.
h ¶ *Et hymno dicto*.] Id eſt laude domini, vt eſt in pſalmo: *Et laudabunt dominum qui requirunt eum: &, manducauerunt eum,* Pſal. 21. f
& adorauerunt omnes pingues terræ.

CANON

trus a. [b]ait illi: Et ſi oēs ſcādalizati fuerint, ſed nō ego. Et ait illi Ieſus: Amē dico tibi, quia tu hodie in hac nocte prius [c]quā bis gallus vocem dederit, ter me es negaturus. [q] At ille amplius loquebatur. Et ſi oportuerit me ſimul cōmori tibi, nō te negabo. Similiter aūt & oēs dicebāt. [r] Et veniūt in prędiū cui nomē Gethſemani, [c] & ait diſcipulis ſuis: Sedete [d] hic donec orem. Et aſſumit Petrum & Iacobum & Ioan. ſecū, & cœpit pauere [a] & tędere. [r] Et ait illis: Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortē: Suſtinete hic & vigilate. [u] Et cum proceſſiſſet paululū, procidit ſuper terrā, & orabat, vt ſi fieri poſſet, trāſiret ab eo hora, & dixit: Abba pater, oīa tibi [f] poſſibilia ſunt, trāſfer calicē hūc à me: [x] ſed non quod ego volo. ſed quod tu. [y] Et venit, & inuenit eos dormientes, & ait Petro: Simō dormis? nō potuiſti vna hora vigilare? [g] Vigilate & orate, vt nō intretis in tentationē. [z] Spiritus quidē prōptus eſt, caro aūt infirma. [a] Et iterū abiens orauit, eundem ſermonē dicens. Et reuerſus denuo inuenit eos dormientes. Erant. n. oculi eorū grauati, & ignorabāt quid reſpōderēt ei. Et venit tertio, & ait illis: Dormite iā & requieſcite. [b] Sufficit. Venit hora, ecce filius hominis tradetur in man[9] peccatorū. Surgite, eamus. Ecce qui me tradet prope eſt. [c] Et adhuc eo loquēte, venit Iudas Iſcariotis vnus de duodecim, & cū eo turba multa, cum gladiis & lignis à ſummis ſacerdotib. & ſcribis & à ſeniorib. [d] Dederat autē traditor eis ſignum eis, dicens: Quemcūq; oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, & ducite caute. Et cū veniſſet, ſtatim accedens ad eū, ait, Rabbi, & oſculatus eſt eū. At illi manus iniecerunt in Ieſū, & tenuerunt eū. [e] Vnus autem quidā de circūſtātibus educens gladium, percuſſit ſeruum ſūmi ſacerdotis, & amputauit illi auriculā. [f] Et reſpōdens Ieſus, ait illis: Tāquā ad latronem exiſtis cum gladiis & lignis cōprehendere me: quotidie etiā apud vos in templo docens, & nō me tenuiſtis. [g] Sed vt impleātur ſcripturę. Tūc diſcipuli [h] eius relinquentes eum, omnes fugerunt. [h] Adoleſcens [i] aūt quidā ſequebatur eum, amictus ſindone ſuper nudo & tenuerunt eū. At ille reiecta ſindone, nudus profugit ab eis. [i] Et adduxerunt Ieſum ad ſummū ſacerdotem, & cōueniunt oēs ſacerdotes & ſcribę, & ſeniores. [k] Petrus autem à lōge ſecutus eſt eū vſq; intro in atriū ſummi ſacerdotis, & ſedebat cū miniſtris ad ignem, & calefaciebat ſe. [l] Sūmi vero ſacerdotes & oē cōcilium quęrebant aduerſus Ieſum teſtimonium: vt eum morti traderent, nec inueniebant. Multi autem falſum teſtimonium dicebāt aduerſus eū & conuenientia teſtimonia non erant. [m] Et quidam [k] ſurgentes, falſum teſtimonium ferebant aduerſus eum, dicentes: Quoniā nos audiuimus eum dicentē: Ego diſſoluā tēplum hoc manufactum, & poſt triduum aliud nō manufactum ædificabo. Et non erat cōueniens teſtimonium illorum. Et exurgens ſummus ſacerdos in medium, interrogauit Ieſum dicens: Non reſpōdes quicquam ad ea quæ tibi obiiciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil reſpōdit. Rurſum ſummus ſacerdos interrogabat eum, & dicit ei: [l] Tu es Chriſtus filius Dei benedicti? [m] Ieſus autē dixit illi: Ego ſum. [n] Et videbitis [n] filium hominis [a] ſedentē à dextris virtutis, & venientē [b] cum nubibus cœli. [o] Summus [c] autem ſacerdos ſcindens veſtimen-

A a ¶ Et, &c.] In monte oliueti Ieſus tenetur, & inde ad cœlos aſcendit: vt nos ſciamos, quia inde aſcendimus ad cœlos, vnde vigilamus & oramus & ligamur, nec repugnamus in terra. Oēs vos ſcandalū patiemini. Oēs caduni, ſed non omnes iacent. Nūquid qui dormit non adiiciet vt reſurgat? Carnale eſt cadere, ſed diabolicum iacere.

Pſal. 40.b Zach. 13.c Scriptū eſt, *percute paſtorē*. Propheta Zacharias poſtulat paſſionē domini. Pater reſpōdet, percutiā paſtorē, precibus ſanctorū infernaliū. Filius à patre mittitur & pcutitur, i.e. incarnatur & patitur. *Diſperguntur oues* paſtore capto, reſurrectio promittitur, vt ſpes non extinguator.

b ¶ *Petrus*, &c.] Et auis ſine pennis in altum volare nititur. Sed corpus aggrauat animā, vt timore humanæ mortis, timor dñi ſuperetur vel vincatur.

c ¶ *Priuſquā*, &c.] Gallus cantat, Petrus negat ter. Gallus lucis nūcius quis eſt, niſi Spirit[9] S.? cuius voce in prophetis & apoſtolis nos de terna abnegatione qua Deū negauimus noſſe, voce ancillarū exterriti, excitamur ad amariſſimos poſt lapsū fletus: qui male cogitauimus de Deo, & male locuti ſumus ad proximos, & male fecimus ad noſmetipſos. גיא שמנים *Et venit in prædiū Gethſemani*, i.e. vallis Pſal. 21.c pinguedinū, vbi tauri pingues obſederunt eum, & vituli multi circumdederunt eum.

d ¶ *Sedete*, &c.] Separatur in oratione qui ſeparatur in paſſione, quia ille orat, illi dormiūt B pinguedine cordis oppreſſi.

e ¶ *Cœpit*, &c.] Pauere & triſtificari docemur ante iudicium mortis: quia non poſſumus per Ioan. 14.b nos dicere niſi per illum: *Venit princeps mūdi hui[9], & in me nō habet quicquam*. Et dixit, *Abba pater*. heb. & Gr. loquitur, quia nō eſt diſtinctio Iudæi & Græ.

f ¶ *Si*, &c.] Vſque ad finē non ceſſat nos docere, patrib. obedire, & voluntatē eorū voluntati noſtræ præponere. Inuenit eos dormientes. Sicut dormiūt mente, ſic & corpore.

g ¶ *Vigilate*, &c.] In tentationem intrat, qui orare negligit. Ter diſcipuli dormiunt, & ter dominus orās ſuſcitat. Terna dormitatio, tres mortuos quos dominus ſuſcitauit ſignificat. Matth. 9.c Primū in domo: ſecundum ad Luc. 7.c ſepulcrū: tertium de ſepulcro. Ioan. 11.f Terna vigilia domini, tres perſonas habere nos in orādo docet: & de præteritis & futuris & de præſentib. veniā rogare. Venit Iudas cū gladiis & lignis. Incumbit virtuti ſæculi qui

deſperat de adiutorio Dei. Dat ſignum oculi e[u] veneno dolī: Sicut Cain obtulit ſacrificiū ſubdolum & reprobatū. Vnde vinū eū aceto in cruce ponunt. Et tenuerunt Ieſum. Hic adeſt Ioſeph vinctus, vēditus à fratrib. & ferrū pertrāſiuit animā eius. Pſal. 104.b Vnus educēs gladiū eius amputauit auriculā ſerui. Prædicatio Petri, auditum à Iudæis abſcidit regni Dei.

h ¶ *Tunc*, &c.] Tunc adimpletum eſt quod dicitur: Elongaſti à me amicum & proximū, & Pſal. 87.d notos meos à miſeria q171

i ¶ *Adoleſcens*, &c.] Hoc proprie Marcus. VI. Sicut & Ioſeph r172 relicto pallio nudus de manib. I. impudicæ dominę effugit. s173 Qui autē vult effugere manus ini- VI. quorū relinquens mente quæ t174 mundi ſunt, fugiat poſt Ieſum. IV. Et conuenerunt ſacerdotes & Gen. 39.c ſcribæ. u175 Tūc fit cōgregatio taurorum in vaccis populorū. I. Petrus à lōge ſequebatur. Vir duplex animo, incōſtās eſt in om- x176 nib. viis ſuis. I. Timor retrahit, charitas trahit. y177 In atrio cū miniſtris calefacit ſe ad ignē. II. Atriū ſacerdotis, eſt ſecularis circuitus: Pſal. 67.f miniſtri, dæmonia ſunt: z178 ignis, deſideriū carnale, cū qui- IV. busqui manet, flere peccata nō a179 poteſt. *Sūmi ſacerdotes quærebāt falsū teſtimonium aduerſus* VI. *Ieſū. Mentita eſt iniquitas ſibi*: b180 vt regina aduerſus Ioſeph, & VI. ſacerdotes aduerſus Suſannā: c181 ſed ignis ſine materia deficit. I. *Et conuenientia teſtimonia nō erāt.* Pſal. 26.c Quod variatur, incertum habetur. Gen. 19. Dan. 13.

k ¶ *Quidam*, &c.] Moris eſt D hæreticorum vmbrā de veritate d182 trahere. Non ille dixit quod II. illi dicunt: ſed ſimile verbum de tēplo corporis ſui, quod poſt triduū reſuſcitauit. Exurgens e183 ſūmus ſacerdos interrogat Ieſū: Ille autē tacebat. I. Ipſe Deus & Saluator noſter qui mundo f184 ſalutē cōtulit, & humano generi ſua pietate ſubuenit: ſicut I. ouis ad occiſionem ſine voce ducitur, & obmutuit & ſiluit à bonis. g185 Taciturnitas Chriſti apologiam Adæ abſoluit. VI.

l ¶ Et *dixit ei*: &c.] Quē expe- h186 ctabant de longe, in prope nō X. vident. i187 Sicut Iſaac caligantib. oculis, Iacob ſub manibus non I. agnoſcit, ſed longe de eo futura cauit. k188

m ¶ *Ieſus*, &c.] Vt inexcuſa- IV. biles ſint.

n ¶ *Et* &c.] Sacerdos interro- l189 gat filiū Dei: Ieſus aūt reſpon- II. dit filiū hominis: vt hic intelligam[9] eſſe filiū eūdē eſſe & filiū hūis, & ne quaternitatē faciamus in trinitate: ſed homo in m190 Deo, & Deus in hōe neceſſe ſit. VI.

n191 I. o192 VI.

CANON a¶ *A dextris*,&c.] Ideſt in vita regnantem ſempiterna, &
E virtute diuina.
b ¶ *Et venientem*, &c] In nube aſcendit, cum nube veniet:
id eſt in corpore ſuo ſolo, quod ſumpſit à Virgine aſcendit:
& cum multiformi eccleſia quæ eſt corpus ipſius & pleni-
tudo eius ad iudicium ventu-
rus eſt: ſicut dicit ſecundum
Matt.25.c Matthæum: *Cum autē venerit*
p 193 *filius hominis*, *& omnes angeli*
I. *cum eo*,& reliqua.
q194 e¶ *Summus*, &c.] Hoc eſt E-
I. phod,in quo habebat honorē,
1.Reg 15.f Iudæi amiſerūt. Hic adeſt Sa-
r 195 muel ſciſſo pallio de manibus
I. Saul:id eſt regno. Milites gēti-
ſ 196 les nō ſcindunt tunica Chriſti.
I. Sacerdotes vero ſcindūt digni-
tatē ſacerdotij ſui. Et cōdēnāt
eū reū eſſe mortis. Quo ream
ſuo, reatū noſtrū ſolueret, & ve-
lamine faciei ſuæ, velamē cor-
diū noſtrorū auferret, & ſputa-
minib. ſuſceptis, faciem animæ
noſtræ lauaret: Et colaphis, qui
t197 bus in caput percus⁹ eſt, caput
II. humani generis, q̃ eſt Adā, ſa-
naret. Et alapis, quib. ex palma-
tus eſt, maxima laus eſt noſtris
Pſal 45.a manib. & labiis plauderet, vn-
a198 de: *Omnes gētes plaudite manib.*
II. Et cruce ſua, cruciatū noſtrum
b 199 ſolueret, & morte ſua, mortem
I. noſtrā necaret: cū formā ſerpē-
Exod. 4. tis ſerpētē necat: quia ſerpente
c 200 de virga facto alij abſorbentur
I. ſerpētes. Vnde per prophetam
F ipſe dicit: *Ero mors tua ô mors,*
Oſee 13.d *& morſus tuus ô inferne.* Op-
d 201 probria eius, noſtrū abſtulere
IV. opprobriū. Vincula eius nos li-
Eſa 53.b beros fecerūt. Corona ſpinea
e 202 capitis eius, diadema regni ad-
II. epti ſumus. Vulnerib. eius ſu-
f 203 mus ſanati. Sepultura ei reſur-
IV. gimus: deſcēſione eius ad infe-
Iudic. 14.b ros, nos aſcendimus ad cœlos.
Hic inuenitur mel in ore leonis
mortui. Hęc omnia præuidens
Pſal 115.a propheta ait: *Quid retribuā dño*
g 204 *pro omnib. quæ retribuit mihi?*
I. d ¶ *Et*, &c.] Petrus ſine ſpiritu,
voci ancillæ ceſſit: cum ſpiritu,
h 205 nec principib., nec regib. ceſſit.
I. Prima ancilla titubatio eſt. Se-
cūda cōſenſio. Tertius vir, actus
i 206 eſt. Hæc eſt trina negatio, quā
I. abluit per fletus verbi Chriſti
recordatio. Tunc nobis gallus
cantat, quādo prædicator quiſ-
que per pœnitētiā corda noſtra
k 207 ad cōpunctionem excitat. Tūc
IV. incipimus flere, quando igni-
mur totos per ſcintillam ſcien-
tiæ, & foras eximus extra quod
fuimus.

l 208 CAPVT XV.

VI. ET e *confeſtim*, &c.] Hic ad-
eſt Samſon vinctus à Dali-
la. Sāſō, id eſt ſol eorū quib oc-
m 206 cubit ſol in meridie. Dalila ſitu-
I. la interpretatur, quæ eſt ſyna-
Iudic.15.c nagoga: quę ſitulę more limpi-
Iudic 16.c dū liquorē nō tenet, & quiſqui-
lia immūda colligit Sāſō noſter
maxilla verbi ſui innumeras cateruas Iudęorū & dæmonū hic
ſternit, & fontē perennis vitæ ſitientib. nobis, id eſt corpori

ta ſua, ait: [p] Quid adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis blaſphemiā. Quid vobis videtur? Qui oēs condēnauerūt eū eſſe reū mortis. [q] Et cœperunt quidā cōſpuere in eū, & velare faciē eius, & colaphis eū cædere, & dicere ei: Prophetiza. Et miniſtri alapis eū cædebāt. [c] Et cū [d] eſſet Petrus in atrio deorsū: venit vna ex ancillis ſummi ſacerdotis, & cū vidiſſet Petrū calefacientē ſe, aſpiciēs illū, ait: Et tu cū Ieſu Nazareno eras? At ille negauit, dicēs: Neq; ſcio, neq; noui quid dicas. [f] Et exiit foras ante atriū, & gallus cātauit. Rurſus autē cū vidiſſet illū ancilla, cœpit dicere circunſtātibus quia ex illis eſt. At ille iterū negauit. Et poſt puſillū rurſus qui aſtabāt dicebāt Petro: Vere ex illis es: nā & Galilæus es. Ille autē cœpit anathematizare & iurare: quia neſcio hominem iſtum quem dicitis, & ſtatim gallus iterum cātauit. [t] Et recordatus eſt Petrus verbi quod dixerat ei Ieſus: Priuſquam gallus cantet bis, ter me negabis, & cœpit flere.

CAP. XV.

E [a] T [e] confeſtim mane conſiliū faciētes ſummi ſacerdotes cum ſenioribus & ſcribis & vniuerſo concilio: [b] vincientes Ieſum duxerunt & tradiderunt Pilato. [c] Et interrogauit eum Pilatus: Tu es rex Iudæorum? At ille reſpondens, ait illi: Tu dicis. [d] Et accuſabāt eum ſummi ſacerdotes in multis. Pilatus autē rurſum interrogauit eum, dicēs: Nō reſpōdes quidquā? Vide in quātis te accuſant Ieſus autē amplius nihil reſpōdit, ita vt miraretur Pilatus. [e] Per diē autem feſtum ſolebat dimittere illis vnum ex vinctis, quemcumque petiſſent. [f] Erat autem qui dicebatur Barrabas, qui cum ſeditioſis erat vinctus: qui in ſeditione fecerat homicidium. Et cum aſcendiſſet turba, cœpit rogare ſicut ſemper faciebat illis. Pilatus autem reſpondit eis, & dixit: Vultis [f] dimittā vobis regē Iudæorum? Sciebat. n. quod per inuidiā tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes. [g] Pontifices autē concitauerunt turbā, vt magis Barrabā dimitteret eis: [h] Pilatus autē iterum reſpondēs, ait illis: Quid ergo vultis faciē regi Iudæorum? At illi iterum clamauerunt: Crucifige eum. Pilatus vero dicebat illis: Quid.n mali fecit? At illi magis clamabāt: Crucifige eum. [i] Pilatus autē volēs populo ſatis facere, dimiſit illis Barrabā, & tradidit eis Ieſum flagellis cæſum, vt crucifigeretur. [k] Milites autē duxerunt eum intro in atrium prætorij: & conuocāt totā cohortē, & induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes ſpineam coronam, & cœperunt ſalutare eum: Aue rex Iudæorum. [l] Et percutiebāt caput eius arundine, & conſpuebant eum, & ponentes genua adorabāt eum. Et poſtquam illuſerunt eis exuerunt illum purpura, & induerunt eū veſtimētis ſuis: [m] & educunt illum, vt crucifigerent eum. Et [g] angariauerunt prætereuntem quempiam Simonē Cyreneum venientē de villa, patrem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem eius

ſuo aperit. Pontifices concitauerunt turbas vt peterēt Barra- G
bam, crucifigerent Ieſum. Hic duo hirci adſunt: vnus ἀποπομπαῖος, id eſt, emiſſarius, cum peccato populi in deſertū in-
ferni abſolutus dimittitur: alter pro peccatis abſolutorū, vt
agnus occiditur. Pars domini ſemper mactatur, pars diaboli
qui eſt magiſter eorū effrenata
in tartarū p̃cipitatur. Subditur.
f ¶ *Vultis*, &c.] Multas occaſi-
ones dedit Pilat⁹ liberādi Sal-
uatorē. Primo cōferēs latronē:
deinde inferēs. Quid ergo vul-
tis faciā regi Iudæorū? Cūq. re-
ſpōdiſſent: crucifigatur, nō ſta-
tim acquieuit: ſed ſecundū ſug-
geſtionē vxoris, quæ mādaue-
rat ei, vt Matthæus dixit: *Nihil* Matt.27.b
tibi & iuſto illi, reſpōdēs: Quid.
n. mali fecit? quod dicēdo Ieſū
abſoluit. Milites induunt eum
purpura, &c. Veſtimentis ſuis
nodatur, id eſt, Iudæis. Purpura
induitur, i.e. gētili eccleſia, quæ
de ſcopulis maris eſt collecta.
Itē ea ſcandalizante exutus in
fine, Iudaica rurſum induitur
plebe. *Cū. n. intrauerit plenitudo* Rom 11.c
gentiū, tunc omnis Iſrael ſaluus
erit. Et adducūt illū vt crucifi-
gerent eū. Hic educitur Abel
in agrū à fratre, vt perimatur:
Hic adeſt Iſaac cū lignis, & A- Gen 4.
brahā cum ariete in Sabech hæ-
rēte. Hic adeſt Ioſeph cū faſce Gen.22.
gremii ſōniato, & tunica talari
ſanguine lita. Hic adeſt Moyſes Num.21.b
cū virga, & ſerpēte ſuſpēſo in H
ligno. Hic adeſt bos in ligno Num. 4. c
portatus. Hic adeſt Eliſeus cū 4.Reg 6.b
ligno ad quæ rēdā ſecurim quæ
in ima demerſa eſt, & natauit
ad lignū: id eſt genus humanū,
quod à ligno vetito in infernū
cecidit, per lignū crucis Chri-
ſti, & per baptiſmum aquæ ad
paradiſum natauit. Hic adeſt
Ionas de ligno ſortis in mare in Ionæ 1
ventremque ceti triduo miſſus.
g ¶ *Et*, &c.] Alij per merita
patrū ſuorum cōmemorantur:
alij per merita filiorū ſuorum.
Hic autē Simon qui crucē in
angaria portat, meritis filiorū
ſuorū, qui erāt diſcipuli cōme-
morantur. Per hoc nos in præſē-
ſiuita admonemur, patētes ad-
iuuari per natorū ſuorū ſapien-
tiā: vt populus Iudaicus, prop-
ter patriarcharū & prophetarū
& apoſtolorū merita, ſēper cō-
memoratur. De amaritudine.
n. radicis ſurgit dulcedo oliuæ:
vnde per Hieremiā ad Iudā di-
tur: *Oliuā vberē, pulchrā, fructi-* Hier 11.a
ferā, ſpecioſā vocauit domin⁹ no-
mē tuū. Vt tolleret crucē ei⁹. nō
legerēt. *Maledict⁹ omnis qui pē-* Deut.21.d
det in ligno, fact⁹ eſt maledict⁹,
vt tolleret maledictū Simō qui
portat crucē in angaria, ipſe eſt
qui laborat pro laude humana.
Cogūt eū homines huic labo-
ri, quē non cogit timor & dile-
ctio Dei. Ipſa ſpecies crucis,
quid eſt niſi forma quadrata
mūdi? Oriens de vertice fulgens: Arctō dextra tenet, auſter in
læua cōſiſtit, occidēs ſub plātis firmatur. Vñ Apoſt. dicit: vt

A
Epheſ. 3. d ſciamus *quæ ſit altitudo & latitudo & longitudo & profundũ.* Aues quando volãt ad æthera, formã crucis aſſumunt: homo natans per aquas vel orans, forma crucis vehitur. Nauis per maria, antenna cruci ſimilata ſuſtlatur, Thau litera, ſignum ſalutis & crucis deſcribitur. Et perducũt eum in Golgotha, q̃ interpretatur caluaria. Tradũt Iudæi quod in hoc montis loco immolat' eſt aries pro Iſaac: vt vbi decollatur, id eſt, Chriſtus à carne ſua, carnali videlicet Iudæa ſeparetur.

a ¶ *Et dabãt*, &c.] Hoc aceto, ſuccus lætalis pomi abſtergitur. Et nõ accepit, id pro quo patitur. Vnde de eo dicitur:
Pſal. 68. a *Quæ non rapui, tunc exoluebã.* Et crucifigũt eũ. Hic figitur ſalus in ligno: ligno primo infixa eſt mors. Lignũ primum, lignũ ſciẽtię boni & mali eſt. Et ſecũdum lignum, boni tantum, nobis & vitæ lignũ eſt. Extentio manus primæ ad lignũ, mortẽ apprehendit. extenſio autẽ ſecundæ, vitã quæ perierat inuenit. Ligno hoc vehimur per mare vndoſum ad terrã viuentiũ.

b ¶ *Diuiſerunt*, &c.] Veſtimẽta dñi, eius mandata ſunt, quibus regitur corpus eius, quod eſt eccleſia: quę diuiduntur inter milites gentiũ, vt ſint quatuor ordines eũ vna fide: id eſt cõiugati & viduati, præpoſiti & ſeparati ſortiti tunicã indiuiſã: quæ eſt pax & vnitas, incõſutilis in modum anuli regalis.

c ¶ *Erat*, &c.] Hoc vere & proprie Marcus titulit. Nam ſexta hora tenebræ ſuffuderũt terrã, vt non quis potuiſſet mouere
B caput. A triceſimo namq; fructu Marcus aſcendit ad centeſimum: id eſt, à tertia hora crucis vſque ad tertiã reſurrectionis, poſt tres dies. Triceſimus fructus eſt in cruce, ſexageſimus in inferno, centeſimus in paradiſo.

d ¶ *Et erat* &c.] Quod in titulis prænotatur pſalmorũ, in finem ne corrũpas. Et hoc trib.
malech iehudim. linguis מלך היהודים βασιλεὺς ἐξομολογητῶν. Rex confitentiũ. Hę tres linguæ in crucis titulo cõiunctæ ſunt, vt omnis lingua commemoret perfidiam Iudæorum.

e ¶ *Et cum*, &c.] Cum iniquis veritas deputata: vnũ reliquit ſiniſtrum, alterũ aſſumit dexterum: ſicut in die iudicij faciet, ex ſimili crimine, diſſimiles ſortiuntur fines. Alter antecedit Petrum in paradiſum: alter Iudam in infernum, Confeſſio breuis, vitã acquiſiuit longã: & blaſphemia finita, pœna plectitur æterna. Hic pullus Iudę ligatur ad vitẽ: hic *ἀπεσιδαφιν*: id eſt, pallium tingitur in ſanguine vuæ: hic lacerant
Gen. 49. b hœdi vlucã. Blaſphemantes eum, & mouentes capita ſua. Emittitur in capita iniquorũ mors, quãdo excitãtur vincula inferni vſq; ad ceruicẽ, qui eſt ceruix generis humani. Deſcẽde de cruce, ne faceret ſalutẽ quã inchoarat. Et viderunt poſtea reſurgẽtẽ de ſepulcro, quẽ de crucis deſcẽdere nõ credebant poſſe patibulo. Vbi eſt Iudæi infidelitas veſtra? Adhuc de viuo dicebatis, ſi rex Iſrael eſt, deſcendat de cruce. Vos ipſos

[n] Et perducunt illum in Golgotha locum: quod eſt interpretatum, caluariæ locus. [o] Et [a] dabãt ei bibere myrrhatũ vinum, & nõ accepit. [p] Et crucifigentes eum, diuiſerunt [b] veſtimenta eius, mittẽtes ſortem ſuper eis quis quid tolleret. [q] Erat [c] autem hora tertia, & crucifixerunt eum. [r] Et [d] erat titulus cauſæ eius inſcriptus: Rex Iudęorum. [ſ] Et [e] cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris & alium à ſiniſtris eius. [t] Et impleta eſt ſcriptura quæ dicit: Et cum iniquis reputatus eſt. [u] Et prętereuntes blaſphemabãt eum, mouentes capita ſua, & dicentes: Vah qui deſtruit templũ & in trib. dieb. reędificat. Saluum fac teipſum deſcendens de cruce. [x] Similiter & ſummi ſacerdotes illudentes ad alterutrũ eum ſcribis dicebant: Alios ſaluos fecit, ſeipſum nõ poteſt ſaluum facere Chriſtus rex Iſrael deſcendat nunc de cruce, vt videamus, & credamus. [y] Et qui cum eo crucifixi erãt, cõuiciabãtur ei. [z] Et facta hora ſexta, tenebrę factę ſunt per totã terrã vſq; in horã nonã. [a] Et hora [f] nona exclamauit Ieſus voce magna, dicens. Eli, eli, lãma ſabacthani, quod eſt interpretatum, Deus meus, Deus, vt quid me dereliquiſti? Et quidã de circunſtãtib. audientes dicebãt: Ecce Eliã vocat. [b] Currens autem vnus, & implens ſpõgiã aceto, circumponenſq; calamo, potum dabit ei dicẽs: [c] Sinite videamus ſi veniat Elias ad deponendum eum, Ieſus [g] autem emiſſa voce magna expirauit. [d] Et velum templi ſciſsũ eſt in duo, à ſummo vſq; deorſum. [e] Videns autem Centurio qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamãs expiraſſet, ait: Vere hic homo filius Dei erat. [f] Erãt [h] autem & mulieres de lõge aſpicientes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioſeph mater & Salome. Et cum eſſet in Galilæa, ſequebãtur eum, & miniſtrabãt ei, & aliæ multæ quæ ſimul cum eo aſcenderãt Hieroſolymam. [g] Et cum iã ſero eſſet factum: quia erat paraſceue, quod eſt ante ſabbatum, venit Ioſeph ab Arimathia nobilis decurio· qui & ipſe erat expectãs regnum Dei, & audacter introiuit ad Pilatum & petit corpus Ieſu. Pilatus autẽ mirabatur, ſi iã obiſſet. & accerſito centurione interrogauit eũ, ſi iã mortuus eſſet. Et cum cognouiſſet à centurione: donauit corpus Ioſeph. [h] Ioſeph autem mercatus ſindonem, & deponens eum, inuoluit ſindoni, & poſuit eum in monumento, quod erat exciſum de Petra, & aduoluit lapidem ad oſtium monumenti. [i] Maria autem Magdalene & Maria Ioſeph aſpiciebant vbi poneretur.

CANON C
conſulo, vos ipſos iudicium peto: quãdo mirabilius eſt mortuũ poſſe reſurgere: quam adhuc viuum de cruce velle deſcendere? Parua petiſtis, dum maiora prouenerunt. Sed infidelitas veſtra non potuit ſanari ſignis multo fortioribus, quã petiſtis. *Hic oẽs declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt.* Facta Pſal. 13. a
hora ſexta, tenebræ factæ ſunt n 210
per totã terram. Hic adeſt Noë I.
inebriatus ac nudatus i cœlo & o 211
terra pallio tenebroſo tectus, IV.
& homine irriſus. Hic ſtillauit Gen. 9. a
ſanguis de ligno. p 212
f ¶ *Hora nona* &c.] Inde ſcri- I.
bitur pſalmus iſte pro aſſump- q 213
tione matutina, qua Chriſtus X.
ad crucem ducitur. Verba pro- r 214
pria ſunt filij hominis: Vnde I.
ſequitur iuxta Lucam: In ma- ſ 215
nus tuas commendo ſpiritum I.
meum. Nona hora inuenitur t 216
euerſa domo decima drachma VIII.
quæ perierat. Currens autem u 217
vnus ex eis: inuenit ſimilitudi- VI.
nem eorum ſpongiam cauam, x 218
infirmam, aridam, ignibus a- II.
ptam, implet acero, hoc eſt malitia & dolo, de quo dicitur: y 219
Plantaui te vineam ſorech, & II.
quo modo conuerſa es in ama- z 220
ritudinem vitis aliena? *Et expe-* II.
ctaui vt faceret vuas, & fecit a 221
ſpinas. VI.
g ¶ *Ieſus*, &c.] Infirmata enim Hebr. 2. d
carne, vox inualuit diuina quæ
dicit: *Aperite mihi portas iuſti-* b 222
tiæ, & ingreſſus in eas confite- II.
bor domino: cum ima voce vel c 223
ſine voce morimur, qui de ter- I.
ra ſumus. Ille vero cum exalta- d 224
ta voce expirauit, qui de cœlo II.
deſcendit. Velum templi ſcin- Pſal. 117. e
ditur, id eſt, cœlum aperitur. e 225
Centurio ait: *Vere Dei filius e-* I.
rat. Nouiſſimi primi nunc effi- ſ 226
ciuntur. Gentilis confitetur VI.
populus: Iudæa cæcata negat, D
vt fiat eis error peior priore. g 227
h ¶ *Erant*, &c.] Sicut non ex- I.
cluditur muliebris ſexus à ſalute per Mariam Virginem: ita non repellitur à myſterio crucis ſcientiæ & reſurrectionis per viduam Mariam Magdalenam, & cæteras matres. Ioſeph venit ſero paraſceue ab Arimathia, quæ interpretatur deponens, ad deponendum corpus
in monumentum: nobilis de- h 228
curio, expectans & ipſe regnũ I.
Dei. Intrat ad Pilatum, petit corpus Ieſu. Ioſeph mercatur ſindonem: inuolutum corpus
in ſindone ponit in monumen- i 229
tum, quod erat exciſum de pe- VI.
tra: aduoluit lapidem ad oſtiũ monumenti: Mariæ aſpiciunt vbi poneretur. Hæc omnia congruunt ad populum Iudaicum in fine credente: qui nobilitatur fide, vt Abrahæ ſit filius. Deponit deſperationem, expectat regnum Dei: intrat ad Chriſtianos vt baptizetur. Quod ſignificat nomen Pilati, id eſt, malleatoris, id eſt, qui domat ferreas gentes, vt regat eas in virga ferrea: & petit ſacrificiũ, quod donatur pœnitentib. in fine viaticum, & corde mundo & peccatis mortuo, inuoluit in munimine fidei ſta-
bilitũ operculo ſpei per opera charitatis concludit. *Finis. n. præcepti eſt charitas.* Aſpicientibus à longe electis, qui ſunt 1. Tim. 1. b
ſtellæ maris: quando ſi fieri poteſt, ſcandalizabuntur electi,

CANON E

CAPVT XVI.

ET *acum*, &c.] Nunc aromatibus redolentibus cum ſpóſa, & adoleſcentibus quæ currunt poſt eam conſpergimus librum & cubiculum mentis noſtræ. Nunc introducit nos rex in cellaria ſua. Nunc ſurgit amica Maria: *hyems abiit, pluuia receſſit, flores viſi ſunt in terris. Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Vineæ florentes dederunt odorem.* Redit ſponſus de vmbra ſub qua dormit in meridie. Poſt ſabbata triſtia felix irradiat dies: quæ primatum in diebus tenet: luce prima in eo lucente & domino meo cum triumpho reſurgente & dicente: *Hæc eſt dies quam fecit dominus: exaltemus, & lætemur in ea.*

Cant. 2. a 230 VIII. b 2,1 I.

Psal. 117 d c 232 II. I 244 d 233 I.

b ¶ *Et valde*, &c.] Valde mane, quod alius Euangeliſta diluculo dicit. Diluculum eſt inter tenebras noctis & diei claritatem: In qua ſalus humano generi prouenit, fœlici vicinitate declaranda: more ſolis, qui proxima luce conſurgens, roſeam præmittit auroram: vt gratia præclari ſplendoris, præparans oculis poſſit intueri, quando tempus dominicæ reſurrectionis eluxit: Vt tunc laudes Chriſti tota caneret ſecundum exemplum harum feminarum eccleſia: quando genus humanum exemplo ſuæ reſurrectionis animauit, quando vitā præſtitit, F & lumen credulitatis infudit. Sol vero poſt occaſum corporis oritur. Hic aquilæ ad corpus congregantur, matres & apoſtoli vident reuolutum lapidem, qui eſt lex mortis, ac ſi diceret: *Vbi mors aculeus tuus*, & reliqua. 1 Cor. 15 g

c ¶ *Erat*, &c.] Qui etiam infantes in vtero tāgit: geminis omnium & omnibus granis. Et introeuntes in monumentum viderunt iuuenem: non ſenem, non infantem, ſed iocundum ætate, vt dicitur: *Lætare iuuenis in adoleſcentia tua*: quæ non eſt hic vera, dū cum ſenio eſt cōmixta. Sedentem in dextris virtutis, id eſt, regnantem in proſperis. Hic iuuenis formam reſurrectionis, timentibus mortem oſtendit. Coopertum ſtola candida: quæ vera lætitia eſt hoſte depulſo, regnoque adepto, lege pacis quæſito, inuento & nunquam dimiſſo. *Et obſtupuerant*, id eſt, *quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.* Eccl. 11 d / Esa. 64 b

d ¶ *Qui*, &c.] *Deus charitas* eſt. *Non* eſt ergo *timor in charitate.* Quid expaueſcerent, quæ inuenerunt quem quæſierunt? *Ieſum quæritis Nazarenum.* Radix amaritudinis euanuit: flos enim vitæ cum fructibus erupit, id eſt, qui iacuit in morte, ſurrexit in gloria. *Ecce locus.* Oſtenditur mortalitas immortalibus ad gratiarum actionem dedita: vt intelligamus quid fuerimus, & ſciamus quid futuri erimus. *Sedite dicite.* Mulieribus dicitur vt annuncient apoſtoli: quia per mulierē mors annūciata eſt: per mulieres vita reſurgēs. *Et Petro.* Qui ſe indignum iudicat diſcipulatu dum ter me negauit magiſtrum. Peccata præterita non nocent quando non placent. 1 Ioan 4 c

e ¶ *Præcedit*, &c.] Breuis ſententia in ſyllabis, ſed ingens in quantitate promiſſio. Ibi eſt gaudij noſtri fons, & ſalutis æternæ origo præparata. Ibi congregantur diſperſiones, & ſanantur contriti corde. Ibi eum videbitis, non ſicut vidiſtis. At illi exeuntes fugerunt. Dicitur de futura vita. Et fugiet dolor ac gemitus. Imitantur mulieres ante reſurrectionem omnium, quod faciunt poſt reſurrectionem, fugiunt mortem & pauorem. Et nemini quidquam dixerunt: quia ipſi ſoli myſteriū reſurrectionis vident, qui videre ipſi illud meruerunt. Vnde ſequitur iuxta Ioannem: Petrus autem cucurrit ad monumentum vt videret ipſe quod audiuit. Surgens autem Ieſus mane ſabbati, Mariæ Magdalenæ primo oſtenditur, de qua eiecerat ſeptem dæmonia: quia meretrices & publicani præcedūt ſynagogā in regnum Dei: vt latro præceſſit apoſtolos. Flent & lugēt qui necdum viderunt: ſed non poſt multum cōſolabuntur. Beati enim qui lugent nunc, quoniā ipſi conſolabūtur. Et illi audientes nō crediderunt. Fides autem hic laborat agens actiuam vitam: illic contemplatiua ſecura viſione regnat: hic per ſpeculū cōtuemur imaginē: illic facie ad faciē videbimus veritatem. Vnde ſequitur: Poſt hæc duob. ex illis ambulātibus. id eſt, laborātibus, oſtēſus eſt in alia effigie. Et illis annunciantib. non eſt creditum: dum ſicut Moyſes viderūt, quod nō ſufficiebat eis. Vnde Moyſes dicit: *Oſtēde mihi temetipſum.* Oblitus carnis ſuæ, poſtulat in via iſta, quod poſt illā ſperamus in futura. G / Exod. 33 c / H

f ¶ *Nouiſſime*, &c.] Vt omnes teſtēs enarrarēt omnib. quod communiter viderunt & audierunt: exprobrat incredulitatem, vt ſuccedat credulitas: exprobrat duritiam cordis lapidei, vt ſuccedat cor carneū charitate plenum. Hinc eſt quod martyrū cateruæ mortem huius ſæculi libenter affectant: quia nouerunt pro iſto temporali interitu perpetuo ſe eſſe victuros.

g ¶ *Et dixit eis*: &c.] Nunc primum poſt acceptum ſpiritum (ac ſi vaſa limoſa per ignē cōfirmata) omni creaturæ, id eſt, omni generi humano quod in ſe commune aliquid habet ab omni creatura, iubetur, id eſt, angelis, pecoribus, lignis, lapidibus, igni & aqua, calido & frigido, humido & arido: quia mundus minor homo dicitur. Dominus vtique Ieſus, qui de cœlo deſcendit ad liberandā infirmitatis noſtræ naturam: ipſe etiam ſuper cœlorum cœlos aſcendit, qui ſedet ad dexteram patris. Conſiderandum eſt autem, quod frequenter in ſcripturis diuinis plurali numero cœlos dictos inuenies, dum legitur: In principio fecit Deus cœlum & terram: cum tamen pluraliter dicti cœli leganturr & terræ. Modus enim iſte locutionis latius patet, vt abuſiue ſingularia plurali numero dicamus, & pluralia ſingulari. Ad orientem vero (quod pſalmiſta dicit: euangeliſtæ tacent) Hieroſolymam ſignificat quæ eſt in orientis partibus collocata. Vnde dominus apoſtolis videntibus aſcendit ad cœlos: Terra multis plena miraculis: vbi fidelium credelitas plus actibus quam lectionibus eruditur. Psal. 67 a

h ¶ *Qui*, &c.] Ducenteſimo triceſimoquinto capitulo Marcus ſigna credentium cum Matthæo & Luca concordans enarrat.

CAPVT XVI.

ET [a] Tacum trāſiſſet ſabbatum, Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent eum. [b] Et valde mane vna ſabbatorum, veniunt ad monumentum orto iam ſole, & dicebāt ad inuicē: Quis reuoluet nobis lapidē ab oſtio monumenti? Et reſpicientes viderunt reuolutum lapidem: Erat [c] quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentū, viderunt iuuenē ſedētem in dextris, coopertū ſtola cādida, & obſtupuerunt. [c] Qui [d] dicit illis: Nolite expaueſcere. Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum: ſurrexit, non eſt hic: ecce locus vbi poſuerunt eum. Sed ite & dicite diſcipulis eius & Petro: quia præcedet [e] vos in Galilæā: ibi eū videbitis, ſicut dixit vobis. [d] At illæ exeūtes fugerunt de monumento. Inuaſerat .n. eas timor & pauor, & nemini quidquam dixerunt: timebāt enim. Surgens autem Ieſus mane prima ſabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptem dæmonia. Illa vadēs nunciauit his qui cum eo fuerāt lugentibus & flentibus. Et illi audientes quia viueret & viſus eſſet ab ea, nō crediderunt. [e] Poſt hæc autem duobus ex eis ambulantibus oſtenſus eſt in alia effigie euntib. in villā: & illi euntes nunciauerunt cæteris, nec illis crediderunt. Nouiſſime [f] autē recumbentibus illis vndecim apparuit, & exprobrauit incredulitatē illorū & duritiā cordis: quia his qui viderāt eum reſurrexiſſe, nō crediderunt. Et dixit eis: Euntes [g] in mundum vniuerſum, prædicate euangelium omni creaturæ. Qui [h] crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui vero non crediderit, cōdemnabitur. Signa autē eos qui crediderint hęc ſequentur: in nomine meo dæmonia eijcient: linguis loquentur nobis: ſerpētes tollēt. Et ſi mortiferū quid biberint, nō eis nocebit. Super ægros manus imponēt, & bene habebunt. Et dominus quidē Ieſus poſtquā locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum: & ſedet à dextris Dei. Illi aūt profecti prędicauerūt vbiq; domino cooperāte, & ſermonē confirmante ſequentib. ſignis.

Expoſitionis Euangelii ſecundum Marcum, Finis.

CAPVT PRIMVM.

QVoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ ſunt rerum, ſicut tradiderunt nobis qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis: viſum eſt & mihi aſſecuto omnia à principio diligenter, ex ordine tibi ſcribere optime Theophile, vt cognoſcas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.

a 1
X FVit in dieb. Herodis regis Iudææ ſa-
cerdos quidam nomine Zacharias de
vice Abia, & vxor illius de filiab. Aa-
ron, & nomen eius Eliſabet. Erant au-
tem ambo iuſti ante Deum, inceden-
tes in omnibus mandatis & iuſtificationibus do-
mini ſine querela. Et non erat illis filius eo quod
eſſet Eliſabet ſterilis, & ambo proceſſiſſent in die-
bus ſuis. Factum eſt autem cum ſacerdotio funge-
retur Zacharias in ordine vicis ſuæ ante Deum ſe-
cundum conſuetudinem ſacerdotij, ſorte exiit vt
incenſum poneret ingreſſus in templum domini:
& omnis multitudo populi erat orans foris hora
incenſi. Apparuit autem illi angelus domini ſtans
à dextris altaris incenſi. Et Zacharias turbatus eſt
videns, & timor irruit ſuper eum. Ait autem ad il-
lum angelus: Ne timeas Zacharia: quoniam exau-
dita eſt deprecatio tua. Et vxor tua Eliſabet pariet
tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannē. Et erit
gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate e-
ius gaudebunt. Erit. n. magnus coram domino: vi-
num & ſicerā non bibet, & Spiritu ſancto replebi-
tur adhuc ex vtero matris ſuæ, & multos filiorum
Iſrael conuertet ad dominum deum ipſorum. Et
ipſe præcedet ante illū in ſpiritu & virtute Eliæ: vt
conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad
prudentiā iuſtorum parare domino plebem per-
fectam. Et dixit Zacharias ad angelum: Vnde hoc
B ſciā? Ego. n. ſū ſenex, & vxor mea proceſſit in die-
bus ſuis. Et reſpondens angelus dixit ei: Ego ſum
Gabriel, qui aſto ante deū, & miſſus ſum loqui ad
te, & hæc tibi euāgelizare. Et ecce eris tacēs, & nō
poteris loqui vſq; in diē quo hæc fiāt, pro eo quod
nō credidiſti verbis meis, quæ implebuntur in tē-
pore ſuo. Et erat plebs expectās Zachariā, & mira-
bātur quod tardaret ipſe in templo. Egreſſus autē
nō poterat loqui ad illos, & cognouerūt quod vi-
ſionē vidiſſet in templo. Et ipſe erat innuens illis,
& permanſit mutus. Et factum eſt vt impleti ſunt
dies officij eius, abiit in domum ſuā. Poſt hos autē
dies cōcepit Eliſabet vxor ei⁹, & occultabat ſe mē-
ſibus quinq;, dicēs: Quia ſic fecit mihi dominus in
dieb., quibus reſpexit auferre opprobrium meum
inter homines. In menſe autē ſexto miſſus eſt an-
gelus Gabriel à Deo in ciuitatē Galilææ, cui nomē
Nazareth, ad virginem deſponſatā viro, cui nomē
erat Ioſeph, de domo Dauid, & nomē virginis Ma-
ria. Et ingreſſus angelus ad eam, dixit: Aue gratia
plena, domin⁹ tecū: benedicta tu in mulierib. quæ
cū audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, & cogita-
bat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus: Ne ti-
meas Maria: inueniſti. n. gratiam apud Deum. Ec-
ce concipies in vtero, & paries filiū, & vocabis no-
mē eius Ieſū. Hic erit magnus & filius altiſſimi vo-
cabitur. Et dabit illi dominus Deus ſedē Dauid pa-
tris ei⁹, & regnabit in domo Iacob in æternū, & re-
gni eius nō erit finis. Dixit autē Maria ad angelum:
Quomodo fiet iſtud, quoniā virum nō cognoſco?
Et reſpondens angelus dixit ei: Spiritus S. ſuper-
ueniet in te, & virtus altiſſimi obūbrabit tibi. Ideo-
que & quod naſcetur ex te ſanctū, vocabitur filius
Dei. Et ecce Eliſabet cognata tua & ipſa concepit
filium in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi
quæ vocatur ſterilis: quia nō erit impoſſibile apud
deū omne verbū. Dixit autem Maria: Ecce ancilla
domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Et diſ-
ceſſit ab illa angelus. Exurgens autē Maria in die-
bus illis, abiit in mōtana cum feſtinatione in ciui-
tatem Iuda, & intrauit in domū Zachariæ, & ſalu-
tauit Eliſabet. Et factum eſt vt audiuit ſalutationē
Mariæ Eliſabet, exultauit infans in vtero eius. Et
repleta eſt ſpiritu S. Eliſabet, & exclamauit voce
magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & be-
nedictus fructus vētris tui. Et vnde hoc mihi, vt ve-
niat mater dñi mei ad me? Ecce. n. vt facta eſt vox
ſalutationis tuę in aurib. meis, exultauit in gaudio
infans in vtero meo: & beata quæ credidiſti, quo-
niā perficientur ea quæ dicta ſunt tibi à dño. Et ait
Maria: Magnificat anima mea dominū. Et exulta-
uit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Quia reſpe-
xit humilitatē ancillæ ſuæ: ecce. n. ex hoc beatā me
dicēt omnes generationes. Quia fecit mihi magna
qui potens eſt & ſanctū nomen eius. Et miſericor-
dia eius à progenie in progenies, timentibus eum.
Fecit potentiā in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos
mēte cordis ſui. Depoſuit potentes de ſede, & ex-
altauit humiles. Eſurientes impleuit bonis, & diui-
tes dimiſit inanes. Suſcepit Iſrael puerū ſuū: me-
morari miſericordiæ ſuæ. Sicut locutus eſt ad pa- D
tres noſtros: Abrahā, & ſemini eius in ſæcula. Mā-
ſit autem Maria cū illa quaſi menſib. tribus, & re-
uerſa eſt in domū ſuā. Eliſabet autem impletū eſt
tēpus pariēdi, & peperit filium. Et audierūt vicini
& cognati ei⁹, quia magnificauit dñs miſericordiā
ſuā cum illa, & cōgratulabātur ei. Et factum eſt in
die octauo, venerunt circuncidere puerū, & voca-
bāt eum nomine patris ſui Zachariā. Et reſpōdens
mater ei⁹, dixit: Nequaquā, ſed vocabitur Ioānes.
Et dixerūt ad illā: quia nemo eſt in cognatione tua
qui vocetur hoc nomine. Innuebāt autem patri e-
ius quem vellet vocari eū. Et poſtulans pugillarē,
ſcripſit dicēs: Ioānes eſt nomē eius. Et mirati ſunt
vniuerſi. Apertū eſt autē illico os eius & lingua e-
ius, & loquebatur benedicēs deū. Et fact⁹ eſt timor
ſuper oēs vicinos eorum, & ſuper oīa montana Iu-
dææ diuulgabantur omnia verba hæc. Et poſuerūt
oēs qui audierāt in corde ſuo, dicentes: Quis putas
puer iſte erit? Etenim manus dñi erat cum illo. Et
Zacharias pater eius repletus eſt ſpiritu S. & pro-
phetauit, dicēs: Benedictus dñs De⁹ Iſrael: quia vi-
ſitauit, & fecit redēptionē plebis ſuæ. Et erexit cor-
nu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui. Sicut lo-
cut⁹ eſt per os ſāctorū, qui a ſæculo ſūt prophe-
tarū ei⁹. Salutē ex inimicis noſtris, & de manu om-
niū qui oderūt nos. Ad faciendā miſericordiā cū
patrib. noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſancti.
Iuſiurādū quod iurauit ad Abrahā patrem noſtrū,
daturū ſe nobis: Vt ſine timore de manu inimi-
corū noſtrorū liberati, ſeruiamus illi: In ſāctitate
& iuſtitia corā ipſo, omnibus diebus noſtris. Et tu
puer propheta altiſſimi vocaberis: præibis. n. ante
faciem domini parare vias eius: Ad dādā ſcientiam

A vobis faciatis. Interrogabant autem eum & milites,
dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem
concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti e-
ſtote ſtipendiis veſtris. Exiſtimante autem populo, &
cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Ioanne, ne
forte ipſe eſſet Chriſtus, reſpōdit Ioannes, dicēs om-
e 10 nibus. [e]Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autem
I fortior me: cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam
calciamentorum eius: ipſe vos baptizabit in ſpiritu
f 11 ſancto, & igni. [f]Cuius ventilabrum in manu eius, &
V purgabit aream ſuam, & congregabit triticū in hor-
reum ſuū: paleas autem cōburet igni inextinguibili.
Multa quidem & alia exhortans euangelizabat popu-
g 12 lo. [g]Herodes autem tetrarcha cum corriperetur ab il-
II lo de Herodiade vxore fratris ſui, & de omnibus ma-
lis quę fecit Herodes, adiecit & ſuper hæc omnia, &
h 13 incluſit Ioannem in carcerem. [h]Factum eſt autē cum
I baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato & orā-
te, apertum eſt cœlum: & deſcendit ſpiritus ſanctus
corporali ſpecie, ſicut colūba in ipſum, & vox de cœ-
lo facta eſt: Tu es filius meus dilectus, in te complacui
i 14 mihi. [i]Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum tri-
III ginta, vt putabatur filius Ioſeph: qui fuit Eli: qui fuit
Mathat: qui fuit Leui: qui fuit Melchi: qui fuit Iam-
ne: qui fuit Ioſeph: qui fuit Mathathiæ: qui fuit Amos:
qui fuit Nahum: qui fuit Heſli: qui fuit Nagge: qui fuit
Maath: qui fuit Mathathiæ: qui fuit Semei: qui fuit Io-
ſeph: qui fuit Iuda: qui fuit Ioanna: qui fuit Reſa: qui
fuit Zerobabel: qui fuit Salathiel: qui fuit Neri: qui
fuit Melchi: qui fuit Addi: qui fuit Coſan: qui fuit El-
modam: qui fuit Her: qui fuit Ieſu: qui fuit Eliezer:
B qui fuit Iorim: qui fuit Mathat: qui fuit Leui: qui fuit
Simeon: qui fuit Iuda: qui fuit Ioſeph: qui fuit Iona:
qui fuit Eliakim: qui fuit Melea: qui fuit Menna: qui
fuit Mathatha: qui fuit Nathan: qui fuit Dauid: qui fuit
Ieſſe: qui fuit Obeth: qui fuit Booz: qui fuit Salomū:
qui fuit Naaſſon: qui fuit Aminadab: qui fuit Aram:
qui fuit Eſrom: qui fuit Phares: qui fuit Iuda: qui fuit
Iacob: qui fuit Iſaac: qui fuit Abraham: qui fuit Tha-
re: qui fuit Nachor: qui fuit Seruch: qui fuit Ragau:
qui fuit Phalech: qui fuit Eber: qui fuit Sale: qui fuit
Caināː qui fuit Arphaxat: qui fuit Sem: qui fuit Noe:
qui fuit Lamech: qui fuit Mathuſale: qui fuit Enoch:
qui fuit Iared: qui fuit Malaleel: qui fuit Cainam: qui
fuit Enos: qui fuit Seth: qui fuit Adam: qui fuit Dei.

Cap. IV.

a 15 I[a]Eſus autem plenus ſpiritu ſancto, regreſſus eſt à
II Iordane, & agebatur in ſpiritu in deſertum diebus
b 16 quadraginta, & tentabatur à diabolo. [b]Et nihil man-
V ducauit in diebus illis, & conſummatis illis, eſuriit.
Dixit autem illi diabolus: Si filius Dei es, dic lapidi
huic vt panis fiat. Et reſpondit ad illum Ieſus: Scriptū
eſt, quia non in pane ſolo viuet homo, ſed in omni
verbo Dei. Et duxit illum diabolus in montem ex-
celſum, & oſtēdit illi omnia regna orbis terræ in mo-
mento temporis, & ait illi: Tibi dabo poteſtatem hāc
vniuerſam, & gloriam illorum: quia mihi tradita
ſunt, & cui volo, do illa. Tu ergo ſi procidens adora-
ueris coram me, erunt tua omnia. Et reſpondens Ie-
ſus, dixit illi: Scriptum eſt: Dominum Deum tuum a-
dorabis, & illi ſoli ſeruies. Et duxit illum in Hieruſa-
lem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi, & dixit
illi: Si filius Dei es, mitte te hinc deorſum. Scriptum
eſt enim, quod angelis ſuis mandauit de te, vt conſer-
uent te, & quia in manibus tollent te, ne forte offen-
das ad lapidem pedem tuum. Et reſpondens Ieſus, ait
illi: Dictum eſt: Non tētabis Dominum Deum tuum. C
Et conſummata omni tentatione, diabolus receſſit CANON
ab illo vſque ad tempus. [c]Et regreſſus eſt Ieſus in vir-
tute ſpiritus in Galilæam, & fama exiit per vniuer- c 17
ſam regionem de illo: & ipſe docebat in ſynagogis I
eorum, & magnificabatur ab omnibus. [d]Et venit Na- d 18
zareth vbi erat nutritus, & intrauit ſecūdum conſue- X
tudinem ſuam die ſabbathi in ſynagogam, & ſurrexit
legere, & traditus eſt illi liber Eſaiæ prophetę: & vt
reuoluit librum, inuenit locum vbi ſcriptum erat:
Spiritus domini ſuper me, eo quod vnxit me, euan-
gelizare pauperibus miſit me: ſanare contritos cor-
de, prædicare captiuis remiſſionem, & cæcis viſum,
dimittere confractos in remiſſionem, prædicare an-
num Domini acceptum & diem retributionis. Et cum
plicuiſſet librum, reddidit miniſtro & ſedit, & om-
nium in ſynagoga oculi erant intendentes in eum. e 19
Cœpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta eſt I
hæc ſcriptura in auribus veſtris. [f]Et omnes teſtimo- f 20
nium illi dabant, & mirabantur in verbis gratię quæ X
procedebant de ore ipſius, & dicebant: Nonne hic eſt
filius Ioſeph? Et ait illis: Vtique dicetis mihi hāc ſimi- g 21
litudinem: Medice, cura teipſum. Quanta audiuimus I
facta in Capharnaum: fac & hic in patria tua. [g]Ait h 22
aūt: Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus X
eſt in patria ſua. [h]In veritate dico vobis: multę viduæ
erant in diebus Elię in Iſrael, quando clauſum eſt cę-
lum annis tribus, & menſibus ſex: cū facta eſſet fames
magna in omni terra, & ad nullam illarum miſſus eſt
Elias, niſi in Sarepta Sidoniæ ad mulierem viduam. D
Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſæo propheta,
& nemo eorum mundatus eſt, niſi Naaman Syrus. Et
repleti ſunt omnes in ſynagoga ira, hęc audientes. Et i 23
ſurrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & du- VII
xerunt illum vſque ad ſuperciliū montis, ſupra quem k 24
ciuitas illorum erat ędificata, vt præcipitarent eum. II
Ipſe autem tranſiens, per medium illorum ibat. [l]Et l 25
deſcendit in Capharnaum ciuitatem Galilęę, ibique VIII
docebat illos ſabbathis. [k]Et ſtupebant in doctrina e-
ius, quia in poteſtate erat ſermo ipſius. [l]Et in ſynago-
ga erat homo habens dæmonium immundum, & ex-
clamauit voce magna, dicens: Sine, quid nobis & tibi
Ieſu Nazarene? veniſti perdere nos? Scio te qui ſis,
ſanctus Dei. Et increpauit illum Ieſus, dicens: Obmu-
teſce, & exi ab eo. Et cum proieciſſet illum dæmoniū
in medium, exiit ab illo, nihilque eū nocuit. Et factus
eſt pauor in omnibus, & colloquebantur ad inuicem,
dicentes: Quod eſt hoc verbum: quia in poteſtate & m 26
virtute imperat immundis ſpiritibus, & exeunt? Et di- II
uulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.
[m]Surgens autem Ieſus de ſynagoga, introiuit in do-
mum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur ma-
gnis febribus, & rogauerūt illum pro ea: & ſtans ſuper
illam, imperauit febri: Et dimiſit illam, & continuo n 27
ſurgens miniſtrabat illis. Cum autem ſol occidiſſet, VIII
omnes qui habebant infirmos variis languoribus, du-
cebant illos ad eum. At ille ſingulis manum impo- o 28
nens, curabat eos. [n]Exibant autem dęmonia à multis VIII
clamantia & dicētia: quia tu es filius Dei. Et increpans
non ſinebat ea loqui: quia ſciebant ipſum eſſe Chri-
ſtum. [o]Facta autem die egreſſus ibat in deſertum lo-
cum, & turbæ requirebant eum, & venerunt vſque ad
ipſum, & detinebant illum ne diſcederet ab eis. Qui-
bus ille ait: quia & aliis ciuitatibus oportet me euan-
gelizare regnum Dei: quia ideo miſſus ſum, & erat
prędicans in ſynagogis Galilææ.

E CAPVT V.

CANON F[a]Actum eſt autē cum turbæ irruerēt in eum vt au-
a 29 dirēt verbū Dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Ge-
X neſareth. Et vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnū: piſ-
catores autem deſcenderant & lauabant retia. Aſcē-
dens autē in vnam nauim quæ erat Simonis, rogauit
eum à terra reducere puſillū & ſedens docebat de na-
b 30 uicula turbas. [b] Vt ceſſauit autē loqui, dixit ad Simo-
IX nem: Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam.
Et reſpondens Simon dixit illi: Præceptor: per totam
noctem laborantes, nihil cępimus: in verbo autē tuo
laxabo rete. Et cum hoc feciſſent, cōcluſerunt piſciū
multitudinē copioſam. Rumpebatur. n. rete eorum.
Et annuerunt ſociis qui erant in alia naui, vt venirent
& adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas
c 31 nauiculas, ita vt mergerentur. [c] Quod cum videret Si-
X mon Petrus procidit ad genua Ieſu, dicens: Exi à me
domine, quia homo peccator ſum. Stupor. n. circun-
dederat eum, & oēs qui cum illo erant, in captura pi-
ſcium quam cœperant. Similiter autem Iacobum &
d 32 Ioannem filios Zebedęi, qui erant ſocii Simonis. [d] Et
II ait ad Simonem Ieſus: Noli timere: ex hoc iam hoēs
eris capiens. Et ſubductis ad terram nauibus, relictis
e 33 omnibus ſequuti ſunt eum. [e] Et ſactum eſt cum eſſet
II in vna ciuitatū, & ecce vir plenus lepra, & videns Ie-
ſum, & procidens in faciē rogauit eum, dicens: Domi-
ne ſi vis, potes me mundare. Et extendens manum, te-
tigit eum Ieſus, dicens: Volo, mundare. Et confeſtim
lepra diſceſſit ab illo. Et ipſe pręcepit illi vt nemini
diceret: ſed vade, oſtēde te ſacerdoti, & offer pro emū-
datione tua, ſicut præcepit Moſes in teſtimoniū illis
F [f] Perambulabat autem magis ſermo de illo, & conue-
f 34 niebant turbæ multæ vt audirent, & curarentur ab in-
I firmitatibus ſuis. [g] Ipſe autem ſecedebat in deſertum,
g 35 & orabat. [h] Et factum eſt in vna dierum, & ipſe ſede-
II bat docens. Et erant phariſæi ſedentes & legis docto-
h 36 res, qui venerant ex omni caſtello Galilææ, & Iudææ,
II & Hieruſalem, & virtus domini erat ad ſanandum
eos. [i] Et ecce viri portātes in lecto hominem qui erat
i 37 paralyticus, & quęrebant eum inferre & ponere an-
I te eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent
præ turba, aſcenderunt ſupra tectum, & per tegulas
ſubmiſerunt eum cum lecto in medium ante Ieſum
Quorum fidem vt vidit, dixit? Homo remittūtur tibi
peccata tua. Et cœperunt cogitare ſcribę & phariſæi,
dicentes: Quis eſt hic qui loquitur blaſphemias? Quis
poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus? Vt cognouit
autem Ieſus cogitationes eorum, reſpondens dixit ad
illos: Quid cogitatis in cordibus veſtris? Quid eſt fa-
cilius dicere, dimittuntur tibi peccata, an dicere, ſur-
ge & ambula? Vt aūt ſciatis quia filius hominis habet
poteſtatem in terra dimittendi peccata, ait paralyti-
co, Tibi dico, ſurge: tolle lectum tuum, & vade in do-
mum tuam. Et confeſtim ſurgens coram illis, tulit le-
ctum in quo iacebat: & abiit in domū ſuam magnifi-
cans Deum. Et ſtupor apprehendit oēs, & magnifica-
bant Deū. Et repleti ſunt timore, dicentes: quia vidi-
mus mirabilia hodie. [k] Et poſt hęc exiit, & vidit publi-
k 38 canū nomine Leui, ſedentem ad telonium, & ait illi:
II Sequere me. Et relictis omnibus, ſurgens ſequutus eſt
l 39 eum. [l] Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo
II ſua, & erat turba multa publicanorum, & aliorum qui
cum illis erant diſcūbentes. Et murmurabant phariſęi
& ſcribę eorū, dicentes ad diſcipulos eius: Quare cum
m 40 publicanis & peccatoribus māducatis & bibitis? [m] Et
II reſpondens Ieſus dixit ad illos: Non egent qui ſani
ſunt medico, ſed qui malè habent. Non enim veni vo- G
care iuſtos, ſed peccatores in pœnitentiam. At illi di-
xerunt ad eum: Quare diſcipuli Ioannis ieiunant fre-
quenter, & obſecrationes faciunt, ſimiliter & phari-
ſęorum: tui autem edunt & bibunt? Quibus ipſe ait:
Nunquid poteſtis filios ſponſi, dum cum illis eſt ſpō-
ſus, facere ieiunare? Veniet autem dies, cum ablatus
fuerit ab illis ſponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus.
Dicebat autem & ſimilitudinem ad illos: Quia nemo
commiſſuram à veſtimento nouo immittit in veſti-
mentum vetus alioquin & nouum rumpit, & veteri
non cōuenit commiſſura a nouo. Et nemo mittit vi-
num nouum in vtres veteres: alioquin rumpit vinum
nouum vtres, & ipſum effundetur & vtres peribunt.
Sed vinum nouum in vtres nouos mittendum eſt, &
vtraque conſeruantur. Et nemo bibens vetus, ſtatim
vult nouum: dicit enim, Vetus melius eſt.

CAPVT VI.

F[a]Actum eſt autē in ſabbatho ſecundo primo cum a 41
tranſiret per ſata, vellebant diſcipuli eius ſpicas, & II
manducabant confricantes manibus. Quidam autem
phariſęorum dicebant illis: Quid facitis quod non li-
cet in ſabbatis? Et reſpondens Ieſus, ad eos dixit: Nec
hoc legiſtis quod fecit Dauid, cum eſuriret ipſe & qui
cum eo erant, quomodo intrauit in domum Dei, &
panes propoſitionis ſumpſit & manducauit, & dedit
his qui cum ipſo erant, quos non licebat manducare,
niſi tantum ſacerdotibus? Et dicebat illis: quia domi-
nus eſt filius hominis etiā ſabbathi. [b] Factum eſt autē b 42
& in alio ſabbatho, vt intraret in ſynagogam, & doce- II
ret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida.
Obſeruabant aūt ſcribę & phariſęi ſi in ſabbatho cu- H
raret: vt inuenirent vnde accuſarent eum. Ipſe vero
ſciebat cogitationes eorū, & ait homini qui habebat
manum aridā. Surge, & ſta in medium. Et ſurgens ſte-
tit. Ait aūt ad illos Ieſus: Interrogo vos, ſi licet ſabba-
this bene facere, an male? animam ſaluam facere, an
perdere. Et circumſpectis omnibus, dixit homini: Ex-
tende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt ma-
nus eius. Ipſi autem repleti ſunt inſipientia, & collo- c 43
quebantur adinuicem, quidnam facerēt de Ieſu. [c] Fa- II
ctum eſt autem in illis diebus, exiit in montem orare, d 44
& erat pernoctans in oratione Dei. [d] Et cū dies factus II
eſſet, vocauit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex
ipſis, quos & apoſtolos nominauit, Simonē quem co-
gnominauit Petrum, & Andreā fratrē eius: Iacobum
& Ioannem Philippum & Bartholomæum: Matthęū
& Thomam. Iacobum Alphęi & Simonē qui voca-
tur Zelotes: Iudam Iacobi & Iudam Iſcariotē qui fuit
proditor. [e] Et deſcendens cum illis ſtetit in loco cam- e 45
peſtri, & turba diſcipulorū eius, & multitudo copioſa I
plebis ab omni Iudęa, & Hieruſalem, & maritima, &
Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & ſa-
narentur à languoribus ſuis. Et qui vexabantur à ſpi-
ritibus immundis, curabātur. Et omnis turba quęre-
bat eum tangere quia virtus de illo exibat, & ſanabat
omnes. [f] Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos, di- f 46
cebat: [g] Beati pauperes: quia veſtrum eſt regnum Dei. V
Beati qui nunc eſuritis: quia ſaturabimini. [h] Beati qui g 47
nunc fletis: quia ridebitis. [i] Beati eritis cū vos oderint V
hoēs, & cum ſeparauerint vos, & exprobrauerint, & h 48
eiecerint nomen veſtrum tamquam malum propter V
filium hominis. Gaudete in illa die & exultate: ecce i 49
enim merces veſtra multa eſt in cœlo. Secūdum hæc V
autem faciebant prophetis patres eorum. Verumta-
men væ vobis diuitibus, qui habetis conſolationem
veſtram

A vestram. ᵏ Væ vobis qui ſaturati eſtis: quia eſurietis.
x 50 X Væ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis.
l 51 ˡ Væ vobis cũ benedixerint vobis omnes homines.
X Secundum hęc faciebãt pſeudoprophetis patres eo-
m 52 rum.ᵐ Sed vobis dico qui auditis: Diligite inimicos
V veſtros: benefacite his qui vos oderunt: benedicite
maledicentibus vobis: & orate pro calumniantibus
n 53 vos.ⁿ Et qui te percuſſerit in maxillam vnam, præbe
V illi & alteram. Et ab eo qui aufert tibi veſtimentum,
etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petẽti
o 54 te tribue, & qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas.° Et
V prout vultis vt faciãt vobis homines, & vos facite il-
p 55 lis ſimiliter. ᵖ Et ſi diligitis eos qui vos diligunt, quæ
V vobis eſt gratia? Nam & peccatores diligẽtes ſe dili-
gunt. Et ſi benefeceritis his qui vos diligunt, quę vo-
bis eſt gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. Et
ſi mutuũ dederitis his à quibus ſperatis recipere, quę
gratia eſt vobis? Nam & peccatores peccatorib. fœ-
nerantur vt recipiant æqualia. Verumtamen diligite
inimicos veſtros: benefacite & mutuum date, nihil
inde ſperãtes, & erit merces veſtra multa. Et eritis fi-
lii altiſſimi: quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos &
malos. Eſtote ergo miſericordes, ſicut & pater veſter
q 56 miſericors eſt ᑫ Nolite iudicare, & nõ iudicabimini.
II Nolite condemnare, & non condemnabimini. Di-
mittite, & dimittetur vobis. Date, & dabitur vobis.
Menſurã bonam, & cõfertam, & coagitatã, & ſuper-
r 57 effluentem dabũt in ſinum veſtrum. Eadem quippe
V menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis.ʳ Dice-
bat autem illis & ſimilitudinem: Nunquid poteſt cę-
cus cæcum ducere: nonne ambo in foueam cadunt:
s 58 ˢ Nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: perfectus autẽ
III omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius.ᵗ Quid autem vi-
t 59 des feſtucam in oculo fratris tui: trabem autem quæ
V in oculo tuo eſt, non conſideras? Aut quomodo po-
B tes dicere fratri tuo: frater ſine, eiiciam feſtucam de
oculo tuo, ipſe in oculo tuo trabem non vides? Hy-
pocrita, eiice primũ trabẽ de oculo tuo, & tunc per-
u 60 ſpicies vt educas feſtucam de oculo fratris tui.ᵘ Non
V enim eſt arbor bona quæ facit fructus malos: neque
arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquæque e-
x 61 nim arbor de fructu ſuo cognoſcitur.ˣ Neq; enim de
V ſpinis colligunt ficus: neque de rubo vindemiant v-
y 62 uam.ʸ Bonus homo de bono theſauro cordis ſui pro-
V fert bonum, & malus homo de malo theſauro pro-
z 63 fert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur.
III. ᶻ Quid autem vocatis me domine domine, & non fa-
a 64 citis quę dico? ᵃ Omnis qui venit ad me, & audit ſer-
V mones meos, & facit eos, oſtendam vobis cui ſimilis
ſit: Similis eſt homini ędificanti domum, qui fodit in
altum, & poſuit fundamentum ſupra petram. Inun-
datione autem facta, illiſum eſt flumen domui illi, &
non potuit eam mouere: fũdata enim erat ſupra pe-
tram. Qui autem audiuit & non fecit, ſimilis eſt ho-
mini ædificanti domum ſuam ſupra terram ſine fun-
damento: in quam illiſus eſt fluuius, & continuo ce-
cidit, & facta eſt ruina illius domus magna.

Capvt VII.

a 65 CVmᵃ autem impleſſet omnia verba ſua in aures
I plebis, intrauit Capharnaum. Centurionis au-
tem cuiuſdam ſeruus male habens, erat moriturus:
qui illi erat precioſus. Et cum audiſſet de Ieſu, miſit
ad eum ſeniores Iudæorum, rogãs eum vt veniret &
ſanaret ſeruum eius. At illi cum veniſſent ad Ieſum,
rogabant eum ſolicite, dicẽtes ei: Quia dignus eſt vt

hoc illi præſtes: diligit enim gentem noſtram, & ſy- Canon G
nagogam ipſe ædificauit nobis. Ieſus autẽ ibat cum
illis, & cum iam nõ longè eſſet à domo, miſit ad eum
centurio amicos, dicens: Domine, noli vexari. Non
enim ſum dignus vt ſub tectum meũ intres: propter
quod & meipſum non ſum dignum arbitratus vt ve-
nirem à te, ſed dic verbo & ſanabitur puer meus. Nã
& ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens
ſub me milites: & dico huic vade, & vadit, & alio ve-
ni, & venit, & ſeruo meo fac hoc, & facit. Quo audito
Ieſus miratus eſt, & conuerſus ſequentibus ſe turbis,
dixit: Amen dico vobis, nec in Iſraël tantam fidem b 66
inueni.ᵇ Et reuerſi qui miſſi fuerant domum, inuene- V
runt ſeruum qui languerat ſanum. ᶜ Et factum eſt de- c 67
inceps, ibat Ieſus in ciuitatem quæ vocatur Naim: & X
ibãt cum eo diſcipuli eius & turba copioſa. Cum au-
tem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus
efferebatur filius vnicus matris ſuę: & hęc vidua erat,
& turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidiſſet
dominus, miſericordia motus ſuper eam, dixit illi:
Noli flere. Et acceſſit, & tetigit loculum. Hi autẽ qui
portabãt, ſteterunt. Et ait: Adoleſcens, tibi dico, ſur-
ge. Et reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui: & de-
dit illum matri ſuæ. Accepit autem omnes timor, &
mãgnificabant Deum, dicentes: Quia propheta ma-
gnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitauit plebem
ſuam. ᵈ Et exiit hic ſermo in vniuerſam Iudęã de eo, d 68
& omnem circa regionem. ᵉ Et nunciauerũt Ioanni X
diſcipuli eius de omnibus his, & conuocauit duos de e 69
diſcipulis ſuis Ioannes, & miſit ad Ieſum, dicens. Tu V
es qui venturus es, an alium expectamus? Cum autẽ
veniſſent ad eum viri, dixerunt: Ioannes Baptiſta mi- D
ſit nos ad te, dicens: Tu es qui venturus es, an alium
expectamus? In ipſa autem hora multos curauit à lã-
guorib., & plagis, & ſpiritibus malis, & cœcis multis
donauit viſũ. Et reſpõdens dixit illis: Euntes, renun-
ciate Ioanni quæ vidiſtis & audiſtis: quia cęci vidẽt:
claudi ambulant: leproſi mundantur: ſurdi audiunt:
mortui reſurgunt: pauperes euãgelizantur: & beatus
eſt quicũque non fuerit ſcandalizatus in me. Et cum
diſceſſiſſent nuncii Ioannis, cœpit de Ioanne dicere
ad turbas: Quid exiſtis in deſertum videre? arũdinem
vento agitatam? Sed quid exiſtis videre? hominem
mollibus veſtimẽtis indutum? Ecce qui in veſte pre-
cioſa ſunt & deliciis, in domibus regũ ſunt. Sed quid
exiſtis videre? Prophetam? Vtique dico vobis, & plus
quã prophetam. ᶠ Hic eſt de quo ſcriptum eſt: Ecce f 70
mitto angelum meum ante faciem tuam: qui prępa- II
rabit viam tuam ante te.ᵍ Dico enim vobis. Maior g 71
inter natos mulierum propheta Ioanne Baptiſta ne- V
mo eſt. Qui autem minor eſt in regno Dei, maior eſt
illo.ʰ Et omnis populus audiens & publicani, iuſtifi- h 72
cauerunt Deum, baptizati baptiſmo Ioannis: Phari- X
ſæi autem & legiſperiti conſilium Dei ſpreuerunt in
ſemetipſos, nõ baptizati ab eo. ⁱ Cui ergo ſimiles di-
cam homines generationis huius, & cui ſimiles ſunt? i 73
Similes ſunt pueris ſedentibus in foro, & loquenti- V
bus ad inuicem, & dicentibus: Cantauimus vobis ti-
bus, & non ſaltaſtis lamentauimus, & non ploraſtis.
Venit autem Ioannes Baptiſta, neque manducãs pa-
nem, neque bibẽs vinũ, & dicitis, Dæmonium habet.
Venit filius hominis manducãs & bibens, & dicitis:
Ecce homo deuorator & bibẽs vinũ, amicus publi-
canorum & peccatorum. Et iuſtificata eſt ſapiẽtia ab
omnibus filiis ſuis.ᵏ Rogabat autẽ illũ quidã de pha- k 74
riſæis, vt manducaret cum illo. Et ingreſſus domum I

CANON E pharisæi diſcubuit. Et ecce mulier quę erat in ciuitate
peccatrix, vt cognouit quod Ieſus accubuiſſet in do-
mo pharisæi, attulit alabaſtrum vnguenti: & ſtãs re-
tro ſecus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes ei-
& capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes e-
ius, & vnguẽto vngebat. Vidẽs autem pharisæus qui
vocauerat eum, ait intra ſe, dicẽs: Hic ſi eſſet prophe-
ta, ſciret vtique quæ & qualis eſt mulier quæ tangit
eum, quia peccatrix eſt. Et reſpondens Ieſus, dixit ad
illũ: Simõ, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Ma-
giſter, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori,
vnus debebat denarios quingẽtos, & alius quinqua-
ginta. Non habentibus illis vnde redderent donauit
vtrique. Quis ergo eum plus diligit? Reſpondẽs Si-
mon dixit: Æſtimo quia is cui plus donauit. At ille
dixit ei: Recte iudicaſti. Et cõuerſus ad mulierem, di-
xit Simoni: Vides hãc mulierem? Intraui in domum
tuam, aquam pedibus meis non dediſti: hęc autem
lachrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit.
Oſculum mihi non dediſti: hęc autem ex quo intra-
uit, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput
meum non vnxiſti. hæc autem vnguento vnxit pe-
des meos. Propter quod dico tibi, remittũtur ei pec-
cata multa: quoniam dilexit multum. Cui autem mi-
nus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam:
Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui ſimul ac-
cumbebant dicere intra ſe: Quis eſt hic qui etiã pec-
cata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te
ſaluam fecit, vade in pace.

CAPVT VIII.

a 75 X E[a]T factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per
ciuitates & caſtella, prædicans & euangelizãs re-
gnum Dei, & duodecim cum illo: & mulieres aliquę
F quę erant curatę à ſpiritibus malignis & infirmitati-
bus: Maria quæ vocatur Magdalenæ, de qua ſeptẽ
dæmonia exierant: & Ioanna vxor Chuza procura-
toris Herodis, & Suſãna: & alię multę, quę miniſtra-
b 76 bãt ei de facultatibus ſuis. [b]Cum autem turba pluri-
II ma conueniret, & de [illegible]tatibus properarẽt ad eum,
dixit per ſimilitudinem: Exiit qui ſeminat ſeminare
ſemẽ ſuum. Et dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viã,
& conculcatum eſt, & volucres cœli comederunt il-
lud. Et aliud cecidit ſupra petram, & natũ aruit: quia
non habebat humorẽ. Et aliud cecidit inter ſpinas,
& ſimul exortę ſpinę ſuffocauerũt illud. Et aliud ce-
cidit in terram bonam, & ortum fecit fructum cen-
tuplum. Hæc dicens clamabat: Qui habet aures au-
diendi, audiat. Interrogabãt autem eum diſcipuli e-
ius, quę eſſet hæc parabola. Quibus ipſe dixit: Vobis
datum eſt noſſe myſterium regni Dei: [c] cęteris autẽ
c 77 I in parabolis, vt videntes non videãt, & audiẽtes non
d 78 intelligant. [d] Eſt autem hæc parabola. Semẽ eſt ver-
II bum Dei. Qui autem ſecus viam, hi ſunt qui audiũt:
deinde venit diabolus & tollit verbum de corde eo-
rum, ne credentes ſalui fiãt. Qui autem ſupra petrã,
hi ſunt qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiũt ver-
bum, & radices non habent: quia ad tempus credũt,
& in tempore tentationis recedũt. Quod autem in-
ter ſpinas cecidit, hi ſunt qui audierũt, & à ſolicitu-
dinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitę eũtes ſuffo-
cantur, & non referunt fructum. Quod autem in bo-
nam terrã, hi ſunt qui in corde bono & optimo au-
e 79 dientes verbum, retinent, & fructum afferunt in pa-
II tientia. [e]Nemo autem lucernam accendens operit
f 80 eam vaſe, aut ſubtus lectum ponit, ſed ſupra cãdela-
II brum ponit, vt intrantes videant lumen. [f] Non eſt
enim occultum, quod non manifeſtetur: nec abſcõ- G
ditum, quod non cognoſcatur, & in palam veniat.
[g] Videte ergo quid audiatis. Qui enim habet, dabitur g 81
illi: & quicũque non habet, etiam quod putat ſe ha- V
bere, auferetur ab illo. [h] Venerunt autẽ ad illum ma- h 82
ter & fratres eius, & non poterãt adire eum prę tur- II
ba, & nunciatum eſt illi: Mater tua, & fratres tui ſtãt
foris volentes te videre. Qui reſpõdens dixit ad eos:
Mater mea, & fratres mei hi ſunt, qui verbũ Dei au-
diunt & faciunt. [i] Factum eſt autem in vna dierum, i 83
& ipſe aſcẽdit in nauiculam & diſcipuli eius, & ait ad II
illos: Transfretemus trans ſtagnum. Et aſcenderũt.
Nauigantibus autem illis, obdormiuit, & deſcendit
procella venti in ſtagnum, & complebantur & peri-
clitabantur. Accedentes autem ſuſcitauerunt eum,
dicentes: Pręceptor, perimus. At ille ſurgens incre-
pauit ventum & tempeſtatem aquę, & ceſſauit: & fa-
cta eſt tranquillitas. Dixit autẽ illis: Vbi eſt fides ve-
ſtra? Qui timentes mirati ſunt, ad inuicem dicentes:
Quis putas hic eſt: quia & ventis & mari imperat, &
obediũt ei? Et nauigauerũt ad regionem Geraſeno-
rum, quę eſt contra Galilęam. Et cum egreſſus eſſet
ad terrã, occurrit illi vir quidam qui habebat dæmo-
nium iam temporibus multis, & veſtimento non in-
duebatur: neq; in domo manebat, ſed in monumẽtis.
Is vt vidit Ieſum, procidit ante illũ, & exclamãs vo-
ce magna, dixit: Quid mihi & tibi eſt Ieſu fili Dei al-
tiſſimi? Obſecro te ne me torqueas. Præcipiebat.n.
ſpiritui immũdo, vt exiret ab homine. Multis enim
temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis,
& cõpedibus cuſtoditus, & ruptis vinculis agebatur
à dęmonio in deſerta. Interrogauit autem illũ Ieſus,
dicẽs: Quod tibi nomẽ eſt? At ille dixit: Legio: quia
intrauerũt dæmonia multa in eum. Et rogauerũt il-
lum, ne imperaret illis vt in abyſſum irent. Erat autẽ
ibi grex porcorum multorum paſcentium in mõte: H
& rogabant eum vt permitteret eis in illos ingredi.
Et permiſit illis. Exierũt ergo dęmonia ab homine,
& intrauerũt in porcos: & impetu abiit grex per prę-
ceps in ſtagnũ, & ſuffocatus eſt. Quod vt viderũt fa-
ctum qui paſcebant, fugierũt, & nunciauerunt in ci-
uitatem & in villas. Exierũt autẽ videre quod factũ
eſt, & venerunt ad Ieſum, & inuenerunt hominẽ ſe-
dentem, à quo dęmonia exierant, veſtitum, ac ſana
mente ad pedes eius, & timuerũt. Nunciauerũt autẽ
illis & qui viderant quo modo ſanus factus eſſet à le-
gione. Et rogauerũt eum omnis multitudo regionis
Geraſenorum, vt diſcederet ab ipſis: quia magno ti-
more tenebantur. [k] Ipſe autem aſcendens nauiũ, re- k 84
uerſus eſt: & rogabat illum vir à quo dęmonia exie- II
rãt, vt cũ eo eſſet. Dimiſit autẽ eum Ieſus, dicẽs: Re-
di in domum tuã, & narra quãta tibi fecerit Deus. Et
abiit per vniuerſam ciuitatem, prædicans quanta illi
feciſſet Ieſus. [l] Factũ eſt autẽ cum rediſſet Ieſus, ex- l 85
cepit illum turba. Erant.n. omnes expectantes eum. II
Et ecce venit vir cui nomẽ Iairus, & ipſe princeps ſy-
nagogæ erat, & cecidit ad pedes Ieſu, rogãs eũ vt in-
traret in domum eius: quia vnica filia erat ei ſere an-
norum duodecim, & hęc moriebatur. Et cõtigit dũ
iret, à turbis comprimebatur. Et mulier quędã erat
in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quæ in medi-
cos erogauerat omnem ſubſtantiã ſuam: nec ab vllo
potuit curari: acceſſit retro & tetigit fimbriã veſti-
menti eius, & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius.
Et ait Ieſus: Quis eſt qui me tetigit? Negãtib. autem
omnib., dixit Petrus & qui cũ illo erant: Pręceptor,
turbę

A turbæ te comprimunt & affligunt, & dicis, Quis me
tetigit? Et dixit Ieſus: Tetigit me aliquis: nam & ego
noui virtutem de me exiiſſe. Videns autem mulier,
quia non latuit: tremens venit, & procidit ante pedes
eius, & ob quam cauſam tetigerit eum, indicauit co-
ram omni populo & quemadmodũ confeſtim ſana-
ta ſit. At ipſe dixit ei: Filia fides tua te ſaluã fecit: va-
de in pace. Adhuc illo loquente, venit quidã ad prin-
cipem ſynagogæ, dicens ei: Quia mortua eſt filia tua,
noli vexare illum. Ieſus autem audito hoc verbo, re-
ſpondit patri puellæ. Noli timere: crede tantum, &
ſalua erit. Et cum veniſſet ad domum, non permiſit
intrare ſecũ quemquam, niſi Petrum, & Ioannem, &
Iacobum, & patrem & matrem puellæ. Flebãt autem
omnes, & plangebãt illam. At ille dixit: Nolite flere.
Non eſt.n. mortua puella, ſed dormit. Et deridebant
eum, ſcientes quia mortua eſſet. Ipſe autem tenens
manum eius, clamauit dicens: Puella ſurge Et reuer-
ſus eſt ſpiritus eius, & ſurrexit continuo. Et iuſſit illi
dari manducare, & ſtupuerunt parentes eius: quibus
præcepit, ne alicui dicerent quod factum erat.

CAPVT IX.

a 86 C[a]Onuocatis autem Ieſus duodecim apoſtolis,
II dedit illis virtutem & poteſtatem ſuper omnia
dæmonia, & vt languores curarent, & miſit illos prę
b 87 dicare regnũ Dei & ſanare infirmos. Et ait illis. [b]Ni-
II hil tuleritis in via, neque virgam, neque perã, neque
B panem, neque pecuniam neque duas tunicas habea-
tis. Et in quamcumque domum intraueritis, ibi ma-
c 88 nete, & inde ne exeatis. [c]Et quicũq; non receperint
II vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedũ
veſtrorũ excutite in teſtimoniũ ſupra illos. [d]Egreſſi
d 89 autem circuibant per caſtella euangelizãtes, & cu-
VIII rantes vbique. [e]Audiuit autẽ Herodes tetrarcha om-
e 90 nia quę fiebant ab eo, & hęſitabat: eo quod diceretur
II à quibuſdam: quia Ioãnes ſurrexit à mortuis, à qui-
buſdam vero, quia Elias apparuit: ab aliis autem, quia
propheta vnus de antiquis ſurrexit. Et ait Herodes:
Ioannem ego decollaui. Quis eſt autẽ iſte de quo e-
f 91 go talia audio? Et quærebat videre eum. [f]Et reuerſi a-
VIII poſtoli narrauerunt illi quæcumque fecerũt: [g]Et aſ-
g 92 ſumptis illis ſeceſſit ſeorſum in locum deſertũ, qui
III eſt Bethſaida. Quod cum cognouiſſent turbę, ſequu-
tæ ſunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de re-
gno Dei, & eos qui cura indigebãt, ſanabat. [h]Dies au-
h 93 tem cœperat declinare, & accedentes duodecim di-
I xerunt illi: Dimitte turbam, vt euntes in caſtella, vil-
laſque quę circa ſunt, diuertãt & inueniãt eſcas: quia
hic in loco deſerto ſumus. Ait autẽ ad illos: Vos date
illis manducare. At illi dixerunt: Nõ ſunt nobis plus
quàm quinque panes, & duo piſces: niſi fortè nos ea-
mus, & emamus in omnem hãc turbam eſcas. Erant
autem ferè viri quinque millia. Ait autẽ ad diſcipu-
los ſuos: Facite illos diſcũbere per cõuiuia quinqua-
genos. Et ita fecerunt, & diſcubuerunt omnes. Acce-
ptis autẽ quinque panibus, & duobus piſcibus, reſpe-
xit in cælum, & benedixit illis, & fregit & diſtribuit
diſcipulis ſuis, vt ponerẽt ante turbas. Et manduca-
uerunt omnes, & ſaturati ſunt. Et ſublatum eſt quod
i 94 ſuperfuit illis fragmẽtorum cophini duodecim. [i]Et
I factum eſt cum ſolus eſſet orans, erant cum illo & di-
ſcipuli, & interrogauit illos, dicens: Quem me dicũt
eſſe turbæ? At illi reſponderũt, & dixerũt: Ioannem
Baptiſtam: alii autem Eliam: alii quia vnus prophe-
ta de prioribus ſurrexit. Dixit autem illis: Vos autẽ
quem me eſſe dicitis? Reſpõdens autẽ Simon Petrus, CANON C
dixit: Chriſtum Dei. [k]At ille increpãs illos, pręcepit k 95
ne cui dicerẽt hoc, dicẽs: Quia oportet filium homi- II
nis multa pati, & reprobari à ſenioribus, & principi-
bus Sacerdotũ, & ſcribis, & occidi, & tertia die reſur-
gere [l]Dicebat autem ad omnes: Si quis vult poſt me l 96
venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuã quo- II
tidie, & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuã
ſaluam facere, perdet illam Nam qui perdiderit ani-
mam ſuam propter me, ſaluam faciet illam. Quid.n.
proficit homo ſi lucretur vniuerſum mundum, ſei-
pſum autẽ perdat, & detrimentum ſui faciat? [m]Nam m 97
qui me erubuerit & meos ſermones, hunc filius ho- II
minis erubeſcet cum venerit in maieſtate ſua, & pa-
tris, & ſanctorum angelorum [n]Dico autẽ vobis: verè n 98
ſunt aliqui hic ſtantes, qui non guſtabunt mortẽ do- II
nec videant regnum Dei. Factum eſt autem poſt hęc
verba fere dies octo, & aſſumpſit Petrum, & Ioannẽ,
& Iacobum, & aſcẽdit in montem vt oraret. Et facta
eſt, dum oraret, ſpecies vultus eius altera & veſtitus
eius albus refulgẽs. Et ecce duo viri loquebãtur cum
illo: erant autem Moyſes & Elias viſi in maieſtate, &
dicebant exceſſum eius quẽ cõpleturus erat in Hie-
ruſalem Petrus vero & qui cum illo erant, grauati e-
rant ſomno: & euigilantes viderũt maieſtatem eius,
& duos viros qui ſtabãt cum illo Et factum eſt cum
diſcederẽt ab illo, ait Petrus ad Ieſũ: Præceptor bo-
num eſt nos hic eſſe, & faciamus tria tabernacula. v-
num tibi, & vnum Moſi, & vnum Eliæ, neſciens quid
diceret. Hæc autem illo loquente facta eſt nubes & D
obumbrauit eos, & timuerunt intrantibus illis in nu-
bẽ. Et vox facta eſt de nube, dicẽs: Hic eſt filius meus
dilectus, ipsũ audite. Et dum fieret vox, inuentus eſt
Ieſus ſolus. Et ipſi tacuerũt, & nemini dixerunt in il-
lis diebus quidquã ex his quæ viderant. [o]Factum eſt o 99
autem in ſequenti die deſcendentibus illis de mon- II
te, occurrit illi turba multa. Et ecce vir de turba ex-
clamauit, dicens: Magiſter obſecro te, reſpice in filiũ
meum: quia vnicus eſt mihi. Et ecce ſpiritus appre-
hẽdit eum, & ſubito clamat, & elidit, & diſſipat eum
cum ſpuma, & vix diſcedit dilanians eum. Et rogaui
diſcipulos tuos vt eiicerent illum, & non potuerunt.
Reſpõdens autem Ieſus, dixit: O generatio infidelis
& peruerſa, vſquequo ero apud vos, & patiar vos? Ad-
duc huc filiũ tuũ. Et cum accederet, eliſit illum dæ-
monium, & diſſipauit. Et increpauit Ieſus ſpiritum
immundum: & ſanauit puerum, & reddidit illum pa-
tri eius. [p]Stupebant autem omnes in magnitudine p 100
Dei. [q]Omnibuſque mirãtibus in omnibus quę facie- VIII
bat, dixit ad diſcipulos ſuos: Ponite vos in cordibus q 101
veſtris ſermones iſtos: Filius enim hominis, futurũ II
eſt vt tradatur in manus hominum. At illi ignorabãt
verbum iſtud, & erat velatum ante eos, vt non ſenti-
rent illud, & timebant eum interrogare de hoc ver-
bo. [r]Intrauit autẽ cogitatio in eos, quis eorum ma- r 102
ior eſſet. At Ieſus vidẽs cogitationes cordis illorum, II
apprehendens puerum, ſtatuit illum ſecus ſe, & ait il-
lis: Quicunque ſuſceperit puerum iſtum in nomine
meo, me recipit: & quicũque me recipit, recipit eum
qui me miſit. Nam qui minor eſt inter vos oẽs, hic
maior eſt [ſ]Reſpondens autem Ioannes, dixit: Pręce-
ptor, vidimus quendam in nomine tuo eiicientem ſ 103
dæmonia, & prohibuimus eum: quia non ſequitur VIII
nobiſcũ. Et ait ad illos Ieſus: Nolite prohibere. Qui
enim non eſt aduerſum vos, pro vobis eſt. [t]Factum t 104
eſt autem dum complerẽtur dies aſſumptionis eius, X

Canon & ipſe faciem ſuam firmauit vt iret in Hieruſalem, &
E miſit nuncios ante conſpectum ſuum: & euntes intra-
uerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi.
Et non receperunt eum: quia facies eius erat euntis
in Hieruſalē. Cùm vidiſſent autē diſcipuli eius Iaco-
bus & Ioānes dixerūt: Domine, vis dicimus vt ignis
deſcendat de cœlo, & cōſumat illos? Et cōuerſus in-
crepauit illos, dicēs: Neſcitis cui* ſpiritus eſtis? Filius
hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare. Et a-
bierūt in aliud caſtellū.[u] Factum eſt autem ambulan-
u 105 tibus illis in via, dixit quidā ad illum: Sequar te quo-
V cúmq; ieris. Et dixit illi Ieſus: Vulpes foueas habent,
& volucres cœli nidos: filius autē hominis non habet
vbi caput ſuum reclinet. Ait autē ad alterum: Seque-
re me. Ille autem dixit: Domine, permitte mihi pri-
mum ire, & ſepelire patrē meum. Dixitque ei Ieſus:
Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu autem va-
x 106 de, & annūcia regnū Dei.[x] Et ait alter: Sequar te do-
V mine, ſed permitte mihi primum renunciare his qui
domi ſunt. Ait ad illum Ieſus: Nemo mittēs manum
ſuam ad aratrū & aſpiciēs retro, aptus eſt regno Dei.

Capvt X.

a 107 POſt[a] hæc autem deſignauit dominus & alios ſe-
X ptuagintaduos, & miſit illos binos ante faciē ſuā
in omnem ciuitatem & locum quo erat ipſe venturus.
b 108 [b] Et dicebat illis: Meſſis quidem multa, operarii autē
V pauci. Rogate autem dominum meſſis, vt mittat o-
c 109 perarios in meſſem ſuā.[c] Ite, ecce ego mitto vos ſicut
V agnos inter lupos. [d] Nolite ergo portare ſacculum,
d 100 neque perā, neque calciamēta, & neminem per viam
II ſalutaueritis.[e] In quamcūque domum intraueritis,
e 111 primum dicite: pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius
V pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin autem, ad
f 112 vos reuertetur.[f] In eadem autē domo manete, edē-
F tes & bibentes quæ apud illos ſunt. Dignus eſt enim
g 113 operarius mercede ſua.[g] Nolite tranſire de domo in
X domum. Et in quamcumque ciuitatē intraueritis, &
ſuſceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis,
& curate infirmos qui in illa ſunt, & dicite illis: Ap-
h 114 propinquauit in vos regnū Dei.[h] In quācumque au-
II tem ciuitatē intraueritis & non ſuſceperint vos, ex-
eūtes in plateas eius, dicite: Etiam puluerem qui ad-
hæſit nobis de ciuitate veſtra, extergimus in vos. Ta-
men hoc ſcitote, quia appropinquauit regnū Dei. Di-
co vobis, quia Sodomis in die illa remiſſius erit, quā
illi ciuitati [i] Væ tibi Chorozain, vę tibi Bethſaida,
i 115 quia ſi in Tyro & Sidone factę fuiſſent virtutes quæ
V factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere ſedentes
pœniterent. Verumtamen Tyro & Sidoni remiſſius
erit in iudicio, quā vobis. Et tu Capharnaum vſque
ad cœlum exaltata, vſque ad infernum demergeris.
[k] Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſper-
k 116 nit: qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me.
I [l] Reuerſi ſunt autē ſeptuagintaduo cum gaudio, di-
l 117 centes: Domine, etiam dęmonia ſubiiciuntur nobis
X in nomine tuo. Et ait illis: Videbam Satanam ſicut
fulgur de cœlo cadentem: Ecce dedi vobis poteſtatē
calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper om-
nem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Verū-
tamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſub-
iiciuntur: Gaudete autem quod nomina veſtra ſcri-
m 118 pta ſunt in cœlis. [m] In ipſa hora exultauit in Spiritu
V ſancto, & dixit: Confiteor tibi pater, domine cæli &
terrę: quod abſcondiſti hęc à ſapientibus & pruden-
n 119 tibus, & reuelaſti ea paruulis: Etiam pater, quoniam
III ſic placuit ante te.[n] Omnia mihi tradita ſunt à patre
meo. Et nemo ſcit quis ſit filius niſi pater, & quis ſit G
pater niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.[o] Et cō-
uerſus ad diſcipulos ſuos, dixit: Beati oculi qui vidēt o 120
quæ vos videtis. Dico.n. vobis, quod multi prophetę V
& reges voluerunt videre quæ vos videtis & non vi-
derunt, & audire quæ auditis, & non audierunt.[p] Et
ecce quidā legiſperitus ſurrexit, tentans illum, & di- p 121
cēs: Magiſter, quid faciendo vitam æternam poſſide- II
bo? At ille dixit ad eum: In lege quid ſcriptum eſt?
Quo modo legis? Ille reſpōdens dixit: Diliges domi-
num Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ani-
ma tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente
tua, & proximum tuum ſicut teipſum. Dixitque illi:
Rectè reſpōdiſti: hoc fac & viues.[q] Ille autem volens
iuſtificare ſe ipſum, dixit ad Ieſum: Et quis eſt meus q 122
proximus? Suſcipiens autem Ieſus, dixit: Homo qui- X
dam deſcēdebat ab Hieruſalem in Hiericho, & inci-
dit in latrones: qui etiam deſpoliauerūt eum, & pla-
gis impoſitis abierunt, ſemiuiuo relicto. Accidit au-
tem vt ſacerdos quidam deſcenderet eadem via, &
viſo illo prætериuit. Similiter & leuita cum eſſet ſecus
locum & videret eum, pertranſiit. Samaritanus au-
tem quidam iter faciens, venit ſecus eum, & videns
eum, miſericordia motus eſt. Et appropians alligauit
vulnera eius, infundēs oleum & vinum. Et imponēs
illum in iumentum ſuum, duxit in ſtabulum, & cu-
ram eius egit. Et altera die protulit duos denarios, &
dedit ſtabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcū-
que ſupererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi.
Quis horum triū tibi videtur proximus fuiſſe illi qui
incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit miſericor-
diam in illū. Et ait illi Ieſus: Vade, & tu fac ſimiliter.
Factum eſt autem dum irent, & ipſe intrauit in quod-
dam caſtellum, & mulier quædam Martha nomine
excepit illum in domum ſuā. Et huic ſoror erat no-
mine Maria, quæ etiam ſedens ſecus pedes do- H
mini, audiebat verbum illius. Martha autem ſatage-
bat circa frequens miniſterium, quæ ſtetit & ait: Do-
mine, non eſt tibi curæ, quod ſoror mea reliquit me
ſolam miniſtrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Et reſ-
pondens dixit illi dominus: Martha, Martha ſolicita
es, & turbaris erga plurima. Porro vnum eſt neceſſa-
rium: Maria optimam partem elegit, quæ non aufe-
retur ab ea.

Capvt XI.

ET[a] factum eſt cum eſſet in quodam loco orās: vt a 123
ceſſauit, dixit vnus ex diſcipulis eius ad eum: Do- V
mine, doce nos orare, ſicut docuit Ioannes diſcipu-
los ſuos: Et ait illis: Cum oratis, dicite: Pater, ſanctifi-
cetur nomen tuū: adueniat regnum tuum: panē no-
ſtrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis
peccata noſtra, ſiquidem & ipſi dimittimus omni de-
benti nobis: & ne nos inducas in tentationem.[b] Et ait b 124
ad illos: Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illū X
media nocte, & dicet illi: Amice commoda mihi tres
panes: quoniam amicus meus venit de via ad me, &
nō habeo quod ponā ante illum. Et ille de intus re-
ſpondens dicat: Noli mihi moleſtus eſſe: iam oſtium
clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, non
poſſum ſurgere, & dare tibi. Etſi ille perſeuerauerit
pulſans: dico vobis, & ſi nō dabit illi ſurgēs, eo quod
amicus eius ſit, propter improbitatē tamen eius ſur-
get, & dabit illi quotquot habet neceſſarios. Et ego
dico vobis.[c] Petite, & dabitur vobis: quęrite, & inue- c 125
nietis. pulſate, & aperietur vobis. Omnis.n. qui petit, V
accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur:
Quis

A Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid
lapidem dabit illi? aut piſcem: nunquid pro piſce ſer-
pentem dabit illi? aut ſi petierit ouum: nunquid por-
riget illi ſcorpionem? Si ergo vos cum ſitis mali, no-
ſtis bona data dare filiis veſtris, quãto magis pater ve-
d 126 ſter de cœlo dabit ſpiritum bonum petẽtibus ſe? [d] Et
V erat eiiciẽs dæmonium, & illud erat mutum. Et cum
eieciſſet dæmonium, loquutus eſt mutus, & admira-
e 127 tæ ſunt turbæ. [e] Quidam autẽ ex eis dixerunt, in Beel-
II zebub principe dæmoniorũ eiicit dæmonia. [f] Et alii
f 128 tentantes, ſignum de cœlo quærebant ab eo. [g] Ipſe
V autẽ vt vidit cogitationes eorũ, dixit eis: Omne re-
g 129 gnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & domus ſu-
II pra domum cadet. Si autem & Satanas in ſeipſum di-
uiſus eſt, quo modo ſtabit regnũ eius? quia dicitis, in
Beelzebub me eiicere dæmonia. Si autẽ ego in Beel-
zebub eiicio dæmonia, filii veſtri in quo eiiciũt? Ideo
ipſi iudices veſtri erunt. Porro ſi in digito Dei eiicio
dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. Cũ
fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea
quæ poſſidet. Si autẽ fortior eo ſuperueniens vice-
rit eum, vniuerſa arma eius auferet in quibus cõfide-
bat, & ſpolia eius diſtribuet. Qui non eſt mecum, cõ-
h 130 tra me eſt, & qui nõ colligit mecum, diſpergit. [h] Cum
V immundus ſpiritus exierit de homine, ambulat per
loca inaquoſa quærens requiem, & non inueniens
dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum
venerit, inuenit eam ſcopis mundatam & ornatam.
8 Et tũc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequio-
res ſe, & ingreſſi habitãt ibi. Et fiũt nouiſſima homi-
i 131 nis illius peiora prioribus. [i] Factum eſt autem cum
X hæc diceret: extollẽs vocem quædam mulier de tur-
ba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & vbera
k 132 quæ ſuxiſti. At ille dixit: Quinimo, beati qui audiunt
V verbum Dei, & cuſtodiunt illud. [k] Turbis autem cõ-
currentib. cœpit dicere: Generatio hæc, generatio ne-
quam eſt: ſignum quærit, & ſignum nõ dabitur ei, niſi
ſignũ Ionę prophetæ. Nam ſicut fuit Ionas ſignum
Niniuitis: ita erit & filius hominis generationi iſti.
Regina Auſtri ſurget in iudicio cum viris generatio-
nis huius, & condemnabit illos: quia venit a finibus
terræ audire ſapientiã Salomonis. Et ecce plus quam
Salomon hic. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum
generatione hac, & cõdemnabunt illam: quia pœni-
tentiam egerũt ad prędicationem Ionę. Et ecce plus
l 133 quam Iona hic. [l] Nemo lucernam accendit, & in ab-
II ſcondito ponit, neque ſub modio, ſed ſupra candela-
m 134 brum, vt qui ingrediuntur, lumẽ videant. [m] Lucerna
V corporis tui, eſt oculus tuus. Si ocul' tuus fuerit ſim-
plex, totum corpus lucidum erit: ſin autem nequam
fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit. Vide er-
go ne lumen quod in te eſt, tenebræ ſint. Si ergo cor-
pus tuũ lucidum fuerit, non habens aliquam partem
tenebrarum, erit lucidũ totum. Et ſicut lucerna ful-
n 135 goris illuminabit te. [n] Et cum loqueretur, rogauit il-
V lum quidã phariſęus, vt prãderet apud ſe. Et ingreſ-
ſus recubuit. Phariſęus autem cœpit intra ſe reputãs
dicere: quare non baptizatus eſſet ante prandium. Et
ait dominus ad illum: Nũc vos phariſæi quod de fo-
ris eſt calicis & catini mundatis: quod autẽ intus eſt
veſtrum, plenum eſt rapina & iniquitate. Stulti, non-
ne qui fecit quod de foris eſt, etiã id quod de intus eſt
fecit? Verumtamen, quod ſupereſt, date eleemoſynã,
& ecce omnia munda ſunt vobis. [o] Sed væ vobis pha-
riſæis, quia decimatis mentham & rutam, & omne
olus, & prętereitis iudicium & charitatem Dei. Hæc

S. Hieronymi Tom. 6.

autem oportuit facere, & illa nõ omittere. [p] Væ vobis CANON C
phariſæis, quia diligitis primas cathedras in ſynago-
gis, & ſalutationes in foro. [q] Væ vobis, quia eſtis vt p 137 II
monumẽta quæ non parẽt, & homines ambulantes q 138
ſupra, neſciunt. [r] Reſpondens autem quidã ex legiſ- V
peritis, ait illi: Magiſter, hæc dicens etiam nobis con- r 139
tumeliã facis. At ille ait. Et vobis legiſperitis væ, quia V
oneratis homines oneribus quæ portare nõ poſſũt,
& ipſi vno digito veſtro nõ tãgitis ſarcinas. [s] Væ vo- ſ 140
bis, quia ædificatis monumẽta prophetarum: patres V
autem veſtri occiderunt illos. Profecto teſtificamini
quod conſentitis operibus patrum veſtrorum: quo-
niã quidem ipſi eos occiderunt: vos autẽ ędificatis
eorũ ſepulcra. [t] Propterea & ſapiẽtia Dei dixit: Mittã t 141
ad illos prophetas & apoſtolos, & ex illis occidẽt, & V
perſequẽtur: vt inquiratur ſanguis omniũ propheta-
rum, qui effuſus eſt à cõſtitutione mũdi à generatio-
ne iſta, a ſanguine Abel vſque ad ſanguinẽ Zacharię,
qui periit inter altare & ędẽ. Ita dico vobis, require-
tur ab hac generatione. [u] Vę vobis legiſperitis, quia u 142 V
tuliſtis clauẽ ſcientię: ipſi nõ introiſtis, & eos qui in- x 143
troibant, prohibuiſtis. [x] Cum autem hęc ad illos di- X
ceret, cęperũt phariſęi & legiſperiti grauiter inſiſtere,
& os eius opprimere de multis, inſidiantes ei, & quę-
rentes aliquid capere de ore eius, vt accuſarent eum.

Capvt XII.

MVltis autem turbis cõcurrẽtibus, ita vt ſe inui- a 144 II
cem conculcarent, cœpit dicere ad diſcipulos D
ſuos. [a] Attendite à fermento phariſæorum, quod eſt b 145
hypocriſis. [b] Nihil .n. opertũ eſt quod nõ reueletur: V
neque abſconditũ quod non ſciatur. Quoniam quæ
in tenebris dixiſtis, in lumine dicẽtur, & quod in au-
re loquuti eſtis in cubiculis, prædicabitur in tectis.
Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his
qui occidunt corpus, & poſt hoc non habẽt amplius
quid faciãt. Oſtendã autẽ vobis quẽ timeatis. Time-
te eum qui poſtquã occiderit, habet poteſtatẽ mit-
tere in gehennã. Ita dico vobis, hunc timete. Nonne
quinque paſſeres veneũt dipondio, & vnus ex illis nõ
eſt in obliuione corã Deo? Sed & capilli capitis ve-
ſtri omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere, mul-
tis paſſerib. pluris eſtis vos. Dico autẽ vobis, Omnis
quicumque cõfeſſus fuerit me coram hominibus, &
filius hominis confitebitur illum corã angelis Dei. c 614
[c] Qui autem negauerit me coram hominibus, dene- II
gabitur coram angelis Dei. [d] Et omnis qui dicit ver- d 147
bum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui II
in Spiritũ ſanctum blaſphemauerit, non remittetur. e 148
[e] Cum autem inducent vos in ſynagogas, & ad magi- II
ſtratus, & poteſtates, nolite ſolliciti eſſe qualiter, aut
quid reſpõdeatis, aut quid dicatis: Spiritus enim ſan-
ctus docebit vos in ipſa hora, quę oporteat vos dice-
re. Ait autem ei quidã de turba: Magiſter, dic fratri f 149
meo vt diuidat mecũ hęreditatẽ. At ille dixit ei: Ho- X
mo, quis me cõſtituit iudicẽ, aut diuiſorẽ ſupra vos?
Dixitque ad illos: Videte & cauete ab omni auaritia:
quia non in abundãtia cuiuſquam vita eius eſt ex his
quę poſſidet. Dixit autẽ ſimilitudinem ad illos, di-
cens: Hominis cuiuſdam diuitis, vberes fructus ager
attulit, & cogitabat intra ſe, dicens: Quid faciã quod
non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit:
Hoc faciã: Deſtruam horrea mea, & maiora faciam,
& illuc congregabo omnia quę nata ſunt mihi, & bo-
na mea, & dicam animę meæ: Anima, habes multa
bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede,

CANON bibe, epulare. Dixit autẽ illi Deus: Stulte, hac nocte
E animã tuam repetũt à te: quæ autẽ paraſti cuius erũt?
Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum diues.
g 150 Dixitq; ad diſcipulos ſuos: [g] Ideo dico vobis: Nolite
V ſoliciti eſſe animæ veſtræ quid mãducetis: neq; cor-
pori quid induamini. Anima plus eſt quã eſca, & cor-
pus pluſquam veſtimentum. Conſiderate coruos,
quia non ſeminat neque metũt: quibus non eſt cella-
rium, neque horreũ, & Deus paſcit illos. Quãto ma-
gis vos pluris eſtis illis? Quis autẽ veſtrum cogitãdo
poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? Si
ergo neq; quod minimũ eſt poteſtis, quid de cęteris
ſoliciti eſtis? Cõſiderate lilia quo modo creſcunt: nõ
laborãt, neq; nent. Dico autem vobis: quia nec Salo-
mon in omni gloria ſua veſtiebatur, ſicut vnum ex
iſtis. Si autẽ fœnũ agri quod hodie eſt in agro, & cras
in clibanũ mittitur, Deus ſic veſtit: quãto magis vos
puſillæ fidei. Et vos nolite quęrere quid mãducetis,
aut quid bibatis, & nolite in ſublime tolli. Hæc enim
omnia gẽtes mũdi quęrũt. Pater autẽ veſter ſcit, quo-
niã his indigetis. Verumtamẽ primum quęrite regnũ
h 151 Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.
X [h] Nolite timere puſillus grex: quia complacuit patri
i 152 veſtro dare vobis regnũ. [i] Vendite quę poſſidetis, &
II date eleemoſynã. [k] Facite vobis ſacculos qui nõ ve-
k 153 teraſcunt: theſaurum non deficientem in cœlis: quo
V fur non appropiat, neq; tinea corrumpit. Vbi.n. the-
l 154 ſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrũ erit. [l] Sint lumbi ve-
X ſtri præcincti, & lucernæ ardẽtes in manibus veſtris:
F & vos ſimiles hominibus expectãtib. dominum ſuũ,
quando reuertatur à nuptiis: vt cum venerit & pulſa-
m 155 uerit, confeſtim aperiãt ei. [m] Beati ſerui illi, quos cum
V venerit dominus, inuenerit vigilãtes. Amẽ dico vo-
bis quod præcinget ſe, & faciet illos diſcũbere, & trã-
ſiens miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecunda vigilia,
& ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sũt
n 156 ſerui illi. [n] Hoc autẽ ſcitote: quoniam ſi ſciret pater-
II familias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & nõ
fineret perfodi domũ ſuã. Et vos eſtote parati: quia
o 157 qua hora non putatis, filius hominis veniet. [o] Ait au-
V tem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolã,
an & ad oẽs? Dixit autem dominus: Quis putas eſt fi-
delis diſpenſator & prudens, quẽ cõſtituit dominus
ſuper familiã ſuã, vt det illis in tempore tritici men-
ſuram? Beatus ille ſeruus, quẽ cum venerit dominus,
inuenerit ita facientem. Vere dico vobis: quia ſuper
omnia quæ poſſidet, conſtituet illum. [p] Quod ſi dixe-
p 158 rit ſeruus ille in corde ſuo: Morã facit dominus meus
V venire, & cœperit percutere ſeruos & ancillas, & ede-
re, & bibere, & inebriari: veniet dominus ſerui illius
in die qua non ſperat, & hora qua neſcit: & diuidet
q 159 eum, partẽque eius cum infidelibus ponet. [q] Ille au-
X tem ſeruus qui cognouit voluntatem domini ſui, &
non ſe præparauit, & non fecit ſecundum voluntatẽ
eius, vapulabit multis. Qui autẽ nõ cognouit, & fecit
digna plagis, vapulabit paucis. Omni autẽ cui mul-
tum datum eſt, multum quæretur ab eo, & cui com-
mendauerunt multum, plus petẽt ab eo. [r] Ignem ve-
r 160 ni mittere in terrã, & quid volo niſi vt accẽdatur? Ba-
V ptiſmo autem habeo baptizari, & quo modo coartor
vſque dum perficiatur? Putatis, quia pacem veni dare
in terram? Non, dico vobis, ſed ſeparationem. Erunt
enim ex hoc quinq; in domo vna diuiſi, tres in duo,
& duo in tres: diuidetur pater in filium, & filius in pa-
ſ 161 trem ſuum: mater in filiam, & filia in matrem: ſocrus
V in nurum ſuam, & nurus in ſocrum ſuam. [ſ] Dicebat
autem & ad turbas: Cum videritis nubem orientem G
ab occaſu, ſtatim dicitis: nimbus venit, & ita fit: & cũ
auſtrum flantem, dicitis: quia ęſtus erit, & fit. Hypo-
critæ, faciem cœli & terræ noſtis probare: hoc autem
tempus quo modo nõ probatis? Quid autem & à vo-
biſipſis non iudicatis quod iuſtum eſt? [t] Cum autem t 162
vadis cum aduerſario tuo ad principem in via, da o- V
peram liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicem,
& iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in car-
cerem. Dico tibi: non exies inde, donec etiam nouiſ-
ſimum minutum reddas.

CAPVT XIII.

a 163
X
A [a] Derant autem quidam ipſo tempore nunciã-
tes illi de Galilæis: quorum ſanguinem Pilatus
miſcuit cum ſacrificiis eorum. Et reſpondens dixit il-
lis: Putatis quod hi Galilæi prę omnibus Galilæis
peccatores fuerint, quia talia paſſi ſunt? Nõ, dico vo-
bis: ſed niſi pœnitentiam habueritis omnes, ſimiliter
peribitis ſicut illi decem & octo, ſupra quos cecidit
turris in Siloë, & occidit eos. Putatis quia & ipſi debi-
tores fuerint præter omnes homines habitantes in
Hieruſalem? Non dico vobis: ſed ſi pœnitentiam nõ
habueritis omnes, ſimiliter peribitis. [b] Dicebat au-
tem & hanc ſimilitudinem: Arborẽ fici habebat qui- b 164 X.
dam plantatam in vinea ſua, & venit quęrẽs fructum
in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vi-
neæ. Ecce anni tres ſunt, ex quo venio, quęrens fru-
ctum in ficulnea hac, & non inuenio: ſuccide ergo il-
lam, vt quid etiam terrã occupat? At ille reſpondẽs,
dixit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno, vſque
dum ſodiam circa illam & mittam ſtercora. Et ſi qui-
dem fecerit fructum: ſin autem, in futurum ſuccides
eam. Erat autem docens in ſynagoga eorum ſabba-
this. Et ecce mulier quæ habebat ſpiritum infirmita- H
tis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omni-
no poterat ſurſum reſpicere: quam cum vidiſſet Ie-
ſus, vocauit eam ad ſe, & ait illi: Mulier, dimiſſa es ab
infirmitate tua. Et impoſuit illi manus, & confeſtim
erecta eſt, & glorificabat Deum. Reſpondens autem
archiſynagogus (indignans, quia ſabbatho curaſſet
Ieſus) dicebat turbę: Sex dies ſunt in quibus oportet
operari. In his ergo venite, & curamini, & nõ in die
ſabbathi. [c] Reſpondit autem ad illum dominus, & c 165
dixit: Hypocritæ, vnuſquiſque veſtrum ſabbatho nõ II
ſoluit bouem ſuum aut aſinum a præſepio, ducit
adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alliga-
uit Satanas ecce decem & octo annis, non oportuit
ſolui à vinculo iſto die ſabbathi? [d] Et cum hæc dice-
ret, erubeſcebãt omnes aduerſarii eius: & omnis po- d 166
pulus gaudebat in vniuerſis quę glorioſe fiebant ab X
eo. [e] Dicebat ergo: Cui ſimile eſt regnum Dei, & cui
ſimile æſtimabo illud? Simile eſt grano ſinapis, quod e 167
acceptum homo miſit in hortum ſuum, & creuit & II
factum eſt in arborem magnam, & volucres cœli re-
quieuerũt in ramis eius. [f] Et iterum dixit: Cui ſimile f 168
ęſtimabo regnum Dei? Simile eſt fermento, quod ac- V
ceptum mulier abſcondit in farinæ ſata tria: donec
fermentaretur totum. [g] Et ibat per ciuitates & caſtel- g 169
la docens, & iter faciens in Hieruſalem. [h] Ait autem II
illi quidam: Domine, ſi pauci ſunt qui ſaluantur? Ipſe h 170
autem dixit ad illos: Contẽdite intrare per anguſtam V
portam: quia multi (dico vobis) quęrunt intrare, &
non potuerunt. [i] Cum autem intrauerit paterfami- i 171
lias, & clauſerit oſtium, & incipietis foris ſtare, & pul- V
ſare ad oſtium dicentes: Domine, aperi nobis: & re-
ſpondens dicet vobis: Neſcio vos vnde ſitis: tũc inci-

pietis

A pietis dicere: Mãducauimus coram te,& bibimus, &
in plateis noſtris docuiſti. Et dicet vobis: Neſcio vos
k 172 vnde ſitis. Diſcedite à me omnes operarii iniquita-
V tis: ibi erit fletus & ſtridor dẽtiũ: ᵏcũ videritis Abra-
ham & Iſaac & Iacob & omnes prophetas in regno
Dei: vos autem expelli foras. Et venient ab oriente
l 173 & occidente & aquilone, & auſtro, & accumbent in
II regno Dei. ˡEt ecce ſunt nouiſſimi qui erant primi,
m 174 & ſunt primi qui erant nouiſſimi. ᵐIn ipſa die acceſ-
X ſerunt quidã phariſæorum, dicentes illi: Exi & vade
hinc: quia Herodes vult te occidere. Et ait illis: Ite,&
dicite vulpi illi : Ecce eiicio dæmonia, & ſanitates
perficio hodie & cras, & tertia die conſummor. Ve-
rumtamen oportet me hodie & cras & ſequenti die
ambulare: quia non capit prophetã perire extra Hie-
n 175 ruſalem. ⁿHieruſalem Hieruſalem, quæ occidis pro-
V phetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te: quotiens
volui congregare filios tuos, quẽadmodum auis ni-
dum ſuum ſub pennis, & noluiſti? Ecce relinquetur
vobis domus veſtra deſerta. Dico autem vobis: quia
non videbitis me, donec veniat cum dicetis: bene-
dictus qui venit in nomine domini.

CAPVT XIV.

a 176 ET ᵃfactum eſt cum introiſſet Ieſus in domũ cu-
X iuſdã principis phariſæorum ſabbatho mandu-
care panẽ,& ipſi obſeruabãt eũ,& ecce homo quidã
b 177 hydropicus erat ante illũ. ᵇEt reſpondẽs Ieſus dixit
V. ad legiſperitos & phariſæos, dicẽs: Si licet ſabbatho
curare? At illi tacuerunt. Ipſe vero apprehenſũ ſa-
nauit eũ,ac dimiſit. Et reſpondẽs ad illos dixit: Cu-
B ius veſtrũ aſinus aut bos in puteũ cadet,& non con-
tinuo extrahet illum die ſabbathi? Et non poterãt ad
c 178 hęc reſpondere illi. ᶜDicebat autẽ & ad inuitatos pa-
X rabolã, intendẽs quo modo primos accubitus elige-
rẽt, dicẽs ad illos: Cũ inuitatus fueris ad nuptias, nõ
diſcumbas in primo loco, ne fortè honoratior te ſit
inuitatus ab illo: & veniẽs is qui te & illum vocauit,
dicat tibi: da huic locũ: & tũc incipias cũ rubore no-
uiſſimũ locũ tenere. Sed cũ vocatus fueris, vade re-
cũbe in nouiſſimo loco: vt cum venerit qui te inui-
tauit, dicat tibi: Amice, aſcẽde ſuperius. Tunc erit ti-
d 179 bi gloria corã ſimul diſcũbentib. ᵈQuia omnis qui ſe
V exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.
e 180 ᵉDicebat autẽ & ei qui ſe inuitauerat: Cũ facis prã-
X diũ aut cœnã, noli vocare amicos tuos, neque fratres
tuos, neque cognatos, neque vicinos, neque diuites:
ne fortè & ipſi te reinuitẽt,& fiat tibi retributio. Sed
cũ facis cõuiuium, voca pauperes, debiles, claudos,
cæcos,& beatus eris: quia non habẽt retribuere tibi.
Retribuetur. n. tibi in reſurrectione iuſtorum. Hæc
cum audiſſet quidã de ſimul diſcũbentib., dixit illi:
f 181 Beatus qui mãducabit panem in regno Dei. ᶠAt ipſe
dixit ei: Homo quidã fecit cœnam magnã,& vocauit
multos: & miſit ſeruum ſuũ hora cœnæ dicere inui-
tatis vt venirent: quia iã parata ſunt omnia. Et cœpe-
rũt ſimul oẽs excuſare. Primus dixit ei. Villã emi,&
neceſſe habeo exire & videre illã: rogo te habe me
excuſatũ: Et alter dixit: Iuga boũ emi quinque & eo
probare illa: rogo te habe me excuſatũ. Et alius dixit:
Vxorẽ duxi,& ideo nõ poſſũ venire. Et reuerſus ſer-
uus, nunciauit hæc domino ſuo. Tunc iratus pater-
familias, dixit ſeruo ſuo: Exi cito in plateas & vicos
ciuitatis: & pauperes ac debiles & cæcos & claudos
introduc huc. Et ait ſeruus: Domine, factũ eſt vt im-
peraſti: & adhuc locus eſt. Et ait dominus ſeruo: Exi
in vias & ſepes,& compelle intrare, vt impleatur do- CANON
mus mea. Dico autẽ vobis, quod nemo virorũ illorũ C
qui vocati ſunt, guſtabit cœnã meã. ᵍIbãt autẽ turbæ
multæ cum eo, & cõuerſus dixit ad illos: Si quis ve- g 182
nit ad me, & nõ odit patrẽ ſuum, & matrẽ,& vxorẽ, V
& filios,& fratres, & ſorores, adhuc autẽ & animam
ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui nõ ba-
iulat crucẽ ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus
eſſe diſcipulus. ʰQuis enim ex vobis volens turrim h 183
ædificare, nonne prius ſedẽs computat ſumptus qui X
neceſſarii ſunt, ſi habeat ad perficiendum: ne poſtea
quã poſuerit fundamentũ,& non potuerit perficere,
omnes qui vidẽt, incipiant illudere ei, dicentes: quia
hic homo cœpit ædificare,& non potuit conſumma-
re. Aut quis rex iturus committere bellum aduerſus
alium regem, non ſedens prius cogitat, ſi poſſit cum
decẽ millib. occurrere ei, qui cum viginti millib. ve-
nit ad ſe. Alioquin adhuc illo longè agente, legatio-
nem mittens rogat ea quæ pacis ſunt. ⁱSic ergo om- i 184
nis ex vobis qui non renunciat omnibus quæ poſſi- V
det, non poteſt meus eſſe diſcipulus. ᵏBonũ eſt ſal. k 185
Si autẽ ſal quoque euanuerit, in quo condietur? Ne- II
que in terrã, neque in ſterquilinium vtile eſt: ſed fo-
ras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

CAPVT XV.

ERᵃAnt autem appropinquantes ei publicani & a 186
peccatores, vt audirẽt illũ: & murmurabãt ſcri- II
bæ & phariſæi, dicentes: Quia hic peccatores recipit, b 187
& manducat cum illis. ᵇEt ait ad illos parabolam i- V.
ſtam, dicens: Quis ex vobis homo qui habet centum D
oues,& ſi perdiderit vnã ex illis, nonne dimittit no-
naginta nouẽ in deſerto,& vadit ad illam quæ perie-
rat, donec inueniat eã? Et cum inuenerit eam, impo-
nit in humeros ſuos gaudens: & veniens domũ, con-
uocat amicos & vicinos, dicẽs illis: Congratulamini
mihi, quia inueni ouem meã quę perierat. Dico vo-
bis, quod ita gaudiũ erit in cælo ſuper vno peccato-
re pœnitentiam agẽte: quàm ſuper nonaginta nouẽ
iuſtis, qui non indigent pœnitentia. ᶜAut quę mulier c 188
habens drachmas decem: ſi perdiderit drachmam v- X
nam: nonne accendit lucernam & euertit domum:
& quęrit diligenter, donec inueniat? Et cum inuene-
rit, cõuocat amicas & vicinas, dicẽs: Congratulami-
ni mihi: quia inueni drachmam quam perdideram.
ᵈIta dico vobis: gaudium erit corã angelis Dei ſuper
vno peccatore pœnitẽtiam agente. ᵉAit autem: Ho- d 189
mo quidam habuit duos filios: & dixit adoleſcẽtior V
ex illis patri: Pater, da mihi portionem ſubſtãtię quę e 190
me cõtingit. Et diuiſit illis ſubſtantiam. Et non poſt X
multos dies, congregatis omnibus, adoleſcentior fi-
lius peregre profectus eſt in regionem longinquam:
& ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurio-
ſè. Et poſtquam omnia cõſummaſſet, facta eſt fames
valida in regione illa, & ipſe cœpit egere. Et abiit &
adhæſit vni ciuium regionis illius: & miſit illum in
villam ſuam, vt paſceret porcos. Et cupiebat implere
ventrem ſuum de ſiliquis quas porci manducabant,
& nemo illi dabat. In ſe autem reuerſus, dixit: Quã-
ti mercenarii patris mei abundant panibus: ego autẽ
hic fame pereo? Surgam & ibo ad patrem meum,&
dicam ei: Pater, peccaui in cœlum & coram te: & iam
non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnum
de mercenariis tuis. Et ſurgens venit ad patrẽ ſuum.
Cum autẽ adhuc lõgè eſſet: vidit illum pater ipſius,
& miſericordia motus eſt: & accurrens cecidit ſuper

CANON E collum eius,& oſculatus eſt eum. Dixitq; ei filius: Pa-
ter, peccaui in cœlum & coram te: iam non ſum di-
gnus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad ſeruos
ſuos: Cito proferte ſtolam primam,& induite illum:
& date annulum in manu eius, & calciamenta in pe-
des: & adducite vitulum ſaginatũ, & occidite: & mã-
ducemus & epulemur: quia hic filius meus mortuus
erat,& reuixit: perierat,& inuentus eſt. Et cœperunt
epulari. Erat autem filius eius ſenior in agro. Et cum
veniret, & appropinquaret domui, audiuit ſympho-
niam & chorum: & vocauit vnum de ſeruis,& inter-
rogauit quæ hæc eſſent. Iſq; dixit illi: Frater tuus ve-
nit: & occidit pater tuus virulum ſaginatũ: quia ſal-
uum illum recepit. Indignatus eſt autem, & nolebat
introire. Pater ergo illius egreſſus, cœpit rogare illũ.
At ille reſpondens, dixit patri ſuo: Ecce tot annis ſer-
uio tibi: & nunquam mandatum tuum præterui: &
nunquam dediſti mihi hœdum, vt cum amicis meis
epularer. Sed poſtquam hic filius tuus, qui deuorauit
ſubſtantiam ſuam cum meretricibus venit, occidiſti
illi vitulum ſaginatum. At ipſe dixit illi: Fili, tu ſem-
per mecum es, & omnia mea, tua ſunt: epulari autem
& gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus
erat,& reuixit: perierat,& inuentus eſt.

CAPVT XVI.

DIcebat autem ad diſcipulos ſuos: Homo quidã
erat diues, qui habebat villicũ: & hic diffama-
tus eſt apud illum, quaſi diſſipaſſet bona illius. Et vo-
F cauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde
rationem villicationis tuæ: iam enim nõ poteris vil-
licare. Ait autem villicus intra ſe: Quid faciam: quia
dominus meus aufert à me villicationem? Fodere
non valeo: mendicare erubeſco: Scio quid faciam, vt
cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in do-
mos ſuas. Cõuocatis itaque ſingulis debitoribus do-
mini ſui, dicebat primo: Quantum debes domino
meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi:
Accipe cautionem tuã: & ſede cito, ſcribe quinqua-
ginta. Deinde alii dixit: Tu vero quantũ debes? Qui
ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas,
& ſcribe octoginta. Et laudauit dominus villicum
iniquitatis: quia prudenter feciſſet: quia filii huius ſę-
culi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt.
Et ego dico vobis: Facite vobis amicos de mammo-
na iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in æ-
terna tabernacula. Qui fidelis eſt in minimo, & in
maiori fidelis eſt: & qui in modico iniquus eſt, & in
maiori iniquus eſt. Si ergo in iniquo mammona fide-
les non fuiſtis, quod verũ eſt, quis credet vobis? Et ſi
in alieno fideles nõ fuiſtis, quod veſtrum eſt, quis da-
a 191 bit vobis? ᵃ Nemo ſeruus poteſt duob. dominis ſer-
V uire: aut enim vnũ odiet.& alterum diliget: aut vni
adhærebit,& alterum contemnet. Non poteſtis Deo
b 192 ſeruire,& mammonæ. ᵇ Audiebat autem omnia hęc
X phariſæi, qui erant auari, & deridebant illum. Et ait
illis: Vos eſtis qui iuſtificaſtis vos coram hominibus:
Deus autẽ nouit corda veſtra. Quia quod hominib.
c 193 altum eſt, abominatio eſt ante Deũ. ᶜ Lex & prophe-
V tæ vſque ad Ioannem: ex eo regnum Dei euãgeliza-
d 194 tur: & omnis in illud vim facit. ᵈ Facilius eſt autem
V cœlum & terram pręterire, quam de lege vnum api-
e 195 cem cadere. ᵉ Omnis qui dimittit vxorẽ ſuam, & al-
II teram ducit, mœchatur: & qui dimiſſam à viro ducit,
f 196 mœchatur. ᶠ Homo quidam erat diues, & induebatur
X purpura & byſſo: & epulabatur quotidie ſplendidè.
Et erat quidam mendicus nomine Lazarus: qui iace-
bat ad ianuam eius vlceribus plenus: cupiens ſaturari G
de micis, quę cadebant de menſa diuitis, & nemo illi
dabat. Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera e-
ius. Factũ eſt autẽ vt moreretur mendicus, & porta-
retur ab angelis in ſinum Abrahę. Mortuus eſt autẽ
& diues,& ſepultus eſt in inferno. Eleuãs autẽ oculos
ſuos cum eſſet in tormentis, vidit Abraham à longe,
& Lazarum in ſinu eius, & ipſe clamans dixit: Pater
Abraham, miſereri mei, & mitte Lazarum, vt intin-
gat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret lin-
guam meam: quia crucior in hac flamma. Et dixit illi
Abraham: Fili, recordare, quia recepiſti bona in vita
tua,& Lazarus ſimiliter mala. Nunc autẽ hic conſo-
latur: tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos &
vos chaos magnum firmatũ eſt: vt hi qui volunt hinc
tranſire ad vos, non poſſint: neq; inde huc tranſmea-
re. Et ait: Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domũ
patris mei. Habeo enim quinque fratres: vt teſtetur
illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum.
Et ait illi Abraham: Habent Moyſen & prophetas:
audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraham: ſed
ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.
Ait autem illi: Si Moyſen & prophetas non audiunt:
neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.

CAPVT XVII.

EᵃT ait ad diſcipulos ſuos: Impoſſibile eſt vt non a 197
veniant ſcandala: vę autem illi per quem veniũt. II
Vtilius eſt illi ſi lapis molaris imponatur circa col-
lum eius, & proiiciatur in mare, quàm vt ſcandalizet H
vnũ de puſillis iſtis. ᵇ Attendite vobis: Si peccauerit b 198
in te frater tuus, increpa illum: & ſi pœnitẽtiam ege- V
rit, dimitte illi. ᶜ Et ſi ſepties in die peccauerit in te, & c 199
ſepties in die conuerſus fuerit ad te, dicens: Pœnitet V
me, dimitte illi. ᵈ Et dixerũt apoſtoli domino: Adau- d 200
ge nobis fidem. Dixit autem dominus: Si haberetis V
fidem ſicut granũ ſinapis, diceritis huic arbori mo-
ro, eradicare, & tranſplantare in mare, & obediret
vobis. ᵉ Quis autem veſtrum habens ſeruum arantẽ e 201
aut paſcentem, qui regreſſo de agro, dicit illi ſtatim: X
tranſi & recumbe, & non dicit ei, Para quod cœnem,
& pręcinge te & miniſtra mihi donec manducem &
bibam, & poſt hęc tu manducabis & bibes: Nun-
quid gratiam habet ſeruo illi, quia fecit quę ei impe-
rauerat? Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia
quę pręcepta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles ſumus:
quod debuimus facere, fecimus. Et factum eſt dum
iret in Hieruſalem, tranſibat per mediam Samariam
& Galilęam, & cum ingrederetur quoddam caſtel-
lum, occurrerunt ei decem viri leproſi: qui ſteterunt
à longe, & leuauerunt vocem, dicentes: Ieſu pręce-
ptor miſerere noſtri. Quos vt vidit, dixit: Ite, oſten-
dite vos ſacerdotibus. Et factum eſt dum irent, mũ-
dati ſunt. Vnus autem ex illis, vt vidit quia munda-
tus eſt, regreſſus eſt cum magna voce magnificans
Deum. Et cecidit in faciẽ ante pedes eius, gratias a-
gens: Et hic erat Samaritanus. Reſpondens autẽ Ie-
ſus, dixit: Nonne decem mundati ſunt, & nouẽ vbi
ſunt? Non eſt inuentus qui rediret, & daret gloriam
Deo, niſi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade: quia
fides tua te ſaluum fecit. ᶠ Interrogatus autẽ à phari- f 202
ſæis, quãdo venit regnum Dei? Reſpondit eis, & di- V
xit: Non veniet regnum Dei cum obſeruatione: ne-
que dicent, ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnũ
Dei intra vos eſt. ᵍ Et ait ad diſcipulos ſuos. Venient g 203
dies quãdo deſideretis videre vnũ diẽ filii hominis, X
& nõ videbitis. ʰ Et dicẽt vobis: Ecce hic, & ecce illic: h 104
nolite II

A nolite ire neque ſectemini.[i] Nam ſicut fulgur coruſ-
i 205 cans de ſub cælo in ea quæ ſub cælo ſunt, fulget: ita
V erit filius hominis in die ſua.[k] Primum autem opor-
k 206 tet illum multa pati, & reprobari à generatione hac.
II
l 207 [l] Et ſicut factum eſt in diebus Noë: ita erit & in dieb.
V. filii hominis. Edebant & bibebant, vxores ducebāt,
& dabantur ad nuptias, vſque in diem qua intrauit
m 208 Noë in arcam, & venit diluuium & perdidit omnes.
X [m] Similiter ſicut factum eſt in diebus Lot: edebant &
bibebant, emebant & vendebant, plantabant & ædi-
ficabant: qua autem die exiit Lot à Sodomis, pluit
ignem & ſulphur de cælo & omnes perdidit. Secun-
dum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur.[n] In
n 209 illa hora qui fuerit in tecto & vaſa eius in domo, ne
II deſcendat tollere illa: & qui in agro, ſimiliter non re-
o 210 deat retro.[o] Memores eſtote vxoris Lot.[p] Quicun-
II
p 211 que quæſierit animam ſuam ſaluam facere, perdet il-
III lam: & quicunque perdiderit illam, viuificabit eam.
q 212 [q] Dico vobis: in illa nocte erunt duo in lecto vno: v-
V nus aſſumetur, & alter relinquetur. Duæ erunt mo-
lentes in vnum: vna aſſumetur, & altera relinquetur.
Duo in agro: vnus aſſumetur, & alter relinquetur.
r 213 [r] Reſpondentes dicunt illi: Vbi domine? Qui dixit il-
V lis: Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur &
aquilæ.

CAPVT XVIII.

a 214 Dicebat[a] autem & parabolam ad illos: quoniam
X oportet ſemper orare, & nō deficere, dicens: Iu-
dex quidā erat in quadam ciuitate, qui Deum nō ti-
mebat, & hominem nō reuerebatur. Vidua autē quę-
dam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens.
B Vindica me de aduerſario meo. Et nolebat per mul-
tum tēpus. Poſt hęc autem dixit intra ſe: Et ſi Deum
non timeo, nec hominem reuereor: tamen quia mo-
leſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illā: ne in nouiſſi-
mo veniēs ſugillet me. Ait autē domin⁹: Audite quid
iudex iniquitatis dicit: Deus autem non faciet vindi-
ctam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac no-
cte, & patientiam habebit in illis? Dico autem vobis,
quia cito faciet vindictam illorū. Verumtamē filius
hominis veniens, putas inueniet fidē in terra? Dixit
autem & ad quoſdā, qui in ſe confidebant tanquā iu-
ſti, & aſpernabantur cæteros, parabolā iſtā. Duo ho-
mines aſcēderunt in tēplum vt orarent: vnus Phari-
ſæus, & alter Publicanus. Phariſæus ſtās hæc apud ſe
orabat: Deus, gratias ago tibi: quia non ſum ſicut cæ-
teri hominum, raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam
hic publicanus. Ieiunio bis in ſabbatho: decimas do
omniū quæ poſſideo. Et publicanus à longe ſtās, no-
lebat nec oculos ad cœlū leuare: ſed percutiebat pe-
ctus ſuum, dicēs: Deus propitius eſto mihi peccatori.
Amen dico vobis, deſcēdit hic iuſtificatus in domū
b 215 ſuā ab illo:[b] quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur,
V & qui ſe humiliat, exaltabitur.[c] Afferebant autem ad
c 216 illū infantes, vt eos tangeret, Quod cum viderēt diſ-
II cipuli, increpabant illos. Ieſus autem conuocans il-
los, dixit: Sinite pueros venire ad me, & nolite prohi-
d 217 bere eos: Talium eſt enim regnum Dei.[d] Amen dico
I vobis: Quicunq; nō acceperit regnū Dei ſicut puer,
e 218 nō intrabit in illud.[e] Et interrogauit eum quidā prin-
II ceps, dicens: Magiſter bone, quid faciens vitam ęter-
nā poſſidebo? Dixit autē ei Ieſus: Quid me dicis bo-
num? Nemo bonus niſi ſolus Deus. Mandata noſti:
Non occides: non mœchaberis: non furtum facies:
non falſum teſtimoniū dices: honora patrem tuū &
matrem. Qui ait: Hæc omnia cuſtodiui à iuuentute
mea.[f] Quo audito Ieſus, ait ei: Adhuc tibi vnū deeſt, CANON C
Omnia quæcunque habes, vende & da pauperibus: f 219
& habebis theſaurum in cœlo: & veni ſequere me. II
[g] His ille auditis cōtriſtatus eſt, quia diues erat valde. g 220
Videns autē Ieſus illum triſtē factum, dixit: Quā dif- II
ficile qui pecunias habent in regnum Dei intrabunt.
Facilius eſt enim camelum per foramen acus tranſi-
re, quam diuitem intrare in regnū Dei. Et dixerunt
qui audiebāt: Et quis poteſt ſaluus fieri? Ait illis: Quę
impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud
Deum. Ait autē Petrus. Ecce nos dimiſimus omnia,
& ſecuti ſumus te.[h] Qui dixit eis. Amen dico vobis, h 221
nemo eſt qui reliquit domum, aut parentes, aut fra- II
tres, aut vxorem, aut filios propter regnū Dei: & non
recipiat multo plura in hoc tempore, & in ſæculo fu-
turo vitam ęternam.[i] Aſſumpſit autem Ieſus duode- i 222
cim, & ait illis. Ecce aſcendimus Hieroſolymam: & II.
conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per pro-
phetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, &
illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur: & poſtquā
flagellauerint, occident eum: & die tertia reſurget.
[k] Et ipſi nihil horum intellexerūt. Erat autem verbū k 223
iſtud abſconditum ab eis: & non intelligabant quę X
dicebantur.[l] Factum eſt autem cum appropinquaret
Hiericho, cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendi- l 224
cans. Et cum audiret turbam prætereuntem, inter- II
rogabat quid hoc eſſet. Dixerunt autem ei, quod Ie-
ſus Nazarenus tranſiret. Et clamauit dicens: Ieſu fili
Dauid miſerere mei. Et qui præibant increpabāt eū,
vt taceret. Ipſe vero multo magis clamabat: fili Da-
uid miſerere mei. Stans autem Ieſus, iuſſit illum ad-
duci ad ſe. Et cum appropinquaſſet, interrogauit illū,
dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine vt
videam. Et Ieſus dixit: Reſpice: fides tua te ſaluum
fecit. Et confeſtum vidit: & ſequebatur illum, magni- D
ficans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem
Deo.

CAPVT XIX.

ET[a] ingreſſus perambulabat Hierico: Et ecce vir a 225
nomine Zacchęus, & hic princeps erat publica- X
norum, & ipſe diues. Et quęrebat videre Ieſum quis
eſſet: & non poterat præ turba: quia ſtatura puſillus
erat. Et præcurrens aſcēdit in arborem ſycomorum,
vt videret eum: quia inde erat trāſiturus. Et cum ve-
niſſet ad locum: ſuſpiciens Ieſus vidit illum, & dixit
ad eum. Zacchęe feſtinās deſcēde: quia hodie in do-
mo tua oportet me manere. Et feſtinans deſcēdit: &
excepit illum gaudens. Et cum viderēt omnes mur-
murabāt, dicentes quod ad hominem peccatorē di-
uertiſſet: Stans autem Zacchæus, dixit ad dominū.
Ecce dimidium bonorum meorū do pauperibus: &
ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait
Ieſus ad eum: Quia hodie ſalus domui huic facta eſt,
eo quod & ipſe filius ſit Abrahę.[b] Venit enim filius b 226
hominis quærere & ſaluū facere quod perierat.[c] Hęc V
illis audientibus, adiiciens dixit parabolam: eo quod c 227
eſſet prope Hieruſalem, & quia exiſtimarent, quod X
confeſtim regnum Dei manifeſtaretur. Dixit ergo:
[d] Homo quidā nobilis abiit in regionem longinquā d 228
accipere ſibi regnū, & reuerti.[e] Vocatis autē decē II
ſeruis ſuis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Ne- e 229
gotiamini dum venio. Ciues autē eius oderāt eū: & V.
miſerunt legationē poſt illū, dicentes: Nolumus hūc
regnare ſuper nos: Et factū eſt vt rediret accepto re-
gno: & iuſſit vocari ſeruos, quibus dedit pecuniā: vt
ſciret quantum quiſq; negotiatus eſſet. Venit autem

Canon E primus , dicens: Domine mna tua decem mnas ac-
quiſiuit. Et ait illi: Euge bone ſerue: quia in modico
fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſupra decē ciui-
tates. Et alter venit, dicens. Dumine, mna tua fecit
quinq; mnas. Et huic ait: Et tu eſto ſuper quinq; ciui-
tates. Et alter venit, dicēs: Domine, ecce mna tua quā
habui repoſitam in ſudario. Timui.n.te: quia homo
auſterus es: tollis quod non poſuiſti: & metis quod
nō ſeminaſti. Dicit ei: De ore tuo te iudico ſerue ne-
quā. Sciebas quod ego homo auſter⁹ ſū, tollēs quod
non poſui, & metens quod non ſeminaui: Et quare
non dediſti pecuniā meā ad menſā: & ego veniens,
cum vſuris vtique exegiſſem illam? Et aſtantibus di-
xit: Auferte ab illo mnam, & date illi qui decē mnas
f 230 II habet Et dixerūt ei: Domine, habet decē mnas, [f] Di-
f 231 V co autē vobis: quia omni habenti dabitur: ab eo autē
qui nō habet, & quod habet, auferetur ab eo. [g] Verū-
h 232 II tamē inimicos meos illos qui noluerūt me regnare
ſuper ſe, adducite huc, & interficite ante me. [h] Et his
dictis precedebat aſcēdens Hieroſolymā. Et factum
eſt cū appropinquaſſet ad Betphage & Bethaniā, ad
montem qui vocatur Oliueti: miſit duos diſcipulos
ſuos, dicens: Ite in caſtellum quod contra vos eſt: in
quod introeūtes inuenietis pullū aſinæ alligatū, cui
nemo vnquā hominum ſedit: ſoluite illū, & adduci-
te. Et ſi quis vos interrogauerit, quare ſoluitis, ſic di-
i 233 II cetis ei: quia dominus operam eius deſiderat. [i] Abie-
runt autē qui miſſi erāt, & inuenerūt ſicut dixit illis,
ſtātem pullū. Soluentib⁹ autē illis pullum, dixerunt
domini eius ad illos: Quid ſoluitis pullum? At illi di-
xerunt: Quia dominus eum neceſſariū habet. Et du-
xerunt illum ad Ieſum. Et iactantes veſtimēta ſua ſu-
pra pullū, impoſuerunt Ieſū. Eunte autē illo, ſubſter-
k 234 I F nebāt veſtimenta ſua in via. [k] Et cum appropinqua-
ret iam ad deſcenſum montis oliueti, cœperunt oēs
turbæ diſcipulorum gaudentes laudare Deum voce
magna ſuper omnibus quas viderant virtutibus, di-
centes: Benedictus qui venit rex in nomine domini:
l 235 V pax in cælo, & gloria in excelſis. [l] Et quidā phariſęo-
rum de turbis dixerunt ad illum: Magiſter, increpa
diſcipulos tuos. Quibus ipſe ait: Dico vobis: quia ſi hi
m 236 X tacuerint, lapides clamabūt. [m] Et vt appropinquauit
vidēs ciuitatem, fleuit ſuper illam, dicēs: Quia ſi co-
gnouiſſes & tu. Et quidē in hac die tua quę ad pacē
tibi, nūc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia
venient dies in te: & circumdabūt te inimici tui val-
lo, & circumdabūt te, & coanguſtabunt te vndique:
& ad terrā proſternēt te, & filios tuos qui in te ſunt.
n 237 II [n] Et non relinquent in te lapidem ſuper lapidem: eo
quod non cognoueris tempus viſitationis tuę. [o] Et
o 238 ingreſſus in templum: cæpit eiicere vendētes in illo
& ementes, dicēs illis: Scriptū eſt: quia domus mea,
domus orationis eſt: vos autem feciſtis illā ſpelun-
cam latronum. [p] Et erat docens quotidie in templo.
p 239 I Principes autē Sacerdotū & Scribę, & principes ple-
bis quęrebāt illū perdere, & non inueniebāt quid fa-
cerent illi. Omnis.n. populus ſuſpenſus erat audiens
illum.

Capvt XX.

a 240 II ET [a] factum eſt in vna dierum, docente illo popu-
lum in tēplo & euangelizante: cōuenerunt prin-
cipes Sacerdotū & Scribę cum ſeniorib., & aiunt di-
cētes ad illum. Dic nobis: in qua poteſtate hæc facis:
aut quis eſt qui dedit tibi hāc poteſtatē? Reſpōdens
autē, dixit ad illos, Interrogabo vos & ego vnū verbū:
reſpondete mihi Baptiſmus Ioannis de cœlo erat, an
ex hominibus? At illi cogitabant intra ſe dicentes:
Quia ſi dixerimus de cęlo, dicet: quare ergo nō cre- G
didiſtis illi? Si autē dixerimus, ex hominib.. plebs vni-
uerſa lapidabit nos. Certi ſunt enim Ioannē prophe-
tam eſſe: reſponderunt ſe neſcire vnde eſſet. Et Ieſus b 241
ait illis: Neque ego dico vobis in qua poteſtate hoc II
facio. [b] Cœpit autē dicere ad plebē parabolam hāc:
Homo quidā plantauit vineam, & locauit eam colo-
nis, & ipſe peregre fuit multis tēporib., & in tēpore
illo miſit ad cultores ſeruū, vt de fructu vineę darēt
illi. Qui cęſum dimiſerunt eum inanē. Et addidit al-
terum ſeruū mittere. Illi autē hunc quoq; cędentes
& afficientes cōtumelia, dimiſerunt inanem. Et ad-
didit tertiūm mittere. Qui & illum vulnerantes eie-
cerunt Dixit autē dominus vineæ: Quid faciā? Mit-
tam filium meum dilectum: forſitan cum hunc vide-
rint verebūtur. Quem cum vidiſſent coloni: cogita-
uerunt intra ſe dicentes: Hic eſt hęres: occidamus il-
lum, vt noſtra fiat hæreditas. Et eiectum illum extra
vineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus
vineę? Veniet & perdet colonos iſtos, & dabit vineā
aliis. Quo audito dixerunt illi: Abſit. Ille autem aſpi-
ciēs eos ait: Quid eſt ergo hoc quod ſcriptū eſt: La-
pidem quem reprobrauerunt ędificantes: hic factus
eſt in caput anguli. Omnis qui ceciderit ſupra illum
lapidem conquaſſabitur: ſupra quem autē ceciderit,
comminuet illum. [c] Et quęrebāt principes Sacerdo- c 242
tum & Scribæ mittere in illum manus hora illa, & ti- I
muerunt populū. Cognouerūt enim quod ad ipſos
dixerit ſimilitudinē hanc. [d] Et obſeruantes miſerunt d 243
inſidiatores, qui ſe iuſtos ſimularent, vt caperent eū II
in ſermone, & traderent illū principatui & poteſtati H
præſidis, Et interrogauerunt eum dicētes: Magiſter,
ſcimus quia recte dicis & doces, & non accipis per-
ſonam, ſed viam Dei in veritate doces: Licet nobis
tributū dare Cęſari, an non? Conſiderans autem do-
lum illorū, dixit ad eos: Quid me tentatis· Oſtendite
mihi denarium: cuius habet imaginē & inſcriptionē?
Reſpondētes dixerunt ei: Cęſaris. Et ait illis: Reddi-
te ergo quę ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei,
Deo. Et non potuerūt verbū eius reprehēdere corā
plebe, & mirati in reſpōſione eius tacuerūt. Acceſſe-
runt autē quidā Sadduceorū, qui negant eſſe reſur-
rectionē, & interrogauerunt eū, dicentes: Magiſter,
Moyſes ſcripſit nobis. Si frater alicuius mortu⁹ fue-
rit habens vxorē, & hic ſine liberis fuerit, vt accipiat
eā frater eius vxorē, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Se-
ptem ergo fratres erant, & primus accepit vxorē, &
mortuus eſt ſine filiis. Et ſequēs accipit illam, & ipſe
mortuus eſt ſine filiis. Et tertius accepit illā: ſimiliter
& omnes ſeptē, & non reliquerunt ſemen, & mortui
ſunt. Nouiſſime omniū mortua eſt mulier: In reſur-
rectione ergo cuius eorū erit vxor? ſiquidem ſeptē
habuerunt eam vxorem. Et ait illis Ieſus: Filii huius
ſæculi nubūt & traduntur ad nuptias: illi vero qui di-
gni habebūtur ſęculo illo & reſurrectione ex mor-
tuis, neq; nubūt, neq; ducūt vxores: neq;.n vltra mo-
ri poterūt. Æquales.n. angelis ſunt, & filii ſunt Dei,
cum ſint filii reſurrectionis. Quia vero reſurgēt mor-
tui, & Moyſes, oſtēdit ſecus rubū: ſicut dicit dominū
Deum Abraham & Deū Iſaac & Deum Iacob. Deus
autem non eſt mortuorum, ſed viuorū, oēs enim vi-
uunt ei. Reſpondentes autem quidā ſcribarū, dixe- e 244
rūt ei: Magiſter, benedixiſti. [e] Et amplius nō audebāt II
eum quidquā interrogare. [f] Dixit autē ad illos: Quo f 245
modo dicunt Chriſtū filium eſſe Dauid, & ipſe Da- II
uid dicit in libro pſalmorū: Dixit dominus domino
meo,

A meo, ſede à dextris meis: donec ponã inimicos tuos,
ſcabellum pedum tuorum? Dauid ergo dominum il-
g 246 II lum vocat,& quo modo filius eius eſt?[g] Audiẽte au-
tem omni populo, dixit diſcipulis ſuis: Attendite à
Scribis, qui volunt ambulare in ſtolis, & amant ſalu-
tationes in foro,& primas cathedras in ſynagogis,&
h 247 primos diſcubitus in cœnis. [h] Qui deuorant domos
VIII viduarum ſimulantes longam orationem. Hi acci-
pient damnationem maiorem.

CAPVT XXI.

RESpiciens autem vidit eos qui mittebãt munera
ſua in gazophylacium diuites. Vidit autem &
quandam viduam pauperculam, mittentem ęra mi-
nuta duo. Et dixit: Vere dico vobis: quia vidua hæc
paupercula pluſquã omnes miſit. Nam omnes hi ex
abundanti ſibi miſerunt in munera Dei: hęc autem
ex eo quod deeſt illi, omnẽ victum ſuũ quem habuit
a 248 miſit. [a] Et quibuſdam dicentibus de tẽplo, quod bo-
II nis lapidibus & donis ornatũ eſſet, dixit: Hęc quę vi-
detis, venient dies in quibus nõ relinquetur lapis ſu-
b 249 pra lapidem, qui non deſtruatur. [b] Interrogauerunt
II autem illũ, dicentes: Pręceptor quando hęc erunt,&
quod ſignũ cum fieri incipient? Qui dixit: Videte ne
ſeducamini. Multi enim venient in nomine meo di-
cẽtes: quia ego ſum,& tempus appropinquauit. No-
lite ergo ire poſt eos. Cum autem audieritis pręlia &
ſeditiones, nolite terreri. Oportet enim hęc fieri, ſed
nondum ſtatim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens
contra gẽtem,& regnũ aduerſus regnũ, & terręmo-
tus magni erunt per loca,& peſtilentiæ & fames: ter-
c 250 roreſq; de cœlo & ſigna magna erunt. [c] Sed ante hęc
I omnia inicient vobis manus ſuas, & perſequentur,
tradentes in ſynagogas & cuſtodias: trahentes ad re-
ges & præſides propter nomen meũ. Continget au-
d 251 tem vobis in teſtimonium. [d] Ponite ergo in cordibus
II veſtris non præmeditari quemadmodũ reſpondea-
B tis. Ego enim dabo vobis os & ſapientiam: cui nõ po-
terunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarii ve-
ſtri. Trademini autẽ à parentibus & fratribus, & co-
gnatis & amicis,& morte afficient ex vobis. Et eritis
odio omnibus propter nomen meum. Et capillus de
capite veſtro non peribit. In patientia veſtra poſſide-
e 252 X bitis animas veſtras. [e] Cùm autem videritis circũda-
ri ab exercitu Hieruſalẽ tunc ſcitote quia appropin-
f 253 quauit deſolatio eius. [f] Tunc qui in Iudæa ſunt, fu-
II giant ad montes, & qui in medio eius, diſcedant, &
qui in regionibus, non intrent in eam: quia dies vl-
tionis hi ſunt, vt impleantur omnia quæ ſcripta ſunt.
g 254 [g] Væ autem prægnãtibus & nutrientibus in illis die-
II bus. [h] Erit enim preſſura magna ſuper terram, & ira
h 255 populo huic. [i] Et cadent in ore gladii,& captiui ducẽ-
II tur in omnes gentes. Et Hieruſalem calcabitur à gẽ-
i 256 tibus, donec implcãtur tempora nationũ. [k] Et erunt
X ſigna in ſole & luna & ſtellis, & in terris preſſura gẽ-
k 257 tium, præ confuſione ſonitus maris & fluctuũ: areſ-
II cẽtibus hominibus præ timore & expectatione, quæ
ſuperuenient vniuerſo orbi. Nam virtutes cœlorum
l 258 mouebuntur. [l] Et tunc videbunt filiũ hominis veni-
II entem in nube, cum poteſtate magna & maieſtate.
His autem fieri incipientibus, reſpicite & leuate capi-
ta veſtra: quoniam appropinquat redemptio veſtra.
Et dixit illis ſimilitudinem: Videte ficulneam,& om-
nes arbores, cum producũt iam ex ſe fructum, ſcitis
quoniam prope eſt ęſtas. Ita & vos cum videritis: hęc
fieri, ſcitote quoniam prope eſt regnũ Dei. Amen di-
co vobis: quia non præteribit generatio hęc, donec

omnia fiant. Cęlum & terra tranſibunt verba autem CANON C
mea non tranſibunt. [m] Attẽdite autẽ vobis, ne forte m 259
grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate, & cu- X
ris huius vitæ, & ſuperueniat in vos repentina dies
illa. Tanquam laqueus enim ſuperueniet in omnes,
qui ſedent ſuper faciem omnis terrę. Vigilate itaque
omni tempore orantes: vt digni habeamini fugere
omnia iſta quæ ventura ſunt, & ſtare ante filium ho-
minis. Erat autem diebus docens in templo: noctib.
vero exiens morabatur in monte, qui vocatur oliue-
ti, & omnis populus manicabat ad eum in templo
audire eum.

CAPVT XXII.

APpropinquabat autem dies feſtus azymorum a 260
qui dicitur paſcha. [b] Et quęrebãt principes Sa- I
cerdotum & Scribæ quo modo eum interficerẽt: ti- b 261
mebant vero plebem. [c] Intrauit autem Satanas in Iu- I
dam, qui cognominabatur Iſcariotis, vnus de duo- c 262
decim. [d] Et abiit,& locutus eſt cum principib. Sacer- IX
dotum & magiſtratibus, quemadmodum illum tra- d 263
deret eis. Et gauiſi ſunt, & pacti ſunt pecuniam illi II
dare: & ſpopondit, & quęrebat opportunitatem vt
traderet illum ſine turbis. Venit autem dies azymo-
rum, in qua neceſſe erat occidi paſcha. Et miſit Petrũ
& Ioannem dicens: Euntes parate nobis paſcha vt
manducemus. At illi dixerunt: Vbi vis paremus? Et
dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem,
occurret vobis homo amphoram aquæ portans: ſe-
quimini eum in domũ in quam intrat, & dicetis pa-
triſamilias domus: Dicit tibi magiſter: vbi eſt diuer-
ſoriũ, vbi paſcha cum diſcipulis meis mãducẽ? Et ip-
ſe oſtendet vobis cœnaculum magnũ ſtratum: & ibi
parate. Euntes autẽ inuenerũt ſicut dixit illis, & pa-
rauerunt paſcha. Et cùm facta eſſet hora diſcubuit, D
& duodecim Apoſtoli cum eo. [e] Et ait illis: Deſiderio e 264
deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum, ante- X
quam patiar. [f] Dico enim vobis: quia ex hoc non f 265
manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et II
accepto calice, gratias egit & dixit: Accipite, & di-
uidite inter vos. Dico enim vobis quod non bibam
de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. [g] Et g 266
accepto pane gratias egit & fregit & dedit eis, dicẽs: I
Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis datur: hoc fa-
cite in meam commemorationem. [h] Similiter & ca- h 7
licem poſtquam cœnauit, dicens: Hic eſt calix no- II
uum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis
funditur. [i] Veruntamen ecce manus tradentis me, i 268
mecum eſt in menſa. Et quidem filius hominis ſecũ- II
dum quod definitum eſt vadit. Verumtamẽn væ ho-
mini illi per quem tradetur. [k] Et ipſi cœperunt quæ- k 269
rere inter ſe, quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet. I
[l] Facta eſt autem & contentio inter eos, quis eorum l 270
videretur maior. Dixit autẽ eis: Reges gentiũ domi- II
nantur eorum, & qui poteſtatẽ habent ſuper eos,
benefici vocantur. Vos autem non ſic Sed qui maior
eſt in vobis, fiat ſicut iunior: & qui præceſſor eſt, ſicut
miniſtrator. [m] Nam quis maior eſt, qui recumbit, an m 271
qui miniſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in X
medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. Vos autem
eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis:
& ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater me[us]
regnum: vt edatis & bibatis ſuper menſam meã in re-
gno meo. [n] Et ſedeatis ſuper thronos iudicantes duo- n 272
decim trib[us] Iſrael. Ait autẽ dominus Simoni: Simõ, V
Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut o 273
triticũ. Ego aũt rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua. X

Canon p Et tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.
E q Qui dixit ei: Domine, tecũ paratus ſum & in carce-
p 274 IX rem, & in mortẽ ire. At ille dixit: Dico tibi Petre: nõ
q 275 I cantabit hodie gallus, donec ter abneges noſſe me.
r Et dixit eis: Quando miſi vos ſine ſacculo & pera &
r 276 X calciamẽtis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi di-
xerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet ſac-
culũ, tollat ſimiliter & peram. Et qui non habet, vẽ-
f 277 VIII dat tunicam ſuã, & emat gladiũ. f Dico enim vobis:
quoniam adhuc hoc quod ſcriptũ eſt, oportet imple-
ri in me: Et cum iniquis deputatus eſt. Etenim ea quæ
t 278 X ſunt de me, finẽ habent. t At illi dixerunt: Domine,
ecce duo gladii hic. At ille dixit eis: Satis eſt. u Et e-
u 279 I greſſus ibat ſecundũ conſuetudinem in mõtem oli-
uarum. Secuti ſunt autẽ illum & diſcipuli. x Et cum
x 280 II perueniſſet ad locum, dixit illis: Orate ne intretis in
y 281 I. tentationẽ. y Et ipſe auulſus eſt ab eis quantum iactus
eſt lapidis, & poſitis genibus orabat, dicens: z Pater, ſi
z 282 I vis, transfer calicẽ iſtum à me. Veruntamen non mea
voluntas, ſed tua fiat. a Apparuit autẽ illi angelus de
a 283 X cælo confortans eum. Et factus in agonia prolixius
orabat. Et factus eſt ſudor eius ſicut guttę ſanguinis
decurrentis in terrã. b Et cum ſurrexiſſet ab oratione,
b 284 II & veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormiẽtes
prę triſtitia. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite, orate,
ne intretis in tentationẽ. c Adhuc eo loquente: ecce
c 285 I turba, & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim an-
tecedebat eos, & appropinquauit Ieſu vt oſcularetur
d 286 eum. d Ieſus autem dixit illi: Iuda, oſculo filiũ homi-
II nis tradis? e Videntes autẽ hi qui circa ipsũ erant quod
c 287 futurum erat, dixerũt ei: Domine, ſi percutimus gla-
I dio? Et percuſſit vnus ex illis ſeruum principis ſacer-
F dotum, & amputauit auriculam eius dexteram. Re-
ſpondens autem Ieſus ait: Sinite vſque huc. f Et cùm
f 288 tetigiſſet auriculam eius, ſanauit eum. g Dixit autem
X Ieſus ad eos qui venerant ad ſe principes ſacerdotũ,
g 289 & magiſtratus templi, & ſeniores: Quaſi ad latronem
I exiſtis cum gladiis & fuſtibus? Cum quotidie vobiſcũ
fuerim in templo, non extendiſtis manus in me. Sed
h 290 hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarũ. h Compre-
I hendentes autẽ eum, duxerunt ad domum principis
i 291 Sacerdotum. i Petrus vero ſequebatur eum à longe.
I Accenſo autem igne in medio atrii, & circumſeden-
tibus illis, erat Petrus in medio eorum, quem cùm vi-
diſſet ancilla quædã ſedentem ad lumen, & eum fuiſ-
ſet intuita, dixit: Et hic cum illo erat. At ille negauit
eum, dicens: Mulier, non noui illũ. k Et poſt puſillum
k 292 alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus vero
I ait: O homo non ſum. Et interuallo facto quaſi horæ
vnius, alius quidam affirmabat, dicens: Vere hic cum
illo erat, nã & Galilæus eſt. Et ait Petrus: Homo, ne-
ſcio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquẽte can-
tauit gallus. Et cõuerſus dominus reſpexit Petrũ. l Et
l 293 recordatus eſt Petrus verbi domini ſicut dixerat: quia
II priuſquã gallus cãtet, ter me negabis. Et egreſſus fo-
ras Petrus fleuit amare. m Et viri qui tenebant illum,
m 294 illudebãt ei cædentes. Et velauerunt eũ, & percutie-
I bant faciẽ eius, & interrogauerunt eũ, dicentes: Pro-
phetiza, quis eſt qui te percuſſit? Et alia multa blaſ-
n 295 phemãtes dicebãt in eũ. n Et vt factus eſt dies, conue-
II nerunt ſeniores plebis & principes ſacerdotũ & ſcri-
o 296 bę, & duxerũt illum in conciliũ ſuũ, dicentes: Si tu es
X Chriſtus dic nobis. o Et ait illis: Si vobis dixero, non
p 297 credetis mihi: ſi autẽ & interrogauero, non reſpon-
I debitis mihi, neq; dimittetis. p Ex hoc autẽ erit filius
q 298 X hominis ſedens a dextris virtutis Dei. q Dixerũt autẽ
omnes. Tu ergo es filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia G
ego ſum. At illi dixerunt: r Quid adhuc deſideramus r 299 I
teſtimonium? Ipſi enim audiuimus de ore eius.

Capvt XXIII.

E T ſurgẽs a omnis multitudo eorum, duxerũt il- a 300
lum ad Pilatũ. b Cœperunt autẽ illũ accuſare di- I
centes: Hunc inuenimus ſubuertẽtẽ gentẽ noſtram, b 301
& prohibentẽ tributa dari Cæſari, & dicentẽ ſe Chri- X
ſtum regẽ eſſe. c Pilatus autẽ interrogauit eum, dicẽs: c 302
Tu es rex Iudæorũ? At ille reſpondens ait: Tu dicis. I d 303
d Ait autem Pilatus ad principes ſacerdotũ & turbas: IX
Nihil inuenio cauſæ in hoc homine. At illi inualeſ-
cebant, dicentes: Commouit populum docẽs per vni-
uerſam Iudæam, incipiens a Galilæa vſque huc. Pila-
tus autẽ audiẽs Galilæam, interrogauit ſi homo Ga-
lilæus eſſet? Et vt cognouit quod de Herodis pote-
ſtate eſſet, remiſit eum ad Herodẽ, qui & ipſe Hiero-
ſolymis erat illis dieb. Herodes autẽ viſo Ieſu, gaui-
ſus eſt valde. e Erat enim cupiens ex multo tẽpore videre c 304
eũ, eo quod audierat multa de eo, & ſperabat ſignũ X
aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autẽ eũ mul-
tis ſermonibus. At ipſe nihil illi reſpõdebat. f Stabant f 305
autẽ principes Sacerdotũ & Scribæ cõſtanter accu- II
ſantes eum. g Spreuit autẽ illũ Herodes cum exercitu g 306
ſuo, & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pila- X
tum. Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſo
die. nam antea inimici erant adinuicẽ. h Pilatus autẽ h 307
conuocatis principibus ſacerdotũ & magiſtratibus, IX
& plebe, dixit ad illos: Obtuliſtis mihi hunc hominẽ,
quaſi auertentem populum: & ecce ego coram vobis
interrogans, nullam cauſam inuenio in homine iſto
ex his, in quibus eũ accuſatis: i Sed neque Herodes. i 308
Nam remiſi vos ad illum, & ecce nihil dignũ mor- X
te actum eſt ei. k Emẽdatum ergo illũ dimittam. Ne- H
ceſſe enim habebat dimittere eis per diẽ feſtum vnũ. k 309
l Exclamauit autẽ ſimul vniuerſa turba, dicens: Tolle II
hunc, & dimitte nobis Barrabam: qui erat propter ſe- l 310
ditionem quandã factam in ciuitate & homicidium I
miſſus in carcerem. m Iterum autẽ Pilatus locutus eſt
ad eos, volẽs dimittere Ieſum. At illi ſucclamabant, m 311 I
dicẽtes: Crucifige, crucifige eum. n Ille autẽ tertio di- n 312
xit ad eos: Quid enim mali fecit iſte? Nullam cauſam IX
mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illũ, & dimit-
tam. o At illi inſtabant vocibus magnis poſtulantes o 313
vt crucifigeretur, & inualeſcebant voces eorum. p Et I
Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimiſit p 314
autẽ illis eum qui propter homicidium & ſeditionẽ I
miſſus fuerat in carcerem, quem petebant: Ieſum ve-
ro tradidit voluntati eorum. q Et cũ ducerent eũ, ap- q 315
prehenderunt Simonem quendam Cyrenenſem ve- I
nientem de villa, & impoſuerũt illi crucẽm portare
poſt Ieſum. r Sequebatur autẽ illum multa turba po- r 316
puli & mulierum, quæ plangebant & lamentabantur X
eum. Cõuerſus autem ad illas Ieſus, dixit: Filiæ Hie-
ruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper voſipſas fle-
te, & ſuper filios veſtros. Quoniam ecce venient dies,
in quibus dicent: Beatæ ſteriles & ventres quæ non
genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. ſ Tunc in- ſ 317
cipient dicere montibus, cadite ſuper nos, & collibus, I
operite nos: quia ſi in viridi ligno hæc faciunt, in ari- t 318
do quid fiet? t Ducebantur autem & alii duo nequam I
cum eo, vt interficerentur. u Et poſtquam venerunt u 319
in locum qui vocatur Caluarię, ibi crucifixerũt eum, I x 320
& latrones, vnũ à dextris, & alterum à ſiniſtris. x Ie- X
ſus autẽ dicebat: Pater dimitte illis: non enim ſciunt y 321
quid faciũt. y Diuidentes vero veſtimenta eius, miſe- I
runt

A runt fortes. Et ſtabat populus expectans: a Et deride-
a 322 II bant eum principes cum eis, dicẽtes: Alios ſaluos ſe
cit: ſe ſaluũ ſaciat, ſi hic eſt Chriſtus Dei electus. a Il-
a 323 II ludebant autẽ ei & milites accedentes, & acetum oſ-
ferentes illi, dicentes: Si tu es rex Iudæorum, ſaluum
b 324 I te fac. b Erat autem & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eũ,
literis Græcis & Hebraicis & Latinis: Hic eſt rex Iu-
c 325 II dæorum. c Vnus aũt de his qui pendebẽt latronibus
blaſphemabat eum dicẽs. Si tu es Chriſtus, ſaluũ fac
d 326 X te ipſum & nos. d Reſpondens autem alter increpa-
bat eum, dicens: Neque tu times Deũ, quod in eadem
damnatione es. Et nos quidẽ iuſtè: nam digna factis
recipimus: hic vero nihil mali geſſit. Et dicebat ad
Ieſum: Domine, memẽto mei cum veneris in regnũ
tuũ. Et dixit illi Ieſus: Amen dico tibi, hodie mecũ
e 327 II eris in paradiſo. e Erat autem fere hora ſexta, & tene-
bręfactæ ſunt in vniuerſam terrã vſque in horã no-
f 328 II nam, & obſcuratus eſt ſol: f Et velum templi ſciſſum
eſt medium. g Et clamãs voce magna Ieſus, ait: Pater
g 329 I in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et hæc
dicens, expirauit. h Videns autem Centurio quod fa-
h 330 II ctum fuerat, glorificauit Deum, dicens: Vere hic ho-
i 331 X mo iuſtus erat. i Et omnis turba eorum qui ſimul ad-
erant ad ſpectaculum iſtud, & videbant quę fiebant,
percutientes pectora ſua reuertebãtur. Stabant autẽ
omnes noti eius à longe, & mulieres quę ſecutę eum
k 332 I erant à Galilęa hęc videntes. k Et ecce vir nomine Io-
ſeph qui erat decurio, vir bonus & iuſtus: hic nõ cõ-
ſenſerat conſilio & actibus eorum, ab Arimathia ci-
uitate Iudææ: qui expectabat & ipſe regnũ Dei. Hic
l 333 I acceſſit ad Pilatum & petiit corpus Ieſu: l Et depoſitũ
inuoluit ſindone, & poſuit illud in monumento ex-
B ciſo, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. m Et
m 334 X dies erat paraſceue, & ſabbatum illuceſcebat. Subſe-
cutæ autem mulieres quæ cum eo venerant de Gali-
læa, viderunt monumentum, & quemadmodum po-
n 335 VIII ſitũ erat corpus eius. n Et reuertentes parauerũt aro-
mata & vnguenta, & ſabbatho quidem ſiluerunt ſe-
cundum mandatum.

Capvt XXIV.

VNa a autem ſabbathi valde diluculo, venerunt
a 336 I ad monumentũ, portantes, quæ parauerãt aro-
mata, & inuenerunt lapidẽ reuolutũ à monumento,
& ingreſſi non inuenerunt corpus domini Ieſu. Et
factum eſt dum mẽte conſternatæ eſſent de iſto: ec-
b 337 II ce duo viri ſteterũt ſecus illas in veſte fulgẽti. b Cum
timerent autem & declinarẽt vultum in terram, di-
xerunt ad illas: Quid quęritis viuẽtem cum mortuis?
Non eſt hic, ſed ſurrexit. Recordamini qualiter lo-
cutus eſt vobis cum adhuc in Galilæa eſſet, dicens.
Quia oportet filiũ hominis tradi in manus hominũ
c 338 II peccatorũ & crucifigi, & die tertia reſurgere. Et re-
cordatæ ſunt verborũ eius: c Et regreſſæ à monumẽ-
to nunciauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris
d 339 X omnibus. d Erant autẽ Maria Magdalene & Ioanna,
& Maria Iacobi, & cæterę quę cum eis erant, quæ di-
cebant ad Apoſtolos hæc. Et viſa ſunt ante illos ſicut
deliramentũ verba iſta, & non crediderunt illis. Pe-
trus autẽ ſurgẽs cucurrit ad monumẽtum: & procũ-
bens vidit linteamina ſola poſita, & abiit ſecum mi-
e 340 VIII rans quod factũ fuerat. e Et ecce duo ex illis ibãt ipſa
die in caſtellũ quod erat in ſpacio ſtadiorũ ſexaginta
ab Hieruſalem, nomine Emmaus: & ipſi loquebãtur
ab inuicem de his omnib. quæ acciderãt. Et factum
eſt dum fabularentur & ſecũ quęrerent, & ipſe Ieſus
appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorũ te-
nebantur ne eum agnoſcerẽt. Et ait ad illos: Qui ſunt Canon C
hi ſermones quos confertis ad inuicem ambulantes
& eſtis triſtes? Et reſpondens vnus cui nomen Cleo-
phas dixit ei: Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalẽ, &
non cognouiſti quæ facta ſunt in illa his diebus? Qui-
bus ille dixit: Quę? Et dixerũt: de Ieſu Nazareno qui
fuit vir propheta, potens in opere & ſermone coram
Deo & omni populo: & quomodo eum tradiderunt
ſummi ſacerdotes & principes noſtri in damnationẽ
mortis, & crucifixerũt eũ. Nos autẽ ſperabamus, quia
ipſe eſſet redempturus Iſraël. Et nunc ſuper hęc om-
nia tertia dies eſt hodie quod hæc facta ſunt. Sed &
mulieres quædam ex noſtris terruerũt nos, quę ante
lucem fuerunt ad monumentũ, & non inuento cor-
pore eius, venerunt dicẽtes, ſe etiam viſionẽ angelo-
rum vidiſſe: qui dicunt eum viuere. Et abierũt quidã
ex noſtris ad monumentum, & inuenerũt ſicut mu-
lieres dixerũt: ipſum vero non viderũt. Et ipſe dixit
ad eos: O ſtulti & tardi corde ad credendum in om-
nibus quæ locuti ſunt prophetæ. Nõne hęc oportuit
pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? Et in-
cipiẽs à Moyſe & omnibus prophetis, interpretaba-
tur illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant. Et
appropinquauerunt caſtello quo ibant, & ipſe ſe fin-
xit longius ire. Et coëgerunt illũ, dicẽtes: Mane no-
biſcum domine, quoniam adueſperaſcit, & inclinata
eſt iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum eſt dum
recumberet cum eis: accepit panẽ, & benedixit ac
fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorũ, &
cognouerunt eum, & ipſe euanuit ex oculis eorũ. Et
dixerunt ad inuicẽ: Nonne cor noſtrum ardẽs erat in
nobis dum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcri-
pturas? Et ſurgẽtes eadem hora, regreſſi ſunt in Hie- D
ruſalem, & inuenerunt congregatos vndecim, & eos
qui cum illis erant, dicentes quod ſurrexit dominus
verè, & apparuit Simoni. Et ipſi narrabant quę geſta
erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fra-
ctione panis. f Dum autẽ hæc loquũtur, ſtetit Ieſus in f 342 IX
medio eorum, & dicit eis Pax vobis: ego ſum: nolite
timere. Conturbati vero & conterriti exiſtimabant
ſe ſpiritum videre. Et dicit eis: Quid turbati eſtis, &
cogitationes aſcendunt in corda veſtra? Videte ma-
nus meas & pedes: quia ego ipſe ſum. Palpate & vi-
dete: quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me
videtis habere. Et cùm hoc dixiſſet, oſtẽdit eis manus
& pedes. g Adhuc autem illis non credẽtibus, & mi- g 342 IX
rantibus pręgaudio, dixit: Habetis aliquid quod mã-
ducetur? At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, & fa-
uum mellis. Et cùm manducaſſet coram eis, ſumens
reliquias dedit eis. h Et dicit ad eos: Hæc ſunt verba h 343 IX
quę locutus ſũ ad vos, cum adhuc eſſẽ vobiſcũ: quo-
niã neceſſe eſt impleri omnia quę ſcripta ſunt in lege
Moyſi & prophetis & pſalmis de me. Tũc aperuit il-
lis ſenſum vt intelligerẽt ſcripturas, & dixit eis: Quo-
niã ſic ſcriptũ eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, &
reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomi-
ne eius pœnitentiã & remiſſionẽ peccatorum in om-
nes gentes incipientibus ab Hieroſolyma. Vos au-
tem eſtis teſtes horum, & ego mittã promiſſum pa-
tris mei in vos: vos autem ſedete in ciuitate quoad-
uſque induamini virtute ex alto. Eduxit autẽ eos fo-
ras in Bethaniã, & eleuatis manibus ſuis benedixit
eis. Et factũ eſt dum benediceret illis, receſſit ab eis,
& ferebatur in cælum: & ipſi adorantes regreſſi ſunt
in Hieruſalem cum gaudio magno: & erant ſemper
in templo laudantes & benedicentes Deum.

EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM

G

Caput I.

a 1 IN [a] principio erat Verbum: & verbum erat
III apud Deum & Deus erat verbum Hoc erat
in principio apud Deum. Omnia per ipſum
facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. Quod factũ eſt
in ipſo vita erat, & vita erat lux hominũ & lux in te-
nebris lucet, & tenebræ eam non cõprehenderunt.
b 2 [b] Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioãnes.
III Hic venit in teſtimoniũ, vt teſtimoniũ perhiberet de
lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille
c 3 lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. [c] Erat
III lux vera, quæ illuminat omnem hominem veniẽtẽ
d 4 in hunc mundũ. In mundo erat, & mundus per ip-
X ſum factus eſt, & mundus eum nõ cognouit. [d] In pro-
pria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot au-
tem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei
fieri his qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſan-
guinibus neque ex voluntate carnis, neque ex volũ-
e 5 tate viri, ſed ex Deo nati ſunt. [e] Et verbum caro factũ
III eſt, & habitauit in nobis: (Et vidimus gloriam eius,
gloriam quaſi vnigeniti à patre) plenum gratiæ & ve-
f 6 ritatis. [f] Iuannes teſtimonium perhibet de ipſo, &
I clamat dicens: Hic erat quem dixi: qui poſt me ven-
turus eſt, ante me factus eſt: quia prior me erat. [g] Et de
g 7 X plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam
h 8 pro gratia: quia lex per Moyſen data eſt, gratia & ve-
III ritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. [h] Deum nemo vi-
i 9 dit vnquam. Vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris
X ipſe enarrauit. [i] Et hoc eſt teſtimoniũ Ioannis, quã-
F do miſerũt Iudęi ab Hieroſolymis Sacerdotes & Le-
uitas ad eum, vt interrogarent eum. Tu quis es? Et
cõfeſſus eſt, & non negauit. Et confeſſus eſt: quia nõ
ſum ego Chriſtus. Et interrogauerũt eum: Quid er-
go? Helias es tu? Et dicit: Nõ ſum, Propheta es tu? Et
reſpondit: Non. Dixerũt ergo ei: Quis es, vt reſpon-
ſum demus his qui miſerũt nos: Quid dicis de teipſo?
k 10 Ait: [k] Ego vox clamãtis in diſerto: dirigite viã domi-
I ni, ſicut dixit Eſaias propheta. [l] Et qui miſſi fuerãt, e-
l 11 rãt ex Phariſæis. Et interrogauerũt eũ, & dixerũt ei:
X Quid ergo baptizas, ſi tu nõ es Chriſtus, neque Elias,
m 12 neque Propheta? [m] Reſpõdit eis Ioannes, dicẽs: Ego
I baptizo in aqua: medius autem veſtrum ſtetit, quem
vos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me vẽturus eſt, qui ante
n 13 me factus eſt: cuius ego non ſum dignus vt ſoluã eius
X corrigiam calciamenti. [n] Hæc in Bethania facta ſunt
trans Iordanẽ, vbi erat Ioãnes baptizans. Altera die
o 14 vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe, & ait: Ecce a-
I gnus Dei, qui tollit peccata mundi. [o] Hic eſt de quo
dixi: Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt: quia
prior me erat, & ego neſciebam eum. Sed vt manife-
ſtetur in Iſraël: propterea veni ego in aqua baptizãs.
p 15 I [p] Et teſtimoniũ perhibuit Ioannes, dicens: Quia vidi
ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo, &
mãſit ſuper eum, & ego neſciebam eum: ſed qui mi-
ſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quẽ vi-
deris ſpiritum deſcendentẽ, & manẽtem ſuper eum,
hic eſt qui baptizat in Spiritu sãcto, Et ego vidi, & te-
q 16 X ſtimoniũ perhibui: quia hic eſt filius Dei. [q] Altera die
iterum ſtabat Ioãnes & ex diſcipulis eius duo. Et re-
ſpiciens Ieſum ambulãtem, dixit: Ecce agnus Dei. Et
audierunt eum duo diſcipuli loquentẽ, & ſecuti sũt
Ieſum. Cõuerſus autẽ Ieſus, & videns eos ſequẽtes ſe,
dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerũt ei: Rabbi (quod
dicitur interpretatũ magiſter) vbi habitas? Dicit eis:
Venite, & videte. Venerunt, & viderũt vbi maneret,
& apud eum manſerunt die illo. Hora autẽ erat quaſi
decima. Erat autẽ Andreas frater Simonis Petri vnus
ex duobus, qui audierant à Ioanne, & ſecuti fuerant
eum. [r] Inuenit hic primum fratrẽ ſuum Simonem, & r 17
dicit ei: Inuenimus Meſſiam, quod eſt interpretatum I
Chriſtus. Et adduxit eum ad Ieſum. Intuitus autẽ eũ
Ieſus, dixit: Tu es Simon filius Iona: Tu vocaberis ſ 18
Cephas, quod interpretatur Petrus. [ſ] In craſtinũ vo- X
luit exire in Galilæam, & inuenit Philippum, & dicit
ei Ieſus: Sequere me. Erat autẽ Philippus à Bethſaida
ciuitate Andreæ & Petri. Inuenit Philippus Natha-
nael, & dicit ei: Quem ſcripſit Moyſes in lege, & pro-
phetæ, inuenimus Ieſum filium Ioſeph à Nazareth.
Et dixit ei Nathanael: A Nazareth poteſt aliquid bo-
ni eſſe? Dicit ei Philippus: Veni, & vide. Vidit Ieſus
Nathanael veniẽtẽ ad ſe, & dicit de eo: Ecce verè Iſ-
raëlita, in quo dolus nõ eſt. Dixit ei Nathanael: Vnde
me noſti? Reſpõdit Ieſus, & dixit ei, Priuſquã te Phi-
lippus vocaret eum eſſes ſub ficu, vidi te. Reſpõdit ei
Nathanael, & ait Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Iſ-
rael. Reſpõdit Ieſus, & dixit ei: Quia dixi tibi: Vidi te
ſub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei: Amẽ a-
mẽ dico vobis: videbitis cælũ apertũ, & angelos Dei
aſcendentes & deſcendentes ſuper filium hominis.

Caput II.

ET die tertia, nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ,
& erat mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autem & Ie-
ſus, & diſcipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino,
dicit mater Ieſu ad eum: Vinum non habent. Et dicit
ei Ieſus: Quid mihi & tibi eſt mulier? Nondum venit H
hora mea. Dicit mater eius miniſtris: Quodcunque
dixerit vobis facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ
ſex, poſitæ ſecundum purificationem Iudæorum, ca-
pientes ſingulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis
Ieſus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vſ-
que ad ſummum: & dicit eis Ieſus: Haurite nunc, &
ferte architriclino: & tulerunt. Vt autem guſtauit ar-
chitriclinus aquam vinum factam, & non ſciebat vn-
de eſſet: miniſtri autem ſciebant qui hauſerant aquã:
vocat ſponſum architriclinus, & dicit ei: Omnis ho-
mo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati
fuerint, tunc id quod deterius eſt. Tu autem ſeruaſti
bonũ vinum vſque adhuc. Hoc fecit initium ſigno-
rum Ieſus in Cana Galilæę & manifeſtauit gloriam
ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli eius. [a] Poſt hæc a 19
deſcendit Capharnaum ipſe & mater eius, & fratres VII
eius, & diſcipuli eius: & ibi manſerunt non multis
diebus. [b] Et propè erat paſcha Iudæorum: & aſcendit b 20
Ieſus Hieroſolymam, [c] & inuenit in tẽplo vẽdentes I
oues & boues, & columbas, & nummularios ſeden- c 21
tes. Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, om- I
nis eiecit de templo, oues quoque & boues, & num-
mulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit. Et his
qui columbas vendebant, dixit: Auferte iſta hinc, &
nolite facere domum patris mei, domum negotia-
tionis. [d] Recordati ſunt vero diſcipuli eius, quia ſcri- d 22
ptum eſt: Zelus domus tuæ comedit me. [e] Reſpõde- X
rũt ergo Iudæi, & dixerũt ei: Quod ſignũ oſtẽdis no- e 23
bis, quia hęc facis? [f] Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Sol- IIII
uite tẽplum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. f 24
Dixerũt ergo Iudęi: Quadraginta & ſex annis ædifi- X
catum eſt tẽplum hoc, & tu in tribus diebus excitabis
illud? Ille autẽ dicebat de tẽplo corporis ſui. Cũ ergo
reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius

A quia hoc dicebat:& crediderũt ſcripturæ & ſermoni
quẽ dixit Ieſus. Cum autem eſſet Hieroſolymis in
paſcha in die feſto: multi crediderunt in nomine e-
ius, videntes ſigna eius quæ faciebat. Ipſe autem Ie-
ſus non credebat ſemetipſum eis, eo quod ipſe noſ-
ſet omnes,& quia opus ei non erat, vt quis teſtimo-
nium perhiberet de homine. Ipſe enim ſciebat quid
eſſet in homine.

Capvt III.

ERat autem homo ex phariſæis Nicodemus no-
mine, princeps Iudæorum. Hic venit ad Ieſum
nocte, & dixit ei: Rabbi, ſcimus quia à Deo veniſti
magiſter. Nemo enim poteſt hæc ſigna facere quę tu
facis, niſi fuerit Deus cum eo. Reſpondit Ieſus,& di-
xit ei: Amen amen dico tibi: Niſi quis natus fuerit
denuo, non poteſt videre regnum Dei. Dicit ad eum
Nicodemus: Quomodo poteſt homo renaſci cum
ſit ſenex? Nũquid poteſt in ventrẽ matris ſuę iterato
introire, & naſci? Reſpondit Ieſus: Amẽ amen dico
tibi: niſi quis renatus fuerit ex aqua,& ſpiritu, nõ po-
teſt introire in regnum Dei. Quod natum eſt ex car-
ne, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt.
Non mireris quia dixi tibi, oportet vos naſci denuo.
Spiritus vbi vult, ſpirat, & vocem eius audis: ſed ne-
ſcis vnde veniat, aut quo vadat. Sic eſt omnis qui na-
tus eſt ex ſpiritu. Reſpondit Nicodemus,& dixit ei:
Quomodo poſſunt hæc fieri? Reſpondit Ieſus,& di-
xit ei: Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras? Amẽ
dico tibi: quia quod ſcimus, loquimur: & quod vidi-
mus, teſtamur: & teſtimonium noſtrum non accipi-
B tus. Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo ſi
dixero vobis cœleſtia, credetis? Et nemo aſcendit in
cælũ, niſi qui deſcẽdit de cælo, filius hominis qui eſt
in cælo. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpẽtẽ in deſerto,
ita exaltari oportet filiũ hominis: vt omnis qui cre
dit in ipſo non pereat, ſed habeat vitam æternã. Sic
enim Deus dilexit mundũ vt filiũ ſuum vnigenitum
daret: vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed ha-
beat vitã æternam. Non enim miſit Deus filium ſuũ
in mundũ, vt iudicet mundũ, ſed vt ſaluetur mũdus
per ipſum. Qui credit in eum, non iudicatur. Qui au-
tem non credit, iam iudicatus eſt: quia nõ credidit in
nomine vnigeniti filii Dei. Hoc eſt autem iudicium:
quia lux venit in mundũ,& dilexerunt homines ma-
gis tenebras, quam lucem. Erant enim eorum mala
opera. Omnis enim qui malè agit, odit lucem: & nõ
venit ad lucẽ, vt non arguantur opera eius. Qui autẽ
facit veritatem, venit ad lucẽ, vt manifeſtẽntur ope-
ra eius, quia in Deo facta ſunt. Poſt hęc venit Ieſus &
diſcipuli eius in terram Iudæam: & illic demoraba-
a 25 III. tur cum eis, & baptizabat. [a] Erat autem & Ioannes
b 26 IIII baptizans in Ænon iuxta Salim: quia aquæ multæ
erant illic, & veniebant, & baptizabantur. [b] Nondũ
c 27 X enim miſſus fuerat Ioannes in carcerem. [c] Facta eſt
autem quæſtio ex diſcipulis Ioannis cum Iudæis de
purificatione. Et venerunt ad Ioannem,& dixerunt
ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu te-
ſtimoniũ perhibuiſti: ecce hic baptizat,& omnes ve-
niunt ad eum. Reſpondit Ioannes,& dixit: Non po-
teſt homo accipere quicquã, niſi fuerit ei datum de
d 28 I cælo. [d] Ipſi vos mihi teſtimoniũ perhibetis quod di-
xerim: nõ ſum ego Chriſtus, ſed quia miſſus ſum an-
e 29 X te illum. [e] Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus au-
tem ſponſi qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet pro-
pter vocem ſpõſi. Hoc ergo gaudium meum imple-
tum eſt. Illum oportet creſcere: me autem minui.

Qui deſurſũ venit, ſuper omnes eſt. Qui eſt de terra, Canon C
de terra eſt, & de terra loquitur. Qui de cælo venit,
ſuper omnes eſt. Et quod vidit & audiuit, hoc teſta-
tur: & teſtimonium eius nemo accipit. Qui autẽ ac-
ceperit eius teſtimonium, ſignauit quia Deus verax
eſt. Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur. Non
enim ad menſurã dat Deus ſpiritũ. [f] Pater diligit fi- f 30
liũ: & omnia dedit in manu eius. [g] Qui credit in filiũ, III
habet vitam ęternam. qui autem incredulus eſt filio, g 31
non videbit vitam: ſed ira Dei manet ſuper eum. X

Capvt IV.

VT ergo cognouit Ieſus quia audierunt phariſæi
quod Ieſus plures diſcipulos facit & baptizat quã
Ioannes: quamquam Ieſus non baptizaret, ſed diſ-
cipuli eius: [a] reliquit Iudæam, & abiit iterum in Ga- a 31
lilæam. [b] Oportebat autem eum tranſire per Sama- VII
riam. Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quę dicitur b 33 X
Sychar: iuxta prędium quod dedit Iacob Ioſeph fi-
lio ſuo. Erat autem ibi fons Iacob. Ieſus ergo fatiga
tus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem. Hora autem
autem erat quaſi ſexta: venit mulier de Samaria hau-
rire aquam. Dicit ei Ieſus: Da mihi bibere: Diſcipuli
enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent.
Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu
cum Iudęus ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier
Samaritana: Non enim coũtuntur Iudęi Samarita-
nis. Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Si ſcires donum
Dei,& quis eſt qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu for-
ſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam. D
Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias, ha-
bes: & puteus altus eſt. Vnde ergo habes aquam vi-
uam? Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob, qui
dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filii eius,
& pecora eius? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Omnis
qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum. Qui autem bibe-
rit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in ęternum;
ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquę ſa-
lientis in vitam ęternam. Dicit ad eum mulier: Do-
mine, da mihi hanc aquam: vt non ſitiam, neque ve-
niam huc haurire. Dicit ei Ieſus: Vade voca virum
tuum,& veni huc: Reſpondit ei mulier,& dixit: Nõ
habeo virũ. Dicit ei Ieſus: Benè dixiſti, quia non ha-
beo virũ. Quinque enim viros habuiſti, & nunc quẽ
habes, non eſt tuus vir, Hoc vere dixiſti. Dicit ei mu-
lier: Domine, video quia propheta es tu. Patres no-
ſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia
Hieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet. Dicit ei
Ieſus: Mulier crede mihi: quia veniet hora, quando
neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adora-
bitis patrem. Vos adoratis quod neſcitis: nos adora-
mus quod ſcimus: quia ſalus ex Iudęis eſt. Sed veniet
hora,& nunc eſt, quãdo veri adoratores adorabunt
patrẽ in ſpiritu & veritate. Nam & pater tales quęrit,
qui adorẽt eum. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorãt
eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei
mulier: Scio quia Meſſias venit, qui dicitur Chriſtus.
Cum ergo venerit ille, annũciabit nobis omnia. Di-
cit ei Ieſus: Ego ſum qui loquor tecũ. Et cõtinuo ve-
nerunt diſcipuli eius,& mirabãtur, quia cum mulie-
re loquebatur. Nemo tamen dixit: quid quæris, aut
quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam ſuam
mulier, & abiit in ciuitatẽ, & dixit illis hominibus:
Venite,& videte hominẽ, qui dixit mihi omnia quę-
cũque fecit. Nũquid ipſe eſt Chriſtus? Exierũt ergo de
ciuitate,& veniebãt ad eũ. Interea rogabant eũ diſ-
cipuli, dicẽtes: Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis:

A ſperatis. Si enim credereus Moyſi, credereus forſitã
& mihi. De me enim ille ſcripſir. Si autem illius lite-
ris non creditis, quomodo verbis meis credens?

CAPVT VI.

a 46 POſt a hæc abiit Ieſus trans mare Galilæę, quod eſt
I Tiberiadis, & ſequebatur eum multitudo magna,
quia videbant ſigna quæ faciebat ſuper his qui infir-
b 47 mabantur. b Subiit ergo in montẽm Ieſus, & ibi ſe-
III debat cum diſcipulis ſuis. c Erat autem proximum pa-
c 48 ſcha dies feſtus Iudæorum. d Cum ſubleuaſſet ergo
I oculos Ieſus, & vidiſſet, quia multitudo maxima ve-
d 49 nit ad eum, dicit ad Philippum. Vnde ememus pa-
I nes, vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans
eum: ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Reſpondit
ei Philippus: Ducentorum denariorũ panes non ſuf-
ficiunt eis, vt vnuſquiſque modicum quid accipiat.
Dicit ei vnus ex diſcipulis eius, Andreas frater Simo-
nis Petri. Eſt puer vnus hic, qui habet quinque panes
hordeaceos & duos piſces. Sed hæc quid ſunt inter
tanto ? Dixit ergo Ieſus. Facite homines diſcumbe-
re. Erat autem fœnum multum in loco. Diſcubuerũt
ergo viri numero quaſi quinque millia. Accepit ergo
Ieſus panes, & cum gratias egiſſet, diſtribuit diſcum-
bentibus. Similiter & ex piſcibus quantũ volebãt. Vt
autẽ impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis. Colligite quæ
ſuperauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt er-
go & impleuerunt duodecim cophinos fragmento-
rum, ex quinq; panibus hordeaceis, quę ſuperfuerunt
e 50 his qui manducauerant. e Illi ergo homines cum vi-
X diſſent quod Ieſus fecerat ſignum, dicebant: Quia hic
eſt vere propheta, qui vẽturus eſt in mundũ. Ieſus er-
go cum cognouiſſet quia venturi eſſent vt raperent
f 51 eũ, & facerẽt eum regẽ, f fugit iterũ in montẽ ipſe ſo-
IIII lus. Vt autẽ ſero factum eſt, deſcẽderunt diſcipuli eius
B ad mare. Et cùm aſcendiſſent nauim, venerunt trans
mare in Capharnaum, & tenebrę iam factæ erant: &
nõ venerat ad eos Ieſus. Mare autẽ vẽto magno flãte
exurgebat. Cum remigaſſent ergo quaſi ſtadia vigin-
tiquinque aut triginta: vident Ieſum ambulantẽ ſu-
pra mare, & proximũ naui fieri, & timuerũt. Ille au-
tem dicit eis: Ego ſum, nolite timere. Voluerũt ergo
accipere eum in nauim, & ſtatim nauis fuit ad terram
g 52 quam ibant. g Altera die turba quæ ſtabat trans mare,
X vidit quia nauicula alia non erat ibi niſi vna, & quia
non introiſſet cum diſcipulis ſuis Ieſus in nauim, ſed
ſoli diſcipuli eius abiiſſent. Aliæ vero ſuperuenerunt
naues à Tiberiade iuxta locum vbi manducauerant
panem, gratias agentes domino. Cùm ergo vidiſſet
turba, quia Ieſus non eſſet ibi, neq; diſcipuli eius: aſ
cenderunt in nauiculas, & venerũt Capharnaũ, quæ-
rentes Ieſum. Et cùm inueniſſent eum trans mare,
dixerunt ei: Rabbi, quando huc veniſti? Reſpõdit eis
Ieſus, & dixit: Amen amen dico vobis, quæritis me,
non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex pani-
bus & ſaturati eſtis. Operamini non cibum qui perit,
ſed qui permanet in vitam ęternam: quem filius ho-
minis dabit vobis: Hunc enim pater ſignauit Deus.
Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus vt operemur
opera Dei? Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Hoc eſt opus
h 53 Dei, vt credatis in eum quẽ miſit ille. h Dixerunt ergo
III ei: Quod ergo tu facis ſignũ vt videamus & credamus
i 54 tibi? Quid operaris? i Patres noſtri manducauerunt
X manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt: Panem de cœlo
dedit eis manducarẽ. Dixit ergo eis Ieſus: Amẽ amẽ
dico vobis: non Moyſes dedit vobis panem de cœlo
verum. Panis enim Dei eſt qui de cælo deſcendit, &
dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum. Domine, CANON
ſẽper da nobis panẽ hunc. k Dixit autẽ eis Ieſus: Ego C
ſum panis vitę. Qui venit ad me, non eſuriet, & qui k 55
credit in me, non ſitiet vnquã. Sed dixi vobis, quia & I
vidiſtis me, & non creditis. l Omne quod dat mihi
pater ad me veniet, & eum qui venit ad me, non eii- l 56
ciam foras: m Quia deſcendi de cęlo, non vt faciã vo- X
luntatem meã, ſed voluntatẽ eius qui miſit me. n Hæc m 57 I
eſt.n. volũtas eius qui miſit me patris: vt omne quod n 58
dedit mihi, non perdam ex eo: ſed reſuſcitem illud in X
nouiſſimo die. Hæc eſt autẽ voluntas patris mei qui
miſit me: vt omnis qui videt filiũ & credit in eũ, ha-
beat vitam ęternã, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſi-
mo die. o Murmurabant ego Iudæi de illo, quia di- o 59
xiſſet: Ego ſum panis, qui de cælo deſcẽdi, & dicebãt: I
Nonne hic eſt Ieſus filius Ioſeph, cuius nos nouimus
patrem & matrem. Quomodo ergo dicit hic: quia de
cælo deſcẽdi? p Reſpõdit ergo Ieſus, & dixit eis: No- p 60
lite murmurare in inuicem. Nemo poteſt venire ad X
me, niſi pater qui miſit me traxerit eũ, & ego reſuſci-
tabo eum in nouiſſimo die. Eſt ſcriptum in prophe-
tis: Et erunt oẽs docibiles Dei. Omnis qui audiuit à
patre, & didicit, venit ad me. q Non quia patrem vidit
quiſquam, niſi is qui eſt à Deo, hic vidit patrẽ. r Amen
amen dico vobis: qui credit in me, habet vitam ęter-
nam. ſ Ego ſum panis vitę. t Patres veſtri manducaue- q 61
runt manna in deſerto, & mortui ſunt. Hic eſt panis III
de cœlo deſcendens: vt ſi quis ex ipſo manducauerit, r 62
non moriatur. u Ego ſum panis viuus, qui de cœlo de- X
ſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æ- ſ 63 I
ternũ. Et panis quẽ ego dabo, caro mea eſt pro mun- t 64
di vita. x Litigabant ego Iudæi ad inuicem, dicentes: X
Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuã dare ad man- u 65
ducandum? Dixit ergo eis Ieſus: Amen amen dico I
vobis: Niſi manducaueritis carnẽ filii hominis, & bi- x 66
beritis eius ſanguinẽ, nõ habebitis vitã in vobis. Qui X
manducat meã carnẽ, & bibit meũ ſanguinem habet D
vitã ęternam: & ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die.
y Caro. n. mea verè eſt cibus. & ſãguis meus verè eſt y 67
potus. z Qui manducat meã carnẽ, & bibit meũ ſãgui- I
nẽ in me manet & ego in illo. Sicut miſit me viuẽs pa- z 68
ter, & ego viuo propter patrẽ: & qui mãducat me, &
ipſe viuet propter me. Hic eſt panis qui de cælo deſ-
cẽdit. Nõ ſicut manducauerũt patres veſtri mãna, &
mortui ſunt. Qui manducat hunc panem, viuet in
æternum. Hæc dixit in ſynagoga, docẽs in Chaphar-
naũ. Multi ergo audientes ex diſcipulis eius, dixerũt:
Durus eſt hic ſermo: quis poteſt eũ audire? Sciẽs autẽ
Ieſus apud ſemetipsũ, quia murmurarent de hoc diſ-
cipuli eius, dixit eis: Hoc vos ſcãdalizat? a Si ergo vi- a 69 I
deritis filiũ hominis aſcẽdẽtẽ vbi erat prius. b Spiritus b 70
eſt qui viuificat: caro nõ prodeſt quicquã. c Verba quę IIII
ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Sed ſunt c 71
quidã ex vobis qui non credunt. d Sciebat.n. ab initio X
Ieſus qui eſſent credentes, & quis traditurus eſſet eũ. d 72
e Et dicebat: Propterea dixi vobis: quia nemo poteſt IIII
venire ad me, niſi fuerit ei datũ à patre meo. Ex hoc e 73 X
multi diſcipulorũ eius abierũt retro, & iam non cum
illo ambulabãt. Dixit ergo Ieſus ad duodecim: Nun-
quid & vos vultis abire? f Reſpondit ergo ei Simon f 74 I
Petrus: Domine, ad quem ibimus? Verba vitę æternę
habes. Et nos credimus, & cognouimus, quia tu es
Chriſtus filius Dei. g Reſpondit eis Ieſus: Nonne ego
vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus eſt? Di- g 75
cebat autem de Iuda Simonis Iſcariotis. Hic enim X
erat traditurus eum, cùm eſſet vnus ex duodecim.

CANON
E

CAPVT VII.

POſt hęc autem ambulabat Ieſus in Galilæam: non
enim volebat in Iudæam ambulare quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies feſtus Iudæorum ſcenophegia. Dixerũt autẽ ad eum fratres eius: Tranſi hinc,& vade in Iudæã,vt & diſcipuli tui videant opera tua quę facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipſe in palam eſſe. Si hæc facis, manifeſta teipſum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum. Dicit ergo eis Ieſus: Tẽpus meum nondum aduenit: tempus autẽ veſtrũ ſemper eſt paratum. Non poteſt mundus odiſſe vos, me autem odit: quia ego teſtimonium perhibeo de illo quia opera eius mala ſunt. Vos aſcẽdite ad diem feſtum hunc. Ego enim non aſcendam ad diem feſtum iſtum: quia meũ tempus nondum impletũ eſt. Hæc cùm dixiſſet, ipſe manſit in Galilæa. Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcẽdit ad diem feſtum: non manifeſtè, ſed quaſi in occulto. Iudæi ergo quærebant eum in die feſto, & dicebant: Vbi eſt ille? Et murmur multus erat in turba de eo. Quidam enim dicebant, quia bonus eſt: alij autem dicebant, non: ſed ſeducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudęorum. Iam autem die feſto mediante, aſcendit Ieſus in templum & docebat. Et mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit? Reſpondit eis Ieſus &
F dixit: Mea doctrina nõ eſt mea, ſed eius qui miſit me.
Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoſcet de doctrina, vtrum ex Deo ſit, an ego à meipſo loquar. Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit. Qui autem quærit gloriã eius qui miſit eum, hic verax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt. Nonne Moſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere? Reſpõdit turba, & dixit: Dæmonium habes: qui te quęrit interficere? Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini: propterea Moſes dedit vobis circuncisionem: non quia ex Moſe eſt, ſed ex patribus, & in ſabbatho circunciditis hominem. Si circunciſionem accipit homo in ſabbatho, vt non ſoluatur lex Moyſi: mihi cur indignamini: quia totum hominem ſanum feci in ſabbatho? Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex Hieroſolymis: Nonne hic eſt quem quærũt interficere? Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic eſt Chriſtus? Sed hunc ſcimus vnde ſit: Chriſtus autem
a 76 cum venerit, nemo ſcit vnde ſit. [a] Clamabat ergo Ie-
III ſus in templo docens, & dicens: Et me ſcitis, & vnde
ſim ſcitis, & à meipſo nõ veni: ſed eſt verus qui miſit
me, quem vos neſcitis. Ego ſcio eũ: quia ab ipſo ſum,
b 77 & ipſe me miſit. [b] Quærebant ergo eum apprehende-
I re, & nemo miſit in illum manus: quia nõdum vene-
c 78 rat hora eius. [c] De turba autem multi crediderunt in
X eum, & dicebant: Chriſtus cum venerit, nũquid plu-
ra ſigna faciet quàm quæ hic facit? Audierunt Pha-
riſæi turbam murmurantem de illo hæc: [d] Et miſe-
d 79 runt Principes & Phariſæi miniſtros vt apprehende-
I rent eum. [e] Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicũ tem-
e 80 pus vobiſcũ ſum & vado ad eum qui me miſit. [f] Quę-
X retis me, & non inuenietis. Et vbi ego ſum, vos nõ
f 81 poteſtis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos:
X Quo hic iturus eſt, quia non inueniemus eum? Nunquid in diſperſionem gentium iturus eſt, & docturus gentes? Quis eſt hic ſermo quem dixit: quęretis me, & non inuenietis, & vbi ego ſum, vos nõ poteſtis ve- G
nire? In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis, ſtabat Ieſus, & clamabat, dicens: Si quis ſitit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me (ſicut dicit ſcriptura) flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat ſpiritus datus, quia Ieſus
nondum erat glorificatus. [g] Ex illa ergo turba cum g 82
audiſſent hos ſermones eius, dicebant: Hic eſt verè VII
propheta. Alij dicebant: Hic eſt Chriſtus. [h] Quidam h 83
autem dicebant: Nunquid a Galilæa venit Chriſtus? VII
Nonne ſcriptura dicit: Quia ex ſemine Dauid, & de
Bethlehem caſtello vbi erat Dauid, venit Chriſtus?
[i] Diſſenſio itaque facta eſt in turba propter eum. i 83
[k] Quidã autem ex ipſis volebant apprehendere eum, X
ſed nemo miſit ſuper illum manus. [l] Venerunt ergo k 85
miniſtri ad pontifices & Phariſęos, & dixerunt eis il- I
li: Quare non adduxiſtis eum? Reſponderunt mini- l 86
ſtri: Numquam ſic locutus eſt homo ſicut hic homo. X
Reſponderunt ergo eis phariſæi: Nunquid & vos ſeducti eſtis? Nunquid ex principibus aliquis credidit in eũ, aut ex Phariſęis? Sed turba hæc quę non nouit legem, maledicti ſunt. Dicit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipſis: Nunquid lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid faciat? Reſponderunt, & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilęus es? Scrutare ſcripturas, & vide: quia à Galilęa propheta non ſurrexit.
Et reuerſi ſunt vnuſquiſque in domum ſuam. H

CAPVT VIII.

IEſus autem perrexit in montem oliueti, & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & ſedens docebat eos. Adducunt autem Scribæ & Phariſęi mulierem in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magiſter, hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio. In lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare: Tu ergo quid dicis? Hoc autẽ dicebant tentãtes eum: vt poſſent accuſare eum. Ieſus autẽ inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terra. Cùm ergo perſeuerarent interrogãtes, erexit ſe, & dixit eis: Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidẽ mittat. Et iterum ſe inclinans ſcribebat in terra. Audientes autem hæc vnus poſt vnum exibãt, incipiẽtes à ſenioribus & remanſit ſolus Ieſus, & mulier in medio ſtans. Erigens autem ſe Ieſus, dixit ei: Mulier, vbi ſunt qui te accuſabant: nemo te condẽnauit? Quę dixit: Nemo domine. Dixit autem ei Ieſus: Nec ego te condemnabo. Vade & amplius noli peccare. Iterum ergo locutus eſt eis Ieſus, dicens: Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei Phariſæi: Tu de teipſo teſtimonium perhibes: teſtimonium tuum non eſt verum. Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Et ſi ego teſtimoniũ perhibeo de meipſo, verum eſt teſtimoniũ meũ: quia ſcio vnde veni, & quo vado. Vos autẽ neſcitis vnde venio, aut quo vado. Vos ſecundũ carnem iudicatis: ego non iudico quemquam. Et ſi iudico ego, iudicium meum verum eſt: quia ſolus non ſum, ſed ego & qui miſit me pater: & in lege veſtra ſcriptum eſt: Quia duorum hominũ teſtimoniũ verum eſt. Ego ſum qui teſtimoniũ perhibeo de meipſo, & teſtimoniũ perhibet de me qui miſit me pater.
Dicebãt ergo ei: Vbi eſt pater tuus? Reſpondit Ieſus:
[a] Neque me ſcitis, neque patrẽ meum. Si me ſciretis, i 87
III
forſi-

A
b 88 forſitan & patrem meum ſciretis. [b]Hæc verba locu-
I tus eſt Ieſus in gazophylacio, docēs in tēplo. Et ne-
c 89 mo apprehēdit eum: quia necdū venerat hora eius.
X [c]Dixit ergo iterum eis Ieſus: Ego vado, & quæretis
me, & in peccato veſtro moriemini. Quo ego vado,
vos non poteſtis venire. Dicebant ergo Iudæi: Nū-
quid interficiet ſemetipſum, quia dicit: Quo ego va-
do, vos nō poteſtis venire? Et dicebat eis: Vos deor-
ſum eſtis, ego de ſupernis ſum. Vos de mūdo hoc e-
ſtis: ego nō ſum de hoc mūdo. Dixi ergo vobis quia
moriemini in peccatis veſtris. Si enim non credide-
ritis quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro. Di-
cebāt ergo ei: Tu quis es? Dicit eis Ieſus: Principiū,
qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui, &
iudicare. Sed qui me miſit verax eſt, & ego quę au-
diui ab eo, hæc loquor in mūdo. Et nō cognouerūt
quia patrē eius dicebat Deū. Dixit ergo eis Ieſus: Cū
exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis quia
ego ſum, & à meipſo facio nihil: ſed ſicut docuit me
pater, hæc loquor. Et qui me miſit, mecum eſt, & nō
reliquit me ſolum: quia ego quę placita ſunt ei facio
ſemper. Hæc illo loquēte, multi crediderūt in eum.
Dicebat ergo Ieſus ad eos qui crediderūt ei Iudęos:
Si vos māſeritis in ſermone meo, vere diſcipuli mei
eritis, & cognoſcetis veritatē, & veritas liberabit vos.
Reſponderunt ei: Semen Abrahæ ſumus, & nemini
ſeruiuimus vnquā, quomodo tu dicis, liberi eritis?
Reſpōdit eis Ieſus, Amē amen dico vobis, quia om-
nis qui facit peccatū, ſeruus eſt peccati. Seruus autē
non manet in domo in æternū, filius autē manet in
ęternū. Si ergo vos filius liberauerit, verè liberi eri-
tis. Scio quia filii Abrahæ eſtis, ſed quæritis me in-
B terficere: quia ſermo meus non capit in vobis. Ego
quod vidi apud patrem, loquor: & vos quę vidiſtis a-
pud patrē veſtru facitis. Reſponderūt, & dixerūt ei:
Pater noſter Abrahā eſt. Dicit eis Ieſus: Si filii Abra-
hæ eſtis, opera Abrahę facite. Nūc autē quęritis me
interficere, hominē, qui veritatē vobis locutus ſum,
quam audiui à Deo. Hoc Abrahā nō fecit. Vos fa-
citis opera patris veſtri. Dixerunt itaque ei: Nos ex
fornicatione non ſumus nati: vnum patrē habemus
Deū. Dixit ergo eis Ieſus: Si Deus pater veſter eſſet,
diligeretis vtiq; me. Ego. n ex Deo proceſſi & ve-
ni: neq; enim à meipſo veni, ſed ille me miſit. Quare
loquelam meam non cognoſcitis? Quia non pote-
ſtis audire ſermonem meum. Vos ex patre diabolo
eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille ho-
micida erat ab initio, & in veritate nō ſtetit quia nō
eſt veritas in eo. Cū loquitur mendaciū, ex propriis
loquitur: quia mēdax eſt & pater eius. Ego autē quia
veritatem dico, non creditis mihi. Quis ex vobis ar-
guet me de peccato? Si veritatē dico, quare vos non
creditis mihi? Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: pro-
pterea vos non auditis, quia ex Deo nō eſtis. Reſpō-
derunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nonne benè dici-
mus nos, quia Samaritanus es tu, & dęmoniū habes?
Reſpondit Ieſus: Ego dęmoniū non habeo, ſed ho-
norifico patrē meū, & vos inhonoraſtis me. Ego au-
tē nō quæro gloriam meā: eſt qui quærat & iudicet.
Amen amen dico vobis: ſi quis ſermonē meum ſer-
uauerit, mortē non videbit in ęternum. Dixerūt er-
go ei Iudæi: Nūc cognouimus quia dæmonium ha-
bes: Abraham mortuus eſt & prophetę: & tu dicis, ſi
quis ſermonē meum ſeruauerit, non guſtabit mortē
in ęternū. Nunquid tu maior es patre noſtro Abra-
hā, qui mortuus eſt, & prophetæ mortui ſunt? Quē
te ipſum facis: Reſpōdit Ieſus: Si ego glorifico mei- Canon C
pſum, gloria mea nihil eſt: eſt pater meus qui glori-
ficat me: quē vos dicitis quia Deus veſter eſt, & non
cognouiſtis eum: ego autem noui eum. Et ſi dixero,
quia nō ſcio eum, ero ſimilis vobis mendax, ſed ſcio
eum & ſermonē eius ſeruo. Abraham pater veſter
exultauit vt videret diem meum: & vidit, & gauiſus
eſt. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta an-
nos nondū habes, & Abrahā vidiſti? Dixit eis Ieſus:
Amē amen dico vobis, antequā Abrahā fieret, ego
ſum. Tulerunt ergo lapides vt iacerēt in eum: Ieſus
autem abſcondit ſe, & exiuit de templo.

Capvt IX.

Et prætériens Ieſus, vidit hominē cęcum à na-
tiuitate, & interrogauerunt eum diſcipuli eius.
Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius vt cęcus
naſceretur? Reſpōdit Ieſus: Neq; hic peccauit, neq;
parētes eius: ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo.
Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec
dies eſt. Venit nox, quando nemo poteſt operari.
Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi. Hęc cùm
dixiſſet, expuit in terrā, & fecit lutum ex ſputo, & li-
niuit lutū ſuper oculos eius, & dixit ei. Vade, & laua
in natatoria Siloe, quod interpretatur, miſſus. Abiit
ergo & lauit, & venit videns. Itaque vicini & qui vi-
derant eu prius (quia mendicus erat) dicebant: Nō-
ne hic eſt qui ſedebat & mendicabat? Alii dicebant,
quia hic eſt: alii autē, nequāquā: ſed ſimilis eſt eius.
Ille vero dicebat: quia ego ſum. Dicebant ergo ei:
Quomodo aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit: Ille ho-
mo qui dicitur Ieſus, lutum fecit, & vnxit oculos
meos & dixit mihi: vade ad natatoriam Siloe, & laua:
& abii, & laui, & vidi. Dixerunt ei: Vbi eſt ille? Ait:
Neſcio. Adducunt eum ad Phariſæos, qui cęcus fue-
rat. Erat autē ſabbathum, quando lutum fecit Ieſus, D
& aperuit oculos eius. Iterū ergo interrogabāt eum
Phariſęi quomodo vidiſſet. Ille autē dixit eis: Lutū
poſuit mihi ſuper oculos, & laui, & video. Dicebant
ergo ex Phariſęis quidā. Non eſt hic homo à Deo,
qui ſabbathū non cuſtodit. Alii autē dicebāt: Quo-
modo poteſt homo peccator hæc ſigna facere? Et
ſchiſma erat inter eos. Dicūt ergo cæco iterum: Tu
quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autē
dixit: quia propheta eſt. Non crediderūt ergo Iudęi
de illo, quia cæcus fuiſſet & vidiſſet, donec vocaue-
runt parētes eius qui viderat, & interrogauerūt eos,
dicentes. Hic eſt filius veſter quem vos dicitis, quia
cæcus natus eſt, quomodo ergo nunc videt? Reſpō-
derunt eis parentes eius, & dixerūt. Scimus quia hic
eſt filius noſter, & quia cęcus natus eſt: quomodo au-
tē nūc videat, neſcimus, aut quis eius aperuit oculos,
nos neſcimus, ipſū interrogate: ætatē habet, ipſe de
ſe loquatur. Hæc dixerunt parētes eius, quoniam ti-
mebant Iudæos. Iam enim conſpirauerāt Iudęi, vt
ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra ſyna-
gogam fieret. Propterea parētes eius dixerunt: quia
ætatem habet, ipſum interrogate. Vocauerunt ergo
rurſum hominē qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da
gloriam Deo, nos ſcimus quia hic homo peccator
eſt. Dixit ergo eis ille: Si peccator eſt, neſcio: vnū ſcio,
quia cęcus cum eſſem, modo video. Dixerunt ergo
illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Re-
ſpōdit eis: Dixi vobis iam, & audiſtis: quid iterū vul-
tis audire? Nunquid & vos vultis diſcipuli eius fieri?
Maledixerunt ergo ei, & dixerūt: Tu diſcipulus illius

CANON E ſis:nos autē Moſi diſcipuli ſumus. Nos ſcimus quia
Moſi locutus eſt Deus: hunc autem neſcimus vnde
ſit. Reſpōdit ille homo,& dixit eis: In hoc enim mi-
rabile eſt, quia vos neſcitis vnde ſit,& aperuit meos
oculos. Scimus autem,quia peccatores Deus nō au-
dit:ſed ſi quis Dei cultor eſt,& volūtatem eius facit,
hunc exaudit. A ſæculo non eſt auditum : quia quis
aperuit oculos cæci nati. Niſi eſſet hic à Deo,nō po-
terat facere quicquam. Reſponderūt & dixerunt ei:
In peccatis natus es totus , & tu doces nos? Et eie-
cerunt eum foras. Audiuit Ieſus quia eiecerunt eum
foras,& cum inueniſſet eum,dicit ei: Tu credis in fi
lium Dei? Reſpondit ille & dixit: Quis eſt domine,
vt credam in eum Et dixit ei Ieſus: Et vidiſti eum:&
qui loquitur tecum ipſe eſt. At ille ait: Credo domi-
ne. Et procidens, adorauit eum. Et dixit ei: Ieſus: In
iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vi-
dent,videant: & qui vident,cæci fiant. Et audierunt
quidam ex Phariſæis qui cum ipſo erant & dixerūt
ei: Nunquid & nos cæci ſumus? Dixit eis Ieſus· Si cę-
ci eſſetis, non haberętis peccatum. Nunc vero dici-
tis, quia videmus, peccatum veſtrum manet.

CAPVT X.

AMen amē dico vobis· qui non intrat per oſtiū
in ouile ouium, ſed aſcēdit aliunde,ille fur eſt
& latro. Qui autem intrat per oſtium,paſtor eſt ouiū
huic oſtiarius aperit,& oues vocem eius audiunt. Et
proprias oues vocat nominatim , & educit eas. Et
cum proprias oues emiſerit , ante eas vadit· & oues
illum ſequuntur,quia ſciūt vocē eius Alienum autē
F non ſequuntur, ſed effugiunt ab eo,quia non noue-
runt vocem alienorū. Hoc prouerbium dixit eis Ie-
ſus: illi autē nō cognouerūt quid loqueretur eis. Di-
xit ergo eis iterum Ieſus : Amen amen dico vobis:
quia ego ſum oſtium ouium. Omnes quotquot ve-
nerunt, fures ſunt & latrones: & non audierunt eos
oues. Ego ſum oſtiū: per me ſi quis introierit, ſalua-
bitur,& ingredietur & egredietur,& paſcua inueniet.
Fur nō venit niſi vt furetur,& mactet,& perdat: Ego
veni vt vitam habeant, & abundantius habeāt. Ego
ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam po-
nit pro ouibus ſuis. Mercenarius autem,& qui nō eſt
paſtor , cuius non ſunt oues propriæ,videt lupū ve-
nientē,& dimittit oues & fugit: & lupus rapit,& diſ-
pergit oues Mercenarius autē fugit. quia mercena-
rius eſt,& nō pertinet ad eū de ouibus. Ego ſum pa-
ſtor bonus,& cognoſco oues meas,& cognoſcūt me
a 90 III meę. [a]Sicut nouit me pater,& ego agnoſco patrem:
[b]& animam meam pono pro ouibus meis. [c] Et alias
b 91 IIII oues habeo,quę non ſunt ex hoc ouili:& illas opor-
tet me adducere: & vocem meam audiēt:& fiet vnū
c 92 X ouile & vnus paſtor. Propterea me diligit pater: quia
ego pono animam meā, & iterū ſumā eam. Nemo
tol[illegible] eā a me: ſed ego pono eam à meipſo. Poteſta-
tem habeo ponēdi eā:& poteſtatē habeo iterum ſu-
men[illegible]. Hoc mandatū accepi a patre meo. Diſſen-
ſio i[illegible]um facta eſt inter Iudæos propter ſermones
h[illegible] Dicebāt autē multi ex ipſis: Dæmoniū habet &
inſanit · quid eum auditis? Alii dicebāt: Hæc verba
non ſunt dæmonium habentis : nunquid dæmoniū
poteſt cęcorum oculos aperire? Facta ſūt autē encę-
nia in Hieroſolymis , & hyems erat : & ambulabat
Ieſus in tēplo in porticu Salomonis. Circundederūt
ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quouſque animam
noſtrā tollis? ſi tu es Chriſtus, dic nobis palam Re-
ſpondit eis Ieſus: Loquor vobis,& nō creditis. Ope- G
ra quæ ego facio in nomine patris mei,hęc teſtimo-
nium perhibent de me: ſed vos nō creditis: quia non
eſtis ex ouibus meis. Oues meę vocē meā audiunt·
& ego cognoſco eas,& ſequuntur me. Et ego vitam
æternam do eis:& non peribunt in æternum: & non
rapiet eas quiſquam de manu mea. Pater meus quod
dedit mihi, maius omnibus eſt: & nemo poteſt rape-
re de manu patris mei. Ego & pater vnū ſumus. Su-
ſtulerunt ergo lapides Iudæi,vt lapidarēt eum. Re-
ſpōdit eis Ieſus: Multa bona opera oſtendi vobis ex
patre meo : propter quod eorū opus me lapidatis?
Reſponderūt ei Iudæi: De bono opere non lapida-
mus te,ſed de blaſphemia:& quia tu homo cum ſis,
facis teipſum Deum. Reſpōdit eis Ieſus: Nōne ſcri
ptū eſt in lege veſtra: Quia ego dixi, dii eſtis: Si illos
dixit Deos,ad quos ſermo Dei factus eſt:& nō poteſt
ſolui ſcriptura : quem pater ſanctificauit,& miſit in
mundū. vos dicitis,quia blaſphemas: quia dixi, filius
Dei ſum. Si nō facio opera patris mei,nolite crede-
re mihi. Si autē facio:& ſi mihi nō vultis credere,o-
perib. credite: vt cognoſcatis & credatis, quia pater
in me eſt,& ego in patre. [d]Quærebant ergo eum ap- d 93 IIII
prehendere : & exiuit de manibus eorū. Et abiit ite-
rū trans Iordanē in eum locum, vbi erat Ioānes ba-
ptizans primum: & manſit illic. [e] Et multi venerunt e 94 X
ad eum,& dicebāt: quia Ioannes quidē ſignum fecit
nullum. Omnia autem quæcunque dixit Ioannes de
hoc, vera erant: & multi crediderunt in eum.

CAPVT XI.

ERat autē quidam languēs Lazarus a Bethania,
de caſtello Marię & Marthæ ſororū eius. Maria H
autē erat, quæ vnxit dominum vnguēto, & exterſit
pedes eius capillis ſuis: cuius frater Lazarus infirma-
batur. Miſerunt ergo ſorores eius ad eum, dicentes:
Domine,ecce quem amas infirmatur Audiens autē
Ieſus dixit eis: Infirmitas hæc non eſt ad mortē,ſed
pro gloria Dei: vt glorificetur filius Dei per eā. Di-
ligebat autē Ieſus Marthā,& ſororē eius Mariam &
Lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc
quidē māſit in eodem loco duobus diebus. Deinde
poſt hæc dicit diſcipulis ſuis. Eamus in Iudæā iterū.
Dicunt ei diſcipuli: Rabbi,nunc quærebant te Iudęi
lapidare, & iterum vadis illuc? Reſpōdit Ieſus: Nō-
ne duodecim ſunt horæ diei? Si quis ambulauerit in
die,nō offendit: quia lucem huius mūdi videt. Si au-
tem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non eſt
in eo. Hæc ait,& poſt hæc dicit eis: Lazarus amicus
noſter dormit: ſed vado vt à ſomno excitē eum. Di-
xerunt ergo diſcipuli eius Domine ſi dormit, ſaluus
erit. Dixerat autē Ieſus de morte eius: illi autē puta-
uerunt, quia de dormitione ſomni diceret. Tunc er-
go Ieſus dixit eis manifeſte : Lazarus mortuus eſt:
& gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam nō erā
ibi· ſed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dici-
tur Didymus ad cōdiſcipulos· Eamus & nos, & mo-
riamur cum eo. Venit itaq; Ieſus, & inuenit eū qua-
tuor dies iam in monumento habentē. Erat autē Be-
thania iuxta Hieroſolymā quaſi ſtadiis quindecim.
Multi autem ex Iudęis venerant ad Marthā & Ma-
riam: vt cōſolarentur eas de fratre ſuo. Martha ergo
vt audiuit quia Ieſus venit, occurrit illi: Maria autē
domi ſedebat. Dixit ergo Martha ad Ieſum: Domi
ne, ſi fuiſſes hic, frater meus nō fuiſſet mortuus. Sed
& nunc ſcio: quia quęcūq; popoſceris a Deo, dabit
tibi Deus. Dixit illi Ieſus: Reſurget frater tuus. Dixit
ei Ma[illegible]

E ei Martha: Scio quia reſurget in reſurrectione in no-
uiſſimo die. Dixit ei Ieſus: Ego ſum reſurrectio & vi-
ta: qui credit in me, etiã ſi mortuus fuerit, viuet. Et
omnis qui viuit & credit in me, nõ morietur in ęter-
nũ. Credis hoc? Ait illi: Vtiq; domine: Ego credidi
quia tu es Chriſtus filius Dei, qui in hũc mundũ ve-
niſti. Et cùm hæc dixiſſet abiit, & vocauit Mariã ſo-
rorẽ ſuam, ſilentio dicens: Magiſter adeſt, & vocat
te. Illa vt audiuit, ſurrexit cito, & venit ad eum. Nõ-
dum enim venerat Ieſus in caſtellũ: ſed erat adhuc
in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo
qui erant cũ ea in domo, & cõſolabantur eam: cum
vidiſſẽt Mariã, qui cito ſurrexit & exiit, ſecuti ſunt
eam, dicẽtes: Quia vadit ad monumẽtum vt ploret
ibi. Maria ergo cum veniſſet vbi erat Ieſus, vidẽs eũ
cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Domine, ſi fuiſſes
hic, non eſſet mortuus frater meus. Ieſus ergo vt vi-
dit eã plorãtẽ, & Iudęos qui venerãt cũ ea plorãtes,
infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipsũ, & dixit: Vbi po-
ſuiſtis eũ? Dicũt ei: Domine, veni & vide. Et lacry-
matus eſt Ieſus. Dixerũt ergo Iudęi: Ecce quomodo
amabat eum. Quidã autẽ ex ipſis dixerunt: Non po-
terat hic qui aperuit oculos cæci, facere vt hic non
moreretur? Ieſus ergo rurſũ fremens in ſemetipſo,
venit ad monumentũ. Erat autem ſpelunca, & lapis
ſuperpoſitus erat ei. Ait Ieſus: Tollite lapidẽ. Dixit
ei Martha ſoror eius qui mortuus fuerat: Domine,
iã fœtet, quatriduanus eſt. n. Dixit ei Ieſus: Nonne
dixi tibi: quoniam ſi credideris, videbis gloriã Dei?
Tulerunt ergo lapidem. Ieſus autem eleuatis ſurſũ
oculis dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audiſti
me. Ego autẽ ſciebã quia ſemper me audis: ſed pro-
pter populum qui circunſtat, dixi, vt credãt, quia tu
me miſiſti. Hæc cũ dixiſſet, voce magna clamauit:
F Lazare, veni foras. Et ſtatim prodiit qui fuerat mor-
tuus, ligatus manus & pedes inſtitis, & facies illius
ſudario erat ligata. Dicit eis Ieſus: Soluite eũ, & ſini-
te abire. Multi ergo ex Iudęis qui venerãt ad Mariã,
& viderãt quæ fecit Ieſus, crediderunt in eum. Qui-
dã autẽ ex ipſis abierunt ad Phhariſæos, & dixerũt
eis quæ fecit Ieſus. Collegerunt ergo pontifices &
Phariſæi cõciliũ & dicebãt: Quid faciemus, quia hic
homo multa ſigna facit? ſi dimittimus eum ſic, oẽs
credẽt in eũ, & veniẽt Romani & tollent noſtrũ lo-
cũ & gentẽ. Vnus autẽ ex ipſis Caiphas nomine, cũ
eſſet põtifex anni illius, dixit eis: Vos neſcitis quid-
quã nec cogitatis: quia expedit vobis, vt vnus mo-
riatur homo pro populo, & nõ tota gẽs pereat. Hęc
autẽ à ſemetipſo nõ dixit. ſed cùm eſſet põtifex an-
ni illius prophetauit, quia Ieſus moriturus erat pro
gẽte, & nõ tantũ pro gente, ſed vt filios Dei qui erãt
diſperſi, congregaret in vnũ. [a] Ab illo ergo die co-
gitauerũt vt interficerẽt eum. Ieſus ergo iam nõ in
palam ambulabat apud Iudæos: ſed abiit in regionẽ
iuxta deſertũ, in ciuitatẽ, quæ dicitur Ephrẽ, & ibi
morabatur cum diſcipulis ſuis. [b] Proximum autem
erat Paſcha Iudæorum: & aſcenderunt multi Hie-
roſolymam de regione ante paſcha vt ſanctificarẽt
ſeipſos. Quęrebant ergo Ieſum & colloquebantur
adinuicem in templo ſtantes: Quid putatis quia nõ
venit ad diem feſtum? Dederant autem Pontifices
& Phariſęi mandatum: vt ſi quis cognouerit vbi ſit,
indicet vt apprehendant eum.

CAPVT XII.

IEſus ergo ante ſex dies paſchę venit Bethaniam,
vbi Lazarus fuerat mortuus: quẽ ſuſcitauit Ieſus.

[a] Fecerunt autẽ ei cœnã ibi, & Martha miniſtrabat: CANON G
Lazarus vero vnus erat ex diſcumbentib. cum eo a 98
Maria ergo accepit librã vnguenti nardi piſtici prę- I
tioſi, & vnxit pedes Ieſu, & extersit pedes eius ca-
pillis ſuis, & domus impleta eſt ex odore vnguenti.
Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius Iudas Iſcariotis,
qui erat eum traditurus: Quare hoc vnguẽtũ nõ vę-
niit trecẽtis denariis, & datũ eſt egenis? Dixit autem
hoc, nõ quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia
fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebãtur por-
tabat. Dixit ergo Ieſus: Sine illã vt in diem ſepultu-
ræ meę ſeruet illud? Pauperes. n. ſemper habebitis
vobiſcũ, me autẽ non habebitis. [b] Cognouit ergo b 99
turba multa ex Iudæis, quia illic eſt: & venerunt, nõ X
propter Ieſum tantũ, ſed vt Lazarũ viderẽt, quem
ſuſcitauit à mortuis. Cogitauerũt autẽ principes ſa-
cerdotũ, vt & Lazarũ interficerẽt: quia multi pro-
pter illũ abibãt ex Iudæis & credebãt in Ieſum. [c] In c 100
craſtinũ autem turba multa quæ venerat ad diẽ fe- I
ſtũ, cùm audiſſent quia venit Ieſus Hieroſolymã,
acceperunt ramos palmarũ, & proceſſerunt obuiã
ei, & clamabãt: Oſanna benedictus qui venit in no-
mine domini rex Iſrael. [d] Et inuenit Ieſus aſellum, d 101
& ſedit ſuper eũ: ſicut ſcriptum eſt: Noli timere fi- VII
lia Sion: ecce rex tuus venit ſedens ſuper pullum a-
ſinæ. [e] Hæc nõ cognouerũt diſcipuli eius primum: e 102
ſed quãdo glorificatus eſt Ieſus: tunc recordati ſũt, X
quia hęc erant ſcripta de eo: & hæc fecerunt ei. Te-
ſtimoniũ ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo
quando Lazarum vocauit de monumento, & ſuſci-
tauit eũ à mortuis. Propterea & obuiã venit ei tur-
ba: quia audierũt eum feciſſe hoc ſignũ. Phariſęi er-
go dixerũt ad ſemetipſos. Videtis quia nihil profi- H
cimus? ecce mundus totus poſt eum abiit. Erant au-
tẽ quidã gẽtiles ex his qui aſcẽderãt, vt adorẽt in die
feſto. Hi ergo acceſſerunt ad Philippum, qui erat à
Bethſaida Galilææ, & rogabãt eũ, dicẽtes: Domine,
volumus Ieſũ videre. Venit Philippus, & dicit An-
dreę. Andreas rurſũ & Philippus dixerũt Ieſus. [f] Ie- f 103
ſus autẽ reſpõdit eis, dicẽs: Venit hora vt clarifice- IIII
tur filius hominis. [g] Amẽ amẽ dico vobis: niſi granũ g 104 X
frumẽti cadens in terrã mortuũ fuerit, ipſum ſolũ h 105
manet. Si autẽ mortuũ fuerit, multum fructũ affert. III
[h] Qui amat animã ſuã, perdet eam, & qui odit ani-
mã ſuã in hoc mundo, in vitã æternã cuſtodit eã. [i] Si i 106 X
quis mihi miniſtrat, me ſequatur. Et vbi ego ſũ, illic
& miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, ho- k 107 IIII
norificabit eum pater meus. [k] Nunc anima mea tur- l 108
bata eſt, & quid dicã? Pater ſaluifica me ex hoc ho- X
ra. [l] Propterea veni in hãc horã. Pater clarifica nomẽ
tuũ. Venit ergo vox de cælo, dicens: Et clarificaui,
& iterũ clarificabo. Turba autẽ quæ ſtabat & audie-
rat, dicebat tonitruum eſſe factũ. Alii autẽ dicebãt:
Angelus ei locutus eſt. Reſpõdit Ieſus & dixit: Nõ
propter me hæc vox venit, ſed propter vos. Nunc
iudiciũ eſt mũdi: nũc princeps huius mundi eiicie-
tur foras. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia tra-
hã ad meipſum. Hoc autem dicebat ſignificans qua
morte eſſet moriturus. Reſpõdit ei turba: Nos au-
diuimus ex lege: quia Chriſtus manet in ęternũ: &
quo modo tu dicis: Oportet exaltari filiũ hominis?
Et quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis Ieſus:
Adhuc modicũ lumẽ in vobis eſt: Ambulate dum
lucem habetis, vt non vos tenebrę comprehendãt.
Et qui ambulat in tenebris, neſcit quo vadat. Dum
lucem habetis, credite in lucem, vt filii lucis ſitis. Hęc

E locutus eſt Ieſus,& abiit & abſcondit ſe ab eis. Cum
autē tanta ſigna feciſſet corā eis, non credebant in
eum, vt ſermo Eſaiæ prophetæ impleretur, quē di-
m 109 xit. Domine, quis credidit auditui noſtro, & bra-
I chium domini cui reuelatum eſt?[m] Propterea non
poterant credere: quia iterū dixit Eſaias: Excæcauit
oculos eorū, & indurauit cor eorū, vt non videant
oculis, intelligāt corde,& cōuertantur,& ſanē eos.
n 110 [n] Hæc dixit Eſaias,quādo vidit gloriā eius,& locu-
X tus eſt de eo. Veruntamē & ex principib. multi cre-
diderūt in eū. ſed propter phariſæos non cōfitebā-
tur,vt de ſynagoga non eiicerentur. Dilexerunt.n.
gloriā hominū magis quā gloriā Dei. Ieſus autē cla-
mauit & dixit: Qui credit in me, nō credit in me,ſed
o 111 in eū qui miſit me.[o] Et qui videt me, videt eum qui
I me miſit.[p] Ego lux in mūdū veni: vt omnis qui cre-
p 112 dit in me, in tenebris nō maneat. Et ſi quis audierit
X verba mea & non cuſtodierit, ego non iudico eum.
Non.n.veni vt iudicē mundū, ſed vt ſaluificem mū-
dū. Qui ſpernit me & non accipit verba mea, habet
qui iudicet eū. Sermo quē locutus ſum, ille iudica-
bit eum in nouiſſimo die. Quia ego ex meipſo non
ſum locutus, ſed qui miſit me pater, ipſe mihi man-
datum dedit, quid dicā, & quid loquar. Et ſcio quia
mandatum eius vita æterna eſt. Quæ ergo ego lo-
quor, ſicut dixit mihi pater, ſic loquor.

Capvt XIII.

ANte diē feſtū paſchæ, ſciens Ieſus quia venit
hora eius, vt trāſeat ex hoc mundo ad patrē,
cū dilexiſſet ſuos qui erāt in mundo, in finem dile-
xit eos.[a] Et cœna facta, cum diabolus iam miſiſſet in
a 113 cor, vt traderet eū Iudas Simonis Iſcariotis: [b] ſciēs
IX quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia a Deo ex
b 114 iuit, & ad Deū vadit:[c] ſurgit à cœna, & ponit veſti-
IIII menta ſua. Et cum accepiſſet linteum præcinxit ſe.
c 115 Deinde miſit aquā in peluim, & cœpit lauare pedes
X diſcipulorum, & extergere linteo quo erat præcin-
F ctus. Venit ergo ad Simonem Petrū, & dixit ei Pe-
trus: Domine, tu mihi lauas pedes? Reſpōdit Ieſus,
& dixit ei: Quod ego facio, tu neſcis modo, ſcies au-
tē poſtea. Dicit ei Petrus: Nō lauabis mihi pedes in
æternū. Reſpōdit ei Ieſus: Si nō lauero te, nō habe-
bis partē meeū. Dicit ei Simō Petrus: Domine, non
tantum pedes meos, ſed & manus, & caput. Dicit ei
Ieſus: Qui locutus eſt, nō indiget niſi vt pedes lauet:
ſed eſt mūdus totus. Et vos mūdi eſtis, ſed non oēs.
Sciebat.n. quiſnā eſſet qui traderet eū: propterea di-
xit nō eſtis mundi oēs. Poſtquā ergo lauit pedes eo-
rum, accepit veſtimēta ſua, & cum recubuiſſet, ite-
d 116 rum dixit eis: Scitis quod fecerim vobis?[d] Vos autē
III vocatis me magiſter & domine, & bene dicitis, ſum
e 117 etenim.[e] Si ergo ego laui pedes veſtros dominus &
X magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes.
f 118 Exēplum.n.[f] dedi vobis, vt quēadmodum ego feci
III vobis, ita & vos faciatis. Amē amē dico vobis, non
eſt ſeruus maior domino ſuo, neque Apoſtolus ma-
ior eſt eo, qui miſit illū. Si hęc ſcitis, beati eritis ſi fe-
g 119 ceritis ea:[g] Nō de omnib. vobis dico: Ego ſcio quos
X elegerim, ſed vt adimpleatur ſcriptura: Qui mādu-
cat mecum panē, leuabit cōtra me calcaneū ſuum.
Amodo dico vobis priuſquā fiat, vt credatis cū fa-
h 120 ctū fuerit, quia ego ſum.[h] Amē amē dico vobis, qui
I accipit ſi quem miſero, me accipit: qui autē me acci-
i 121 pit, accipit eum qui me miſit.[i] Et cūm hæc dixiſſet
IIII Ieſus, turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt, & dixit:
Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet
me.[k] Aſpiciebant ergo ad inuicē diſcipuli hæſitan- k 122
tes de quo diceret. [l] Erat autē recumbens vnus ex I
diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus. In- l 123
nuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis eſt de X
quo dicit? Itaque cum recubuiſſet ille ſupra pectus
Ieſu, dicit ei: Domine, quis eſt? Reſpondit Ieſus, ille m 124
eſt cui ego intinctū panē porrexero.[m] Et cūm intin- IX
xiſſet panē, dedit Iudæ Simonis Iſcariotis. Et poſt n 125
buccellā tunc introiuit in eum Satanas. [n] Et dicit ei X
Ieſus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo ſciuit
diſcumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam.n. puta-
bant, quia loculos habebat Iudas, quod dixiſſet ei
Ieſus: Eme ea quę opus ſunt nobis ad diē feſtū, aut
egenis vt aliquid daret. Cū ergo accepiſſet ille buc-
cellam, exiuit continuo, erat autem nox. Cum ergo
exiſſet, dixit Ieſus: Nunc clarificatus eſt filius homi-
nis, & Deus clarificatus eſt in eo, Si Deus clarifica-
tus eſt in eo, & Deus clarificabit eum in ſemetipſo,
& continuo clarificabit eum. Filioli, adhuc modi-
cum ſum. Quęretis me, & ſicut dixi Iudæis: quo ego
vado, vos non poteſtis venire. Et vobis dico modo:
Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicē, ſi-
cut dilexi vos: vt & vos diligatis inuicē. In hoc co-
gnoſcent oēs quia diſcipuli mei eſtis: ſi dilectionem
habueritis ad inuicem.[o] Dicit ei Simon Petrus: Do- o 126
mine quo vadis? Reſpondit Ieſus: Quo ego vado, I.
non potes me modo ſequi: ſequeris autem poſtea.
Dicit ei Petrus: Quare non poſſum te ſequi modo?
Animā meam pro te ponam. Reſpondit ei Ieſus: A-
nimam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi,
non cantabit gallus, donec ter me neges.

Capvt XIV

ET[a] ait diſcipulis ſuis: Non turbetur cor veſtrū. a 117
Creditis in Deū, & in me credite. In domo pa- X
tris mei manſiones multæ ſunt. Si quo minus, dixiſ-
ſem vobis: quia vado parare vobis locum. Et ſi abie- H
ro & præparauero vobis locū, iterū venio & accipiā
vos ad meipſum: vt vbi ſum ego, & vos ſitis. Et quo
ego vado, ſcitis, & viā ſcitis. Dicit ei Thomas: Do-
mine, neſcimus quo vadis, & quomodo poſſumus
viā ſcire? Dicit ei Ieſus: Ego ſum via, veritas, & vita.
Nemo venit ad patrē, niſi per me. Si cognouiſſetis
me, & patrē meum vtique cognouiſſetis. Et amodo
cognoſcetis eum, & vidiſtis eum. Dicit ei Philippus:
Domine, oſtēde nobis patrē, & ſufficit nobis. Dicit
ei Ieſus: Tāto tempore vobiſcū ſum, & nō cogno-
uiſtis me? Philippe qui videt me, videt & patrē: quo-
modo tu dicis, oſtende nobis patrē? Nō credis, quia
ego in patre & pater in me eſt? Verba quę ego lo-
quor vobis, à meipſo nō loquor. Pater autem in me
manēs, ipſe facit opera. Nō creditis, quia ego in pa-
tre, & pater in me eſt? Alioqui propter opera ipſa
credite. Amē amē dico vobis: qui credit in me, ope-
ra quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horū faciet:
quia ego ad patrē vado.[b] Et quodcūq; petieritis pa- b 118
trē in nomine meo, hoc faciā, vt glorificetur pater IIII
in filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc fa-
ciā. Si diligitis me mādata mea ſeruate. Et ego roga-
bo patrē, & aliū paraclitū dabit vobis, vt maneat vo-
biſcū in ęternum, ſpiritum veritatis, quem mundus
nō poteſt accipere: quia non videt eū, nec ſcit eum.
Vos autē cognoſcetis eū: quia apud vos manebit &
in vobis erit. Non relinquā vos orphanos: veniam
ad vos. Adhuc modicum, & mūdus iam me non vi-
det. Vos aūt videbitis me: quia ego viuo, & vos viue-
tis. In illo die vos cognoſcetis, quia ego ſū in patre
meo,

A meo,& vos in me,& ego in vobis. Qui habet mãdata
c 129 I mea,& ſeruat ea,iſte eſt qui diligit me. [c] Qui autem
d 130 diligit me,diligetur à patre meo, & ego diligam eũ,
X & manifeſtabo ei meipſum. [d] Dicit ei Iudas,non ille
Iſcariotis: Domine, quid factum eſt,quia manifeſta-
turus es nobis te ipſum,& nõ mundo? Reſpondit Ie-
ſus & dixit ei: Si quis diligit me,ſermonem meũ ſer-
uabit,& pater meus diliget eum,& ad eũ veniemus,
& manſionẽ apud eum faciemus. Qui non diligit
c 131 me, ſermones meos non ſeruat, & [e] ſermonẽ quem
I auditis non eſt meus, ſed eius qui miſit me,patris.
f 132 Hæc loquutus ſum vobis apud vos manens. [f] Para-
X clitus autem Spiritus S. quem mittet pater in nomi-
ne meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis
omnia quæcũque dixero vobis. Pacem relinquo vo-
bis,pacem meam do vobis. Non quomodo mundus
dat,ego do vobis. Non turbetur cor veſtrum,neque
formidet. Audiſtis quia ego dixi vobis, vado & ve-
nio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique,quia
vado ad patrem: quia pater maior me eſt. Et nunc di-
xi vobis priuſquam fiat: vt cum factum fuerit,creda-
tis. Iam non multa loquar vobiſcum. Venit enim
princeps mundi huius, & in me non habet quicquã.
Sed vt cognoſcat mundus quia diligo patrem, & ſi-
cut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Surge ea-
mus hinc.

Caput XV.

EGo ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt.
Omnẽ palmitẽ in me non ferentem fructũ tol-
let eum, & omnem qui fert fructũ, purgabit eum vt
fructum plus afferat. Iam vos mũdi eſtis propter ſer-
monem quem locutus ſum vobis. Manete in me,&
8 ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructũ à
ſemetipſo,niſi manſerit in vite: ſic nec vos niſi in me
manſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites. Qui manet
in me,& ego in eo,hic fert fructũ multum: quia ſine
me nihil poteſtis facere. Si quis in me non manſerit,
mittetur foras ſicut palmes,& areſcet,& colligẽt eũ,
a 133 & in ignem mittent, & ardet. [a] Si manſeritis in me,
IIII & verba mea in vobis manſerint, quodcunque vo-
b 134 lueritis petetis, & fiet vobis. [b] In hoc clarificatus eſt
X pater meus,vt fructum plurimum afferatis,& efficia-
mini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pater,& ego di-
lexi vos. Manete in dilectione mea. Si pręcepta mea
ſeruaueritis,manebitis in dilectione mea: ſicut & e-
go præcepta patris mei ſeruaui, & maneo in eius di-
lectione. Hæc locutus ſum vobis,vt gaudiũ meũ in
vobis ſit,& gaudium veſtrũ impleatur. Hoc eſt prę-
ceptum meum vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos.
c 135 [c] Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt
IIII animam ſuã ponat quis pro amicis ſuis. [d] Vos amici
d 136 mei eſtis,ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam nõ
X dico vos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid faciat domi-
nus eius. Vos autẽ dixi amicos: quia omnia quęcũ-
que audiui à patre meo,nota feci vobis. Non vos me
e 137 elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos vt eatis,&
III fructũ afferatis, & fructus veſter maneat: [e] vt quod-
f 138 cunque petieritis patrem in nomine meo,det vobis.
X [f] Hæc mando vobis vt diligatis inuicem. Si mundus
g 139 vos odit, ſcitote quia me priorẽ vobis odio habuit.
II I Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat dili-
h 140 geret. Quia vero de mundo non eſtis,ſed ego elegi
X vos de mundo: propterea odit vos mũdus. [g] Memẽ-
tote ſermonis mei,quem ego dixi vobis: Nõ eſt ſer-
uus maior domino ſuo. [h] Si me perſequuti ſunt, &
vos perſequentur. Si ſermonem meum ſeruauerunt,
& veſtrũ ſeruabũt. [i] Sed hæc omnia faciẽt vobis pro- CANON
pter nomẽ meum: [k] quia neſciunt eum qui miſit me. C
[l] Si non veniſſẽ & locutus fuiſſẽ eis,peccatũ non ha- i 141
berẽt. Nunc autẽ excuſationẽ nõ habent de peccato I k 142
ſuo. [m] Qui me odit,& patrẽ meum odit. [n] Si opera nõ III
feciſſẽ in eis,quæ nemo alius fecit peccatum nõ ha- l 143
berẽt. Nunc autẽ & viderunt, & oderunt me,& pa- X
trẽ meum. Sed vt adimpleatur ſermo qui in lege eo- m 144
rum ſcriptus eſt: Quia odio habuerũt me gratis. Cum I n 145
autem venerit paracletus,quem ego mittam vobis à X
patre, ſpiritum veritatis,qui à patre procedit,ille te-
ſtimonium perhibebit de me, & vos teſtimonium
perhibebitis,quia ab initio mecum eſtis.

Caput XVI.

HÆc [a] locutus ſum vobis,vt non ſcãdalizemi- a 146
ni. Abſque ſynagogis faciẽt vos. Sed venit ho- I
ra vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium
ſe pręſtare Deo. Et hæc faciẽt vobis: quia non noue-
runt patrem neque me. Sed hæc locutus ſum vobis,
vt cum venerit hora,eorum reminiſcamini,quia ego b 147
dixi vobis. [b] Hæc autem vobis ab initio nõ dixi: quia X
vobiſcum eram. Et nunc vado ad eum qui miſit me,
& nemo ex vobis interrogat me,quo vadis. Sed quia
hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrũ.
Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego
vadam. Si enim non abiero paracletus non veniet ad
vos. Si autem abiero,mittam eum ad vos. Et cum ve-
nerit ille, arguet mundum de peccato, & de iuſtitia,
& de iudicio. De peccato quidem quia non credide- D
runt in me. De iuſtitia vero: quia ad patrem vado,&
iam non videbitis me. De iudicio autem: quia prin-
ceps mundi huius iam iudicatus eſt. Adhuc multa
habeo vobis dicere: ſed non poteſtis portare modo.
Cùm autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit
vos omnem veritatem. Non enim loquetur à ſemet-
ipſo: ſed quæcunque audiet, loquetur,& quæ ventu-
ra ſunt, annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia
de meo accipiet,& annunciabit vobis. [c] Omnia quę- c 148
cunque habet pater,mea ſunt. [d] Propterea dixi: quia III
de meo accipiet: & anũciabit vobis. Modicum & iã d 149
non videbitis me,& iterum modicũ & videbitis me: X
quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex diſcipulis
eius ad inuicem: Quid eſt hoc quod dicit nobis, Mo-
dicum & nõ videbitis me,& iterum modicum & vi-
debitis me, & quia vado ad patrem. Dicebant ergo:
Quid eſt hoc quod dicit, modicum? Neſcimus quid
loquitur. Cognouit autem Ieſus: quia volebant eum
interrogare,& dixit eis De quo quæritis inter vos,
quia dixi: Modicum & non videbitis me, & iterum
modicum & videbitis me. Amen amen dico vobis:
quia plorabitis & flebitis vos: mundus autem gaude-
bit. Vos autẽ contriſtabimini: ſed triſtitia veſtra ver-
tetur in gaudium. Mulier cum parit,triſtitiam habet,
quia venit hora eius. Cum autem pepererit puerum,
iam non meminit preſſuræ, propter gaudium: quia
natus eſt homo in mundum. Et vos igitur nunc qui-
dem triſtitiam habetis. Iterum autem videbo vos,&
gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo
tollet à vobis. Et in illo die me non interrogabitis e 150
quicquam. [e] Amen amen dico vobis: ſi quid petieri- IIII
tis patrem in nomine meo dabit vobis. Vſq; modo
non petiſtis quicquam in nomine meo: petite & ac- f 151
cipietis, vt gaudium veſtrũ ſit plenum. [f] Hæc in pro- X
uerbiis locutus ſum vobis. Venit hora cum iam non

CANON E in prouerbiis loquar vobis: ſed palam de patre meo
annunciabo vobis. In illo die in nomine meo pete-
tis. Et non dico vobis: quia ego rogabo patrem de
vobis. Ipſe enim pater amat vos: quia vos me ama-
ſtis, & credidiſtis, quia à Deo exiui. Exiui à patre &
veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado
ad patrem. Dicunt ei diſcipuli eius. Ecce nunc palam
loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc ſcimus,
quia ſcis omnia. & non opus eſt tibi vt quis te inter-
g 152 IIII rogет. In hoc credimus, quia à Deo exiſti. g Reſpon-
dit eis Ieſus: Modo creditis? Ecce venit hora, & iam
venit, vt diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me
ſolum relinquatis: & non ſum ſolus, quia pater me-
h 153 X cum eſt. h Hæc locutus ſum vobis: vt in me pacem
habeatis. In mundo preſſuram habebitis: ſed confi-
dite, ego vici mundum.

CAPVT XVII.

HÆc locutus eſt Ieſus, & ſubleuatis oculis in cæ-
lum, dixit: Pater, venit hora, clarifica filiũ tuũ:
vt filius tuus clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatem
omnis carnis: vt omne quod dediſti ei det eis vitam
æternam. Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant
te ſolum Deum verũ, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ.
Ego te clarificaui ſuper terram, opus conſummaui
quod dediſti mihi vt faciam. Et nunc clarifica me tu
pater apud temetipſum, claritate quam habui priuſ-
quam mundus fieret apud te. Manifeſtaui nomen
tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo. Tui
F erant, & mihi eos dediſti, & ſermonem meum ſerua-
uerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dediſti
mihi, abs te ſunt. Quia verba quæ dediſti mihi, dedi
eis. Et ipſi acceperunt, & cognouerunt vere, quia à te
exiui: & crediderunt, quia tu me miſiſti. Ego pro eis
rogo: Non pro mundo rogo: ſed pro his quos dedi-
ſti mihi: quia tui ſunt, & mea omnia tua ſunt, & tua
mea ſunt, & clarificatus ſum in eis. Et iam non ſum
in mundo, & hi in mũdo ſunt, & ego ad te venio. Pa-
ter ſancte, ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mi-
hi: vt ſint vnum ſicut & nos. Cùm eſſem & cum eis,
ego ſeruabam eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi
cuſtodiui, & nemo ex eis periit niſi filius perditionis:
vt ſcriptura impleatur. Nunc autem ad te venio, &
hæc loquor in mundo: vt habeant gaudium meum
impletum in ſemetipſis Ego dedi eis ſermonem tuũ,
& mundus eos odio habuit: quia non ſunt de mun-
do: ſicut & ego non ſum de mundo. Non rogo vt tol-
las eos de mundo, ſed vt ſerues eos à malo. De mũ-
do non ſunt: ſicut & ego non ſum de mundo. Sancti-
fica eos in veritate: ſermo tuus veritas eſt. Sicut tu
me miſiſti in mundum: ita & ego miſi eos in mundũ.
Et pro eis ego ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſan-
ctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum:
ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in
me: vt omnes vnum ſint: ſicut tu pater in me, & ego
in te, & vt ipſi in nobis vnum ſint: vt credat mundus
quia tu miſiſti. Et ego claritatem quam dediſti mihi,
dedi eis, vt ſint vnum ſicut & nos vnum ſumus. Ego
in eis, & tu in me: vt ſint conſummati in vnum, & co-
gnoſcat mundus, quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos,
ſicut & me dilexiſti. Pater, quos dediſti mihi volo vt
vbi ego ſum, & illi ſint mecum: vt videant claritatem
meam quam dediſti mihi: quia dilexiſti me ante con-
a 154 III ſtitutionem mundi. a Pater iuſte mundus te non co-
gnouit: ego autem te cognoui. b Et hi cognouerunt,
quia tu me miſiſti. Et notum feci eis nomen tuum, & G
notum faciam: vt dilectio qua dilexiſti me, in eis ſit, b 155 X
& ego in ipſis.

CAPVT XVIII.

HÆc a cùm dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cum diſ- a 156 I
cipulis ſuis trans torrentem Cedron, vbi erat
hortus: in quem introiuit ipſe & diſcipuli eius. b Scie- b 157 X
bat autem & Iudas qui tradebat eum, locum: quia
frequenter Ieſus cõuenerat illuc cum diſcipulis ſuis.
c Iudas ergo cum accepiſſet cohortem, à pontifici- c 158 I
cibus & Phariſæis miniſtros: venit illuc cum laternis
& facibus & armis. d Ieſus itaque ſciens omnia quæ d 159 X
ventura erant ſuper eum, proceſſit & dixit eis: Quem
quæritis? Reſponderunt ei: Ieſum Nazarenum. Di-
xit eis Ieſus: Ego ſum. Stabat autem & Iudas qui tra-
debat eum cum ipſis. Vt ergo dixit eis: ego ſum: abie-
runt retrorſum, & ceciderunt in terram. Iterum er-
go interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixe-
runt: Ieſum Nazarenum. Reſpondit Ieſus: Dixi vo-
bis, quia ego ſum: Si ergo me quæritis, ſinite hos a-
bire: vt impleretur ſermo quem dixit: Quia quos de-
diſti mihi, non perdidi ex eis quemquam. e Simon e 160 I
ergo Petrus habens gladium eduxit eum, & percuſ-
ſit pontificis ſeruum, & abſcidit auriculam eius dex-
teram. Erat autem nomen ſeruo Malchus. f Dixit er- f 161 I
go Ieſus Petro: Mitte gladium in vaginam: calicem
quem dedit mihi pater, non bibam illum? g Cohors g 162 I
autem & tribunus & miniſtri Iudæorum comprehẽ-
derunt Ieſum, & ligauerunt eum, h & adduxerunt eũ h 163 X
ad Annam primũ. Erat enim ſocer Caiphæ, qui erat
pontifex anni illius. Erat autẽ Caiphas qui conſilium H
dederat Iudæis: quia expedit vnum hominem mori
pro populo. i Sequebatur autẽ Ieſum Simon Petrus, i 164
& alius diſcipulus. k Diſcipulus autem ille erat notus IIII
pontifici, & introiuit cum Ieſu in atrium pontificis. k 165 X
l Petrus autẽ ſtabat ad oſtiũ foris. m Exiuit ergo diſ-
cipulus alius, qui erat notus pontifici, & dixit oſtiariæ, l 166 I
& introduxit Petrũ. n Dixit ergo Petro ancilla oſtia-
ria: Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Di- m 167 X
cit ille. Non ſum. o Stabant autẽ ſerui & miniſtri ad n 168
prunas, quia frigus erat, & calefaciebat ſe. Erat autem I
cum eis & Petrus ſtans calefaciens ſe. Pontifex ergo o 169
interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina X
eius. p Reſpõdit ei Ieſus. Ego palam locutus ſum mũ- p 170
do. ego ſẽper docui in ſynagoga & in tẽplo: quo om- I
nes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum ni-
hil. q Quid me interrogas? Interroga eos qui audierũt q 171
quid locutus ſum ipſis: ecce hi ſciunt quę dixerim X
ego. r Hæc autẽ cum dixiſſet, vnus aſſiſtẽs miniſtro- r 172 I
rũ, dedit alapam Ieſu, dicens: Sic reſpondes põtifici? ſ 173
ſ Reſpõdit ei Ieſus. Si male locutus ſum, teſtimoniũ X
perhibe de malo: ſi autẽ bene, quid me cædis? t Et mi- t 174
ſit eum Annas ligatũ ad Caipham pontificem. u Erat I
autem Simon Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Dixerũt u 175
ergo ei: Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? Negauit I
ille, & dixit. Non ſum. Dicit vnus ex ſeruis põtificis,
cognatus eius, cuius abſcidit Petrus auriculam. Non-
ne ego te vidi in horto cũ illo? Iterum ergo negauit
Petrus, & ſtatim gallus cantauit. x Adducunt ergo Ie- x 176
ſum ad Caipham in prætorium. Erat autem manè, y & I
ipſi non introierunt in prætorium, vt non contami- y 177
narentur, ſed vt manducarent paſcha. Exiuit ergo Pi- X
latus ad eos foras, & dixit: Quam accuſationem af-
fertis aduerſus hominẽ hunc? Reſpõderunt, & dixe-
runt

A runt ei: Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſ-
ſemus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos,
& ſecundum legem veſtram iudicate eum. Dixerunt
ergo ei Iudæi: Nobis nõ licet interficere quemquam:
vt ſermo Ieſu impleretur, quem dixit, ſignificans qua
z 178 morte eſſet moriturus. [z] Introiuit ergo iterũ in præ-
I. torium Pilatus, & vocauit Ieſum, & dixit ei: Tu es rex
Iudæorum? Reſpondit Ieſus: A temetipſo hoc dicis:
a 179 an alii tibi dixerunt de me? [a] Reſpondit Pilatus: Nun-
X quid ego Iudæus ſum? Gens tua & pontifices tradide-
runt te mihi: quid feciſti? Reſpondit Ieſus: Regnum
meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet
regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent vt
non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum nõ
b 180 eſt hinc. [b] Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Reſ-
IIII pondit Ieſus: tu dicis, quia rex ſum ego. [c] Ego in hoc
c 181 natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimoniũ
X perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate, audit
vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas? Et
d 182 cum hoc dixiſſet, iterum exiuit ad Iudæos, [d] & dicit
IX eis: Ego nullam inuenio in eo cauſam. [e] Eſt autem cõ-
e 183 ſuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in paſchæ:
IIII vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? [f] Cla-
f 184 mauerunt ergo omnes, dicentes: Non hunc, ſed Bar-
I rabam. Erat autem Barrabas latro.

Capvt XIX.

T[a]Vnc ergo apprehendit Pilatus Ieſum, & flagel-
a 185 lauit. Et milites plectentes coronam de ſpinis,
IIII impoſuerũt capiti eius, & veſte purpurea circunde-
derunt eum, & veniebant ad eum, & dicebant. Aue
rex Iudæorum, & dabãt ei alapas. [b] Exiuit iterum Pi-
B latus foras, & dicit eis. Ecce adduco eum vobis foras,
b 186 vt cognoſcatis, quia nullam inuenio in eo cauſam.
IX [c] Exiuit ergo Ieſus portans coronam ſpineam & pur-
c 187 pureum veſtimentum. Et dicit eis: Ecce homo. [d] Cum
IIII ergo vidiſſent eum pontifices & miniſtri, clamabant,
d 188 I dicentes: Crucifige, crucifige eum. [e] Dicit eis Pila-
e 189 tus: Accipite eum vos, & crucifigite: [f] Ego enim non
X inuenio in eo cauſam. [g] Reſponderunt ei Iudæi: Nos
f 190 legem habemus, & ſecundum legem debet mori:
IX quia filium Dei ſe fecit. [h] Cum ergo audiſſet Pilatus
g 191 hunc ſermonem, magis timuit, & ingreſſus eſt præto-
X rium iterum, & dicit ad Ieſum: Vnde es tu? Ieſus au-
h 192 IIII tem reſponſum non dedit ei. [i] Dicit ergo ei Pilatus:
i 193 Mihi non loqueris? Neſcis quia poteſtatem habeo
X crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te. Re-
ſpondit Ieſus: Non haberes poteſtatem aduerſum
me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper: propterea
qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. & exin-
de quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem cla-
mabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus
Cæſaris: Omnis enim qui ſe regem facit, contradicit
Cæſari. Pilatus autem cum audiſſet hos ſermones,
adduxit foras Ieſum, & ſedit pro tribunali, in loco
qui dicitur Lithoſtratos, Hebraicè autem Gabatha
(erat autem paraſceve paſchæ hora quaſi ſexta) & di-
k 194 I cit Iudæis: Ecce rex veſter [k] Illi autẽ clamabãt: Tol-
l 195 le, tolle, crucifige eum. [l] Dicit eis Pilatus: Regem ve-
X ſtrum crucifigam? Reſponderunt pontifices: Nõ ha-
m 196 bemus regem niſi Cæſarem. [m] Tunc ergo tradidit eis
I illum vt crucifigeretur. [n] Suſceperunt autem Ieſum,
n 197 & eduxerunt, & baiulans ſibi crucem, exiuit in eum
I qui dicitur Caluariæ locum, Hebraicè autem Golgo-
o 198 I tha: vbi crucifixerũt eum, [o] & cum eo alios duos hinc
p 199 & hinc, medium autem Ieſum. [p] Scripſit autem & ti-
I tulum Pilatus, & poſuit ſuper crucem. Erat autem

ſcriptum. Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. [q] Hũc er- C
go titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope ci- Canon q 200
uitatem erat locus vbi crucifixus eſt Ieſus, & erat X
ſcriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. Dicebant ergo
Pilato pontifices Iudæorũ: Noli ſcribere, rex Iudæo-
rum: ſed quia ipſe dixit, rex ſum Iudæorum. Reſpon-
dit Pilatus: Quod ſcripſi, ſcripſi. [r] Milites ergo cum r 201
crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius (& fe- I
cerunt quatuor partes: vnicuique militi partem) &
tunicam. Erat autem tunica inconſutilis, deſuper
contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem: Non
ſcindamus eam: ſed ſortiamur de illa cuius ſit, vt ſcri-
ptura impleretur, dicens: Partiti ſunt veſtimenta mea
ſibi, & in veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites
quidem hæc fecerunt. [s] Stabant autem iuxta crucem s 202
Ieſu mater eius, & ſoror matris eius, Maria Cleophæ, X
& Maria Magdalene. Cum vidiſſet ergo Ieſus matrẽ
& diſcipulum ſtantẽ, quem diligebat, dicit matri ſuæ:
Mulier: ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo: Ecce
mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in
ſuam. [t] Poſtea ſciens Ieſus quia iam omnia conſum- t 203
mata ſunt: vt conſummaretur ſcriptura, dicit: Sitio. IIII
Vas autem erat poſitum aceto plenum Illi autẽ ſpon- v 204
giam plenam aceto hyſſopo circumponentes, obtu- I
lerunt ori eius. [u] Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum, x 205 X
dixit Conſummatum eſt & inclinato capite, tradidit
ſpiritum. [x] Iudæi ergo quoniam paraſceve erat, vt nõ
remanerent in cruce corpora ſabatho: erat enim ma-
gnus dies ille ſabbathi: rogauerunt Pilatum, vt fran-
gerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo
milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius D
qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cum ve-
niſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non frege-
runt eius crura: ſed vnus militum lancea latus eius a-
peruit, & continuo exiuit ſanguis & aqua. Et qui vi-
dit, teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimoniũ
eius. Et ille ſcit quia vera dicit: vt & vos credatis. Fa-
cta ſunt enim hæc vt ſcriptura impleretur: Os non
comminuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura di-
cit: Videbunt in quem transfixerunt. [y] Poſt hæc au- y 206
tem rogauit Pilatum Ioſeph ab Arimathia: eo quod I
eſſet diſcipulus Ieſu: occultus autem propter me-
tum Iudæorum, vt tolleret corpus Ieſu. Et permiſit
Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Ieſu. [z] Venit au- z 207
tem & Nicodemus qui venerat ad Ieſum nocte pri- X
mum, ferens mixturam myrrhæ & aloes quaſi libras
centum. [a] Acceperunt ergo corpus Ieſu, & ligaue- a 208
runt eum linteis cum aromatibus: ſicut mos eſt Iu- I
dæis ſepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus eſt,
hortus, & in horto monumentum nouum, in quo
nondum quiſquam poſitus fuerat. Ibi ergo propter
paraſceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumen-
tum, poſuerunt Ieſum.

Capvt XX.

V[a]Na autem ſabbathi Maria Magdalene venit a 209
mane cum adhuc tenebræ eſſent ad monu- I
mentum, & vidit lapidem ſublatum à monumento.
[b] Cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum, & ad b 210
alium diſcipulum, quem amabat Ieſus, & dicit illis: X
Tulerunt dominum de monumento, & neſcimus
vbi poſuerunt eum: Exiit ergo Petrus & ille alius di-
ſcipulus, & venerunt ad monumentum. Currebant
autem duo ſimul, & ille alius diſcipulus præcucur-
rit citius Petro, & venit primus ad monumentum.

E Et cum ſe inclinaſſet, vidit poſita linteamina, non ta-
men introiuit. Venit ergo Simō Petrus ſequēs eum,
& introiuit in monumentū, & vidit linteamina poſi-
ta, & ſudarium, quod fuerat ſuper caput eius, non cū
linteaminib. poſitum, ſed ſeparatim inuolutū in vnū
locum. Tunc ergo introiuit & ille diſcipulus qui ve-
nerat primus ad monumētū, & vidit & credidit: nō-
dū.n. ſciebāt ſcripturā· quia oportebat eū a mortuis
reſurgere. Abierunt ergo diſcipuli iterum ad ſemet-
c 211 ipſos.[c] Maria autē ſtabat ad monumentū foris, plo-
I rans. Dum ergo fleret, inclinauit ſe, & proſpexit in
monumētum: Et vidit duos angelos in albis ſedētes
vnū ad caput, & vnum ad pedes, vbi poſitum fuerat
d 212 corpus Ieſu.[d] Dicūt ei illi: Mulier quid ploras? Dicit
X eis: Quia tulerunt dominū meum, & neſcio vbi po-
ſuerunt eum. Hæc cum dixiſſet, conuerſa eſt retror-
ſum, & vidit Ieſum ſtantem, & nō ſciebat quia Ieſus
eſt. Dicit ei Ieſus: Mulier quid ploras? quē quęris? Il-
la exiſtimās quia hortulanus eſſet, dicit ei: Domine,
ſi tu ſuſtuliſti eum, diciro mihi vbi poſuiſti eum, &
ego eum tollā. Dicit ei Ieſus: Maria conuerſa illa di-
cit ei Rabboni, quod dicitur magiſter. Dicit ei Ieſus:
Noli me tangere nondū.n. aſcendi ad patrē meum.
Vade autē ad fratres meos, & dic eis: Aſcēdo ad patrē
meum & patrem veſtrum, & Deum meum & Deum
veſtrum. Venit Maria Magdalene annuncians diſci-
pulis: quia vidi dominū, & hæc dixit mihi.[e] Cum er-
e 213 go ſero eſſet die illo vna ſabbathorū, & fores eſſent
IX clauſæ, vbi erant diſcipuli congregati propter metū
F Iudæorum: venit Ieſus & ſtetit in medio. & dixit eis:
Pax vobis. Et cum hoc dixiſſet, oſtēdit eis manus &
f 214 latus.[f] Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo domino. Dixit
X ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut miſit me pater, &
ego mitto vos. Hoc cum dixiſſet, inſufflauit & dixit
g 215 eis· Accipite Spiritum S.[g] Quorum remiſeritis pec-
VII cata, remittuntur eis· & quorum retinueritis, retenta
h 216 ſunt.[h] Thomas autē vnus de duodecim, qui dicitur
X Didymus, non erat cum eis quando venit Ieſus. Di-
xerunt ergo ei alii diſcipuli. Vidimus dominum. Ille
autē dixit eis: Niſi videro in manib. eius fixurā clauo-
rum, & mittā digitum meum in locum clauorum, &
i 217 mittā manum meā in latus eius, nō credam:[i] Et poſt
IX dies octo iterum erāt diſcipuli eius intus, & Thomas
cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis & ſtetit in medio,
& dixit eis: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer
digitū tuū huc, & vide manus meas, & affer manum
tuā, & mitte in latus meū, & noli eſſe incredulus, ſed
k 218 fidelis.[k] Reſpondit Thomas & dixit ei: Dominus
X meus & Deus meus. Dicit ei Ieſus: Quia vidiſti me
credidiſti; Beati qui nō viderūt, & crediderunt. Mul-
ta quidē & alia ſigna fecit Ieſus in cōſpectu diſcipu-
lorū ſuorū, quę nō ſunt ſcripta in libro hoc. Hęc aūt
ſcripta ſunt vt credatis, quia Ieſus eſt Chriſtus filius
Dei: & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

CAPVT XXI.

a 219 P[a]Oſtea manifeſtauit ſe iterum Ieſus ad mare Ti-
IX beriadis. Manifeſtauit autem ſic: Erant ſimul Si-
mon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus, & Na-
thanaël, qui erat à Cana Galilææ, & filii Zebedæi, &
alii ex diſcipulis eius duo. Dicit eis Simō Petrus: Va-
do piſcari. Dicūt ei: Venimus & nos tecum. Et exie-
runt & aſcenderunt in nauim, & illa nocte nihil prē-
diderunt. Mane autem iam facto, ſtetit Ieſus in litto-
re: non tamen cognouerunt diſcipuli quia Ieſus eſt.
Dicit ergo eis Ieſus: Pueri, nunquid pulmentarium
habetis? Reſponderunt ei: Non. Dicit eis: Mitte in
dexteram nauigii rete & inuenietis. Miſerunt ergo
retia, & iam non valebant illud trahere præ multitu-
dine piſcium.[b] Dicit ergo diſcipulus ille quem dili- b 220
gebat Ieſus Petro: Dominus eſt. Simon Petrus cum X
audiſſet quia dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe (erat e-
nim nudus) & miſit ſe in mare. Alii autem diſcipuli
nauigio venerunt. Non enim longe erant à terra, ſed
quaſi cubitis ducentis, trahentes rete piſcium.[c] Vt c 221
ergo deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſi- IX
tas, & piſcem ſuperpoſitum, & panē. Dicit eis Ieſus:
Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc.[d] Aſcen- d 222
dit Simon Petrus, & traxit rete in terrā plenum ma- IX
gnis piſcibus, centumquinquaginta tribus. Et cum
tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete.[e] Dicit eis Ieſus: ve- e 223
nite, prandete.[f] Et nemo audebat diſcumbentium IX
interrogare eum, tu qui es: ſciētes quia dominus eſt. f 224 X
[g] Et venit Ieſus & accepit panem & dabat eis, & piſ- g 225
cem ſimiliter.[h] Hoc iam tertio manifeſtatus eſt Ie- IX
ſus diſcipulis ſuis cum ſurrexiſſet à mortuis. Cum h 226
ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus: Simon X
Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam domine, i 227
tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit IX
ei iterum:[k] Simon Ioannis diligis me? At ille: Etiam H
domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei iterum.[l] Paſce a- k 228
gnos meos. Dicit ei tertio:[m] Simon Ioannis amas X
me? Contriſtatus eſt Petrus quia dixit ei tertio, amas l 229
me, & dicit ei: Domine tu omnia noſti: tu ſcis quia a- IX
mo te. Dicit ei:[n] Paſce oues meas.[o] Amen amen di- m 230 X
co tibi: cum eſſes iunior cingebas te, & ambulabas v- n 231
bi volebas. Cum autē ſenueris, extendes manus tuas IX
& alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Hoc autē o 232
dixit ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deū. X
Et cum hoc dixiſſet, dicit ei· Sequere me. Conuerſus
Petrus, vidit illum diſcipulum quem diligebat Ieſus
ſequentem: qui & recubuit in cæna ſuper pectus eius
& dixit: Domine quis eſt qui tradet te? Hunc ergo
cum vidiſſet Petrus, dixit Ieſu: Domine, hic autem
quid? Dicit ei Ieſus: Si ſic eum volo manere donec
veniam, quid ad te? Tu me ſequere. Exiit ergo ſermo
inter fratres: quia diſcipulus ille non moritur: & non
dixit ei Ieſus non moritur, ſed ſic eum volo manere
donec veniam, quid ad te? Hic eſt diſcipulus qui te-
ſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc, & ſcimus
quia verum eſt teſtimonium eius. Sunt autem & alia
multa quæ fecit Ieſus: quæ ſi ſcribantur per ſingula:
nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos qui
ſcribendi ſunt libros.

Euangelii ſecundum Ioannem Finis.

DIVI HIERONYMI IN EPISTOLAM AD GALATAS, AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM.

PROOEMIVM.

Pauci admodum dies ſunt, ex quo epiſtolam Pauli ad Philemonem interpretatus, ad Galatas tranſcenderam: multis retrorſum in medio prætermiſſis, & ecce ſubito literæ mihi de vrbe allatæ ſunt: nunciantes & Albinam venerabilem anum præſentiæ domini redditam, & ſanctam Marcellam matris contubernio deſtitutam, magis nunc veſtrum ô Paula & Euſtochium flagitare ſolatium. Et quia hoc interim fieri non poteſt propter grandia maris in medio ſpatia atque terrarum: repente vulnus impreſſum ſaltem ſcripturarum vellem curare medicamine. Scio equidem ardorē eius, ſcio fidem (quam flammam ſemper habeat in pectore ſuperare ſexum, obliuiſci hominum, & diuinorum voluminum tympano concrepante, rubrum huius ſæculi pelagus tranſfretare. Certe cum Romæ eſſem, nunquam tam feſtina me vidit, vt non de ſcripturis aliquid interrogaret. Neque vero more Pythagorico quidquid reſponderam rectum putabat: nec ſine ratione præiudicata apud eam valebat auctoritas: ſed examinabat omnia, & ſagaci mente vniuerſa penſabat, vt me ſentirem non tam diſcipulam habere quam iudicem. Itaque quod & illi abſenti pergratum fore, & vobis, quæ in præſentiarum eſtis, vtile exiſtimo, aggrediar opus intentatū ante me linguæ noſtræ ſcriptoribus, & à Græcis quoque ipſis vix paucis, vt rei poſcebat dignitas, vſurpatum. Non quia ignorem Caium Mariū Victorinum, qui Romæ pueros rhetoricam docuit, ediſſe Commentarios in Apoſtolum: ſed quod occupatus ille eruditione ſæcularium literarū, ſcripturas omnino ſanctas ignorauerit, & nemo poſſit, quamuis eloquens, de eo bene diſputare quod neſciat. Quid igitur, ego ſtultus aut temerarius qui id pollicear quod ille non potuit? Minime. Quin potius in eo, vt mi-
B *hi videor, cautior atque timidior, quod imbecillitatem virium mearum ſentiens, Origenis Commentarios ſum ſecutus. Scripſit enim ille vir in epiſtolam Pauli ad Galatas quinque propria volumina, & decimum Stromatum ſuorum librū commatico ſuper explanatione eius ſermone compleuit: tractatus quoque varios & excerpta, quæ vel ſola poſſint ſufficere, compoſuit. Prætermitto Didymum videntem meum, & Laodicenum de eccleſia nuper egreſſum, & Alexandrum veterem hæreticum: Euſebium quoque Emeſenum, & Theodorum Heracleoten: qui & ipſi nonnullos ſuper hac re commētariolos reliquerunt. E quibus, ſi vel pauca decerperē, fieret aliquid quod non penitus contemneretur. Itaque vt ſimpliciter fatear, legi hæc omnia, & in mēte mea plurima coaceruans, accito notario vel mea, vel aliena dictaui: nec ordinis, nec verborum interdum, nec ſenſuum memoriam retentans. Iam domini tantum miſericordiæ eſt, ne per imperitiam noſtram ab alijs benedicta diſpereāt, & non placeant inter extraneos, quæ placent inter ſuos. Argumentum itaque epiſtolæ huius breuiter comprehendens, hac præfatione commoneo: vt ſciatis eandem eſſe materiam & epiſtolæ Pauli ad Galatas, & quæ ad Romanos [illegible] ta eſt. Sed hoc differre inter vtranque: quod in illa altiori ſenſu & profundioribus vſus eſt argumentis: hic quaſi ad eos ſcribens, de quibus in conſequentibus ait: O inſenſati Galatæ, & ſic inſipientes eſtis: tali ſe ſermone moderatus eſt, quod increparet potius quam doceret, & quæ poſſent ſtulti intelligere: vt communes ſententias, communi oratione veſtiret, & quos ratio ſuadere non poterat, reuocaret auctoritas. Nullus quidem Apoſtoli ſermo eſt, vel per epiſtolā, vel præſentis, in quo non laboret docere antiquæ legis onera depoſita, & omnia illa quæ in typis & imaginibus præceſſerunt, id eſt, otium ſabbathi, circumciſionis iniuriam, calendarum, & trium per annum ſolennitatum recurſus, ſcrupuloſitatem ciborū, & per dies ſingulos lauacra iterum ſordidanda, gratia euangelij ſubrepente ceſſaſſe quam non ſanguis victimarum, ſed fides animæ credentis impleret. Verum alibi pro parte, & vt ſe aliud agentis hæc quæſtio obtulerat, ex latere diſputatum eſt; & pene perſtrictum. In his autem duabus, vt dixi, epiſtolis ſpecialiter antiquæ legis ceſſatio, & nouæ introductio continetur. Sed ad Galatas hoc proprium habet: quod non ſcribit ad eos, qui ex Iudæis in Chriſtum crediderant, & paternas putabant ceremonias obſeruandas: ſed ad eos, qui ex gentibus fidem euangelij receperant, & rurſum retro lapſi, quorundā fuerant auctoritate deterriti: aſſerentium Petrum quoque & Iacobum, & totas Iudææ eccleſias, euangelium Chriſti cum lege veteri miſcuiſſe. Ipſum etiam Paulum aliud in Iudæa facere, aliud nationibus prædicare, & fruſtra eos in crucifixum credere, ſi id negligendum putarent, quod apoſtolorum principes obſeruarent. Quamobrem ita caute inter vtrumque & medias incedit, vt nec euangelij prodat gratiam, preſſus pondere, & auctoritate maiorum: nec præceſſoribus faciat iniuriam, dum aſſertor eſt gratiæ: obliqne vero, & quaſi per cuniculos latenter incedens, vt Petrum doceat pro commiſſa ſibi circumciſionis plebe facere, ne ab antiquo repente viuendi more deſciſcens, in crucem ſcandalizata non crederet, & ſibi prædicationem gentium credita, æquum eſſe id pro veritate defendere, quod alius pro diſpenſatione ſimularet. Quod nequaquam intelligens Bataneotes, & ſceleratus ille Porphyrius, in primo operis ſui aduerſum nos libro, Petrum à Paulo obiicit eſſe reprehēſum: quod non recto pede incederet ad euangelizandum, volens & illi maculam erroris inurere, & huic procacitatis, & in commune ficti dogmatis accuſare mendacium, dum inter ſe eccleſiarum principes diſcrepent. Quæ quidem & nunc, orantibus vobis, leuiter quo ſenſu ſint dicta, contingimus, & in ſuis locis plenius exequemur. Sed iam tempus eſt, vt ipſius apoſtoli verba ponentes, ſingula quæque pandamus.*

COMMENTARIORVM S. HIERONYMI IN EPISTOLAM AD GALATAS.

Liber I.

PAulus Apoſtolus, non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, & Deum patrem, qui ſuſcitauit eum à mortuis. Et qui [a] mecum ſunt oēs fratres, eccleſiis Galatiæ. [b] Gratia vobis, & pax à Deo patre, & domino noſtro Ieſu Chriſto. [c] Qui dedit ſemetipsū pro peccatis noſtris,

P*Aulus Apoſtolus*, &c.] Non ſuperbe, vt quidā putant, ſed neceſſarie, neque ab hominibus, neque per hominem ſe Apoſtolū eſſe proponit, ſed per Ieſū Chriſtum & Deum patrem: vt eos qui Paulum extra duodecim Apoſtolos ventilabāt, & neſcio vnde ſubito prorupiſſe, vel à maioribus ordinatum aſtruebant, hac auctoritate confunderet. Poteſt autem & oblique in Petrum & in cæteros dictum accipi, quod non ab Apoſtolis ei ſit traditum euangelium, ſed ab Ipſo Ieſu Chriſto, qui & illos Apoſtolos elegerat. Hoc autem totum ideo præparatur, vt nemo ſibi contra legis onera pro Euangelij gratia diſputanti, poſſit opponere: ſed Petrus hoc dixit, ſed Apoſtoli hoc ſtatuerunt, ſed præceſſores tui aliud decreuerunt. Quod quidem in ſequentibus nunc quaſi occulto ſermone præludens manifeſtius facit, dum ab eis, qui videntur eſſe aliquid, nihil in ſe collatum refert, & ipſi Petro in faciem reſtitiſſe ſe ſcribit, nulla ſe dicens neceſſitate compulſum, vt hypocriſi cederet Iudæorum. Quod ſi temerarium quibuſdam videtur eum contra Apoſtolos quamuis occulte locutum, qui Hieroſolymam idcirco perrexit, vt cum eis conferret Euangelium, ne forte in vacuum curreret, aut cucurriſſet, illo intelligentiam transferamus: Vſque hodie à patriarchis Iudæorum Apoſtolos mitti, à quibus etiam tunc reor Galatas deprauatos legem obſeruare cœpiſſe: vel
F certe alios de Iudæis credentibus in Chriſtum perrexiſſe Galatiam, qui aſſererent Petrum quoque Apoſtolorum principem & Iacobum fratrem domini, legis cæremonias cuſtodire. Ad diſtinctionem itaque eorum qui mittuntur ab hominibus, & ſui, qui ſit miſſus à Chriſto, tale ſumpſit exordium. Paulus Apoſtolus, non ab hominibus, neque per hominem. Ἀπόστολος autem, hoc eſt, miſſus, Hebræorum proprie vocabulum eſt: quod Silas quoque ſonat, cui à mittendo Miſſo nomen impoſitum eſt. Aiunt Hebræi inter ipſos quoque prophetas & ſanctos viros eſſe quoſdam, qui & prophetæ & apoſtoli ſint: alios vero qui tātum prophetæ. Denique Moyſen, cui dicitur: Et ego mittam te ad Pharaonem, & ipſe reſpondeat? prouide alium quem mittas: Et Eſaiam, cui loquitur Deus: *Quem mittam, & quis ibit ad populum iſtum?* eſſe & apoſtolos & prophetas. Vnde & nos poſſumus intelligere Ioannem quoque Baptiſtam, & prophetam & apoſtolum appellādum, ſiquidem ait ſcriptura: Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Et in epiſtola ad Hebræos, propterea Paulum ſolita conſuetudine nec nomen ſuum, nec apoſtoli vocabulum præpoſuiſſe, quia de Chriſto erat dicturus: Habentes ergo principem ſacerdotum, & apoſtolum confeſſionis noſtræ Ieſum: nec fuiſſe congruum, vt ibi Chriſtus apoſtolus dicendus erat, ibi etiam Paulus Apoſtolus poneretur. Quatuor autem genera apoſtolorum ſunt. Vnum, quod neque ab hominibus eſt, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum & Deum patrem. Aliud quod à Deo quidem eſt, ſed per hominem. Tertium, quod ab homine non à Deo. Quartum, quod neque à Deo neque per hominem, neque ab homine, ſed à ſemetipſo. De primo genere poteſt eſſe Eſaias cæterique prophetæ, & ipſe Apoſtolus Paulus, qui neque ab hominibus neque per hominem, ſed à Deo patre & Chriſto miſſus eſt. De ſecundo, Ieſus filius Naue quia à Deo quidem eſt apoſtolus conſtitutus, ſed per hominem Moyſen. Tertium genus eſt, cum hominum fauore & ſtudio aliquis ordinatur. Vt nunc videmus plurimos non Dei iudicio, ſed redempto fauore vulgi in ſacerdotium ſubrogari. Quartum eſt pſeudoprophetarum, & pſeudoapoſtolorum: de quibus Apoſtolus. Huiuſmodi, inquit, pſeudoapoſtoli, operarij iniquitatis, transfigurantes ſe in apoſtolos Chriſti, qui dicūt: *Hæc dicit dominus*, & dominus non miſit eos. Verum non talis apoſtolus Paulus, qui neque ab hominibus, neque per hominem, ſed à Deo patre per Ieſum Chriſtū miſſus eſt. Ex quo apprubante Ebionis & Fotini etiam hunc hæreſis retundenda, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus Deus ſit, dum apoſtolus, qui à Chriſto ad prædicationem euangelij miſſus eſt, negat ſe miſſum eſſe ab homine. Subrepunt hoc loco cæteræ hæreſes, quæ putatiuam Chriſti carnem vendicantes Deum aiunt Chriſtum eſſe, non hominem. Necnon & noua hæreſis, quæ dimidiatam Chriſti aſſerit diſpenſationem. Atque ita eccleſiæ fides inter tanta falſorum dogmatum naufragia conſtituta, ſi Chriſtum fateatur hominem, Ebion, Fotinuſque ſubrepunt. Si Deum eſſe contenderit: Manichæus & Marcion, & nouelli dogmatis auctor ebulliunt. In commune itaque audiant: Chriſtum & Deum eſſe & hominem. Non quod alius Deus ſit, & alius homo: ſed qui Deus ſemper erat, homo ob noſtram ſalutem eſſe dignatus eſt. Sciendum quoque in Marcionis apoſtolo non eſſe ſcriptum, & per Deum patrem: volentis exponere Chriſtum non à Deo patre, ſed per ſemetipſum ſuſcitatum, vt eſt illud: *Soluite templum hoc, & ego in triduo ſuſcitabo illud.* Necnon & alibi, *Nemo tollit animam meam à me, ſed ego pono eam à me ipſo: Poteſtatem habeo ponendi eam, & rurſum poteſtatem habeo ſumendi eam.*

Exod. 3. c

Eſa. 6. c

Heb. 1. a

Ibid. 3. a

2. Cor. 11. b

שלח

Ioan. 2. d

Ibid. 10. c

a ¶ *Et qui mecum*, &c.] In aliis epiſtolis, Soſthenes & Siluanus, interdum & Timotheus in exordio præponuntur: in
H hac tantum, quia neceſſaria erat auctoritas plurimorum, omnium fratrum nomen aſſumitur. Qui & ipſis forſitan ex circumciſione erant, & à Galatis non contemptui ducebantur. Plurimum quippe facit ad populum corrigendum, multorum in vna re ſententia atque conſenſus. Quod autem ait: eccleſiis Galatiæ, & hoc notandum, quia hic tantum generaliter non ad vnam eccleſiam vnius vrbis, ſed ad totius prouinciæ ſcribat eccleſias, & eccleſias vocet, quas poſtea errore arguat deprauatas. Ex quo noſcendum dupliciter eccleſiā poſſe dici, & eam quæ non habeat maculam aut rugam, & vere corpus Chriſti ſit: & eam quæ in Chriſti nomine abſque plenis perfectiſque virtutib. congregetur. Quomodo ſapientes bifariam nuncupantur, tam hi qui ſunt plenæ perfectæque virtutis, quā illi qui incipiunt, & in profecto poſiti ſunt. De perfectis dicitur: mittam ad vos ſapiētes. De incipientib. *Argue ſapientem, & diliget te.* Qui enim plenæ conſummatæque virtutis eſt, correptione non indiget. Iuxta hunc ſenſum de cæteris quoque virtutibus intelligendum. quod ſcilicet fortis & prudens, pius, caſtus, iuſtus, & temperans, interdum plene, interdum abuſiue accipiantur.]

Matth. 23. d

Prou. 9. b

b ¶ *Gratia vobis*, &c.] Non vt in cæteris epiſtolis, Dei patris & domini noſtri Ieſu Chriſti gratiam ponit & pacē: per quas abſque operum merito, & peccata nobis conceſſa ſunt priſtina, & pax indulta poſt veniam: ſed prudenter iam cauſam agit aduerſum eos qui fuerant à lege præuenti, & putabant ſe poſſe ex operibus iuſtificari: vt ſcirent ſe ſaluos gratia, in eo perſeuerare debere quod cœperant.

c ¶ *Qui dedit*, &c.] Neque filius ſe dedit pro peccatis noſtris abſque volūtate patris: neque pater tradidit filiū ſine filij volūtate: ſed hæc eſt volūtas filij, volūtatē patris implere, vt ipſe loquitur in pſalmo: *Vt facerem voluntatem tuā, Deus meus volui.* Dedit ſe autē filius, vt iniuſtitiā, quæ erat in nobis, iuſtitia ipſe ſubuerteret. Tradidit ſe ſapientia, vt ſapientiam expugnaret. Sanctitas & fortitudo ſe obtulit: vt ſpurcitiam infirmitatemque deleret. Atque ita non ſolum in futuro ſæculo, iuxta promiſſam ſpem, qua credimus, ſed etiam hic de præſenti ſæculo nos liberauit: · dum commortui Chriſto tranſ-

Pſal. 39. b

A ... auguramur in nuitatem ſenſus, & non ſumus de hoc ... ando, à quo merito necamamur. Quæritur quomodo præſens ſeculum malum dictum ſit. Solent quippe heretici hinc capere occaſiones vt alium lucis & futuri ſæculi, alium tenebrarum & præſentis aſſerant conditorem. Nos autem dicimus, nõ tam ſæculũ ipſum, quod die ac nocte annis currit & menſibus, appellari malum, quam ἐπισυμβαίνει ea quę in ſæculo fiant: quo modo ſufficere

Matth. 6.d

dicitur diei malitia ſua, & dies

Gen 47.b

Iacob modici eſſe ſcribunt, & peſſimi. Nõ quo ſpacium temporis, in quo vixit Iacob, malum fuerit, ſed quo ea quæ ſuſtinuit, per varia eum exercuerint tentamenta. Denique eo tempore, quo ille pro coniugibus ſeruiebat, & multis conflictabatur anguſtiis. Eſau in re ... erat: atque ita idẽ temporis ſpacium alij bonum, alij malum fuit, nec ſcriptũ eſſet in Eccleſiaſte. *Ne dixeris quia* Eccl. b *dies mei priores erant boni ſuper iſtos*: niſi ad diſcrimen malorum. Vnde Ioannes ait: *Mundus omnis in maligno poſitus eſt.* Ioan 5.d Non quod mũdus ipſe ſit malus, ſed quod mala in mundo fiant ab hominib.: mãducemus & bibamus dicentibus, cras enim moriemur. Et ipſe Apoſtolus: *Redimentes*, inquit, *tempus, quia dies mali ſunt.* Ephes. 5.d Infamantur & ſaltus, ſed quo infamiã homicidij loca quoq; traxerint ſyluæ, ſed quo infamiã homicidij loca quoq; traxerint. Deteſtamur & gladiũ, quo humanus effuſus eſt cruor, & calicẽ in quo venenum temperatum eſt, non gladij calicíſque peccato: ſed quod odium merentur illi qui his malè vſi ſunt. Ita & ſæculum quod eſt ſpacium temporum, non per ſemetipſum aut bonũ aut malum eſt, ſed per eos qui in illo ſunt, aut bonum appellatur aut malum. Quapropter Valentini delyramenta & fabulæ

B contemnendæ ſunt: qui triginta αἰῶνας ſuos, ex eo quod in ſcripturis ſæcula legantur, affinxit: dicens eos eſſe animalia, & per quadradas & ogdoadas, decadas quoque & duodecadas tot edidiſſe numeros ſæculorum: quot Æneia fœtus ſcropha generauit. Quærendum quoque quid ſit inter ſæculum, & ſæculũ ſæculi, ſiue ſæcula ſæculorum: & vbi pro breui temporis ſpacio, vbi pro æternitate ponatur: quia in Hebræo ſæculum id eſt, עולם vbi ו literã poſitam habuerit æternitatem ſignificat: vbi vero ſine ו ſcribitur, annum quinquageſimum, quem illi Iobileum vocãt. Ob hanc cauſam & ille Hebræus, qui propter vxorem & liberos amans dominum ſuum, aure pertunſa ſeruitio ſubiugatur, ſeruire iubetur in ſæculum: hoc eſt, vſque ad annum quinquageſimum. Et Moabitæ & Ammonitæ non ingrediuntur eccleſiam domini, vſque ad quintam & decimam generationẽ, & vſque in ſæculũ. Quia omnis dura conditio, Iobilei ſoluebatur aduentu. Quidam dicunt eundem eſſe ſenſum in ſæculis ſæculorũ, quẽ in Sanctis Sanctorũ, in cœlis cœlorum, in operibus operum, in canticis canticorum, & quã habent differentiam cœli ad eos, quorum cœli ſunt, & ſancta quæ ſanctorum cõparatione ſunt ſanctiora, & opera quæ operum prælatione meliora ſunt, & cantica quæ inter cantica vniuerſa præcellunt: eandem habere & ſæculum, quæ ſæculorum collatione ſunt ſæcula. Præſens itaque ſæculum ita ediſſerũt, vt dicãt ex eo tẽpore illud eſſe numerandũ, ex quo cœlum & terra ſunt condita, & currere vſque ad conſummationem mundi, quo Chriſtus iudicaturus eſt omnia. Remeant quoque vltra, & in priora promouent gradum, de præteritis & futuris ſæculis diſputantes, bona an mala fuerint ſeu futura ſint, & in tam profundas incidũt quæſtiones, vt libros quoque & infinita volumina ſuper hac diſſertione condiderint. Quod autem prologus Pauli, amen Hebræo ſermone concluditur: Lxx. tranſtulerunt γένοιτο, id eſt, fiat: ... a πεπιστευμένως, vere ſiue fideliter. Quod etiam in euãgelio à Saluatore ſemper aſſumitur, ſua per amen verba firmare.

a ¶ *Miror quod, &c.*] Verbũ tranſlationis in Geneſi primũ legimus: vbi Enoch tranſtulit Deus, & non inueniebatur ... in regnorum poſtea libris: quando Achab à cultu Dei ad idolorum venerationem trãſtulit vxor ſua Iezabel,

ſtris, vt eriperet nos de præſenti ſeculo malo, ſecundum voluntatem Dei & patris noſtri: cui eſt gloria in ſæcula ſæculorum amẽ.[a] Miror quod ſic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Chriſti Ieſu in aliud euangelium, quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere euangelium Chriſti.[b] Sed licet nos, aut Angelus de cœlo euangelizet vobis

vt faceret iuxta omnia quæ fecit Amorræos, quem diſperdidit dominus à facie filiorum Iſrael. Sed cum ſit vtraque tranſlatio: illa Dei eſt, hæc diaboli. Qui transfertur à Deo, non inuenitur ab inimicis ſuis: nec ei poteſt inſidiator obrepere. Hoc quippe ſignificare æſtimo, & non inueniebatur. Qui vero transfertur à diabolo: in hoc transfertur quod videtur eſſe, ſed non eſt. Sapientes quoque ſæculi eos qui de dogmate transferuntur ad dogmata, tranſlatos vocant: vt Dionyſius ille, cuius fuit ante ſententia, dolorem non eſſe malum: poſtquã oppreſſus calamitatibus, & dolore cruciatus, cœpit affirmare quod dolor eſſet ſummũ omniũ malorum, ab his appellatus eſt tranſpoſitus ſiue tranſlatus, quod ſcilicet à priori decreto recedens in contrarium recidiſſet. Miratur itaque Paulus: Primum quod tranſlati ſint ab euangelij libertate in legalium operum ſeruitutem. Deinde quod tam cito tranſlati: quia non eiuſdem reatus eſt transferri ab aliquo difficulter, & cito transferri: vt in martyrio non eadem pœna plectitur, qui abſque colluctatione & tormẽtis ſtatim proſilit ad negandum, & ille qui inter eculeos, fidiculas, ignéſque diſtortus, cõpulſus eſt quod credebat negare. Recens adhuc erat euangelij prædicatio, non grande tempus in medio, quo Galatas Apoſtolus ab idolis ad Chriſtum traduxerat. Miratur itaque quo modo tam cito receſſerint ab eo, ad cuius nomẽ dudũ facti fuerant Chriſtiani. Habet autem & locus ipſe ὑπέρβατον, quod ita ſuo ordine legi poteſt. Miror quod ſic tam cito transferimini à Chriſto Ieſu, qui vos vocauit in gratiam, dicens: *Non veni vocare iuſtos ſed peccatores ad pœnitentiam.* Luc. 5.f Gratia quippe ſalui facti ſumus, & non per legem. *Tráslati autem*, inquit, *eſtis in aliud euangelium: quod non eſt aliud*: quia omne quod falſum eſt non ſubſiſtit, & quod veritati contrarium eſt, nõ eſt: vt illud: *Ne tradas domine ſceptrum his qui non ſunt.* Hest. 14.e Et ea quæ non erant vocauit Deus: vt faceret eſſe quod non erat.

D Si autem hoc de his, qui in eundem credebant Deum, & eaſdem ſcripturas habebant, dicitur, quod tranſlati ſint in aliud euangelium, quod non eſt euangelium: quid de Marcione & cæteris hæreticis, qui conditorem reſpuunt, & alterius Dei Chriſtum ſimulant, æſtimare debemus? Qui non in interpretatione legis & literæ pugna vel ſpiritus labũtur & corruũt: ſed de toto eccleſiæ iure diſcordant. Pulchre autem ait: Niſi ſunt aliqui qui vos conturbant, & volunt cõuertere euangelium Chriſti. Volunt, inquit, euangeliũ Chriſti mutare, conuertere, turbare: ſed non valent. Quia huius naturæ eſt, vt non poſſit aliud eſſe quam verum eſt. Omnis qui euangelium alio interpretatur ſpiritu & mente quam ſcriptum eſt, credentes turbat, & conuertit euangeliũ Chriſti: vt id quod in facie eſt poſt tergum faciat & ea quæ poſt tergum ſunt, vertat in faciem. Si quis tantum literam ſequitur, poſteriora ponit in faciem. Si quis Iudæorum interpretationibus acquieſcit, poſt tergum mittit ea quę ex natura ſua in faciẽ conſtituta ſunt. Nec non & illud congruè, quod tranſlationis verbum Galatũ coaptatum eſt. γαλατία enim tranſlationem in noſtra lingua ſonat.

b ¶ *Sed licet nos, aut angelus, &c.*] Poteſt & hyperbolicè dictum accipi: non quo aut Apoſtolus aut angelus aliter potuerunt prædicare quam ſemel dixerãt: ſed etiam ſi hoc poſſet fieri, vt & apoſtoli & angeli mutarentur: tamen non eſſet ab eo, quod ſemel acceptum fuerat, recedendum: maxime cum ipſe Apoſtolus in alio loco firmitatem fidei ſuæ oſtendat, dicens: *Scio quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque præſentia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque alia creatura poterit nos ſeparare à dilectione Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro.* Rom. 8.g *Veritatẽ dico non mentior, teſtimoniũ mihi perhibente conſcientia mea.* Rom. 9.a Hęc quippe dicta nõ ſunt eius qui poſſit à Chriſti fide & dilectione aliquãdo diſcedere. Qui autẽ nolũt ὑπερβολικῶς hoc dictum eſſe, ſed vere: quod ſcilicet

vobis, præter quàm quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, ſi quis vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. [a] Modo enim hominibus ſuadeo, an Deo: aut quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem Chriſti ſeruus non eſſem. [b] Notum enim vobis facio fratres euangelium, quod euangelizatum eſt a me: quia non eſt ſecundum hominem. Neque enim ego

CANON E

poſſint & apoſtoli & angeli ad peiora conuerti: illud opponunt, quod & ipſe Paulus ſcierit poſſe ſe labi, ſi ſegnius ageret, dicens: *Subiicio autem corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne aliis prædicans ipſe reprobus inueniar.* Angelos quoq; eſſe mutabiles, qui non ſeruauerint principatum ſuum, ſed relinquētes proprium domicilium, in iudicio magni diei, vinculis æternis ſub caligine reſeruantur: Dei ſolius naturā eſſe immutabilem: de quo ſcribitur: *Tu vero ipſe es.* Et ipſe de ſe: *Ego Deus veſter, & non mutor.* Cecidiſſe luciferū qui mane oriebatur, & eum qui mittebat quondā ad omnes gentes, in terra eſſe contritum. Elegāter in hoc loco vir doctiſſimus Tertullianus aduerſus Appellē & eius virginem Philumenem, quam angelus quidam diabolici ſpiritus & peruerſus impleuerat, hūc eſſe ſcribit angelum, cui multo antequam Apelles naſceretur, Spiritus ſancti vaticinio ſit anathema per apoſtolum prophetatum. Porro ἀνάθεμα verbum proprie Iudæorum eſt, & poſitum tam in Ieſu Naue, quam in Numeris: quando omnia quæ erant in Hiericho & Madianitarum, deteſtatioru & anathemari habenda Dominus imperauit. Interrogemus eos, qui Chriſtū & Apoſtolum Paolum, boni Dei & vſque ad illud tempus ignorati, vel filium aſſerunt eſſe vel ſeruum, qui maledicere neſciat, nec nouerit aliquem condemnare: quomodo nunc Apoſtolus eius verbo, Iudæorum, id eſt, creatoris vtatur & perire vel angelum vel apoſtolum velit, cum ipſe nō ſoleat vlciſci. Quod autem addidit: ſicut prædiximus, & nunc iterum dico, oſtendit ſe & in principio hoc ipſum cauentem denunciaſſe anathema eis, qui aliter prædicaturi erant, & nunc poſtquā prædicatum eſt, id anathema decernere quod ante prædixerat. Propterea autem & ſibi, quem aliud in Iudæa facere, aliud docere in gentibus criminabantur, & angelo, quem maiorem etiam præceſſoribus ſuis apoſtolis eſſe conſtabat, anathema denunciauit. Vt non magna Petri & Ioannis putaretur auctoritas: cum nec ſibi liceret qui eos ante docuerat, nec angelo aliter prædicare, quàm ſemel didicerant: Se itaque & angelum nominatim poſuit: alios vero abſque nomine. Si quis, inquit, vobis euangelizauerit, vt in generali vocabulo, nec præceſſoribus faceret iniuriam, & tamen nomina eorum latenter oſtenderet.

1. Cor. 9. d
Iude. b
Pſal. 101 d
Malac. 3. b
Eſai 14. c
Ioſ. 6. c. 7. b
Num 21 a
F

a ¶ *Modo enim, &c.*] Non putemus ab Apoſtolo nos doceri, vt exēplo ſuo hominū iudicia cōtēnamus, qui in alio loco dixerit: *Scientes ergo timorē domini, hominibus ſuademus: Deo autē manifeſti ſumus*, & illud: *Sine offēſione eſtote Iudæis & gētib. & eccleſiæ Dei: ſicut & ego omnib. per omnia placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſaluētur.* Sed ſi fieri poteſt, vt pariter Deo & hominibus placeamus, placendū eſt & hominib. Sin autē aliter non placemus hominib., niſi Deo diſpliceamus: Deo magis quam hominib. placere debemus. Alioquin & ipſe infert, cur omnibus per omnia placeat: *Non quærens*, inquiēs, *quod mihi vtile eſt: ſed quod multis, vt ſaluentur.* Qui autē ex charitate, quæ non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ aliena, placet omnibus vt ſaluentur: vtique Deo primum placet, cui ſalus hominum curæ eſt. Habet autem & verbum quod hic ſpecialiter additum eſt, modo: vel placendum eſſe pro tempore hominibus vel diſplicendum: vt qui modo non placet propter euangelii veritatem, placuerit quondam ob ſalutem plurimorum. Placuerat Paulus aliquando Iudæis, cum æmulator exiſtēs paternarum traditionum, ſine querela ante in lege verſatus eſt, & tantum habuit in maiorum ceremoniis ardoris & fidei, vt in Stephani nece particeps fuerit, & Da[illegible]m perrexerit ad eos, qui à lege deſciuerant vincien[illegible] Sed poſtquam in vas electionis de perſecutore tranſl[illegible] eſt, & cœpit prædicare fidem, quam quondam expu[illegible]erat, cœpit pariter diſplicere Iudæis, quibus ante placuerat. Hoc eſt ergo quod ait. Numquid quæro Iudæis placere, quibus diſplicendo, Deo placuit? Si enim illis placerem, adhuc Chriſti ſeruus non eſſem. Aſſererem quippe legem, & euāgelii gratiā deſtruerem. Nunc autem propterea, ne in ſimulationē quidem obſeruandæ legis adducor: quia non quæro & Deo placere pariter & Iudæis: quibus quicūque placer, Deo diſplicet. Ipſum quoque verbum, ſuadere, de humano vſu ſumptum eſt: cum quis id quod ipſe habet & ſemel imbibit, etiam cæteris conatur inſerere, & in plurimis ſcripturarum locis legitur, ex quibus illud eſt: *Suaſio non eſt ex eo qui vocauit vos.* Necnon & in Actibus apoſtolorum: Venerunt ergo ad eum Iudæi in hoſpitium multi: quibus exponebat conteſtans eis regnum Dei, ſuadenſque eis de Ieſu, ex lege Moyſi & prophetis vſque ad veſperum. Hoc autem totum ideo: quia diſſeminatum de eo fuerat, occulte illum cuſtodire legem, & Hieroſolymis cum his qui Iudaizabant, conſortium miſcuiſſe.

1. Cor. 5. b
1. Cor. 10 g
Phil. 2. c
Ioſi. eod. c
Act. 8 a
G
Ioſe. 5. b
Act. 28 f

b ¶ *Notum enim vobis facio, &c.*] Ex hoc loco Ebionis & Fotini dogma conteritur: quod Deus ſit Chriſtus, & non tantum homo. Si enim euangelium Pauli non eſt ſecundū hominem, neque ab homine accepit illud, aut didicit: ſed per reuelationem Ieſu Chriſti: non eſt vtique homo Ieſus Chriſtus, qui Paulo euangelium reuelauit. Quod ſi non eſt homo, conſequenter Deus eſt. Non quo hominem negemus aſſumptum: ſed quo tantum hominē renuamus. Quęritur, vtrum totius orbis eccleſię Dei acceperint euangeliū, an hominis? Quotus enim quiſque noſtrum per reuelationem Chriſti didicit: & non homine prædicante cognouit? Ad quod reſpondebimus: Eos qui poſſint dicere, *An experimentum eius quæritis qui in me loquitur Chriſtus.* Et *viuo autem iam non ego, viuit autem in me Chriſtus*: non tam ipſos docere quā in ipſis Deum, qui ad ſanctos loquatur: *Ego dixi dii eſtis, & filii excelſi omnes*: & ſtatim de peccatoribus: *Vos autem vt homines moriemini, & tāquam vnus de principibus cadetis.* Cum igitur Paulus loquitur & Petrus, qui non moriūtur vt homines, neque vt vnus de principib. corruūt: Deos eos eſſe manifeſtum eſt. Qui autem dii ſunt, tradunt Dei euangelium, & non hominis. Marcion & Baſilides, & cæteræ hæreticorū peſtes, non habent Dei euangeliū: quia non habent Spiritum ſanctum, ſine quo humanum fit euāgelium quod docetur. Nec putemus in verbis ſcripturarū eſſe euangelium, ſed in ſenſu. Non in ſuperficie, ſed in medulla. Non in ſermonem foliis, ſed in radice rationis. Dicitur in propheta de Deo: Sermones eius boni ſunt cum eo. Tunc ſcriptura vtilis eſt audientibus, cum abſque Chriſto non dicitur: cum abſque patre non profertur: cum ſine ſpiritu non eam inſinuat ille qui prædicat. Alioquin & diabolus, qui loquitur de ſcripturis, & omnes hæreſes, ſecundum Ezechielem, inde ſibi conſuunt ceruicalia, quæ ponam ſub cubito vniuerſæ ætatis. *Ego quoque ipſe qui loquor*: ſi Chriſtū in me habeo, non habeo euangelium hominis: ſi autem peccator ſum, dicitur mihi: *Peccatori dixit Deus: quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis in labiis tuis teſtamentum meum? Tu autem odiſti diſciplinam, & proieciſti verba mea poſt te*, & cætera quæ ſequuntur. Grande periculum eſt in eccleſia loqui, ne forte interpretatione peruerſa de euangelio Chriſti, hominis fiat euangelium: aut quod peius eſt, diaboli. Inter accipere autem & diſcere hoc intereſt: quod accipit euāgelium cui primum inſinuatur, & ad fidem eius adducitur, vt credat vera eſſe quæ ſcripta ſūt. Diſcit autē is, qui ea quæ in illo per ænigmata & parabolas figurata ſunt, explanata & diſerta cognoſcit, & cognoſcit nō homine reuelante, ſed Chriſto: qui reuelauit Paulo, aut Paulo in quo loquitur Chriſtus. Verbū quoque ipſū ἀποκαλύψεως, id eſt, reuelationis, propriè ſcripturarum eſt, & à nullo ſapientiū ſæculi apud Græcos viurpatum. Vnde mihi videntur quēadmodum in aliis verbis, quæ de Hebræo in Græcum LXX. interpretes trāſtulerunt: ita & in hoc magnopere eſſe conatos, vt proprietatem peregrini ſermonis exprimerent, noua

2. Cor. 13. a
Infr. 2. d
H
Pſal. 81. b
1 q. Marcion.
Mich. 2. b
Ezec. 13. e
Pſal. 49. d

nouis

ego ab homine accepi illud, neq; didici: ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. a Audiſtis .n. conuerſationem meam aliquando in Iudaiſmo: quoniam ſupra modum perſequebar eccleſiam Dei, & expugnabã illam, & proficiebã in Iudaiſmo, ſupra multos coętaneos meos in genere meo: abundãtius æmulator exiſtens paternarũ mearum traditionum. b Cum autem placuit ei qui me

A nouis rebus verba fingẽtes: & ſonare, cum quid tectũ & velatum, ablato deſuper operimento oſtenditur, & profertur in lucẽ. Hoc vt manifeſtius fiat, accipite exemplũ. Moyſes cum Deo reuelata & aperta facie loquebatur, id Exod. 34 b & 34 d eſt abſque velamine: ad populum autem loquens, quia vultum eius attendere non valebant, velamen ponebat in facie. Ante arcam quoq; Num. 4 a teſtamenti velum oppanſum erat: quod cum fuiſſet reductum, ea quę ante abſcondita fuerant prodebantur, & vt ipſo verbo vtar, reuelabãtur. Si itaque hi qui diſertos ſæculi legere cõſueuerunt, cœperint nobis de nouitate & vilitate ſermonis illudere: mittamus eos ad Ciceronis libros qui de quæſtionibus philoſophiæ prononantur, & videant, quãta ibi neceſſitate compulſus ſit, tanta verborum portenta proferre, quæ numquã Latini hominis auris audiuit, & hoc cum de Græco, quæ lingua vicina eſt, transferret in noſtrã: Quid patiuntur illi qui de Hebræis difficultatibus proprietates exprimere conãtur, & tamẽ multo pauciora ſunt in tantis voluminib. ſcripturarum, quæ nouitatem ſonent, quam ea quæ ille in paruo opere congeſſit. Poteſt autem, ſicut in principio diximus, cum exponeremus: Paulus Apoſtolus non ab hominibus, neque per hominem: ita & in præſenti loco obliquè in Petrum accipi, & in cæteros præceſſores eius, quod nullius pro lege auctoritate moueatur, qui Chriſtum ſolum euãgelij habeat præceptorem. Porro reuelationẽ illã ſignificat, cum Damaſcũ vadens, in itinere Chriſti vocẽ meruit audire, & cæcatis oculis, verum mundi lumẽ intuitus eſt.

a ¶ *Audiſtis enim*, &c.] Plurimum prodeſt Galatis iſta narratio, quomodo Paulus vaſtator quondam eccleſiæ & Iudaiſmi acerrimus defenſator, ad Chriſti fidem repẽte cõuerſus ſit. Et hoc eo tempore, quo crucifixus primũ B annunciabatur in mundo: quo nouum dogma & à gentibus & à Iudæis totius orbis finibus pellebatur. Dicere enim poterant: Si ille, qui à parua ætate Phariſæorũ inſtitutus eſt diſciplinis: qui omnes coætaneos ſuos in Iudaica traditione ſuperabat, nunc defendit eccleſiam, quã quondam validiſſime perſequebatur, & magis Chriſti gratiam & nouitatem vult habere cum inuidia omnium, quam vetuſtatẽ legis cum laude multorum: quid nos facere oportet, qui ex gentilitate eſſe cœpimus Chriſtiani? Pulchre vero adiunxit: *ſupra modũ perſequebar eccleſiam Dei*: vt hinc quoque admiratio naſceretur, quod non vniuſquiſque de his qui leuiter perſequebantur eccleſiam: ſed ille, qui cæteros in perſecutione vincebat, conuerſus ad fidem ſit. Et prudenter, dum aliud narrat, interſerit nõ tam Dei ſe ſeruiſſe legi quàm paternis, id eſt, phariſæorũ traditionibus: qui docent doctrinas & mandata hominum, & reiiciunt legem Dei, vt ſtatuant traditiones ſuas. Quam pulchra autem obſeruatio punduſque verborũ. *Audiſtis*, inquit, *conuerſationem meam aliquando in Iudaiſmo*: conuerſationem, non gratiam: aliquando, non modo: in Iudaiſmo, non in lege Dei: *Quoniam ſupra modum perſequebar eccleſiam Dei, & deuaſtabam illã*. Nõ perſequebatur vt cæteri, ſed ſupra modum. Nec ſufficiebat quamuis vehemens perſecutio: ſed quaſi quidã graſſator, eccleſiam & prædo vaſtabat. Nec ait, eccleſiã Chriſti, vt tunc putabat, quem ducebat contemptui, quẽ perſequebatur, ſed vt nunc credit, eccleſiam Dei: vel ipſum Chriſtum Deum eſſe ſignificans: vel eiuſdem Dei eſſe eccleſiam, qui quondam legis dator fuit. *Et proficiebam*, inquit, *in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo: abũdantius æmulator exiſtens paternarũ mearũ traditionũ*. Rurſũ profectũ non legis Dei, ſed Iudaiſmi vocat. Nec ſuper oẽs, ſed ſuper plurimos: nec ſuper ſenes, ſed ſuper coætaneos: vt & ſtudium ſuum referret in lege, & iactãtiã declinaret. Paternas autem traditiones, nõ domini mandata cõmemorans, & ſe phariſæũ ex phariſæis indicauit, & habuiſſe quidẽ zelum Dei, ſed non ſecundum

ſcientiam. Vſque hodie autem qui Iudaico ſenſu ſcripturas intelligunt, perſequũtur eccleſiam Chriſti, & populantur illam: non ſtudio legis Dei, ſed traditionibus hominum deprauati. D

b ¶ *Cum autem*, &c.] Non ſolum in hoc loco, ſed ad Romanos Paulus ſegregatũ in euangelium Dei eſſe ſe ſcribit: Et Hieremias, an- Rom. 1 a tequam formaretur in vtero, & conciperetur in vul- Hier. 1 b ua matris ſuæ, notus Deo ſanctificatuſque perhibetur: Et ex iuſti, ſiue vt quidam putant, ex Saluatoris perſona dicitur: *In te proiectus ſum ex vulua: ex v-* Pſal. 21 b *tero matris meæ Deus meus es tu*. E cõtra de peccatorib. Pſal. 50 a Dauid canit: *Ecce enim in iniquitatib. conceptus ſum, & in delictis cõcepit me mater mea*. Et in alio loco: *Abalienati* Pſal. 57 a *ſunt peccatores à vulua*. Et in vtramque partem, antequã Mal. 1 a paruuli naſcerẽtur, Deus Iacob dilexit: Eſau autem odio habuit. Inueniunt locum hæretici, qui diuerſas naturas eſſe prætendunt, ſpiritualem videlicet & animalem, & χοϊκήν: & aliã ſaluari aliam perire, aliã inter vtramque cõſiſtere: quod nũquã aut iuſtus eligeretur, antequã aliquid boni faceret: aut peccator odiretur ante delictũ, niſi eſſet pereuntium & ſaluandorũ natura diuerſa. Ad quod poteſt ſimpliciter reſpõderi, hoc ex Dei præſcientia euenire: vt quẽ ſcit iuſtum futurum, prius diligat quam oriatur ex vtero: & quẽ peccatorẽ, oderit antequam peccet: Non quo & in amore & in odio iniquitas Dei ſit: ſed quo non aliter eos habere debeat, quos ſcit vel peccatores futuros eſſe vel iuſtos: Nos vt homines tantum de præſentibus iudicare: illum cui futura iam facta ſunt, de fine rerum non de exordiis ferre ſententiam. Et hęc quidẽ ſimplicius dicta ſunt, & abſque altiori diſſertione poſsũt vtcũque placere lectori. Cæterùm, qui iniuſtum Deũ mi- D tuntur aſſerere: poſt illud, quod dudum poſuimus, *Abalienati ſunt peccatores à vulua*: inferunt etiam cætera quæ ſequuntur: *Errauerunt ab vtero: locuti ſunt falſa*. Et dicũt, quomodo ſtatim ab vtero errauerunt peccatores & falſa locuti ſunt, qui nec ſermonem potuerũt habere nec ſenſum: Aut quæ eſt iſta iuſtitia præſciẽtiæ Dei, aliũ amare & cuſtodire priuſquã naſcatur: aliũ deteſtari? Et cauſas huius rei ad priorẽ vitã referũt, quod vnuſquiſque pro merito ſuo à primo ſtatim ortu bonis aut malis angelis aſſignetur. Totũque illũ locũ de Iacob & Eſau, cuius nunc fecimus mentionem, ita ad Romanos ſcriptũ ventilãt, vt Rom. 9 a non abſque ſudore & Chryſippi eis poſſit helleboro reſpõderi. Nõ eſt autẽ ipſũ, reuelaret filiũ ſuũ in me, quod ſi diceret, reuelaret filiũ ſuum mihi. Cui enim quid reuelatur, huic illud poteſt reuelari, quod ante in eo non erat. In quo vero reuelatur: illud reuelatur quod prius fuit in eo, & poſtea reuelatũ eſt. Simile eſt illud in euãgelio: Medius in vobis ſtat, quẽ vos neſcitis. Et alibi: *Erat lux vera quæ illuminat omnẽ hominẽ veniẽtem in mũdũ*. Ex quo per- Ioan. 1 a ſpicuũ fit natura omnib. Dei ineſſe notitiã, nec quemquã ſine Chriſto naſci, & nõ habere ſemina in ſe ſapiẽtiæ & iuſtitiæ, reliquarũque virtutũ. Vnde multi abſque fide & euangelio Chriſti, vel ſapiẽter faciũt aliqua vel ſanctè: vt parẽtib. obſequãtur, vt inopi manũ porrigãt, non opprimãt vicinos non aliena diripiãt: magiſque iudicio Dei obnoxij fiant, quod habentes in ſe principia virtutũ & Dei ſemina, non credũt in eo, ſine quo eſſe non poſſunt. Poteſt & aliter accipi in Paulo Dei filius reuelatus, quod prædicante illo agnitus ſit gẽtibus, quẽ antea neſciebat.

a ¶ *Cõtinuo non acquieui carni & ſãguini*.] Siue vt in Græco melius habet: Non cõtuli cum carne & ſanguine. Scio pleroſque de apoſtolis hoc dictũ arbitrari, Nam & Porphyrius obiicit, quod poſt reuelationem Chriſti, non fuerit dignatus ire ad homines, & cum eis conferre ſermonẽ: ne poſt doctrinã videlicet Dei à carne & ſanguine inſtrueretur. Sed abſit vt ego Petrũ, Ioãnem & Iacobum, 1. Cor. 15 f carnẽ & ſanguinem putem: quæ regnum Dei poſſidere

me ſegregauit de vtero matris meæ: & vocauit per gratiam ſuã, vt reuelaret filium ſuum in me, vt euangelizem illum in gentibus. [a] Continuo nõ acquieui carni & ſanguini. [b] Neque veni Hieroſolymã ad anteceſſores meos apoſtolos. [c] Sed abii in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcum. Deinde [d] poſt annos tres, veni Hieroſolymam videre Petrum. [e] Et manſi apud eum diebus quindecim. [f] Alium autem apoſtolorũ vidi neminem

CANON E non poſſunt. Si ſpirituales Apoſtoli, caro & ſanguis ſunt, quid de χοϊκοῖς arbitramur? Nõ cõtulit planè Paulus poſt reuelationem Chriſti cum carne & ſanguine: quia noluit margaritas proiicere ante porcos: nec dare ſanctũ canibus. Vide quid de peccatorib. ſcriptũ ſit: *Non permanebit* (Gen. 6. Sec. 70.) *ſpiritus meus in hominibus iſtis, quia carnes ſunt.* Cum talib. qui caro & ſanguis erant, quæ Petro quoque non reuelauerũt filiũ Dei, (Matth. 16. b) non contulit Apoſtolus Euangelium, quod ei fuerat reuelatũ: ſed paulatim eos de carne & ſanguine vertit in ſpiritũ, & tunc demũ eis occulta Euãgelij ſacramenta commiſit. Dicat quiſpiam: Si ſtatim non contulit cum carne & ſanguine Euangelium: tamen ſubintelligitur quod poſtmodum cum ſanguine & carne cõtulerit, & ſenſus hic, quo Apoſtoli excuſantur, ne caro & ſanguis ſint ſtare non poterit: dum nihilominus qui in principio cum carne & ſanguine non contulit, poſtmodũ, vt dicat, cum ſanguine & carne cõtulerit. Quæ propoſitio nos coarctat vt ſic diſtinguamus, ne ſtatim ſiue continuo, cum carne iungamus & ſanguine: ſed cum ſuperioribus hærere faciamus, & legatur: Cum autem placuit ei qui me ſegregauit de vtero matris meæ. Ac deinde: vt reuelaret filiũ ſuũ in me: Et ad extremũ: *Et euangelizarem illũ in gentib.* cõtinuo, vt à proprio incipiat exordio: *Non contuli cum carne & ſanguine*, magiſque arbitrandũ eſt ſic ſtare ſenſum: quia qui ſtatim miſſus ſit poſt reuelationem Chriſti, Euangeliũ gentib. annunciare non ſteterit: nec moris quibuſdam tempus produxerit eundo ad Apoſtolos, & reuelationem domini cum hominibus conferẽdo: ſed abierit in Arabiam, & rurſus reuerſus Damaſcũ, poſt tres annos Euangelium prædicauerit: & tunc demũ Hieroſolymã veniens, Petrũ, Ioannem, & Iacobum viderit.

b ¶ *Neque veni, &c.*] Si de Apoſtolis dixerat, non contuli cũ carne & ſanguine; quid neceſſe fuerat idipſũ iterare dicentẽ: Neq; veni Hieroſolymã ad anteceſſores meos a-

F poſtolos? Is itaq; ſenſus tenẽdus, quẽ ſupra expoſuimus.

c ¶ *Sed abij in Arabiam, &c.*] Non ſibi videtur hiſtoriæ

(Act. 9. A) ordo concinere, referente Luca in Actibus apoſtolorum: quod cum Paulus poſt fidem Chriſti per dies multos euangelium Damaſci loqueretur audenter: factæ fuerint ei inſidiæ, & in ſporta per murum nocte dimiſſus ſit, & venerit Hieroſolymam tentans ſe iungere diſcipulis. A quibus cum vitaretur & timerent ad eum accedere, à Barnaba ad apoſtolos illum eſſe perductum, & ibi narraſſe quo modo dominum viderit in itinere, & Damaſci fiducialiter egerit in nomine domini Ieſu. *Erat*, inquit, *cum illis, intrans & exiens in Hieruſalem, fiducialiter agẽs in nomine domini. Loquebatur quoque & diſputabat cũ Græcis: illi autẽ quærebãt occidere eũ. Quod cũ cognouiſſent fratres deduxerũt eũ Cæſareã, & dimiſerũt Tharſum.* Hic autẽ dicit ſe primũ eſſe in Arabiã, & iterũ reuerſum Damaſcũ: poſt trienniũ veniſſe Hieroſolymã, & vidiſſe Petrũ, & cum eo manſiſſe diebus quindecim, nec præter Iacobum fratrem domini alterum conueniſſe. Quæ vt vera credãtur (dubia quippe videri abſentibus poterant) ſub teſtatione confirmat dicens: Quæ autẽ dico vobis: ecce coram Deo, quia nõ mẽtior. Poſſumus igitur æſtimare eſſe quidẽ Paulũ ſecundũ Lucæ hiſtoriã Hieroſolymã, non quaſi ad anteceſſores apoſtolos, vt aliquid ab illis diſceret: ſed vt perſecutionis impetũ declinaret: qui ſibi Damaſci propter euangeliũ Chriſti fuerat cõcitatus. & ſic veniſſe Hieroſolymam, quaſi ad quãcumque aliam ciuitatem. Inde eum ſtatim propter inſidias receſſiſſe, & veniſſe Arabiam ſiue Damaſcum: atque inde poſt triennium ad videndum Petrum Hieroſolymã reuertiſſe. Vel certe ita. Statim vt baptizatus ſit, & accepto cibo cõfortatus, fuiſſe eum cum diſcipulis qui erãt Damaſci per dies aliquot, & ſtupentib. cunctis in ſynagogis Iudæorũ, prædicaſſe cõtinuo quod Ieſus eſſet filius Dei, & tunc iſſe in Arabiam, & de Arabia Damaſcum reuertiſſe, & ibi feciſſe triennium: quos dies multos ſcriptura teſtatur, dicens: *Cum implerentur autem dies multi, conſiliũ fecerũt Iudæi, vt eum interficerent.* Notæ (Act. 9.) autẽ factæ ſunt Saulo inſidiæ eorũ, & cuſtodiebãt portas die ac nocte, vt eum interficerẽt. Accipiẽtes ergo diſcipuli eius nocte, per murum dimiſerunt eum, ſubmittentes in ſporta. Cum autẽ veniſſet Hieruſalem tẽtabat iungere ſe diſcipulis. Lucam vero idcirco de Arabia prætermiſſe, quia forſitã nihil dignum apoſtulatu in Arabia perpetrarat, & ea potius compendioſa narratione dixiſſe, quæ digna Chriſti euangelio videbantur. Nec hoc ſegnitiæ apoſtoli deputandum, ſi fruſtra in Arabia fuerit: ſed quo aliqua diſpẽſatio & Dei præceptũ fuerit vt taceret. Nam & poſtea legimus Paulũ cum Sila egreſſum, prohibitum eſſe à Spiritu ſancto verbum (Act. 16. a) in Aſia loqui. Aliter: *Sed abij in Arabiam, & iterũ reuerſus ſum Damaſcum.* Quid mihi prodeſt iſta relatio, ſi legam quod Paulus poſt reuelationem Chriſti ſtatim ierit in Arabiã, & de Arabia ſtatim Damaſcum fuerit reuerſus: nec ſciã quid ibi geſſerit, quidve vtilitatis habuerit itus ac reditus? Dat mihi occaſionem altioris intelligentiæ, in hac eadem epiſtola ipſe apoſtolus cum de Abraham, Agar, & Sara diſputans: Quæ quidem ſunt inquit, per Allegoriã dicta. Hæc enim ſunt duo teſtamenta: vnum quidẽ à mõte Sina in ſeruitutem generans, quæ eſt Agar. Sina enim mons eſt in Arabia, qui iunctus eſt ei, quæ nunc eſt Hieruſalem. Et docet vetus teſtamentum, hoc eſt, ancillæ filium, in Arabia (quæ interpretatur humilis & occidua) conſtitutum. Statim itaque vt credidit Paulus, ad legem, ad prophetas, ad veteris teſtamenti iam in occiduo poſiti ſacramenta conuerſus, quæſiuit in eis Chriſtum, quẽ iuſſus fuerat in gentibus prædicare, & reperto illo, non eſt ibi diutius commoratus, ſed reuerſus eſt Damaſcũ: hoc eſt, ad ſanguinem & ad paſſionem Chriſti, & inde prophetica lectione firmatus pergit Hieroſolymam, locum H viſionis & pacis: non tam diſciturus aliquid ab apoſtolis, quam cum eis euangelium quod docuerat collaturus.

d ¶ *Deinde poſt annos tres, &c.*] Non vt oculos, genas, vultumque eius aſpiceret, vtrum macilẽtus, an pinguis: adunco naſo eſſet, an recto: & vtrum frontem veſtiret coma: an (vt Clemens in Periodis eius refert) caluitiẽ haberet in capite. Nec puto apoſtolicæ fuiſſe grauitatis, vt poſt tantam triennij præparationem, aliquid humanum in Petro voluerit aſpicere. (recognitur.) Sed his oculis aſpexit eum, quibus & modo in epiſtolis ſuis videtur. His oculis Paulus vidit Cephan, quibus nunc à prudentibus quibuſque Paulus ipſe conſpicitur. Quod ſi cui non videtur, cum ſuperiori ſẽſu iunget hæc omnia: quod nihil ſibi apoſtoli contulerint. Nam & quod iuſſus ſit ire Hieroſolymam, ad hoc iſſe, vt videret Apoſtolum non diſcẽdi ſtudio, qui & ipſe eundem prædicationis haberet auctorem, ſed honoris priori apoſtolo deferendi.

e ¶ *Et manſi, &c.*] Non grandi indiguit magiſterio, qui tanto ſe ad videndum Petrum tempore præparauit. Et hæc et quibuſdã ſuperfluum videatur, numeros quoque qui in ſcripturis ſanctis ſunt obſeruare: tamen non ab re arbitror quindecim dies, quibus apud Petrum Paulus habitauit, plenam ſignificare ſcientiam, conſummatamque doctrinam. Siquidem quindecim ſunt carmina in pſalterio, & quindecim gradus per quos ad canendum Deo, & in atriis eius conſiſtendũ iuſtus aſcendit. Ezechias quoque quindecim annorum ſpacio ſibi ad vitã dato, ſignũ accipere meretur in gradibus: & Solẽnitates Dei à quin- (Eſai. 38. b) todecimo die incipiunt. Necnon (quia duplicem intelligentiam ſequimur) propterea quindecim ponit dies: vt oſtendat non fuiſſe grande tempus, quo potuerit aliquid (Exod. 12. a) à Petro diſcere: vt ad illum ſenſum, à quo cœpit, cuncta referantur, ſe non ab homine doctum eſſe, ſed à Deo.

f ¶ *Alium autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum*

minem, niſi Iacobum fratrem Domini. Quæ autem ſcribo vobis: ecce coram Deo, quia non mentior. [b]Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. [c]Eram autem ignotus facie eccleſiis Iudææ, quæ erant in Chriſto Ieſu. Tantum autem auditum habebant: quoniam qui perſequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam quondam expugnabat: & in me glorificabant Deum.

CAPVT II.

DEinde [d] poſt annos quatuordecim rurſum aſcendi Hieruſolymam cum Barnaba, aſſumpto & Tito. Aſcendi autem ſecundum reuelationem, & contuli cum eis Euangelium quod prædico in gentibus, ſeorſum autem his qui videbantur, ne forte in vacuum currerem, aut cucurriſſem.

A

b [illegible] fratrem Domini. [illegible] Memini me [illegible] Romæ eſſe, impulſu fratrum librum de ſanctæ Mariæ virginitate edidiſſe perpetua. In quo mihi neceſſe fuit de his qui fratres Domini dicti ſunt, diutius diſputare. Vnde qui [illegible] quæ ſcripſimus, his contenti eſſe debemus. Nunc hoc ſufficiat, vt propter egregios mores, & incomparabilem fidem, ſapientiamque [illegible] modicā, frater dictus ſit Domini: & quod primus ecclesiæ præfuerit, quæ prima in Chriſtum credens ex Iudæis fuerat congregata. Dicūtur quidem & cæteri apoſtoli fratres Domini, ſicut in Euangelio: *Vade, dic fratribus meis. Vado ad patrem meum, & ad patrem veſtrum, ad Deū meum, & ad Deum veſtrum.* Et in Pſalmo: *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio eccleſiæ cantabo te.* Sed præcipue hic frater dicitur, cui filios matris ſuæ ad patrem vadens Dominus commendauerat. Et quomodo Iob & ceteri patriarchæ dicti ſunt quidem famuli Dei: ſed quaſi egregium quiddam Moyſes habuit, vt ſcriberetur de eo: *Sed non ſicut Moyſes famulus meus*: ſic & beatus Iacobus ſpecialiter frater Domini (vt [illegible] diximus) appellatus eſt. Quod autem exceptis duodecim, quidam vocentur Apoſtoli, illud in cauſa eſt: omnes qui [illegible] viderant, & cum poſtea prædicabant, fuiſſe Apoſtolos appellatos, vt ad Corinthios ſcribitur: *[illegible] viſus eſt poſt hæc [illegible] vndecim: deinde viſus eſt plus quam quingentis fratribus ſimul, ex quibus multi manent vſque adhuc: quidam autem dormierunt: deinde viſus eſt Iacobo, deinde Apoſtolis omnibus.* Paulatim vero tempore procedente, & alij ab his quos [illegible] elegerat ordinati ſint Apoſtoli: ſicut ille ad Philippenſes ſermo declarat, dicens: *Neceſſarium autem [illegible] Epaphroditum fratrem cooperatorem & commilitonem meum, veſtrum autem Apoſtolum miniſtrum [illegible] mittere ad vos.* Et ad Corinthios de talibus [illegible]: *Siue Apoſtoli eccleſiarum in gloria Dei*: Silas quoque [illegible] Iudas ab Apoſtolis, Apoſtoli nuncupantur. Vnde vehementer errat etiam, qui arbitratur eſt Iacobum hunc de Euangelio eſſe Apoſtolum fratrem Ioannis: quem conſtat poſt Stephanum iuxta fidem Actuum Apoſtolorum ſanguinem fudiſſe pro Chriſto. Hic autem Iacobus Epiſcopus Hieroſolymorum primus fuit, cognomento Iuſtus: vir tantæ ſanctitatis & rumoris in populo, vt fimbriam veſtimenti eius certatim cuperent attingere. Qui & ipſe poſtea de templo à Iudæis præcipitatus, ſucceſſorem habuit Simeonem, quem & ipſum tradunt pro Domino crucifixum. Negat ſe itaque præter hos quemquam Apoſtolorū conueniſſe, ne occulta contradictio naſceretur: enī ſi a Petro non es doctus, alios habuiſti Apoſtolos præceptores. Non vidit autem eos: non quo contemptui duceret, ſed quod illi ad Euangelium prædicandum toto fuerant orbe diſperſi.

Ioan. 20. d

Pſal. 21. c

Num. 12. a

1. Cor. 15. a

B

Philip. 2. d

2. Cor. 8. d

Act. 12. a

a ¶ *Quæ autem ſcribo vobis*: &c.] Siue ſimpliciter accipiendum vt ſit: quæ ſcribo vobis, vera ſunt, & Deo teſte confirmo, quia nulla arte verborum, nullo ſunt fucata mendacio. Siue [illegible], quæ ſcribo vobis, coram Deo ſunt: id eſt, Dei digna conſpectu. Quæ autem Dei digna conſpectu? Quia ſcilicet non mentior. Et quo modo *oculi Domini ſuper iuſtos*: auertit autem faciem ſuam à conſpectu impiorum: ita nunc ea quæ [illegible] buntur, coram Domino ſunt, me non mentiente qui ſcribo: quæ non eſſent coram Domino, ſi mentirer. Hoc autem non [illegible] lum de his quæ nunc ſcribit ad Galatas poteſt accipi, ſed & generaliter de omnibus epiſtolis: quia non ſunt falſa quæ ſcribat, & cor eius verbaque non diſcrepent.

b ¶ *Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ.*] Poſt Hieroſolymæ viſionem venit ad Syriam, quæ nobiſcum dicitur

S. Hieron. Tom. 6

excelſa atque ſublimis. Et inde tranſit ad Ciliciam, quam in fide Chriſti cupiebat aſſumere, euangelizans ei vocationem pœnitētiæ, Cilicia quippe interpretatur aſſumptio, ſiue vocatio lamentabilis.

C

c ¶ *Eram autem ignotus facie eccleſiis Iudeæ.*] Eccleſiæ quæ erant in Iudæa, Paulū tantum rumore cognouerant: ex quibus plerique eum magis perſecutorem, quam Apoſtolum viderant. Syria vero & partes Ciliciæ, Arabia & Damaſcus, ex vultu quoque eum forſitan nouerant: quia doctor gentium euangelium Chriſti non Iudæis, ſed gentium prædicabat. Totū autem quod ait, illud eſt: vt doceat ſe nunquā de perſecutore apud eos ipſos, quos prius perſecutus fuerat, potuiſſe exiſtere glorioſum: niſi prædicatio eius, eorum quoque qui ante eum male nouerant, eſſe iudicio comprobata. Et ad propoſitum occulte redit: tam breue tempus ſe in Iudæa feciſſe cōfirmans, vt etiam vultu credentibus eſſet ignotus. Ex quo oſtendit, non Petrum, non Iacobum, non Ioannem ſe habuiſſe doctores, ſed Chriſtum, qui ſibi Euangelium reuelaſſet. Simul autem notandum, quod ſupra dicatur eccleſiam expugnaſſe, hic fidem: ibi homines, hic rem, vt nunc opportunius inſeretur: Euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat. De eccleſia enim ſimiliter ſonare non poteſant.

CAPVT II.

D

DEinde [e] *poſt annos quatuordecim, &c. & contuli cum eis euangelium quod prædico in gentibus, &c.*] Id quod ſupra Latinus interpres, acquieui dixerat in eo loco vbi ſcriptum eſt: Continuo non acquieui carni & ſanguini: in præſenti loco, contuli, magis quam acquieui, interpretatus eſt. Et vt verius dicam, ſermo Græcus *ἀνεθέμην*, aliud quiddam quam apud nos intelligitur: cum ſcilicet ea quæ nouimus, conferimus cum amico, & quaſi in ſinum eius & conſcientiam reponimus: vt pari conſilio vel probanda ſint, vel improbanda quæ nouimus. Aſcendit igitur poſt quatuordecim annos Hieroſolymam: & qui prius tantum ad videndum perrexerat Petrum, & diebus quindecim manſerat apud eum: nunc ſe dicit ideo perrexiſſe, vt conferret cum Apoſtolis Euangelium, aſſumpto Barnaba circunciſo, & Tito ex gentibus habente præputium: vt ſub ore duorum & trium teſtium, ſtaret omne verbum. Aliud eſt autem conferre, aliud diſcere. Inter conferentes æqualitas eſt, inter docentem & diſcentem, minor eſt ille qui diſcit. In principio fidei in tranſitu Apoſtolos videt. Poſt annos (vt ipſe ait) decem & ſeptem, plene cum eis loquitur, & ſe humiliat, & ne forte in vacuum aut curreret, aut cucurriſſet, inquit: duplicem ob cauſam, quo & humilitas oſtenderetur Pauli, qui doctor in toto orbe iam gentium, ad præceſſores Apoſtolos cucurriſſet, & Galatæ diſcerent non reprobaſſe Euangelium eius, eos quoque qui in Iudæa eccleſiis præſidebant. Simul autem & illud docet, quod pro Chriſti fide & Euangelij libertate, ad eos ipſos qui de eo plura cognouerant, quod legem infringeret, Moyſen deſtrueret, circunciſionem penitus auferret, auſus ſit ducere Titum hominem incircunciſum. Et inter tantam multitudinem Iudæorum & inimicos ſuos (qui quaſi ob zelum legis ſanguinem eius haurire cupiebant) nec ipſe, nec Titus aliquo ſint terrore ſuperati neceſſitati cedere. Quæ poterit habere veniam, vel pro loco, vel pro auctoritate maiorum, vel pro numero eccleſiarum, quæ de Iudæis in Chriſto credebant: vel pro tempore, ne tantam ſimul inuidiam ſuſtinerent. Quidam poſt quatuordecim annos eum Hieroſolymam aſcendiſſe tunc dicunt, quando in Actibus

I

rerem, aut cucurriſſem. Sed[a] neq; Titus, qui mecum erat, cum eſſet ex gentibus, compulſus eſt circuncidi. Propter ſubintroductos autem falſos fratres, qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtrã, quam habemus in Chriſto Ieſu, vt nos in ſeruitutem redigerent, quibus neque ad horam ceſſimus ſubiectioni, vt veritas euangelij permaneat apud vos. Ab his[b] autem qui videbantur eſſe aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea intereſt: Deus perſonam hominis non accipit. Mihi[c] enim qui videbantur, nihil contulerunt. Sed[d] contra cum vidiſſent quod creditum eſt mihi euangelium præputij, ſicut Petro circunciſionis. Qui

E
Act.15.
Apoſtolorum de quæſtionibus obſeruandæ, vel prætermittendæ legis inter credentes Antiochiæ orta diſſenſio eſt, & placuit ire Hieroſolymam, & ſententiam maiorum præſtolari, quando ipſe quoque Paulus & Barnabas miſſi ſunt, & hoc eſſe quod in codicibus legatur Latinis, quibus ad horam ceſſimus ſubiectioni, vt veritas Euangelij perſeueraret apud vos. Quod ſcilicet propterea Paolus & Barnabas de re manifeſta, quaſi dubia ſe mitti paſſi ſunt Hieroſolymam, vt maiorum quoq; iudicio Euangelij gratia confirmata, credentibus probaretur, & nulli reſideret vltra dubitatio circũciſionis omiſſæ, cum Apoſtolorum eſſet literis imperatum, iugum legis ab his qui in Chriſtũ crediderant ex gentibus, auferẽdum. Poteſt autem hoc quod ait: *Contuli cum eis Euangeliũ, quod prædico in gentibus, ſeorſum autem his qui videbantur, ne forte in vacuum currerem vel cucurriſſem*, & ſic intelligi: vt abſcondite cum Apoſtolis gratiam euangelicæ libertatis, & legis abolitæ vetuſtatem contulerit propter multitudinem credentium Iudæorum, qui necdum poterant Chriſtum ad impletionem & finem legis audire, qui & abſente Paulo Hieroſolymæ iactitauerant, fruſtra eum currere aut cucurriſſe, qui putaret legem veterem non ſequendam. Non quo Paulus timuerit, ne per decem & ſeptem annos falſum in gentibus Euangelium prædicaſſet, ſed vt oſtenderet præceſſoribus ſuis, non ſe in vacuum currere aut cucurriſſe, ſicut putauerant ignorantes.

a ¶ *Sed neque Titus qui*, &c.] Si Titus cum eſſet ex gẽtibus, nollo potuit terrore compelli, vt circuncideretur Hieroſolymis, in Iudæorum Metropoli ciuitate, in qua tanta Paulus blaſphemiæ in Moyſen flagrabat inuidia, vt poſtea penè à Iudæis interfectus ſit, quando à tribuno liberatur, & Romam vinctus, ad Cæſarem mittitur, quomodo quidam putant legendum eſſe, quibus ad horam ceſſimus ſubiectioni, vt veritas Euangelij permaneat apud vos? & intelligendum quod Titus ipſe, qui compelli ante non potuit ad circunciſionem, rurſum circunciſus ſit, atque ſubiectus? Aut quæ eſt iſta veritas Euangelij, hypocriſi cedere Iudæorum & ea quæ prius ſcybala æſtimaueris, & quaſi damna contempſeris, obſeruare, & eſſe aliquid æſtimare, cum nihil ſint? Sed & ipſius epiſtolæ ſenſui, valde repugnat, Galatas ad circunciſionem reuocare. Hoc toto ſermonis ſui textu agit, vt doceat ſe Hebræum ex Hebræis, omnia quondam legis opera ſeruantem, circunciſum octaua die ſecundum legem pharifæorum: nihilominus tamen ob Chriſti gratiam vniuerſa contemnere. Nam cum iſſet Hieroſolymam, & falſi fratres qoi ex circunciſione crediderant, eum vellent impellere, vt circunciderer Titum, nec Titom, nec ſe ceſſiſſe violentiæ, qoo minus cuſtodirent Euangelij veritatem. Quod ſi dicit ſe neceſſitate ſoperatum vt circunciderer Titom, quomodo Galatas reuocat à circunciſione, à qua nec Titum, qui ſecum fuerat ex gẽtibus, Hieroſolymis potuit excuſare? Itaque aut iuxta Græcos codices eſt legendum: qoibus neque ad horam ceſſimus ſubiectioni, vt conſequenter poſſit intelligi: vt veritas Euangelij permaneat apud vos. Aut ſi Latini exemplaris alicui fides placet, ſecundum ſuperiorem ſenſom accipere debemus: vt ad horam ceſſio non circuncidendi Titi, ſed eundi Hieroſolymam fuerit. Quo ſcilicet idcirco ſobiectioni ceſſerint Paulus & Baroabas eundi Hieroſolymam, ſeditione ob legem Antiochiæ concitata: vt per epiſtolam Apoſtolorum, ſua ſententia firmaretur, & maneret apud Galatas Euangelij veritas, quæ non eſſet in litera, ſed in ſpiritu: non in carnali ſenſu, ſed in intelligentia ſpirituali: nec in manifeſto Iudaiſmo, ſed in occulto. Sciendum vero quod, autem, coniunctio quæ in præſenti loco ponitur: *Propter ſubintroductos autem falſos fratres, ſuperflua ſit*, & ſi legatur, nõ habet quod ei reſpondeat, illamque concludat, ſed eſſe ordinem lectionis & ſenſus: *Sed neque Titus qui mecum erat, cum eſſet ex gentibus, compulſus eſt circuncidi*. Statimque ſubiungat quæ cauſa fuerit, vt ad circunciſionem impelleretur inuitus: *Propter ſubintroductos*, loquit, *falſos fratres, qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram, quam habemus in Chriſto Ieſu, vt nos in ſeruitutem redigerẽt*. Qui cum minis terrerent, & multitudine vellét nos à libertate Chriſti in legis traducere ſeruitutem, ne ad tempus quidem eis ceſſimus, vt circunciderenus Titum: maxime cum & aliqua ob eccleſiaſticam pacem potuerit nos neceſſitas excuſare, & hoc totum fecimus, vt vobis nulla fieret occaſio ab Euangelij gratia recedendi. Si igitur nos Hieroſolymis inter tantos Iudæos imminentibus hinc inde falſis fratribus, & his qui maiores erant aliqoa ex parte cohibentibus, nulla potuimus vi ac ratione compelli, vt obſeruaremus circunciſionem, quam ſciebamus eſſe finitam: vos ex geotibus, vos in Galatia, vos quibus vis nulla inferri poteſt, vltro à gratia recedentes, ad legis iam abolitæ tranſcendiſtis vetuſtatem.

G
F
Act.21. & 25.
Act.15.

b ¶ *Ab his autem qui*, &c.] Licet, inquit, Petrum & Ioannẽ Dominus ſecum apoſtolos habuerit, & transfiguratum eum in mõte viderint, & ſuper iſtos eccleſiæ ſit poſitum fundamentum, mihi tamen nihil refert: quia non aduerſum eos loquor, qui eo tempore Dominum ſequebantur: ſed aduerſum eos loquor qui nunc legem præponunt gratiæ: nec detraho præceſſoribus, nec in aliqua parte accuſo maiores, ſed hoc dico, qoia Deus perſonam hominis non accipit. Non enim accepit Moyſi, non accepit Dauid, non accepit aliorum, nec eorum ergo accipiet, qui cedere quibuſdam vidẽtur ad tempus, tametſi ipſi mecum ſentiant: Petro qooqoe dicente: *In veritate cognoſco quia non eſt acceptor perſonarum Deus: ſed in omni loco, qui timet eum, & operatur iuſtitiam acceptabilis ei eſt*. Quo itaque argumento ipſe ſanctus Apoſtolus Petrus aduerſum eos qui in Cornelio ex gentibus baptizato, nec circunciſo ſcandalum ſuſtinebant, vtitur, & placat eos, ſe non potuiſſe negare aquam his qoi Spiritum ſanctum acceperant, eodem nunc ſanctus Apoſtolus Paulus aduerſum ipſum Petrum diſputat, quod perſonarum non ſit acceptor Deus, ſed vnumquemque pro veritate iudicet. Et ita caute & pedetentim inter laudem & obiurgationem Petri medius incedit, vt & præceſſori Apoſtolo deferat, & nihilominus audacter ei reſiſtat in faciem, veritate compulſus.

H
Act.10. d
Act.10 g.

c ¶ *Mihi enim qui videbantur, nihil contulerunt*] Ipſe ſoperius cum illis contulit, & multa ad eos retulit, quæ in gentibus perpetrarat: illi nihil cootulerunt ei, ſed tantũmodo quæ ab eo dicta ſunt comprobantes, dexteras dederunt conſortij, & vnum ſuum Paulique Euangelium firmauerunt. Rurſum notandum quod προσανέθεντο, id eſt, contulerunt, verbum ipſum ſit in Græco, de qoo ante tractauimus.

d ¶ *Sed contra cum*, &c.] ὑπερβατὸν eſt, & multis quæ in medio ſunt interiecta ſublatis, ſic breuiter legi poteſt: mihi enim qoi videbãtur eſſe, nihil contulerunt: ſed econtra dexteras dederũt mihi & Barnabæ ſocietatis. Aut certe ille abſque iactatione ſui occultus eſt ſenſus, mihi qui videbantur eſſe aliqoid, oihil contulerunt: ſed econtra à me eis collatum eſt, dum fiũt in Euangelij gratia firmiores. Totum autem quod dicit, hoc eſt, vous atque idem mihi Euangelium præputij, & Petro circunciſionis credidit. Me miſit ad gentes: illum poſuit in Iudæa. Nec gentes poterant adulta iam ętate non profuturo circunciſionis dolore cruciari, & abſtinere ſe ab eſcis, quibus ſemper aſsueuerant, & quas Deus creauerat ad vtendum: nec hi qui ex Iudæis credide-

rant

Qui enim operatus eſt Petro in apoſtolatum circuncisionis, operatus eſt & mihi inter gentes. Et cum cognouiſſent gratiam, quæ data eſt mihi, Petrus & Iacobus, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis, vt nos in gentes, ipſi autem in circumciſionem. ª Tantum vt pauperum memores eſſemus, quod etiam ſolicitus fui hoc ipſum facere. Cum ᵇ autem veniſſet Petrus Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat. Prius enim

tant & circuncisi erant, & ex conſuetudine quaſi ſecunda natura putabant ſe à cæteris gentibus plus habere, facile contemnere poterant ea in quibus gloriabantur. Prouidentia itaque Dei, alius apoſtolus circuncisis datus eſt, qui legis vmbris videretur acquieſcere: alius in præputio conſtitutus, qui Euangelij gratiam non putaret eſſe ſeruitutem, ſed liberam fidem. Ne ſub aliqua occaſione impedimentum fidei naſceretur, & propter circuncisionem ſine præputium non crederetur in Christum. Nec hoc dicimus quo Petrus, qui & ipſe in Actibus Apoſtolorũ nullum hominem communem eſſe teſtatus eſt, & in illo vaſe quod quatuor angelis de cælo miſſum viderat, edoceretur nihil intereſſe, Iudæus ſit aliquis an Gentilis, quaſi oblitus priorum, ſuper Euangelij gratia, legem putauerit obſeruandam, ſe vt ipſe quoque legem cuſtodire ſe ſimulans, paulatim Iudæos ab antiquo viuendi more deduceret. Non enim poterant tantum obſeruationis laborem, & veteris vitæ cautiſſimam conuerſationem quaſi purgamenta ſubito & damna contemnere. Ex quo perſpicimus propterea dexteras datas Paulo & Barnabæ ſocietatis, à Petro, Iacobo, & Ioanne; ne obſeruatione varia, diuerſum Christi Euangelium putaretur, ſed & circumciſorum & habentium præputium, eſſet vna communio. Pulchre autem præſtruxit, dicens: Qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatum circuncisionis, ne quis eum putaret detrahere Petro, ſed vt laudibus eius ante præmiſſis, intelligeretur Petrus ideo circuncisionem aliqua ex parte ſuſcipere, vt eos qui ſibi ex Iudæis crediti fuerant lucrifaceret, & in Christi fide & Euangelio cuſtodiret. Subintelligit etiam, quod ſi ille abſque culpa faceret, & ad tempus obſeruando, quod non licet ne ſibi creditos perderet, ſe magis pro Euangelij veritate facere debere quod ſibi creditum eſt in præputio, ne gentes legis onere & difficultate deterritæ à Christi fide & credulitate diſcederent. Occulta hic oritur quæſtio. Quid igitur: Petrus ſi inueniſſet ex gentibus, non eos adducebat ad fidem? Aut Paulus ſi ex circuncisione aliquos reperiſſet, non eos ad Christi baptiſmum prouocabat? Quæ ita ſoluitur, vt dicamus principale ſingulis in Iudæos & gentes fuiſſe mandatum, vt qui defendebant legem, haberent quem ſequerentur, qui legi gratiam præferebant, non deeſſet eis doctor & præuius. In commune vero hoc eos habuiſſe propoſitum, vt Christo ex cunctis gentibus eccleſiam congregarent. Legimus enim & à ſancto Petro Gentilem baptizatum fuiſſe Cornelium, & à Paulo in ſynagoga Iudæorum, Christum ſæpiſſime prædicatum. (Act.10. Act.11.a & 17.a) *Petrus & Ioannes, & Iacobus, qui videbantur columnæ eſſe*, ter ſupradictum de Apoſtolis legimus: ſeorſum autem his qui videbantur, & ab his qui videbantur eſſe aliquid, & mihi enim qui videbantur eſſe aliquid, nihil contulerant. Solicitus itaque requirebam quidnam eſſet quod diceret, qui videbantur, ſed nunc me omni ſcrupulo liberauit adijciens, qui videbantur columnæ eſſe. Columnæ igitur ſunt eccleſiæ Apoſtoli, & maxime Petrus, Iacobus, & Ioannes, ex quibus duo cum Domino aſcendere merentur in montem, (Matt.17.a) quorum vnus in Apocalypſi Saluatorem introducit loquentem. *Qui vicerit, faciam eum columnam in templo Dei mei.* (Apoc.3.c) docens omnes credentes qui aduerſarium vicerint, poſſe columnas eccleſiæ fieri. Ad Timotheum vero Paulus ſcribens ait: *Vt ſcias quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt eccleſia Dei viui, columna autẽ & firmamentum veritatis.* (1.Tim.3.d) His & cæteris inſtruimur, tam Apoſtolos omneſque credentes, quã ipſam quoque eccleſiam columnam in ſcripturis appellari, & nihil intereſſe de corpore quid dicatur, an membris, cum & corpus diuidatur in membra, & membra ſint corporis. Dederunt itaque Petrus, & Iacobus, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, dextras Paulo & Barnabæ ſocietatis, ſed Tito qui cum eis erat, dextras non dederunt. Necdum quippe ad eam menſuram peruenerat, vt poſſint ei Christi mercimonia ex æquo cum maioribus credi, vt eundem teneret negotiationis locum, quem Barnabas tenebat & Paulus.

B

a ¶ *Tantum vt pauperum*, &c.] Sancti pauperes, quorum præcipuè ab Apoſtolis Paulo & Barnabæ cura mandatur, hi ſunt: qui ex Iudæis credentes, pretia poſſeſſionum ſuarum ad pedes Apoſtolorum deferebant egentibus largienda: (Act.4.g) vel quia cõtribulibus, cognatis & parẽtibus ſuis, quaſi deſertores legis, & in crucifixum hominem credentes, deteſtationi & piaculo ducebantur. In horum miniſterio ſanctus Apoſtolus Paulus quanto labore ſudauerit, epiſtolæ eius teſtes ſont ſcribentis ad Corinthios, & ad Theſſalonicenſes, ad omnes gentium eccleſias, (1.Cor.16.a 1.Theſſ.4.b Rom.15.e) vt præpararent munus per ſe, vel per alios, qui eis placuiſſent, Hieroſolymam deferendum. Vnde nunc confidenter dicit, quod etiam ſolicitus fui facere hoc ipſum. Poſſunt autem & alio genere pauperes accipi, de quibus in Euangelio dicitur: *Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* (Matth.5.a) Merẽtur quippe tales in memoria eſſe Apoſtolorum. Nec non & illi pauperes, de quibus in Salomone ſcribitur: *Redemptio viri animæ, propria diuitiæ.* (Prou.13.b Sec. 70.) Pauper vero non ſuſtinet comminationem: Non enim poteſt futurarum pœnarum audire terrorẽ, pauper in fide, pauper in gratia, non habens diuitias ſpirituales, nec ſcientiam ſcripturarum, quæ auro & argento, & pretioſo lapidi comparatur. Quoniam igitur non egent ſani medico, ſed hi qui male habent, propterea & Apoſtolis in dexterarum communicatione conuenit, ne ſpernerent pauperes, ne deſpicerent peccatores: ſed ſemper meminiſſent eorum, ſicut Paulus Corinthij illius meminit: quem cum in priori epiſtola contriſtaſſet ad tempus vt corpore per pœnitentiam laborante ſpiritu ſaluus fieret, in ſecunda, ne maiori triſtitia abſorberetur, reuocat ad eccleſiam, petitque cunctos vt confirment in eum charitatem, & donent fratri, ſicut ipſe vnicuique eorum in facie Christi donauerit, implens pactum quod Hieroſolymis fecerat, vt ſemper pauperum recordaretur. (1.Cor.5.b 2.Cor.2.a)

D

b ¶ *Cum autẽ veniſſet Petrus Antiochiam, &c. cum gentibus*, &c.] Ex eo quod Petrus antequã quidam de Hieroſolymis Antiochiam venirent, edebat cum gentibus, oſtenditur non eum oblitum fuiſſe præcepti, nullum hominem communem & immundum dicere. (Act.10.b) Sed quia, propter eos, qui adhuc legem obſeruandam putabant, paululum ſe à conuictu ſubtraxerat gentium (ita vt etiam cæteri qui ex Iudæis erant, ſimiliter facerent, & Barnabas qui cum Paulo in gentibus Euangelium prædicabat, hoc facere cogeretur) hi qui Antiochiæ crediderant ex gentibus, nec fuerant circuncisi, compellebantur ab legis onera tranſcendere, non intelligentes diſpenſationem Petri qua Iudæos ſaluari cuperet, ſed putantes ita ſe Euangelij habere rationem. Cum itaque vidiſſet Apoſtolus Paulus periclitari gratiam Christi, noua bellator vetus vſus eſt arte pugnandi: vt diſpenſationem Petri, qua Iudæos ſaluari cupiebat noua ipſe contradictionis diſpenſatione corrigeret, & reſiſteret ei in faciẽ, non arguens propoſitum, ſed quaſi in publico contradicens: vt ex eo quod Paulus eum arguens reſiſtebat, hi qui crediderant ex gentibus ſeruarentur. Quod ſi putat aliquis vere Paulum Petro Apoſtolo reſtitiſſe, & pro veritate Euãgelij intrepide feciſſe iniuriam præceſſori, (1.Cor.9.d) nõ ei ſtabit illud quod & ipſe Paulus Iudæis Iudæus factus eſt, vt Iudæos lucrifaceret, & eiuſdem ſimulationis tenebitur reus, quando caput totondit in Cenchris, & facto caluitio, oblationem obtulit in Hieruſalem, & Timotheum circuncidit, & nudipedalia exercuit, quæ vtique maniſeſtiſſime de ceremonijs Iudæorum ſunt. (Act.18.e & 21.d Ibid.26.a & 24.e) Si itaque ipſe qui ad prædicationem gentium miſſus erat, non putauit abs re dicere: *Sine offendiculo eſtote Iudæis & eccleſia Dei: quomodo & ego omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſaluentur:* (1.Cor.10.g) & fecit aliqua quæ contraria eſſent Euangelij libertati, ne ſcandalizaret Iudæos:

E qua auctoritate, qua fronte audet hoc in Petro reprehendere, qui circunciſionis Apoſtolus erat, quod ipſe Apoſtolus gentium arguitur commiſiſſe? Sed vt ante iam diximus, reſtitit ſecundum faciem publicam Petro & cæteris: vt hypocriſis obſeruandæ legis, quæ nocebat eis qui ex gentibus crediderant, correptionis hypocriſi emendaretur, & vterque populus ſaluus fieret, dum & qui circuncisionem laudant, Petrum ſequuntur, & qui circuncidi nolunt, Pauli prædicant libertatem. Quod autem ait: reprehenſibilis erat: propterea inediæ temperauit, vt intelligamus non tam Paulo eum fuiſſe reprehenſibilem, quam his fratribus, cum quibus ante edens ſe ab eis poſtea ſeperabat. Vtilem vero ſimulationem, & aſſumendam

4.Reg.10.b in tempore, Hieu regis Iſraël nos doceat exemplum: qui cum non potuiſſet interficere ſacerdotes Baal, niſi ſe finxiſſet velle idolum colere, dicens: *Congregate mihi omnes ſacerdotes Baal: ſi enim Achab ſeruiuit Baal in paucis, ego ſeruiam multis.*

1.Reg.21.d Et Dauid quando mutauit faciem ſuam coram Abimelech, & dimiſit eum & abijt. Nec mirum, quamuis iuſtos homines, tamen aliqua ſimulare pro tempore ob ſuã & aliorum ſalutem: cum & ipſe Dominus noſter non habens peccatum, nec carnem peccati, ſimulationem peccatricis carnis aſſumpſerit, vt condemnans in carne peccatum, nos in ſe faceret iuſtitiam Dei. Legerat vtique Paulus in Euangelio Dominum præcipientem: Si *autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum.*

Luc.17.a Si te *audierit, lucrifeceris fratrem tuum.* Et quomodo cum etiam de minimis fratribus hoc faciendum iuſſerit, auſus eſt Apoſtolorum maximum in publica facie tam procaciter, tam conſtanter arguere: niſi & Petro ſic placuiſſe argui, & Paulus non ei faceret iniuriam, de quo ante dixerat: Veni Hieroſolymam videre Petrum, & manſi apud eum diebus quindecim: alium autem apoſtolorum vidi neminem.

F Et rurſum: *Qui enim operatus eſt Petro, in Apoſtolatum circunciſionis.* Et infra: *Petrus & Iacobus & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe*, & cætera quæ in eius laudes perorat. Aliquotiens cum adoleſcentulus Romæ controuerſias declamarem, & ad vera certamina fictis me litibus exercerem, currebam ad tribunalia iudicum, & diſertiſſimos oratorum tanta inter ſe videbam acerbitate contendere, vt omiſſis ſæpe negotijs in proprias contumelias verterentur, & ioculari ſe inuicem dente morderent. Si hoc illi faciunt, vt apud reos nullam ſuſpicionem præuaricationis incurrant, & fallunt populum circunſtantem: quid putamus tantas eccleſiæ columnas, Petrum & Paulum, tanta vaſa ſapientiæ, inter diſſidentes Iudæos atque Gentiles facere debuiſſe? niſi vt eorum ſimulata contentio, pax credentium fieret, & eccleſiæ fides, ſancto inter eos iurgio concordaret. Sunt qui Cepham, cui hic in faciem Paulus reſtitiſſe ſe ſcribit, non putent Apoſtolum Petrum, ſed alium de ſeptuaginta diſcipulis iſto vocabulo nuncupatum. Et dicunt nequaquam Petrum à conuictu gentium ſe potuiſſe ſubtrahere, qui & Centurionem Cornelium baptizarat. Et

Act.10. G cum aſcendiſſet Hieroſolymam, diſceptantibus aduerſus

Act.11.a ſe qui erant ex circunciſione, & dicentibus: *Quare introiſti ad viros præputium habentes, & manducaſti cum illis?* Poſt narrationem viſionis, tali reſponſionem ſuam fine concluſerit: Si *ergo eandem gratiam dedit illis Deus, ſicut & nobis, qui credidimus in Dominum Ieſum Chriſtum: ego quis eram qui poſſem prohibere Deum? Quibus auditis, tacuerunt, & glorificauerunt Deum, dicentes: Ergo & gentibus Deus pœnitentiam ad vitam dedit*: maxime cum Lucas ſcriptor hiſtoriæ, nullam huius diſſenſionis faciat mentionem, nec dicat vnquam Petrum Antiochiæ fuiſſe cum Paulo, & locum dari Porphyrio blaſphemanti, ſi aut Petrus erraſſe, aut Paulus procaciter Apoſtolorum principem confutaſſe credatur. Quibus primum reſpondendum, alterius

Ioan.1.f

1.Cor.9.a

& 15.a neſcio cuius Cephæ neſcire nos nomen: niſi eius qui &

in Euangelio, & in alijs Pauli epiſtolis, & in hac quoque ipſa, modo Cephas, modo Petrus ſcribitur. Non quo aliud ſignificaret Petrus, aliud Cephas, ſed quod quam nos Latinè & Græcè petram vocemus, hãc Hebræi & Syri propter linguæ inter ſe vicinam, cephan nuncupent. Deinde totum argumentum epiſtolæ quod oblique de Petro, Iacobo & Ioanne dicitur, huic intelligentiæ repugnare. Nec mirũ eſſe ſi Lucas hãc rem tacuerit, cum & alia multa quæ Paulus ſuſtinuiſſe ſe replicat, hiſtoriographi licentiæ prætermiſerit, & non ſtatim eſſe contrarium, ſi quod alius ob cauſam dignum putauit relatu, alius inter cætera dereliquit. Denique primum epiſcopum Antiochenæ eccleſiæ Petrum fuiſſe accepimus, & Romã exinde tranſlatum, quod Lucas penitus omiſit. Ad extremum, ſi propter Porphyrij blaſphemiam, alius nobis fingendus eſt Cephas, ne Petrus putetur erraſſe, infinita de ſcripturis erunt radenda diuinis, quæ ille, quia non intelligit, criminatur. Sed aduerſum Porphyrium, in alio, ſi Chriſtus iuſſerit, opere pugnabimus, nunc reliqua proſequamur.

enim quam venirent quidam à Iacobo, cum gentibus edebat. Cum autem veniſſent, ſubtrahebat, & ſegregabat ſe, timens eos qui ex circunciſione erant, & ſimulationi eius conſenſerunt & cæteri Iudæi, ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationem. Sed [a] cum vidiſſem quod non recto pede incederent ad veritatem Euangelij, dixi Petro coram omnibus: Si [b] tu cum Iudæus ſis, gentiliter & non Iudaice viuis, quomodo gentes cogis iudaizare? Nos [c] natura Iudæi, & non

a ¶ *Sed cum vidiſſem quod non recto pede incederent*, &c.] Sicut hi qui ſanis greſſibus claudicare ſe ſimulant, non vitium habent pedibus, ſed eſt aliqua cauſa cur claudicent, ita & Petrus ſciens circunciſionem & præputium nihil eſſe, ſed obſeruationem mandatorum Dei, edebat quidem ante cum gentibus, ſed pro tempore ab eis ſe, ne Iudæos à fide Chriſti perderet, ſubtrahebat. Vnde & Paulus eadem arte, qua ille ſimulabat, ei reſtitit in faciem, & loquitur coram omnibus, non tam vt Petrum arguat, quàm vt hi quorum cauſa Petrus ſimulauerat, corrigantur. Quod ſi cui iſte non placet ſenſus, quo nec Petrus peccaſſe, nec Paulus procaciter oſtẽditur arguiſſe maiorem: debet exponere qua conſequentia hoc Paulus in altero reprehendat, quod ipſe commiſit. H

b ¶ *Si tu cum Iudæus ſis gentiliter & non Iudaicè viuis, quomodo gentes cogis Iudaizare?*] Indiſſolubili argumento conſtringit Petrum, immo per Petrum eos qui pugnantia illum inter ſe facere cogebant: Si, inquit, ô Petre, tu natura Iudæus es, circumciſus à parua ætate, & vniuerſa legis præcepta cuſtodiens, nunc ob gratiã Chriſti ſcis ea nihil per ſe habere vtilitatis: ſed exemplaria eſſe & imagines futurorum, & cum his qui ex gentibus ſunt, cibum capis, nequaquam vt ante ſuperſtitioſe, ſed libere & indifferenter victitans: quomodo eos qui ex gentibus crediderunt, nunc recedens ab eis, & quaſi à contaminatis te ſeparans & ſecernens, compellis iudaizare? Si enim immundi ſunt à quibus recedis (idcirco autem recedis, quia non habent circunciſionem) cõpellis eos circuncidi & Iudæos fieri, cum tu ipſe natus Iudæus gentiliter vixeris. Et latenter oſtendit cauſam, quare aduerſum eum diſputauerit, quia ſcilicet gentes ſimulatione ſua iudaizare compelleret, dum eum cupiunt æmulari.

c ¶ *Nos natura Iudæi*, &c.] Subrepũt hoc loco hæretici, qui ridicula quædã & inepta fingentes, aiunt, nec ſpiritualẽ peccare poſſe naturam, nec iuſte aliquid facere terreuã. Quos

interrogemus quare de bona oliua rami fracti ſunt, & cur Rom.11.a

de oleaſtro in radicem bonæ oliuæ inſerti ſint, ſi nec de bono cadere quicquam poteſt, nec de malo ſurgere? Aut quomodo vel Paulus perſecutus ſit ante eccleſiam, ſi de natura ſpirituali fuit: aut poſtea Apoſtolus factus, ſi de terrena fece generatus eſt. Quod ſi terreuum eum non fuiſſe contenderint, ipſius verba ponamus, *Eramus filij natura iræ ſicut &*

cæteri. Ephes.2.a

Natura Iudæus eſt, qui de genere eſt Abraham, & à parentibus die octauo circuncisus eſt. Non natura Iudæus, qui poſtea eſt factus ex gentibus. Vt autem totum argumentum breui ſermone comprehendam, ſenſus eſt iſte qui texitur. Nos, id eſt, ego & tu Petre (miſcuit enim perſonam ſuam, ne illi facere videretur iniuriam.) Cum

eſſemus,

& non ex gentibus peccatores. Scientes [a] autem quod non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti, & nos in Chriſto Ieſu credidimus, vt iuſtificemur in fide Chriſti, & non ex operibus legis: Propter [b] quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro. Quod ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus & ipſi peccatores, nunquid Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit. Si enim quæ deſtruxi, hæc iterum reædificabo, præuaricatorem me conſtituo. Ego [c] enim per legem legi mortuus ſum, vt Deo viuam. Chriſto [d] confixus ſum cruci. Viuo [e] autem iam non ego: viuit autem in me Chriſtus. Quod [f] autem nunc viuo in carne, in fide [g] viuo filij Dei qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Non

eſt [illegible] quis, natura Iudæi, ea facientes quæ lege præcepta [illegible] & non ex gentibus peccatores (qui vel generaliter, qui [illegible] ſeruiunt, peccatores ſunt, vel quos nunc puta[illegible] mundos) ſcientes quod non poſſemus ex lege [illegible] pe[illegible] ex Chriſti ſaluari fide, credidimus in Chriſtum vt quod lex nobis non dederat, fides tribueret, quam habebimus in Chriſto. Quod ſi recedentes à lege, in qua ſaluari non potuimus, tranſcendimus ad fidem, in qua non carnis quæritur circunciſio, ſed cordis puri deuotio: & nunc à gentibus recedendo hoc agimus, vt quicunque [illegible] ſit circunciſus, immundus [illegible] ergo fides in Chriſtū in qua nos putabamus ante [illegible]ari, magis peccati eſt mi[illegible] quā iuſtitiæ, quæ au[illegible] circunciſionem, quam qui non habuerit, immūdus eſt. Sed abſit, vt quod ſemel [illegible]ſtruxi, & ſciui mihi non profuiſſe, rurſum vendicem. Semel à lege diſcedens, legi ſum mortuus, vt in Chriſto viuerem, crucique eius affixus, & in nouum renatus hominem, fide magis quam carne ſubſiſterem, & cum Chriſto egrederer è mundo. Quod ſemel adorſus ſum, teneo, Non mihi gratis Chriſtus eſt mortuus, in quo fruſtra credidi, ſi putaui abſque fide eius in veteri lege ſal[illegible]ri.

a ¶ *Scientes autem quod non iuſtificatur homo*, &c.] Aiunt quidam, ſi verum hoc ſit quod Paulus affirmat, ex operibus
B legis neminem iuſtificari, ſed ex fide Ieſu Chriſti patriarchas & prophetas, & ſanctos qui ante Chriſti aduentum fuerunt, imperfectos fuiſſe. Quos admonere debemus, eos hic dici iuſtitiam non conſequutos, qui tantum ex operibus iuſtificari poſſe ſe credunt. Sanctos autem qui antiquitus fuerint, ex fide Chriſti iuſtificatos. Siquidem Abraham
Ioan 8. g / Hebr. [illegible] vidit diem Chriſti & lætatus eſt. Et Moſes maiores diuitias æſtimauit theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti. *Aſpiciebat enim in remunerationem.* Et Eſaias vidit
Eſa. 6. a / Ioan. [illegible] gloriam Chriſti, vt Ioannes Euangeliſta commemorat, & Iudas de omnibus generaliter: Commonere, inquit, vos volo, ſcientes ſemel omnia: quoniam Ieſus populum de terra Ægypti ſaluans, ſecundo eos qui non crediderunt, per-
Matt. [illegible] didit. Vnde non tam legis opera damnantur, quam hi qui tantum ex operibus iuſtificari ſe poſſe confidunt. Saluatore quoque ad diſcipulos loquente: *Niſi ſuperabundauerit iuſtitia veſtra plus quam ſcribarum & phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Congregandum in hoc loco quanta in lege præcepta ſint, quæ explere nullus queat. Et econtrario dicendum, quædam legis etiam ab his fieri qui ignorent eam. Sed ideo non iuſtificari operatores eius, quia abſque fide Chriſti fiant: verbi gratia, non dormire cum viro dormitione mulieris, non adulterari, non rapere, ſed magis honorare patrem & matrem, &c. quæ imperata ſunt, facere. Quod ſi de ſanctis viris nobis exempla protulerint, [illegible] in lege verſari, ea quæ legis fuerant perpetrarint, dicemus: *Quia iuſto lex non eſt poſita, ſed iniquis & non ſubditis, impijs & peccatoribus, contaminatis & immundis.* Qui autem à Deo doctus ſit, non habere eum neceſſe vt vel de charitate doceatur, Paulo dicente: *De charitate autem non neceſſe habeo ſcribere vobis: ipſi enim vos à Deo docti eſtis, vt diligatis inuicem.*

b ¶ *Propter quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis* [illegible] *Quod ſi quærentes*, &c.] Non iuſtificatur ex operibus legis caro illa, de qua ſcribitur: *Omnis caro fænum, & omnis gloria eius quaſi flos fæni.* Iuſtificatur autē ex fide Ieſu Chriſti caro illa, de qua in reſurrectionis dicitur ſacramento: *Omnis caro videbit ſalutare Dei.* Sed & iuxta humiliorē intellectū, iuſtificabatur quondam ex lege non omnis caro, ſed tantum hi homines, qui in Palæſtina erant. Nunc autem ex fide Ieſu Chriſti iuſtificatur omnis caro, dum eccleſia eius in toto orbe fundatur. C

c ¶ *Ego enim per legem*, &c.] Aliud eſt per legem mori, aliud lege mori. Qui enim legi moritur, viuebat ei antequam moreretur, obſeruans ſabbatha, & neomenias, & dies feſtos, & victimarum typicam curioſitatem, & fabulas Iudaicas, & genealogias. Poſtquam autem venit Chriſtus & lex, de qua ſcriptum
eſt: *Scimus autē quia lex ſpiritualis eſt*, per euangelicam legē, legi priſtinæ mortuus eſt, Rom. 7. c
& anima, quæ ſecundum id quod ſcribitur ad Romanos: Ibid. a
Viro viuente ſi nupſiſſet, adultera vocabatur, mortuo viro ſuo, id eſt, lege veteri, nupſit legi ſpirituali, vt fructificaret Deo. Vnde & in Oſee
ad eam dicitur: *Ex me fructus* Oſee 14. d / Ibidem.
tuus inuentus eſt. Cui pulchrè myſticum illud infertur: *Quis ſapiens, & intelligit iſta, intelligens, & cognoſcet ea:* Qui per legem igitur ſpiritualem legi literæ moritur, Deo viuit, cum non ſit ſine lege Dei, ſed in lege ſit Chriſti. Qui vero legi moritur ob peccata mortuus quidem eſt, ſed non poteſt de eo dici quod ſequitur, vt viuat Deo. Eſſe autem legem aliā ſpiritualem extra legem literæ, & alibi Apoſtolus docet, di-
cens: *Itaque lex quidem ſancta & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum.* Et Ezechiel ex perſona Dei: *Eduxi*, inquit, Rom. 7. c / Ezech. 20.
eos, id eſt, populum Iudæorum *de terra Ægypti, & adduxi eos in deſertum: & dedi eis præcepta mea, & iuſtificationes meas oſtendi illis: quas faciet homo, & viuet in eis.* De ea vero lege quæ iram operatur, cui & Apoſtolus mortuus eſt, poſtea in- D
fert: *Et ego dedi eis præcepta non bona, & iuſtificationes, in quibus non viuent in eis.* Idipſum ſignificatur & in pſalterio.
Quoniam non cognoui literaturam, introibo in fortitudinem Domini. Pſal. 70. a

d ¶ *Chriſto confixus ſum cruci.*] Quia dixerat ſe per legem legi mortuum, quomodo mortuus fuerit, oſtendit; Chriſto confixus ſum cruci: tollens crucem ſuam & Chriſtum ſe-
quens, & in ipſa obſecrans paſſione: *Memento mei cum veneris in regnum tuum:* Statimque audiens: Hodie mecum eris Luc. 23. e
in paradiſo. Si quis mortificatis membris ſuper terram, & mundo mortuus, configuratus fuerit morti Ieſu Chriſti, crucifigitur cum Ieſu, & trophæum mortificationis ſuæ in ligno Dominicæ paſſionis affigit.

e ¶ *Viuo autem iam non ego, viuit autem in me Chriſtus.*] Non viuit ille qui quōdam viuebat in lege, quippe qui perſequebatur eccleſiam. Viuit autem in eo Chriſtus, ſapientia, fortitudo, ſermo, pax, gaudium cæteræque virtutes, quas qui non habet non poteſt dicere: Viuit autem in me Chriſtus. Hoc autem totum ſub ſua perſona aduerſum Petrum de Petro diſputat.

f ¶ *Quod autem*, &c.] Aliud eſt in carne eſſe, & in carne viuere. *Qui enim in carne ſunt, Deo placere non poſſunt.* Vnde ad
bene viuentes dicitur: *Vos autem non eſtis in carne.* Rom. 8. b

g ¶ *In fide viuo Dei*, &c.] Ad Romanos de Deo loquitur,
quod filio ſuo non pepercit: ſed pro nobis tradiderit eum. Ibid. 8. f
Nunc vero de Chriſto, quod ſeipſe tradiderit: Quia dilexit me, inquit, & tradidit ſemetipſum pro me: in Euāgelio vero
vbi Apoſtoli enumerātur, infertur: *Et Iudas Iſcariotis qui &* Luc. 6. c / Matth. 10. a
tradidit eum. Rurſum in eodem: *Ecce appropinquauit qui tradet me.* De principibus vero ſacerdotum & ſenioribus populi, ſcriptura commemorat, quod condemnauerint
Ieſum morti, & ligantes eum duxerint & tradiderint Pi- Ibid. 27. a
lato præſidi. Et deinceps de Pilato: *Dimiſit eis Barrab-* Matth. 15. b
bam, Ieſum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigerent illū.

E

Igitur & pater tradidit filium, & filius ſeipſum tradidit, & Iudas & ſacerdotes cum principibus tradiderunt, & ad extremum traditum ſibi tradidit ipſe Pilatus. Sed pater tradidit, vt ſaluaret per filium mundum. Ieſus ipſe ſe tradidit, vt patris ſuamque faceret voluntatem. Iudas autem & ſacerdotes & ſeniores populi & Pilatus, vitam morti neſcij tradiderunt. Quę cum ipſa quoque ſe pro noſtra ſalute tradiderit, beatus multumque felix, qui viuente in ſe Chriſto per ſingulas cogitationes & opera poteſt dicere: In fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.

Non [a] abiicio gratiam Dei: Si enim per legem iuſtitia: ergo Chriſtus gratis mortuus eſt.

Capvt III.

O Inſenſati [b] Galatæ, quis vos faſcinauit? Ante [c] quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, in vobis crucifixus. Hoc [d] ſolum à vobis volo dicere, ex operibus legis ſpiritum

a ¶ *Non abiicio gratiam Dei, ſi enim per legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt.*] Abiicit gratiam Dei, tam ille qui poſt Euágelium viuit in lege, quamuis qui peccans poſt baptiſmum ſordidatur. Qui autem poteſt iuxta Apoſtolum dicere: *Gratia eius in me non fuit vacua*, iſte & hoc loquitur confidenter: *Non abiicio gratiam Dei.* Quod autem ſequitur, valde neceſſarium eſt aduerſum eos, qui poſt fidem Chriſti putant legis præcepta ſeruanda. Dicendum quippe eis: *Si per legem iuſtitia eſt, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt.* Aut certe doceant, quomodo non Chriſtus gratis mortuus ſit, ſi opera iuſtificent. Sed quamuis ſint hebetes, dicere non audebunt Chriſtum ſine cauſa mortuum. Aſſumptiunculam itaque ſyllogiſmi, quæ hic proponitur, id eſt, ſi enim per legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt, debemus illud aſſumere, quod conſequenter infertur, & negari non poteſt: Chriſtus autem non eſt gratis mortuus, & concludere: Non igitur per legem iuſtitia. Hucuſque contra Petrum, nunc ad Galatas reuertitur.

1. Cor. 15. b

Capvt III.

F

O *Inſenſati b Galatæ, quis vos, &c.*] Dupliciter his locus intelligi poteſt. Vel ideo inſenſatos Galatas appellatos, à maioribus ad minora venientes, quia cœperint ſpiritu & carne conſumentur. Vel ob id, quod vnaquæque prouincia ſuas habeat proprietates. *Cretenſes ſemper mendaces, malas beſtias, ventres pigros*, vere ab Epimenide poëta dictos, Apoſtolus comprobat. Vanos Mauros, & feroces Dalmatas, Latinus pulſat hiſtoricus. Timidos Phrygas, omnes poëtæ lacerant. Athenis expeditiora naſci ingenia, philoſophi gloriátur. Græcos leues apud C. Cæſarem ſuggillat Tullius, dicens: Aut leuium Grecorum, aut immanium barbarorum: & pro Flacco. Ingenita, inquit, leuitas, & erudita vanitas. Ipſum Iſraël, graui corde, & dura ceruice, omnes ſcripturæ arguunt. In hunc ergo modum arbitror & Apoſtolum Galatas regionis ſuæ proprietate pulſaſſe. Licet quidam profundis ſe quæſtionibus inſerentes, quaſi ſub obtentu vitandæ hæreſeos, quæ diuerſas naturas infert, dicam, Tyrios quoque & Sidonios, Moabitas & Ammonitas, & Idumæos, Babylonios & Ægyptios, omneſque gentes quæ in ſcripturis nominantur, habere quædam idiomata, & ex cauſis præcedentibus, & merito operum priſtinorum, ne iuſtitia Dei veniat in dubium, cum vnaquæque gens vel bonum vel malum habere aſſeratur quod alia non habeat: Nos iſtas altitudines declinantes, ſuperiora ſectabuntur, aut ſtultitiæ eos argui, dicentes, per quam ſpiritum legis & literam diiudicare non poſſint, aut vitio generis corripi, quod indociles ſint & vecordes, & ad ſapientiam tardiores. Quod autem ſequitur: *Qui vos faſcinauit*, digne Paulo, qui & ſi imperitus eſt ſermone, non tamen ſcientia, debemus exponere: non quo ſcierit eſſe faſcinum, qui vulgo putatur nocere, ſed vſus ſermone ſit triuii, & vt in cæteris, ita & in hoc quoque loco, verbum quotidianæ ſermocinationis aſſumpſerit. Legimus in Prouerbiis: *Donum, inuidi cruciat oculos.* Qui apud nos inuidus, in Græco ſignificantius ponitur, faſcinator: & in ſapientia quæ Salomonis ſcribitur: *Faſcinatio malignitatis obſcurat bona.* Quibus docemus

Tit. 1. c

ἐβάσκανε.

βάσκανος. Sap. 4. a

βασκανία.

G

exemplis, quod vel inuidus aliena felicitate crucietur, vel is, in quo bona ſint aliqua, alio faſcinante, id eſt, inuidente noceatur. Dicitur faſcinus proprie infantibus nocere, & ætati paruulæ, & his qui necdum firmo veſtigio figant gradum. Vnde & quidam è gentibus: *Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.* Hoc vtrum verum, nec ne ſit, Deus viderit, quia poteſt fieri vt & dæmones huic peccato ſeruiant, & quoſcunque in Dei opere vel cœpiſſe vel profeciſſe cognouerint, eos à bonis operibus auertant: Nunc illud in cauſa eſt, quod ex opinione vulgi ſumptum putauimus exemplum: vt quomodo tenera ætas nocere dicitur faſcino, ſic etiam Galatæ in Chriſti fide nuper nati & nutriti lacte, & non ſolido cibo: veluti quodam faſcinante ſint nociti, & ſtomacho fidei nauſeante, Spiritus ſancti cibum euomuerint. Quod ſi aliquis contra dicit exponat quomodo de communi opinione ſit ſumptum, vallis Titanorum in Regnorum libris: Syrenæ & Onocentauri in Eſaia: Arcturus, & Orion, & Pleiades in Iob, & cætera his ſimilia, quæ vtique vocabula, gentilium fabularum & cauſas & origines habent. Interrogemus hoc loco Marcionem, qui prophetias repudiat, quomodo interpretetur id quod ſequitur.

Virg. in Bucol.

1. Reg. 23. b
Eſai 41. a
Iob 9. b

c ¶. *Ante quorum oculos, &c.*] Nobis enim recte proſcriptus eſt Chriſtus, de cuius patibulo & paſſione, alapis & flagellis, omnis prophetarum prædicit chorus: vt crucem ipſius non de Euangelio tantum in quo crucifixus refertur, ſed multo antequam deſcendere dignaretur ad terras, & hominem qui eſt crucifixus aſſumeret, nouerimus. Nec parua laus Galatarum eſt, quod ita crediderint in crucifixum, vt ante fuerat eis proſcriptus. quo ſcilicet lectitantes prophetas, & omnia veteris legis ſacramenta noſcentes, via & ordine venerint ad credendum. Legitur in quibuſdam codicibus: *Quis vos faſcinauit, non credere veritati?* Sed hoc quia in exemplaribus Adamantij non habetur, omiſimus.

Sic infr. cap. 5

H

d ¶ *Hoc ſolum à vobis volo dicere, &c.*] Sunt quidē, ait, multa, quæ poſſunt interrogatione vos cogere, legi Euangelium præferendum: ſed quoniam inſenſati eſtis, & nequaquam ea poteſtis audire, ſimplici vobiſcum ſermone loquor, & de eo quod promptum eſt, ſciſcitor: Spiritum ſanctum, quem accepiſtis, vtrum vobis legis opera, ſabbati obſeruatio, circunciſionis, & neomeniarum ſuperſtitio dederint, an auditus fidei, per quam ex gentibus credidiſtis? Quod ſi negari non poteſt, Spiritum ſanctum & virtutes, quæ in principio fidei acceptum ſpiritum ſequebatur, non ex operibus legis, ſed ex fide Chriſti datas, manifeſtum eſt vos à melioribus exorſos, in peiora corruere. Conſideremus autem diligēter, quia non dixerit: Volo à vobis diſcere vtrū ex operibus ſpiritum accepiſtis, ſed adiecerit, ex operibus legis. Sciebat enim & Cornelium Centurionem ſpiritum ex operibus accepiſſe, ſed non ex operibus legis, quam neſciebat. Si autem econtrario dicitur, ergo & ſine auditione fidei accipi Spiritus ſanctus poteſt. Nos reſpondebimus, accepiſſe quidem eum ſpiritum, ſed ex auditu fidei & naturali lege, quæ loquitur in cordibus noſtris, bona quæque facienda & vitanda mala, per quam dudum quoque Abraham, Moſen, & cæteros ſanctos iuſtificatos retulimus: quam augere deinceps poteſt operum obſeruatio, legis quoque iuſtitia, non tamen carnalis legis, quæ præterit, ſed ſpiritualis, quia lex ſpiritualis eſt. Neque vero, quia fidē præferimus, legis opera deſtruimus: nec dicimus ſecundū quoſdam, faciamus mala donec veniant bona (quorum damnatio iuſta eſt) ſed ſeruituti gratiam anteponimus. Dicimuſque quod Iudæi propter metū faciunt, id nos facere propter charitatem. Illos ſeruos eſſe, nos filios: illos cogi ad bonum, nos bonum ſponte ſuſcipere. Non igitur ex fide Chriſti licentia naſcitur delinquendi, ſed ex dilectione fidei voluntas boni operis augetur, dum bona ideo facimus, non quia iudicem formidamus, ſed quia

Act. 10.

Rom. 3. c
Ibid. 3. b

ſcimus

A

ſcimus ea ei placere, in quem credimus. Quærat quiſpiam, ſi fides non eſt niſi ex auditu, quomodo qui ſurdi nati ſunt poſſunt fieri Chriſtiani. Deum quippe patrem ex magnitudine & pulchritudine creaturarum poteſt quis intelligere, & à côditionibus conditor conſequenter agnoſcitur. Chriſti autẽ natiuitas, crux, mors, reſurrectio, niſi ex auditu ſciri non poteſt. Aut ſurdi igitur Chriſtiani non ſunt, aut ſi ſurdi ſunt Chriſtiani, falſũ eſt quod alibi ab Apoſtolo Rom. 10. c dicitur: *Itaque fides ex auditu, auditus autẽ per verbum Dei.* Ad quod qui ſimplici reſpõſione contentus eſt, dicit non eum generaliter dixiſſe, fides omnium ex auditu eſt, ſed fides ex auditu, quod & in parte, & in toto accipi poteſt: Eorum ſcilicet fides ex auditu, qui audiunt, qui credunt. Qui autem huic ſcrupulo ſatisfacere conatur, primu illud tentabit aſſerere, quod nutibus quoque & quotidiana conuerſatione, &, vt ita dixerim, totius corporis loquente geſtu, ſurdi poſſint Euangelium diſcere: deinde etiam hoc, quod Dei ſermo, cui nihil ſurdum eſt, ad eas magis loquatur aures, de quibus & ipſe ait in Euangelio: *Qui habet aures audiendi audiat.* Luc. 8. a Et in Apocalypſi: Apoc. 2. b *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat eccleſiis.* Et Eſaias: Eſa. c. 38. *Dominus addidit mihi auriculã.* Iſte eſt ille homo, cui Deus loquitur in occulto, qui clamat in corde credentis: Gal. 4. b Rom. 8. c *Abba pater*, & (vt frequenter expoſuimus,) quomodo corpus omnia membra & ſenſus habet, ita animã quoque vniuerſos & ſenſus, & membra habere, legimus, & inter cætera aures etiam, quas qui habuerit, non magnopere indigebit his auribus corporis ad Chriſti Euangelium cognoſcendum. Simul autem etiam illud attendite, quod hic ſpiritus abſque vllo additamento, ſanctus intelligatur, quem ex dono Dei conſequimur, & non hominis, de quo alibi Sap. 12. a ſcribitur: *Incorruptus ſpiritus eſt in omnibus.* Et: Rom. 8. c *Ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro.* Et in alio loco: 1. Cor. 2. c *Nemo ſcit ea quæ in homine ſunt, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in eo.* Et in Daniele: Daniel. 3. f *Benedicite ſpiritus, & animæ iuſtorum Dominum.*

B

...ſpiritum accepiſtis, an ex auditu fidei? Sic [a] ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummamini? Tanta [b] paſſi eſtis ſine cauſa? ſi tamen ſine cauſa. Qui [c] ergo tribuit vobis ſpiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut [d] Abraham credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Cognoſcitis [e] ergo, quia qui ex fide ſunt, hi filij ſunt Abraham. Proui-

a ¶ *Sic ſtulti eſtis, &c.*] Si ſanctum Spiritum acceperant Galatæ, quo modo ſtulti erant? Verum ſtatim ſoluitur: cœpiſſe quidem eos ſpiritu, ſed cum carne conſummarentur, ſpiritum ab eis fuiſſe ſublatum. Vnde ſine cauſa paſſi ſunt tanta quæ paſſi ſunt. Quod ne ſibi poſt peccatum eueniret, Dauid Pſal. 50. f precatur dicens: *Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me.* Diligenter attendite, quod qui ſcripturas iuxta literam ſequitur, conſummari carne dicatur. Quamobrem illud quod ad Corinthios ſcriptum eſt: *In carne viuentes, non iuxta carnem* 2. Cor. 10. a *militamus*, melius ſic intelligi poteſt, vt hi militare dicantur in carne, qui vetus teſtamentum humiliter edifferunt. Qui vero ſequuntur intelligentiam ſpiritualem, ſint quidem in carne, quia eandem habeant literam quam Iudæi, ſed non iuxta carnem militent, à carne ad ſpiritum tranſcendentes. Quando videritis eum qui primum credit ex gentibus, & ad Chriſti aratrum mittit manum, prauo aliquo doctore prudente, ſic per legis iter ad Euangelium pergere, vt omnia illa quæ ibi ſcripta ſunt, de ſabbatho, de azymis de circunciſione, de victimis, digne Deo intelligat, & deinceps poſt Euangelij lectionem à Iudæo aliquo, aut Iudæorum ſocio perſuaderi, vt vmbras & Allegoriæ nubila derelinquens, ſic ſcripturas interpretetur, vt ſcriptæ ſunt, de hoc poteſtis dicere: *Sic ſtultus es, vt cum ſpiritu cœperis, nunc carne conſumaris.*

b ¶ *Tanta paſſi eſtis ſine cauſa, &c.*] Conſideremus infelices Iudæos, quanta ſuperſtitione & obſeruationis labore viuant inter cæteras nationes, dicentes, *ne tetigeris,* Col. 2. d *ne guſtaueris, ne attractaueris*, & probabimus verum eſſe quod dicitur: *Tanta paſſi eſtis ſine cauſa.* Sed non ſtatim ad eos ſententia temperatur & dubia fit, ſi tamen ſine cauſa, quia de his dicitur, qui poſſunt poſt legem ad Euangelium reuerti. Melius autem ſic intelligi poteſt, quod primum credentes Galatæ in crucifixum, & à Iudæis & à gentibus

C

opprobria multa perpeſſi ſint, & perſecutiones non minimas ſuſtinuerint: quas fruſtra arguunt ne fuiſſe perpeſſi, ſi à gratia Chriſti recedant, propter quam tanta perpeſſi ſunt. Simul & hic aſpiciendum, quod quicumque ob Chriſti fidem laborauerit, & poſtea lapſus fuerit in peccatum, ſicut priora ſine cauſa dicitur paſſus fuiſſe dum peccat, ſic rurſum non perdat ea ſi ad priſtinam fidem, & ad antiquum ſtudium reuertatur. Aliter. Si circunciſionem, inquit, putatis ſequendam eſſe poſt gratiam, ergo vſque ad præſens tempus ſine circunciſione viuentes, omnia quæ paſſi eſtis, in irritum ſunt deducta. Quæ quidem mihi videmini non fruſtra ſuſtinuiſſe, qui ſcio legem poſt Euangelium non valere. Vel certe ſic. Non leue erat damnum, ſi circunciſionem ſequentes, tantum priſtinum fidei perdidiſſetis laborẽ, nunc vero ad hoc detrimentum, etiam præuaricationis pœna ſociatur, vt & præterita ſine cauſa perpeſſi ſitis, & in futuro cruciemini. Quidam coactius ita intelligunt. Conſiderate priſtinam gratiæ libertatem, & præſentis onera obſeruationis in lege & videbitis quam mollia caſſo ſtudio feceritis, licet non penitus fructus erroris iſtius deſperandus ſit, dum zelo Dei ad hoc ipſum eſtis adducti. Ignorantibus enim cõcedi venia poteſt, ſi ad meliora conuerſi, ſcientiam in vobis doceatis fluctuaſſe, non ſtudium.

c ¶ *Qui ergo tribuit vobis ſpiritum, &c.*] Tribuit, hoc eſt, adminiſtrat, præſentis temporis eſt legendum, vt oſtendatur per ſingulas horas atque momenta ſemper dignis ſanctum Spiritum miniſtrari, & quanto quis in Dei opere & amore profecerit, tanto magis ſancti Spiritus in ſe habere virtutes, quas auditus fidei, & non legis opera conſummant. Non quo legis opera contemnenda ſunt, & abſque eis ſimplex fides appetenda, ſed quo ipſa opera fide Chriſti adornentur. Scita eſt enim ſapientis viri illa ſententia, non fidelem viuere ex iuſtitia, ſed iuſtum ex fide. Habac. 2. d

D

Sicut oſtenditur, Galatas accepto poſt fidem ſancto Spiritu, dona habuiſſe virtutum, id eſt, prophetiam, genera linguarum, morborum curationes, & cætera quæ ad Corinthios in donis ſpiritualibus enumerantur. 1. Cor. 12. b Et tamen poſt tanta (quia forſitan gratiam diſcernendorum ſpirituum non habebant) à falſis doctoribus irretiti ſunt. Obſeruandum etiam quod operari virtutes dicantur in his, qui non tenent Euangelij veritatem, ſicut in illis qui Dominum non ſequentes, in nomine eius ſigna faciebant: Ioanne vel maxime conquerente, *Præceptor vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcum.* Luc. 9. g Hoc aduerſum hæreticos, qui probationem fidei ſuæ ex eo ſi ſignum aliquod fecerint, arbitrantur. Qui cum manducauerint & biberint in nomine Domini (habent quippe & ipſi altare ſacrilegum) & ſigna multa inuocato Saluatore feciſſe ſe iactent, in die iudicij merebuntur audire: *Non noui vos, diſcedite à me qui operamini iniquitatem.*

d ¶ *Sicut Abraham credidit, &c.*] Ab hoc loco vſque ad eum vbi ſcribitur: *Qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham*, Marcion de ſuo Apoſtolo eraſit. Sed quid profuit hoc tuliſſe, cum cætera quæ reliquit, inſaniæ eius aduerſa ſint. *Credidit* autem *Abraham Deo* exiens de patria ſua in terram, Geneſ. 15. quam neſciebat: Saram nonagenariam, & ſterilem con fidẽs eſſe parituram, & audita repromiſſione Dei, quod in Iſaac vocaretur ſemen eius, ipſum Iſaac offerens victimam, & tamen de Domini repromiſſione non dubitans, recte tali reputatur fides ad iuſtitiã, qui legis opera ſupergreſſus, Deum non metu, ſed dilectione promeruit.

e ¶ *Cognoſcitis ergo, quia qui ex fide ſunt, hi filij ſunt Abraham.*] Plenius de hoc in epiſtola ad Romanos diſputat, quod fides reputata ſit Abrahæ ad iuſtitiam, non in Rom. 4. c circũciſione, ſed in præputio. Et diligenter obſeruans, docet eos filios eſſe Abrahæ, quicunque hac mẽte hęc crediderint,

E
Ioan. 8. g Ibid. d qua incircuncisus credidit Abraham, qui *exultauit vt vide-*
ret diem Domini, *& vidit, & lætatus est.* Vnde & ad infide-
les Iudæos dicitur: *Si filii essetis Abrahæ, opera Abrahæ fa-*
ceretis. Quæ autem alia (illo in tempore cum hæc dicebãtur)
ab eis opera Dominus expetebat, nisi credulitatem in fi-
lium Dei, quem pater miſe-
rat loquentem: *Qui credit in*
Ibid. 5. d *me, non credit in me, ſed in eum*
qui me miſit? Vnde & in alio
loco de generis ſibi antiqui-
tate, & nobilitate plaudenti-
bus reſpondetur: *Ne dixeri-*
tis, quia patrem habemus Abraham. Poteſt enim Deus de lapi-
Ioan. 8. e *dibus iſtis ſuſcitare filios Abrahã.* Lapides ibi nemo ambigit
dura ſignificari corda gentiliũ, quæ mollita ſunt poſtea, & fi-
dei recepêre ſignaculum. Virtutes Abraham, in quibus ante
circunciſionẽ Deo placuit, diligẽs lector enumera, & quoſ-
cunque in ſimili opere repereris, dicito filios eſſe Abraham,
iuſtificati in præputio, qui circunciſionem non ob meritum
operum, ſed in ſignum fidei prioris accepit. Quia enim ex ſe-
mine eius erat Chriſtus oriundus (in quo vniuerſarum gen-
tium fuerat benedictio repromiſſa, & ab Abraham vſque ad
Chriſtum multa erant ſecula tranſitura) prouidens Deus, ne
ſoboles dilecti Abrahæ cæteris nationibus miſcerentur, &
paulatim familia eius fieret incerta, gregem Iſraëliticum
quodam circunciſionis cauterio denotauit, vt viuentes inter
Ægyptios, inter Aſſyrios, Babylonios atque Chaldæos, hoc
ſignaculo diſtinguerentur. Denique per quadraginta annos
in eremo nullus eſt circunciſus, ſoli quippe ſine gentis alte-
rius admixtione viuebant, ſtatim vt Iordanis ripam tranſ-
F greſſus eſt populus, & in Paleſtinæ terram Iudæum ſe exa-
men infudit, circunciſio neceſſaria futuro ex commixtione
gentium prouidit errori. Quod autem à Ieſu duce, ſecundo
Ioſue 5. a ſcribitur populus circunciſus, ſignificat & in eremo ceſſaſſe
circunciſionem, quæ in Ægypto rationabiliter exercebatur,
& à Domino Ieſu Chriſto ſpirituali circunciſione credentes
eſſe mundandos.

**Prouidens ᵃ autem ſcriptura, quia ex fide iuſti-
ficat gentes Deus, prænunciauit Abrahæ, quia be-
nedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide
ſunt, benedicentur cum fideli Abraham.**

a ¶ *Prouidens autẽ ſcriptura quia ex fide iuſtificat gẽtes, &c.*] G
Non quo ipſa ſcriptura, atramentum videlicet & membra-
næ, quæ inſenſibiles ſunt, poſſint futura prænoſcere, ſed
quo Spiritus ſanctus, & ſenſus qui in litera latet, multis
poſt ſeculis ventura prædixerint. Porro exemplum, quod
de Geneſi ſumptum eſt, ita in
proprio volumine contine-
tur: Et benedicẽtur in ſemi-
ne tuo omnes gentes terræ.
Quod Apoſtolus ſuper Chri-
ſtum interpretans, ait: *Non*
eſt ſcriptum ex ſeminibus qua- Gen. 12. a & 26. a
ſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemine tuo qui eſt Chriſtus.
Hoc autem in omnibus pene teſtimoniis quæ de veteribus
libris in nouo aſſumpta ſunt teſtamẽto obſeruare debemus,
quod memoriæ crediderint Euãgeliſtæ vel Apoſtoli, & tan-
tum ſenſu explicato, ſæpe ordinem commutauerint, non-
nunquam vel detraxerint verba, vel addiderint. Nulli vero
dubium quod in Iſaac & Iacob, ſiue in duodecim patriar-
chis, & cæteris qui de Abraham ſtirpe deſcendunt, non fue-
rint benedictæ vniuerſæ nationes, ſed in Chriſto Ieſu, per
quem omnes gentes laudant Deum, & benedicitur nouum
nomen ſuper terram. Poteſt autem Apoſtolus & de alio Ge- Geneſ. 15. b
neſeos loco exemplum ſeminis vſurpaſſe, vbi ſcribitur: *Edu-*
xit autem foras, haud dubium quin Abraham Deus, & dixit
ei: *Aſpice in cælum, & numera ſtellas, ſi poteris dinumerare*
eas. Et ait illi: Sic erit ſemen tuum: & credidit Abraham Deo, &
reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Quicunque igitur credunt, be-
nedicentur cum fideli Abraham: qui ob egregiam in Deum H
fidem primus in eum crediſſe narratur, Sicut Enos ob Ibid. 4. d
principalem in Deum ſpem, & inter cæteros eminentem, Sec. 70.
ſperaſſe ſcribitur inuocare Dominum Deum. Non quo & [illegible Greek marginal note]
Abel de quo Dominus ait: *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad*
me, & cæteri deinceps Deum non ſperauerint inuocare, ſed
quo ex ea parte vnuſquiſque appelletur, quam vel maxime
habet.

Commentariorum in Epiſtolam ad Galatas Libri primi Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM LIBRVM COMMENTARIORVM AD GALATAS, AD PAVLAM, ET EVSTOCHIVM.

PROOEMIVM.

QVod in primo Commētariorum ad Galatas Libro, cum de gentium proprietatibus diſputarem, intactum reliqueram, nunc in ſecundo reddendum videtur, qui ſint Galatæ, vel quo & vnde tranſierint. Vtrum indigenas eos ſuderit, an aduenas, quā nunc incoliit, terra ſuſceperit, & vtrum linguā connubio perdiderint, an & nouam didicerint, & non amiſerint ſuam. Marcus Varro cunctarum antiquitatum diligentiſſimus perſcrutator, & cæteri qui eum imitati ſunt, multa ſuper hac gente, & digna memoria tradiderunt. Sed quia nobis propoſitum eſt, incircunciſos homines non introducere in templum Dei, & vt ſimpliciter fatear, multi iam anni ſunt quod hæc legere deſiuimus, Lactātij noſtri, qua in tertio ad Probum volumine de hac gente opinatus ſit, verba ponemus. Galli, inquit, antiquitus à candore corporis Galatæ nuncupabantur, & Sibylla ſic eos appellat. Quod ſignificare voluit Poeta cum ait: Tum lactea colla auro innectuntur, cum poſſet dicere candida. Hinc vtique Galatia prouincia, in quam Galli aliquando venientes, cum Græcis ſe miſcuerunt. Vnde primum ea regio Gallo græcia, poſt Galatia nominata eſt. Nec mirum ſi hoc ille de Galatis dixerit, & occidentales populos tantis in medio terrarum ſpacijs prætermiſſis, in Orientis plaga conſediſſe memorarit, cum conſtet Orientis contra & Græciæ examina, ad Occidentis ultima perueniſſe. Maſſiliā Phocæi condiderunt, quos ait Varro trilingues eſſe, quod & Græce loquantur, & Latine, & Gallice. Oppidum Rhoda, coloni Rhodiorum locauerunt, vnde amnis Rhodanus nomen accepit. Prætermitto Carthaginis conditores Tyrios, & Agenoris vrbem prætereo Thebas Liberi quam in Aphrica cōdidit, quæ ciuitas nunc Thebeſtis dicitur. Relinquo eam partem Libyæ, quæ Græcis vrbibus plena eſt. Ad Hiſpanias tranſgredior, nonne Saguntū Græci ex inſula Zacyntho profecti condiderūt, & oppidum Tarteſſon, quod nunc vocatur Cartaia, Iones Græci homines locaſſe referuntur. Montes quoque Hiſpaniarū Calpe, Idrus, Pyrenæ: itē inſula Aphrodiſiades, & Gymneſiæ, quæ vocantur Baleares, nonne Græci ſermonis indicia demonſtrant? Ipſa Italia à Græcis populis occupata, maior quondam Græcia vocabatur. Certe, quod negari non poteſt, Romani de Æneæ Aſiani hominis ſtirpe generati ſunt. Ex quo euenit, vt & in Occidente Græci ſæpe acuminis reperiantur ingenia, & in Oriente ſtoliditatem barbara redoleant. Nec hoc dicimus, quod non è regione vtrobique diuerſa naſcantur: ſed quod ex magna parte etiā cætera quæ non ſunt ſimilia, nuncupentur. Itaque non mirum eſt ſtultos, & ad intelligentiā tardiores Galatas appellatos, cum & Hilarius Latinæ eloquētiæ Rhodanus, Gallus ipſe & Pictauis genitus, in hymnorū carmine, Gallos indociles voces. Et quod nunc oratorū fertiles ſunt, nō tam ad regionis diligentiā, quā ad rhetoricum clamorē pertinet, maxime cum Aquitania, Græca ſe iactet origine, & Galatæ non de illa parte terrarum, ſed de ferocioribus Gallis ſint profecti. Vultis ſcire ò Paula & Euſtochium, quomodo Apoſtolus vnamquamque prouinciam ſuis proprietatibus denotarit. Vſque hodie eadem vel virtutum veſtigia permanent vel errorum. Romanæ plebis laudatur fides. Vbi alibi tanto ſtudio & frequentia, ad eccleſias & ad martyrum ſepulcra concurritur? vbi ſic ad ſimilitudinem cœleſtis tonitrui amē reboat, & vacua idolorum templa quatiuntur? Non quod aliam habeam Romani fidem, niſi hanc quā omnes Chriſti eccleſiæ, ſed quod deuotio in eis maior ſit, & ſimplicitas ad credēdum. Rurſum facilitatis & ſuperbiæ arguuntur. Facilitatis, vt ibi: Rogo vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offcodicula præter doctrinam quam vos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis: huiuſmodi enim Chriſto domino noſtro non ſeruiūt, ſed ſuo ventri, & per dulces ſermones, & benedictiooes ſeducunt corda innocentium. Veſtra enim obedientia in omnem locum peruulgata eſt. Gaudeo igitur in vobis, & volo vos ſapiētes eſſe in bono, & ſimplices in malo. *Superbiæ vero:* Noli altum ſapere, ſed time. *Et:* Nolo vos igoorare fratres myſterium hoc, vt nō ſitis ipſi vobis ſapieotes. *Et in ſequentibus:* Dico enim per gratiā, quæ data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos: non plus ſapere, quam oportet ſapere: ſed ſapere ad ſobrietatem. *Et apertius:* Gaudere cum gaudentibus, flere cum gaudētibus, Idipſum inuicem ſentientes. Noo alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. *Corinthios quoque notat, quod mulieres eorum intecto capite ſint, & viri comam nutriant, & indifferenter veſcantur in templis, & inflati ſapientia ſæculari, reſurrectionem carnis negent.* Hæc ex parte *vſque hodie permanere, non poteſt dubitare, qui Achaiā viderit. Macedones in charitate laudantur, & in hoſpitalitate ac ſuſceptione fratrum. Vnde ad eos ſcribitur:* De charitate autem fraternitatis, non neceſſe habemus ſcribere vobis. Ipſi enim vos à Deo didiciſtis, vt diligatis inuicem. Etenim facitis illud in omnes fratres in vniuerſa Macedonia. *Sed reprehenduntur, quod ocioſi domus circumeāt, alienum expectantes cibum: & dum ſingulis placere deſiderant, huc illucque diſcurrāt, & quid apud ſingulos agatur, enuncient. Sequitur enim:* Rogamus vos autem fratres, vt abundetis magis, & operam detis vt quieti ſitis, & vt veſtrum negotiom agatis: & operemini maoibus veſtris, ſicut præcepimus vobis, & vt honeſtè ambuletis ad eos qui foris ſunt, & nullius aliquid deſideretis. *Quod ne quis putet officio magis docentis quam vitio gentis admonitum, in ſecunda ad eoſdem inculcat ac replicat, dicens:* Nā & cum eſſemus apud vos, hoc denunciabamus vobis, quoniā ſi quis operari non vult, nec mā-ducet. Audiuimus enim inter vos quoſdā ambulare inquiete, nihil operantes, ſed curioſe agētes. His autem qui eiuſmodi ſunt, denunciamus & obſecramus in domino Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operātes, ſuum panem manducent. *Longum eſt, ſi velim de Apoſtolo & de ſcripturis omnibus ſingularum gentiū, vel virtutes*

Rom. 16. c. — Rom. 11. c. — Rom. 12. a. — Ibidem. d. — 1. Cor. 11. — 1. Theſſ. 4. b. — Ibid. — 2. Theſſ. 4. ſ.

E *obſeruare vel vitia, cum ad hæc ipſa quæ diximus, inde deuoluti ſumus, quod Galatæ ſtulti & vecordes pronunciati ſint. Scit mecum qui vidit Ancyrã Metropolim Galatiæ ciuitatem, quod nunc vſque ſchiſmatib. dilacerata ſit, quod dogmatũ varietatib. conſtuprata: omitto Cataphrygas, Ophitas, Borboritas, & Manichæos. Nota enim iã hæc humanæ calamitatis vocabula ſunt. Quis vnquã Paſſalorincitas, & Aſcodrobos, & Artotyritas, & cætera magis portenta quã numina in aliqua parte Romani orbis audiuit? Antiquæ ſtultitiæ vſque hodie manẽt veſtigia. Vnũ eſt quod inferimus, & promiſſum in exordio reddimus: Galatas excepto ſermone Græco, quo omnis Oriens loquitur, propriam linguam eandem pene habere quam Treuiros: nec referre ſi aliqua ex inde corruperint, cum & Aphri Phœnicum linguam nonnulla ex parte mutauerint, & ipſa Latinitas & regionibus quotidie mutetur & tempore. Sed iam ad propoſitum reuertamur.* G

COMMENTARIORVM S. HIERONYMI IN EPISTOLAM AD GALATAS.

CAPVT II.

QVicunque [a] enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt enim, Maledictus omnis qui non permãſerit in omnibus quæ ſcripta sũt in libro legis, vt faciat ea. Quoniã [b] autẽ in lege nemo iuſtificatur apud Deũ, manifeſtũ eſt: quia iuſtus ex fide viuet. Lex autem nõ eſt ex fide, ſed qui fecerit ea, viuet in illis. Chriſtus [c] nos redemit de maledicto legis, factus pro

QVicunque [a] *enim,* &c.] Hũc morem habeo, vt quotieſcũque ab apoſtolis de veteri inſtrumento aliquid ſumitur, recurram ad originales libros, & diligẽter inſpiciam, quomodo in ſuis locis ſcripta ſint. Inueni itaq; in Deuteronomio hoc ipſum apud Lxx interpretes ita poſitum: *Maledictus omnis homo, qui non permãſerit in omnib. ſermonib. legis huius, vt faciat illos: & dicet omnis populus, fiat.* Apud Aquilã vero ſic: *Maledictus, qui nõ ſtatuerit verba legis huius, vt faciat ea: & dicet omnis populus, vere.* Symmachus: *Maledictus, qui non firmauerit ſermones legis iſtius, vt faciat eos: & dicet omnis populus, amen.* Porro Theodotio ſic trãſtulit: *Maledictus qui non ſuſcitauerit ſermones legis huius facere eos: & dicet omnis populus, amen.* Ex quo intelligimus, Apoſtolũ, vt in cæteris, ſenſum magis teſtimonij poſuiſſe quã verba, & incertũ habemus verũ Lxx. interpretes addiderint, omnis homo, & in omnibus, an in veteri Hebraico ita fuerit, & poſtea à Iudæis deletũ ſit. In hanc me autẽ ſuſpicionẽ illa res ſtimulat, quod verbũ, omnis, & in omnib., quaſi ſenſui ſuo neceſſarium ad probandũ illud, quod quicumque ex operib. legis ſunt, ſub maledicto ſint, Apoſtolus vir Hebrææ peritiæ, & in lege doctiſſimus nũquam protuliſſet, niſi in Hebræis voluminibus haberetur: quã ob cauſam Samaritanorum Hebræa volumina relegẽs, inueni כל quod interpretatur, omnis, ſiue omnibus, ſcriptũ eſſe, & cum Lxx. interpretib. concordare. Fruſtra igitur illud tulerũt Iudæi, ne viderentur eſſe ſub maledicto, ſi non poſſent omnia cõplere, quæ ſcripta ſunt: cum antiquiores alterius quoque gẽtis literæ id poſitũ fuiſſe teſtentur. Quoniã autẽ nemo poſſit explere legẽ, & cũcta facere quæ iuſſa ſunt, & alibi teſtatur Apoſtolus, dicẽs: *Quod enim erat impoſſibile legis, in quo infirmabatur per carnẽ, Deus filiũ ſuum mittens in ſimilitudinẽ carnis peccati, de peccato condẽnauit peccatũ in carne.* Quod ſi verũ eſt, poteſt nobis obijci: Ergo & Moyſes, & Eſaias, & cæteri prophetæ, qui ſub operibus legis fuerunt, ſub maledicto ſunt. Quod non timebit annuere, qui dicentẽ apoſtolũ legerit: Quia Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictũ, & reſpondere vnũquamque ſanctorũ ſuo tẽpore maledictionem factum eſſe pro populo. Nec ſtatim hoc tribuẽs & iuſtis viris, videbitur detrahere Saluatori, quaſi nihil præcipuum & excellens habuerit, factus pro nobis maledictũ, cum & cæteri pro alijs maledictum facti ſint. Nemo enim illorum, quamuis factus fuerit ipſe maledictio, de maledicto quempiam liberauit, abſque ſolo domino Ieſu Chriſto, qui pretioſo ſanguine ſuo, & nos omnes, & ipſos, Moyſen dico & Aaron, prophetaſque cunctos & patriarchas, de maledicto legis redemit. Nec hoc ex meo ſenſu dictum putetis, ſcriptura teſtis eſt: quia Chriſtus gratia Dei, ſiue vt in quibuſdam exemplaribus legitur, abſque Deo, pro omnibus mortuus eſt. Si autem pro omnibus, & pro Moyſe, & pro vniuerſis prophetis, è quibus nullus potuit delere chirographum vetus, quod aduerſum nos ſcriptum erat, & affigere illud cruci. *Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria Dei.* Eccleſiaſte quoque hanc firmante ſententiam. *Homo non eſt iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.* Denique & inferius Apoſtoli dictum manifeſte docet, nec Moyſen, nec illuſtrem aliquem de antiquis virum, apud Deum iuſtificari potuiſſe per legem. Sequitur enim:

Deut. 27. d Sec. Græc.

ארור אשר לא יקים את דברי התורה הזאת

F

1. Col.

Rom. 8.

2. Cor. 5. a χάριτι θεοῦ χωρὶς θεοῦ.

Col. 2. a Rom. 3. c Eccl. 7. c

b ¶ *Quoniam autem in lege nemo iuſtificatur,* &c.] Exemplũ, quo probatur iuſtus ex fide viuere, & non ex operibus, de Habacuc tulit, quod ita Lxx. interpretes ediderunt: *Iuſtus autem ex fide mea viuet.* Aquila & Theodotio: *Iuſtus autem ex fide eius viuet,* id eſt, Dei. Conſiderandum itaque quia non dixerit, homo aut vir ex fide viuet, ne occaſionem tribueret ad virtutum opera contemnenda, ſed iuſtus ex fide viuet: Vt quicumque fidelis eſſet, & per fidem victurus, non aliter poſſit ad fidem venire, vel in ea viuere, niſi prius iuſtus fuiſſet, & puritate vitæ, quaſi quibuſdam ad fidem gradibus aſcendiſſet. Poteſt ergo fieri, vt ſit aliquis iuſtus, & tamen viuat abſque fide Chriſti. Si legem ſcrupulus commouetur, Pauli verba ſuſcipiat, in quibus de ſe ait: *Secundum iuſtitiam quæ in lege eſt ſine reprehenſione.* Erat igitur Paulus tunc iuſtus in lege, ſed necdum viuere poterat, quia non habebat in ſe Chriſtum loquentẽ: *Ego ſum vita.* In quem credens poſtea cœpit & viuere. Faciamus & nos aliquid ſimile huic quod dicitur, iuſtus ex fide viuit, & dicamus, Caſtus ex fide viuit, ſapiens ex fide viuit, fortis ex fide viuit, & à cæteris virtutum partibus vicinã ſententiam proferamus aduerſum eos qui in Chriſtum non credentes, fortes & ſapientes, temperantes ſe putãt eſſe vel iuſtos, vt ſciant nullum abſque Chriſto viuere, ſine quo omnis virtus in vitio eſt. Poteſt præſens teſtimonium & ſic legi: quia iuſtus ex fide, vt deinceps inferatur, viuet. Quod autem ait: Lex non eſt ex fide, ſed qui fecerit ea, viuet in illis: manifeſtiſſime demonſtratur non ſimplicem dici vitam, ſed eam quæ referatur ad aliquid. Iuſtus quippe ex fide viuit, & non additur, in his ſiue in illis. Viuens autem in lege qui fecerit ea, viuet in illis: hoc eſt, in his quæ fecit, quæ putauit bona: mercede laboris ſui habens ea tantũ opera quæ fecit: ſiue longitudinẽ vitæ (vt Iudæi putãt) ſiue declinationẽ pœnæ, per quã tranſgreſſor legis occiditur. Viuere autẽ in illis, non putemus apoſtoli verba eſſe, ſed Ezechielis prophetæ, qui ait: *Et eduxi eos in deſertũ, & dedi eis præcepta mea, & iuſtificationes meas demõſtraui eis, quas faciet homo, & viuet in eis.* Qui cum illos, qui in præceptis & iuſtificationib ambulaſſẽt, viuere dixiſſet, adiecit: *Et dedi eis præcepta nõ bona, & iuſtificationes in quib. nõ viuẽt in eis.* Quãta in verbis cõſideratio, vbi dixit: Dedi eis præcepta & iuſtificationes, in quibus viuerent in eis: non adiunxit, bona. Vbi vero poſuit, in quib. non viuent in eis, addidit: *Et ego dedi eis præcepta nõ bona, & iuſtificationes in quib. nõ viuẽt in eis.* Sed hæc plenius in Ezechiele: nunc ad ordinẽ epiſtolæ reuertamur.

c ¶ *Chriſtus nos redemit de maledicto legis,* &c.] Subrepit in hoc loco Marciõ de poteſtate creatoris, quem ſanguinariũ, crudelem infamat & vindicem, aſſerens nos redemptos eſſe per Chriſtum, qui alterius boni Dei filius ſit. Qui ſi intelligeret quo differret, emere, & redimere (quia qui emit, alienum emit: qui autem redemit, id emit proprie quod ſuum fuit, & ſuum eſſe deſiuit) nunquam ſcripturarum verba ſimplicia, in calumniam ſui dogmatis detorqueret. Redemit ergo

Habac. 2. a ζήσεται.

Phil. 3. b

Ioan. 11. a

H

Ezech. 20. b Sec. 7 0.

A

ergo nos Chriſtus de maledicto legis, quod peccantibus conſtitutum eſt: quos ipſe increpat per prophetam, dicens: Esai 50. a
Rom. 7. c *Ecce peccatis veſtris venditi eſtis, & in iniquitatibus veſtris dimiſi matrem veſtram.* Et Apoſtolus hoc ipſum replicat, dicens: *Ego autem carnalis ſum venundatus ſub peccato.* Maledicta quoque legis, quæ in Leuitico & Deuteronomio ſcripta ſunt, nõ Deo auctore complectitur, ſed prophetico ſpiritu his qui peccaturi erant, ea quæ ventura ſunt, nũciantur. Quod ſi Apoſtoli voluerit nos teſtimonio coartare, dicentis: *Quicumque ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Scriptũ eſt enim:*
Deut. 27. *Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea:* & aſſerere omnes, qui ſub lege fuerint, fuiſſe maledictos: interrogemus eum, vtrum hi qui ſub euangelio Chriſti ſunt, & eius præcepta non faciunt, maledicti ſint an non? Si maledictos dixerit, id habebit in euangelio, quod nos habemus in lege. Si maledictos negauerit, fruſtra ergo euangelij præcepta ſunt poſita, & abſque mercede erunt hi qui illa compleuerint. Soluitur itaque vtrumque hoc modo. Quomodo Chriſtus Ieſus ex maledicto nos legis liberauit, factus pro nobis maledictum, ita de maledicto quoque euangelij, quod ſtatutum eſt ſuper eos, qui eius præcepta non fecerint eruit nos: factus pro nobis ipſe maledictum, ſciens talenti quoque nummum non dimittere portionem, & nouiſſimum exigere quadrantem.

pro nobis maledictum.[a] **Quia ſcriptum eſt: Maledictus omnis qui pendet in ligno, vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu, vt pollicitationem ſpiritus accipiamus per fidem.**

Fratres

a¶ *Quia ſcriptum eſt: Maledictus, &c.*] Antequam de ſenſu & verbis Apoſtoli diſputemus, iuſtum videtur Deuteronomij teſtimonium, de quo & Apoſtolus hæc ſumpſit, paucis replicare, & componere illud cæteris editionibus. Lxx. ergo interpretes ita hunc locum tranſtulere: *Si autem fuerit in aliquo peccatum, & iudicium mortis, & mortuus fuerit, & ſuſpenderitis eum in ligno, non dormiet corpus illius ſuper lignum:*
Deut. 21. d
Sec. 70. a
B
ſed in ſepelientes ſepelietis eum in die illa: quia maledictus à Deo omnis qui pendet in ligno: & non contaminabis terram tuam, quam dominus Deus tuus dabit tibi in hæreditatem. Aquila: *Et cum fuerit in viro peccatum & iudicium mortis, & occiſus fuerit, & ſuſpenderis eum ſuper lignum, non commorabitur morticinum ipſius ſuper lignum, ſed ſepeliens ſepelies eum in die illa: quia maledictio Dei eſt, qui ſuſpenſus eſt: & non contaminabis humum tuam, quam Dominus Deus tuus dabit tibi hæreditatem.* Symmachus: *Si autem fuerit homini peccatum ad iudicium mortis, & occiſus fuerit, & ſuſpenderis eum ſuper lignum: non pernoctabit cadauer ipſius ſuper lignum, ſed ſepultura ſepelietis eum in die ipſa: quia propter blaſphemiam Dei ſuſpenſus eſt: & non contaminabis terram tuam, quam dominus Deus tuus dabit tibi ad hæreditatem.* Theodotio: *Et quia erit in viro peccatum, iudicium mortis, & morietur, & ſuſpendes eum in ligno: non dormiet morticinium eius ſuper lignum: quia ſepultura ſepelies eum in die ipſa, quia maledictio Dei eſt ſuſpenſus, & non contaminabis adama tuam, quam dominus Deus tuus dederit tibi hæreditatem.* Porro
1. adama. 2. אדמה terra ſiue humus, lingua Hebræa appellatur. In eo autem loco vbi Aquila & Theodotio ſimiliter tranſtulerunt, dicentes: *quia maledictio Dei eſt ſuſpenſus:* in Hebræo
3. Ci kallat Elohim talui. ita ponitur: 3. כי קללת אלהים תלוי. Hæc verba Ebion ille Hæreſiarches ſemichriſtianus, & ſemi Iudæus ita interpretatus eſt. ὅτι ὕβρις θεοῦ ὁ κρεμάμενος: id eſt, quia iniuria Dei eſt ſuſpẽſus. Memini me in altercatione Iaſonis & Papiſci, quæ Græco ſermone cõſcripta eſt, ita reperiſſe: λοιδορία θεοῦ ὁ κρεμάμενος: id eſt, maledictio Dei qui appenſus eſt. Dicebat mihi Hebræus, qui me in ſcripturis aliqua ex parte inſtituit, quod poſſit & ita legi: quia contumelioſe Deus ſuſpẽſus eſt. Hic idcirco congeſſimus: quia famoſiſſima quæſtio eſt, & nobis ſolet à Iudæis pro infamia obijci, quod Saluator noſter & dominus ſub Dei fuerit maledicto. Primum igitur intuẽdum eſt, quod non quicumque in ligno pependerit, maledictus ſit apud Deum: ſed qui peccauerit, & propter ſcelus morti fuerit adiudicatus, vbicumque in cruce, non ideo maledictus, quia crucifixus eſt, ſed quia in talem inciderit reatum, vt meruerit crucifigi. Deinde illud opponendum, quod

C

inferius cauſa patibuli plenius exponatur, ſcriptura referẽte, ob maledictum & blaſphemiam Dei eum eſſe crucifixum. Quod apertius Symmachus tranſtulit, dicens: quia propter blaſphemiam Dei ſuſpenſus eſt. Ad extremum interrogemus eos, ſi Ananias & Azarias & Miſahel, nolentes Dan. 3. b
adorare idulum Nabuchodonoſor, fuiſſent in ligno ſuſpẽſi: Eleazarus quoque nonagenarius ſub Antiocho rege Syriæ, & cum ſeptẽ filiis glorioſa mater, vtrũ maledictos 2. Mach. 6. b
eos æſtimaturi fuerint, an omni benedictione digniſſimos: Certe ſi crucem, quam Aman parauerat Mardocheo, non ipſe pro ſuo merito conſcendiſſet, porro Mardocheus in eam, non vt maledictus, ſed vt vir Heſter 7.
ſanctus aſcenderet. His & cæteris ſimilibus comprobatur illum eſſe maledictum, qui dignum facinus patibulo perpetrarit: Non eum qui iniquitate iudicum & inimicorum potentia, vel clamore vulgi, aut virtutum inuidia, aut regis ira fuerit crucifixus. Et Nabot quondam ad Iezabel literas rosa, 3. Reg. 21. c
Iezrahel ciuitas morte damnauit, ſed ſanguis eius in typo Chriſti, multa poſt ſæcula vindicatur, dicente domino ad Oſee: *Voca nomẽ eius Iezrahel, quia adhuc modicum, & vlciſcar ſanguinem Iezrahel ſuper domum Hieu.* Hæc aduerſũ Iudæos. Cæterum vt ad nos redeat diſputatio, ſcire non poſſũ quare Apoſtolus in eo quod ſcriptum eſt: *Maledictus à Deo omnis qui pẽdet in ligno,* vel ſubtraxerit aliquid vel addiderit. Si enim ſemel auctoritatem Lxx. interpretum ſequebatur, debuit ſicut ab illis editum eſt, & Dei nomen adiungere. Sin vero vt Hebræus ex Hebræis, id quod in ſua lingua legerat, putabat eſſe veriſſimum, nec omnis, nec in ligno, quæ in Hebræo non habentur, aſſumere. Ex quo mihi videtur, aut veteres Hebræorum libros aliter habuiſſe, quam nunc habent: aut Apoſtolum (vt ante iam dixi) ſenſum ſcripturarum poſuiſſe, non verba: aut quod magis eſt æſtimandum, poſt paſſionem Chriſti, & in Hebræis, & in noſtris codicibus ab aliquo Dei nomen appoſitum, vt infamiam nobis inureret, qui in Chriſtum maledictum à Deo credimus. Audaci itaque pede ad hoc procedo certamen, vt ad libros prouocem, nullo loco ſcriptum à Deo quemquam eſſe maledictum, & vbicumque maledictio ponitur, nunquam Dei D
nomen adiunctum. *Maledictus tu ab omnibus beſtijs,* dicitur Oſee. 1. b
ad ſerpentem. Et ad Adam: *Maledicta terra in operibus tuis.* Deut. 21. d
Et ad Cain: *Maledictus tu ſuper terram.* Et alibi: *Maledictus* Gen. 3. c
Chanaan puer, famulus erit fratribus ſuis. Necnõ in alio loco: Sec. 70.
Maledictus furor eorũ, quia audax, & ira eorũ, quia dura. Longũ eſt ſi vniuerſas maledictiones, quæ in Leuitico, & in Deuteronomio, & in Ieſu Naue ſcribuntur, enumerem, & tamẽ in nulla earum, Dei nomen eſt additum, intantum vt etiam ipſe Satanas, cum de Iob polliceretur, quod ſi grãdibus preſſus fuiſſet anguſtiis blaſphemaret, à meliori parte hoc ſignificauerit, dicens: *Niſi te benedixerit in faciem.* Et in Regnorũ libris, Naboth propterea lapidatus refertur, quia benedixerit Deum & regẽ. Nullum autem debet mouere quod Chriſtus pro nobis maledictum factus ſit, quia & Deus qui eum dicitur feciſſe maledictum, ipſe (cum neſciret Chriſtus peccatum) pro nobis eum peccatum fecit: & Saluator de plenitudine patris, exinaniuit ſe, formam ſerui accipiẽs, vita mortua eſt, & ſapientia Dei fatuitas eſt appellata, vt quod ſtultum erat Dei, ſapientius fieret hominibus. Et in ſexageſimo octauo pſalmo de ſe loquitur: *Deus tu ſcis inſipientiam meã, & delicta mea à te non ſunt abſcondita.* Iniuria itaque domini, noſtra gloria eſt. Ille mortuus eſt, vt nos viueremus. Ille deſcendit ad inferos, vt nos aſcenderemus ad cœlum. Ille factus eſt ſtultitia, vt nos ſapiẽtia fieremus. Ille ſe de plenitudine & de forma Dei euacuauit, formam ſerui accipiẽs, vt in nobis habitaret plenitudo diuinitatis, & domini fieremus è ſeruis. Ille pependit in ligno, vt peccatum quod commiſeramus in ligno ſcientiæ boni & mali, ligno deleret appenſus. Crux etus amaras aquas vertit in dulcem ſaporẽ, & ſecurim perditam in profundumque demerſam, miſſa in fluenta Iordanis leuauit. Ad poſtremum factus eſt ille maledictio, factus, inquam, non natus, vt benedictiones quæ promiſſæ fuerãt Abrahæ, ipſo auctore & præuio trãsferrentur ad gẽtes, & ſpiritus repromiſſio per fidem illius compleretur in nobis: quã

Gen. 9. d
Sec. 70.
Gen. 49. a
Sec. 70.
Iob. 1. b
3. Reg. 21. a
Phil. 2. a
1. Cor. 1. d
Exod. 15. d
4. Reg. 6. a

Fratres,[a] ſecúdum hominē dico, tamen hominis teſtamētum confirmatū nemo ſpernit, aut ſuperordinat: Abrahæ dictæ ſūt promiſſiones, & ſemini eius. Non dicit, & ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico, teſtamentum cōfirmatū à Deo, quæ poſt quadringētos, & triginta annos facta eſt lex, non irritum facit ad euacuādam promiſſionem, quia ſi ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione. Abrahæ autē per repromiſſionem donauit Deus. Quid [b] igitur lex? propter trāſgreſſiones poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſſum erat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non eſt, Deus autem vnus eſt. Lex [c] ergo aduerſus promiſſa Dei? Abſit. Si enim data eſſet lex:

E duplicitur debemus accipere, aut in virtutum ſpiritualibus donis, aut in ſcripturarum intelligentia ſpirituali.

1.Cor 9.d a ¶ *Fratres ſecundum hominem, &c.*] Apoſtolus, qui omnibus omnia factus eſt, vt omnes lucrifaceret, debitor Græcis ac barbaris, ſapientibus & inſipientibus, Galatis quoque quos paulò ante ſtultos dixerat, factus eſt ſtultus. Nō enim ad eos his vſus eſt argumentis, quibus ad Romanos, ſed ſimplicioribus, & quæ ſtulti poſſent intelligere, & penè de triuio. Quod ne videretur imperitia, & non arte feciſſe prudēti, placat ante lectorem, & quæ dicturus eſt, réperat præfatione præmiſſa, Fratres, ſecūdum hominem dico: Quod enim dicturus ſum, non dico ſecundum Deum, non dico ſecundum reconditam ſapientiam, & eos qui ſolido poſſunt veſci cibo, ſed ſecundum eos, qui ob teneritudinē ſtomachi lacteo rore paſcuntur, & nequaquam valent audire quæ grādia ſunt.

1.Cor.5.a Vnde & ad Corinthios, in quib. audiebatur fornicatio, & 1.Cor.7.b talis fornicatio, quæ ne inter gentes quidem: ait: *Ego dico, & 2.Cor.11.f non dominus.* Et ad eoſdē in ſecunda: *Quod loquor, non ſecundum dominū loquor, ſed quaſi in inſipientia.* Putāt aliqui quod de teſtamēto hominis, & de teſtatoris morte, & cæteris humanæ ſimilitudinis diſputaturus exemplis, dixerit: Fratres ſecundum hominem dico. Mihi autem videtur, & propter hoc quidem quod illi arbitrantur, ſed maximè propter illud quod ſequitur, eſſe præmiſſum, id eſt: Non dicit, & ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt

F Chriſtus. Omnes ſcripturas ſenſu ac memoria peragrans, numquam plurali numero ſemina ſcripta reperi, ſed ſiue in bonam partem, ſiue in malam, ſemper ſingulari numero. Necnon & illud quod infert: *Hoc autem dico, teſtamentū confirmatum à Deo*, ſi quis diligēter Hebræa volumina, & cæteras editiones cum LXX. interpretum tranſlatione contulerit, inueniet vbi teſtamentum ſcriptum eſt, non teſtamentū

4.bent. ſonare, ſed pactum: quod Hebræo ſermone dicitur ברית. Vnde manifeſtum eſt, id feciſſe Apoſtolum quod promiſit, nec reconditis ad Galatas vſum eſſe ſenſibus, ſed quotidianis & vilibus, & quæ poſſet (niſi præmiſiſſet, ſecundū hominem dico) prudentib. diſplicere. Supputandi in hoc loco anni ab eo tempore, quo dominus ad Abrahā locutus eſt, di-

Gen 22.d cens: *Et in ſemine tuo benedicētur omnes gentes*, vſq; ad legiſ-

Gen.15.c latorem Moyſen, vtrum quadringenti triginta ſint: vel quomodo in Geneſi ipſi Abrahę dñs polliceatur, quod poſt quadringentos annos de terra ſeruitutis filij eius exituri ſint: Non enim parua res eſt, & à multis quæſita, neſcio an ab ali-

Gen.38.g quo ſit inuenta. Illud etiam quod in eodem libro de Thamar & duobus eius paruulis legitur, quod ſcilicet primus, qui dicitur Zara, miſerit manum ſuam, & obſtetrix ligauerit ei coccinum, & dehinc illo manum intrinſecus retrahente, manū poſterior qui Phares vocatur porrexerit, præſenti loco congruit: quòd oſtēderit Iſrael in legis opere manū ſuā, & eam prophetarū, & ipſius Saluatoris polluiā cruore ſubtraxerit: Poſtea vero proruperit populus gentium, propter quem dicitur ſepis eſſe deſtructa, & medius paries qui inter Iudæos & Gentiles fuerat diſſipatus, vt fieret vnus grex, & vnus paſtor, & eſſet gloria, & honor, & pax, omni operāti bonum, Iudæo primum & Græco. Simplex autē ſenſus, qui in hoc loco texitur, hāc vim habet, vt doceat Apoſtolus, nō poſſe per legem, quæ poſtea data eſt, repromiſſiones, quæ ante factæ ſunt ad Abraham, deſtrui, & poſteriora priorib. præiudicare, cum repromiſſiones ad Abrahā ante quadringentos triginta annos datæ ſint, quod benedicerētur in illo vniuerſæ nationes. Legis autē obſeruatio, quod qui feciſſet eā, viueret in ea, poſt quadringentos triginta annos Moyſi data ſit in mōte Sina. E contrario hic dici poterat: Quid ergo neceſſe fuit legem poſt tantum tempus repromiſſionis dari: cū & data lege, ſuſpicio deſtructæ ſponſionis potuerit oboriri, & manente repromiſſione non profutura lex data ſit, Quam præuidens Apoſtolus quæſtionem, in ſequentibus ipſe ſibi proponit & explicat, dicens. G

b ¶ *Quid igitur lex? propter tranſgreſſiones poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſſum erat, ordinata per angelos, &c.*] Quia manente repromiſſione, quę facta fuerat ad Abraham, lex poſtea data per Moyſen fruſtra videbatur illata, cur data ſit explicat: Propter tranſgreſſiones, inquit. Poſt offenſam enim in eremo populi poſt adoratum vitulum, & murmur in dominum, lex trāſgreſſiones prohibitura ſucceſſit. *Iuſto quippe lex non eſt* 1.Tim.1.b *poſita, iniquis autē & non ſubiectis, impiis & peccatoribus*: & vt altius repetam, poſt idololatriā (cui in Ægypto fuerant mancipati, ita vt Deum patrū ſuorum obliuiſcerentur, & deinceps dicerent: Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui eduxerunt te de terra Ægypti) ritus colēdi Deum, & delinquētiū pœna ſancita eſt in manu mediatoris Chriſti Ioan.1.a Ieſu, quia *omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factū eſt nihil.* Non ſolum cœlū, terra, mare, & vniuerſa quæ cernimus, ſed etiā illa quæ per Moyſen duro populo quaſi iugum legis 1.Tim 2.b impoſita ſunt. Scribitur & ad Timotheū: *Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominū homo Chriſtus Ieſus.* Poſtquam ob noſtram ſalutem de Virginis vtero dignatus eſt naſci, Dei & hominū homo Chriſtus Ieſus, ſequeſter eſt dictus. Antequā vero humanū corpus aſſumeret, & eſſet apud patrē in principio Deus verbum, ad oēs ſanctos, ad quos factus eſt ſermo Dei, Enoch videlicet, Noë, Abrahā, Iſaac, & H Iacob, & poſtea Moyſen & cunctos prophetas, quos ſcriptura cōmemorat, ſine additamento hominis, quē necdum aſſumpſerat, mediator tantūmodò nuncupatur. Quod autē ait: Lex ordinata per angelos, hoc vult intelligi, quod in omni veteri teſtamento, vbi angelus primum viſus refertur, & poſtea quaſi Deus loquens inducitur, angelus quidē verè ex miniſtris pluribus quicumque ſit viſus, ſed in illo mediator loquatur qui dicat: *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac,* Exod 3.b *& Deus Iacob.* Nec mirum ſi Deus loquatur in angelis, cum etiam per angelos, qui in hominibus ſunt, loquatur Deus in Zach.2.a prophetis: dicente Zacharia: *Et ait angelus, qui loquebatur in* Sec.70. *me*, ac deinceps inferente: *Hæc dicit dominus omnipotens.* Neque enim angelus qui eſſe dictus fuerat in propheta, ex ſua perſona audebat loqui: *Hæc dicit dominus omnipotens.* Manū mediatoris, potentiam & virtutē eius debemus accipere. Qui cum ſecundum Deum vnum ſit ipſe cū patre, ſecundū mediatoris officiū alius ab eo intelligitur. Quia vero lectionis ordo confuſus eſt, & hyperbato perturbatur, ſic nobis reddendus videtur: *Lex poſita eſt per angelos in manu mediatoris*, propter tranſgreſſiones ordinata per angelos. *donec veniret ſemen cui repromiſſum erat.* Semen autem haud dubium quin Chriſtum ſignificet: qui ex Matthæi quoque principio comprobatur eſſe filius Abraham, ſcriptura referente: *Liber generationis Ieſu Chriſti filij David, filij Abraham.*

c ¶ *Lex ergo aduerſus promiſſa Dei? Abſit. Si enim data eſſet lex quæ poſſet viuificare, vere ex, &c.*] Sicut mediator Dei & hominum, inter dantem & accipientem legem medius fuit, ita lex ipſa, quæ poſt repromiſſionem data eſt, inter repromiſſionem & completionem eius media ſubrepſit. Quæ non idcirco arbitranda eſt promiſſionem excludere, quia poſtea ſubſecuta, eam quæ prius fuit, videtur abolere: ſed ex eo quod non potuit viuificare, nec id tribuere quod repromiſſio prima pollicita eſt, manifeſtum eſt in cuſtodiam eam repromiſſionis, non in ſubuerſionem datam. Si enim data eſſet lex, quæ poſſet præſtare vitam, & id quod repromiſſio ſpoponderat exhibere, vere promiſſio per legem putaretur excluſa. Nunc autem propter tranſgreſſiones, vt ſupra diximus, poſita, magis arguit eos peccatores quib. poſt repromiſſionem in cuſtodiam, & vt ita dicam, in carcerem

data

data eſt: vt quia per arbitrij libertatem noluerant innocentes expectare promiſſum, legalibus vinculis præpediti, & in ſeruitutem mandatorum redacti, cuſtodiremur in aduentum futuræ in Chriſto fidei: quæ finem repromiſſionis afferret. Nec vero æſtimandum ſcripturam auctorem eſſe peccati, quia omnia ſub peccato concluſiſſe dicatur: cum mandatum quod ex iure præcipitur, oſtendat potius arguatque peccatum, quã ſit cauſa peccati. Quo modo & iudex non eſt auctor ſceleris, nequã homines vinciendo: ſed concludit eos, & nocentes ſententiæ ſuæ auctoritate pronunciat: vt̃ debitos pœnæ, indulgentia poſtea, ſi voluerit, principalis abſoluat,

a ¶ *Itaque lex pædagogus noſter, &c.*] Pędagogus paruulis aſſignatur, vt laſciuiens refrenetur ætas, & prona in vitia corda teneãtur: dum tenera ſtudiis eruditur infantia, & ad maiores philoſophiæ ac regendæ reipublicæ diſciplinas, metu pœnæ coërcita præparatuř. Non tameň pędagogus magiſter, & pater eſt: nec hæreditatem & ſcientiam pædagogi is qui eruditur expectat, ſed alienum cuſtodit filium pædagogus, ab eo, poſtquam ille ad legitimum capiendæ hæreditatis tempus aduenerit, receſſurus. Denique & nomen pædagogi hoc ipſum ſonat, & eſt compoſitum ab eo
παιδάγω-γός.
quod pueros agat, id eſt, ducet. Itaque & Moyſi lex, populo laſciuienti ad inſtar pædagogi ſeuerioris appoſita eſt, vt cuſtodiret eos, & futuræ fidei præpararet: quæ poſtquam venit, & credidimus in Chriſtum, iam non ſumus ſub pædagogo: tutor à nobis curatorque diſcedunt, & legitimum ętatis tempus ineuntes, veri Dei filij nominamur: cui nos generat non lex abolita, ſed mater fides, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Quod ſi quis poſt conſummatum ætatis ſuæ tempus, quando iam hæres & liber & filius appellatur, voluerit eſſe ſub pædagogo, ſciat ſe non poſſe legibus paruuli viuere. Vbi enim nunc compleri poteſt illud: *Ter in anno apparebit omne*
Exod.23.b
maſculinum tuum in conſpectu domini Dei tui, ſubuerſa Hieruſalem, & templo vſque ad cineres diſſipato? Vbi ſalutares & pro peccato hoſtiæ? Vbi ad ſimulacrum cæleſtium ſyderum holocauſtorũ æternus ignis, altari omnino deſtructo? Noxiis vero quæ poterit pœna decerni, ſcriptura dicente: *Auferetis malum de medio veſtrum*: ſeruientibus Iudæis, &
Deut.13.b
Romanis regnantibus. Atque ita fiet, vt nec ſub patre, nec ſub pædagogo viuant: dum & lex impleri non poteſt poſt ſucceſſionem fidei: & fides, dum pædagoga lex appetitur, non tenetur.

B

b ¶ *Quicunque enim in Chriſto baptizati eſtis, &c.*] Quo modo filij Dei per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu naſcamur, oſtendit dicens: Quicumque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Quod autem Chriſtus ſit indumentum, non ſolum de præſenti loco, verumetiam de alio comprobatur, Paulo eodem cohortante: Induite vos dominum Ieſum Chriſtum. Si igitur qui in Chriſto baptizati
Rom.13.d
ſunt, Chriſtum induerunt: manifeſtum eſt eos qui non ſunt induti Chriſtum, non fuiſſe baptizatos in Chriſto. Ad eos enim qui fideles & baptiſma Chriſti conſecuti putabantur, dictum eſt. Induite vos dominum Ieſum Chriſtum. Si quis hoc corporeum & quod oculis carnis aſpicitur, aquæ tantum accepit lauacrum, non eſt indutus dominum Ieſum
Act.8.c
Chriſtum. Nam & Simon ille de actibus apoſtolorum acceperat lauacrum aquæ: verum quia ſanctum Spiritum non habebat, indutus non erat Chriſtum. Et hæretici vel hypocritæ, & hi qui ſordide victitant, videntur quidem accipere baptiſmum: ſed neſcio an Chriſti habeant indumentum. Itaque conſideremus ne forte & in nobis aliquis deprehen-

lex, quæ poſſet viuificare: vere ex lege eſſet iuſtitia. Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Prius autem quàm veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur concluſi, in eam fidem quæ reuelanda erat. [a] Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur. At vbi venit fides, iam non ſub pædagogo ſumus. Omnes enim filij Dei eſtis per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. [b] Quicumque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Non eſt Iudæus, neque Græcus: non eſt ſeruus neque liber: non eſt maſculus neque femina. Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu. [c] Si autem vos Chriſti: ergo Abrahæ ſemen eſtis, ſecundum promiſſionem hæredes.

CAPVT IV.

DIco [d] autem, quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cum ſit dominus omnium: ſed ſub tutoribus eſt & actori-

daiut, qui ex eo quod Chriſti non habet indumentũ, arguatur non baptizatus in Chriſto. Cum autẽ quis ſemel Chriſtũ indutus fuerit, & miſſus in flammam, Spiritus ſancti ardore canduerit, non intelligitur aurum ſit an argentum. Quã diu calor maſſam ſic poſſidet, vnus igneus color eſt, & omnis diuerſitas generis, conditionis, & corporum auſertur iſtiuſmodi veſtimento. Non eſt enim Iudæus neque Græcus. Pro Græco gentilẽ accipere debemus: quia ἕλλην & Græcum & ethnicum vtrumque ſignificat. Nec Iudæus idcirco melior eſt, quia circumciſus eſt: nec gentilis ideo deterior, quia præputium habet: ſed pro qualitate fidei, vel Iudæus, vel Græcus melior ſiue deterior eſt. Seruus quoque & liber, non conditione ſeparantur, ſed fide: quia poteſt & ſeruus libero eſſe melior, & liber ſeruum in fidei qualitate præuertere. Maſculus ſimiliter & femina, fortitudine & imbecillitate corporum ſeparantur. Cæterum fides pro mentis deuotione cenſetur, & ſæpe euenit vt & mulier viro cauſa ſalutis fiat, & mulierem vir in religione præcedat. Cum autem ita ſe res habeat, & tota diuerſitas generis, conditionis & corporum, Chriſti baptiſmate & indumento illius auferatur, omnes vnum ſumus in Chriſto Ieſu; Vt quomodo pater & filius in ſe vnum ſunt, ita & nos in ipſis vnum ſimus.

c ¶ *Si autem vos Chriſti: &c.*] Quia repromiſſiones ad Abraham & ad ſemen eius factæ ſunt, quod eſt Chriſtus Ieſus: conſequenter hi qui Chriſti filij, id eſt, ſemen eius ſunt, ſemen quoque dicuntur Abraham, cuius ſunt ſemen ex ſemine. Verum quotieſcumque dominus noſter Ieſus ſemen Abrahæ nominatur, corporaliter ſentiẽdum eſt, quod ex eius ſtirpe generetur. Quotiens autem nos, qui Saluatoris ſermone ſuſcepto credidimus in eum, & nobilitatem generis Abrahæ, ad quẽ eſt promiſſio facta, ſuſcepimus: tũc ſpiritualiter ſemẽ fidei & prædicationis accipere debemus. Deinde etiã hoc conſiderandũ, quod quãdo de domino loquitur: Abrahæ autẽ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius, hoc eſt Chriſto Ieſu, repromiſſiones pluraliter ponat. Quando vero de his qui per Chriſtũ ſemen ſunt Abrahę, ſingulariter repromiſſio nuncupatur, vt in præſenti loco: ergo Abrahæ ſemen eſtis, ſecundum promiſſionem hæredes. Decẽs quippe erat, vt quod in Chriſto vno pluraliter dicebatur, id in multis hominibus ſingulariter poneretur. Sequitur:

D

CAPVT IV.

DIco [d] *autẽ, &c.*] Hæres iſte paruulus, qui nihil differt à ſeruo, cum ſit dominus omniũ, ſub tutoribus & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus à patre: totũ humanũ genus vſque ad aduentũ Chriſti, & vt amplius dicã, vſque ad mundi conſummationẽ ſignificat. Quo modo enim omnes in protoplaſto Adã, necdum nati moriũtur: ita & omnes etiã hi qui ante aduentũ Chriſti nati ſunt, in ſecundo Adam viuificãtur. Atq; ita fit, vt & nos legi ſeruierimus in patrib., & illi gratia ſaluentur in filiis. Iſte intellectus eccleſię catholicæ cõuenit, quæ & veteris & noui teſtamenti vnam aſſerit prouidentiã: nec diſtinguit in tempore, quos conditione ſociauit. Omnes ædificati ſumus ſuper fundamentũ apoſtolorũ & prophetarũ, cõtinente nos angulari lapide Ieſu Chriſto domino noſtro: *qui fecit vtraq; vnũ: & medium parietẽ diſſi-*
Eph.2.c
pãs, inimicitiam vtriuſque populi in ſua carne deſtruxit, & antiquæ legis difficultatẽ euãgelicorũ dogmatũ integritate mutauit. Vere in Chriſto omnes vnus panis ſumus, & duo conſenſimus ſuper terrã. Et quomodo nos ſuper prophetas 1.Cor.10.
fundati ſumus: ita & patriarchæ in apoſtolorũ fundamine Matt.18.
cõſtiterũt. Tutores autẽ & actores, poſsũt & prophetę accipi, quorũ verbis quotidie in aduentũ Saluatoris erudiebamur:

E

ſicut pædagoga Moyſi lex ſupra diſerta eſt, & angeli paruulorum, qui quotidie vident faciem patris, & interpellant pro eis. De quibus dictũ eſt: *Immittet Angelus domini in circuitu timentium eum, & eruet eos*, Recte hi ſub actoribus & actoribus eſſe dicuntur: qui habentes ſpiritum timoris, necdum meruere ſpiritum libertatis & adoptionis accipere. Ætas enim infantiæ ad peccata formidat: pædagogum meruit, non cõfidit eſſe ſe liberam, licet per naturã domina ſit. Et ſecundum vtramque intelligentiam, qua tutores & actores, vel prophetas vel angelos diximus, paruulus iſte tamdiu ſub actoribus eſt atque tutoribus, donec legitimum perfecti viri tempus impleuerit. Legitimum autem tempus, ſicut Romanis legibus, vigintiquinque annorum ſpacio terminatur, ita ad humani generis perfectionem Christi reputatur aduentus. Statim vt ille venerit, & omnes in virũ perfectum creuerimus, pædagogus à nobis tutorque diſcedũt. Tunc auctoritate domini, & hæreditatis poſſeſſione perfruemur, in qua prius nati, quodammodo putabamur alieni.

Ibid. b
Pſal. 33. b

actoribus vſque ad præfinitum tempus à patre. [a]Ita & nos cum eſſemus paruuli, ſub elemẽtis huius mundi eramus ſeruientes. At [b]vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam [c] autẽ eſtis filij Dei, miſit Deus ſpiritum filij

a ¶ *Ita & nos cum eſſemus paruuli.*] Elementa mundi, eoſdem quos ſupra tutores & actores dixerat, appellauit: quod ſub ipſis primũ præſidibus conſtituit, quia necdum Dei filij capere ad nos poteramus aduentum, erudiebamur in mundo. Nonnulli eos eſſe angelos arbitrantur, qui quatuor mũdi elementis præſideant: terræ videlicet, aquæ, igni, & aëri, & neceſſe eſſe vt priuſquam quis credat in Christo, illis arbitris gubernetur. Elementa mundi, cœlum, & terram, & ea quæ intra hæc ſunt, plerique appellata putant: quod videlicet ſolem, lunam, maria, ſyluarum & montium deos, & ſapientes Græciæ, & Barbaræ nationes, Romanique omnium ſuperſtitionum ſentina venerentur: à quibus, cum Christus venerit, liberamur: intelligentes ea creaturas eſſe non numina. Alij elementa mundi, legem interpretantur Moyſi & eloquia prophetarum: quod per hæc quaſi initia & exordia literarum, Dei timorem, qui ſapientiæ principium eſt, ſuſcipiamus. Denique ad eos qui iam deberent eſſe perfecti & veniente neglecta adhuc diſciplinarum principijs inhærebant, ſcribit in epiſtola ad Hebræos Apoſtolus: *Etenim cum deberetis eſſe magiſtri propter tempus, rurſum neceſſe habetis vt doceamini quæ ſint elementa principij ſermonum Dei.* E contrario nobis obijci poteſt, quod ad Coloſſenſes Paulus apoſtolus ſcribens, elementa mundi alia nuncuparit: *Videte, dicens, ne quis vos deprædetur per philoſophiam, & inanem deceptionem, ſecundum traditionem hominum: ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Christum.* Sed ex eo quod addidit, ſecundum traditionem hominum, & inanem deceptionem: oſtendit non eadem elementa ad Coloſſenſes & ad Galatas nominari. Ab his quippe elementis poſtquam venerit temporis plenitudo, redimimur, & ad maiora gradientes, adoptionem recipimus filiorum. Ab illis vero nihil tale dicitur quid ſequatur: ſed ſimpliciter elementa pro literis accipiuntur. Poteſt igitur, vt diximus Moyſi lex & prophetæ pro elementis accipi literarum: quod per eas ſyllabæ iungantur & nomina, & non tam ſui quam alterius rei vtilitate diſcantur: vt poſſimus orationem legere contextam: in qua ſenſus magis & ordo verborum quam literarum principia conſiderantur. Quod autem legem & prophetas, elementa mundi interpretati ſumus, mundus pro his qui in mundo ſunt accipi ſolet: eodem Paulo dicente: *Deus erat in Christo, mundum reconcilians ſibi.* Et in Euangelio: *Et mundus per eum factus eſt, & mundus eum non recepit.* Quidam etiam in illa liberius euagãtur: vt quia lex vmbram habet futurorum bonorum, requirant verum in alio mũdo, de quo Saluator ait: *Ego non ſum de mundo iſto*, primum paruuli ſimus, & ſub elementis minorum conſtituti, paulatim procedamus ad ſummum, & recipiamus adoptionis locum, quem quondam amiſimus.

F
Hebr. 5. d
Col. 2. b
2. Cor. 5. d
Ioan. 1.
Ioan. 17. e

b ¶ *At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, &c.*] Diligenter attendite, quod non dixerit, factum per mulierem, quod Marcion & cæteræ hæreſes volũt, quæ putatiuam Christi carnem ſimulant, ſed ex muliere, vt non per illam, ſed ex illa natus eſſe credatur. Quod autẽ ſanctam & beatam matrem domini, mulierem non virginem nominauit, hoc idẽ & in euangelio κατὰ Ματθαῖον ſcriptũ eſt, quãdo vxor appellatur Ioſeph, & ab ipſo domino quaſi mulier increpatur. Non enim neceſſe erat ſemper quaſi cantè & timidè virginem dicere, cum mulier ſexum magis ſignificet, quam copulam viri, & ſecundum intelligentiam Græcitatis, γυνὴ tam vxor quam mulier valeat interpretari. Sed vt cũcta prætereã, quomodo ſub lege factus eſt, vt eos qui ſub lege erant redimeret, ſic propter illos qui nati erãt ex muliere, ex muliere naſci voluit. Nam & baptiſmum in Iordanis fluento idcirco quaſi pœnitens, cum eſſet à peccatis liber, accepit, vt cæteros doceret mundandos eſſe per baptiſmum, & in filios noua ſpiritus adoptione generari. Quod nequaquã intelligens Ioannes Baptiſta, eum ad lauacrum prohibebat accedere, dicens: *Ego à te debeo baptizari.* Et ſtatim ſacramentum docetur: *Sine modo, ſic enim decet nos adimplere omnem iuſtitiam.* Ne qui ob hominum ſalutem venerat, aliquid de conuerſatione hominum præteriret. Quærat quiſpiam & dicat: Si ideo ſub lege factus eſt, vt eos qui ſub lege erant redimeret (quod videlicet impoſſibile fuerit redimi eos qui erant ſub lege, niſi factus fuiſſet ipſe ſub lege) aut ſine lege factus eſt, vt redimeret eos qui ſub lege non erant: aut ſi non eſt factus ipſe ſine lege, non redemit eos qui ſub lege nõ fuerant. Quod ſi poſſibile erat eos, qui ſine lege erãt redimi, ita vt ſine lege ipſe non fieret, ergo ſuperflue ſub lege factus eſt, vt redimeret eos qui ſub lege erant. Breuiter ſoluet hãc quæſtionẽ, ſi quis illo vtatur exẽplo: & cum his qui ſine lege erãt reputatus eſt. Nam licet in Latinis codicibus propter ſimplicitatem interpretum male editum ſit: *Et cum iniquis reputatus eſt*: tamen ſciendũ aliud apud Græcos ſignificare ἀνόμων, quod hic ſcriptum eſt, aliud ἀδίκων, quod in Latinis voluminibus habetur: ἄνομος enim dicitur ille, qui ſine lege eſt, & nullo iure conſtringitur, ἄδικος vero iniquus ſiue iniuſtus. Vnde & ipſe Apoſtolus in alio loco: *Cum non eſſem*, ait *ſine lege Dei, ſed in lege eſſem* Christi: & certe in hoc quoque teſtimonio ἄνομος in Græco ſcriptum eſt, & qui hic bene interpretatus eſt, potuit idem verbum & ibi ſimiliter interpretari, niſi eum ambiguitas fefelliſſet. Alius vero ipſum verbum, redimeret, altius intuebitur, & dicet eos ſignificari redẽptos, qui primum de Dei parte fuerint, & poſtea eſſe ceſſauerint. Illos vero qui ſub lege non fuerint, non tam redimi quã emi. Vnde & ad Corinthios, in quibus audiebatur fornicatio, *& talis fornicatio, quæ ne inter gentes* quidem ſcribitur: *Pretio empti eſtis*, non redempti. Sub lege quippe non fuerãt. Recipimus igitur adoptionem filiorum Dei, & redẽpti à Christo, ſub ſeruitute elementorum mundi & tutorum poteſtate eſſe deſiſtimus. Quomodo autem inter redimere & emere quid intereſſet, oſtendimus, ſic quid ſit inter accipere & recipere adoptionem filiorum, conſideremus.

G
Matth. 1. d
Ioan. 2. a
Matth. 3. d
Luc. 22. d
Eſa. 53. d
H
καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη.
1. Cor. 9. a
1. Cor. 5. a

c ¶ *Quoniam autem, &c.*] Manifeſte apoſtolus Paulus tres ſpiritus nominat: Spiritũ filij Dei, vt in præſenti loco, miſit Deus ſpiritũ filij ſui in corda veſtra: Et ſpiritũ Dei, vt in illo: *Quotquot ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſũt.* Et ſpiritũ ſanctũ, vt ibi: *Corpora veſtra tẽplũ ſancti ſpiritus ſunt, qui eſt in vobis.* Aliutu autem ſanctũ ſpiritum eſſe quã filiũ Dei, manifeſte & in euangelio cõprobatur: *Qui dixerit verbum contra filiũ hominis, dimittetur ei. Quicunque autẽ dixerit contra ſpiritũ ſanctũ, nec hic nec in futuro dimittetur ei.* Hoc ideo, quia multi per imperitiam ſcripturarum, quod & Firmianus in octauo ad Demetrianum epiſtolarum libro facit, aſſerunt ſpiritum ſanctũ ſæpe patrem, ſæpe filium nominari. Et cum perſpicue in Trinitate credamus, tertiam perſonam auferẽtes, non ſubſtantiam eius volunt eſſe, ſed nomen. Ne autem longum faciam (non enim dialogus, ſed commentarius ſcribitur) de quinquageſimo pſalmo tres ſpiritus nominatos breuiter

Rom. 8. c
1. Cor. 6. d
Luc. 12. d

filij ſui in corda veſtra clamantem, abba pater. Itaque [a] iam non eſt ſeruus, ſed filius. Quod ſi filius, & hæres per Chriſtum. [b] Sed tunc quidem neſcientes Deum, ſeruiſtis his qui natura non erant dij. Nunc vero cognoſcentes Deum, magis autem cogniti ab eo, quo modo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa: quibus rurſum

A [.]mittet oſtendam: propheta dicente: *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Ne proijcias me à facie tua, & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me*: Principalem ſpiritum, patrem appellat: quia filius ex patre, & non ex filio. Spiritum autem rectum veritatis atque iuſtitiæ, Chriſtum dominum ſignificat: *Quia pater omne iudicium dedit filio*, vt David ait: *Deus iudicium tuũ regi da, & iuſtitiam tuam filio regis.* Porro Spiritum ſanctũ aperto nomine vocat. Quæ quidem eum vocabulis perſoniſque diſſentiant, ſubſtãtia naturaque ſociata ſunt, & indifferẽter idem ſpiritus ob naturæ ſocietatem, nunc patris dicitur eſſe nunc filij. Argumẽtum autem quo aſſerere conatur, nos iam non eſſe ſub lege, ſed ſub gratia domini Ieſu, tali fine concludit. Superius dixerat, vt adoptionem filiorum reciperemus: nunc Dei eſſe nos filios, ex ſpiritu probat, quem habemus in nobis. Nunquam enim, inquit, auderemus dicere: Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum: niſi de conſcientia ſpiritus habitantis in nobis, & magna ſenſuum & dogmatum voce clamante: Abba pater. Abba Hebraicum eſt, idipſum ſignificans quod & pater. Et hanc conſuetudinem in pluribus locis ſcriptura conſeruat, vt Hebraicum verbum cum interpretatione ſua ponat. *Bartimeus, filius Timei.* Aſer, diuitiæ. Tabita, Dorcas, & in Geneſi, Meſech, vernaculus, & cætera his ſimilia. Cum autem abba pater, Hebræo Syroque ſermone dicatur, & dominus noſter in euangelio præcipiat, nullum patrem vocandum niſi Deum: neſcio qua licẽtia in monaſterijs vel vocemus hoc nomine alios, vel vocari nos acquieſcamus. Et certe ipſe præcepit hoc, qui dixerat non eſſe iurandum. Si non iuramus, ne patrem quidem quempiam nominemus. Si de patre interpretabimur aliter, & de iuramento aliter ſentire cogemus. Notãdum etiam quia clamor in ſcripturis, non magnæ vocis emiſſio, ſed ſcientiæ intelligatur, & dogmatum magnitudo. Nam & in Exodo

Ioan.5.d

Pſal.71.a

Marc.10.[.]

Act.9.f

Gen.15.a

Ibi 70.

B reſpondit Dominus ad Moyſen: *Quid clamas ad me*, cum penitus Moyſi vox nulla præceſſerit. Verum compunctum cor & pro populo lacrymabiliter ingemiſcens, ſcriptura clamorem vocauit. Quo modo igitur qui ſpiritum filij Dei habet, filius Dei eſt. ſic in reciprocum, qui ſpiritum filij Dei non habet, Dei filius non poteſt appellari.

Exod.14.d

[a] ¶ *Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius. Quod ſi filius, & hæres per Chriſtum.*] Habentes, inquit ſpiritum filij Dei in vobis clamantem, abba pater, non ſerui cœpiſtis eſſe, ſed filij. Quia ante nihil differebatis à ſeruo cum eſſetis nati quidem Dei, ſed ſub tutoribus & actoribus paruuli degebatis: quod ſi filij eſtis conſequenter vobis debetur hæreditas: vt quomodo ſpiritũ filij Dei accipientes facti eſtis filij Dei: ita in libertatem de ſeruitute mutati, hæredes ſitis cum hærede patris Chriſto Ieſu: qui ex perſona hominis aſſumpti loquitur in pſalmo: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuã, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Quod autem in hoc loco dicimus, in cæteris quoque obſeruare debemus: de toto genere hominum ſingulari numero diſputari. Omnes enim credentes, virum ſumus in Chriſto Ieſu, & membra corporis eius, & in perfectum virum redacti, illum habemus caput: quia caput viri Chriſtus eſt.

Pſal.2.b

[b] ¶ *Sed tunc quidem neſcientes Deum, &c.*] Galatas, quos ab idolorũ cultu ad fidẽ Dei veri tranſtulerat, arguit: quo modo idolis derelictis, quæ natura nõ erãt dij, & cognoſcẽtes Deũ, magis autem cogniti ab ipſo, ſpiritu quoque adoptionis accepto, rurſum quaſi paruuli & ſub tutoribus & pædagogo eſſe cupientes, ad infirma & paupertina reuertãtur elementa: quæ propterea infirmo & pauperi ſenſu populo data ſũt in deſerto, quia non poterat accipere & ſuſtinere maiora. Eadem autem elementa, quæ nunc infirma & egena appellauit, ſuperius tantũ mundi elementa poſuit. Et vbi elementa mundi dicta ſunt, ibi non eſt additum, infirma & egena.

[illegible]

Hic rurſum vbi infirma vocata ſunt, mundi, vt ſupra diximus, nomen eſt tacitum. Puto itaque quamdiu quis paruulus eſt, nec ſtatutum à patre tempus impleuit, vt filius & hæres appellari queat, ſub elementis eum mundi, lege videlicet eſſe Moyſi. Cum autem poſt libertatem & adoptionem & hæreditatem filio debitam rurſum reuerſus fuerit ad legem, circumcidi volẽs, & totam Iudaicæ ſuperſtitionis litteram ſequi: tũc quæ prius ei mundi tantum fuerãt elementa, infirma quoque & egena dicuntur exordia. Intãtum enim nihil proſunt cultoribus ſuis, vt ne hoc quidẽ eis exhibere valeãt, quod ante præſtiterant, Hieroſolyma, templo altarique deſtructis. Reſpondeat aliquis, & dicat: Si lex & præcepta, quæ in lege conſcripta ſunt, infirma & egena elementa ſunt, & hi qui cognouerunt Deum, magis autem cogniti ſunt ab eo, legem obſeruare non debent (ne incipiant non tam Deum colere à quo cogniti ſunt, quã ad eos reuerti, qui natura nõ ſunt dij.) Aut legẽ obſeruauerunt Moyſes & prophetæ, & nõ cognouerunt Deum, nec cogniti ſunt ab eo. Aut ſi cognouerunt Deum, mandata legis minime compleuerunt: Quod vtrumque periculoſum eſt dicere: Aut illos non feciſſe quæ legis ſunt, & ſic cognouiſſe Deum: aut non cognouiſſe Deũ, dum infirma & egena legis elementa cuſtodiunt. Quod quidem ſic ſolui poteſt, vt dicamus illos, quo modo Paulus factus eſt Iudæus vt Iudæos lucrifaceret, & in Cenchris ex voto comã totondit, & nudipedalia atque caluitium Hieroſolymis in templo exercuit: vt eorum ſedaret inuidiam, qui cauſati de eo fuerant quod contra legem Moyſi & Deum faceret prophetarũ: Ita & ſanctos viros feciſſe quidẽ ea quæ legis erãt, ſed ſenſum magis legis ſecutos eſſe quam literam: Qui non minus quam Abraham, ſublato de facie velamento, cupierunt videre diẽ Chriſti, & viderunt, & lætati ſunt: Facti infirmo populo infirmi, vt infirmos lucrifacerent, & his qui ſub lege erant, quaſi eſſent ipſi ſub lege: vt eos ab idolis, quibus in Ægypto aſſueuerant, ſepararent. Abſurdum quippe eſt Moyſen & cæteros confabulatores Dei in ea fuiſſe cõditione, vt non credamus eis & præfinitum tẽpus à patre veniſſe, & redemptos eos eſſe de ſeruitute legali, & adoptionẽ filiorũ conſecutos, & hæreditatẽ cœpiſſe cum Chriſto. Quæcumque enim toto generi humano ſapiẽtia Dei quaſi in filio præſtitit: hæc eadẽ vnicuique ſanctorum ſemper ſuo ordine & diſpẽſatione largita eſt. Legem nobis Moyſi infirma & egena dicentib. elementa, occaſionem inueniunt hæretici, vt detrahant creatori, quia mundum condiderit, & legem ſanxerit. Quibus nos reſpõdebimus id quod ſupra diximus, infirma his eſſe & egena elementa, qui ad ea poſt euangelij gratiam reuertuntur. Antequam vero præfinitum tempus veniret à patre, non tam infirma & egena appellata eſſe elementa, quam mundi. Denique prius quã Chriſti in toto orbe euangeliũ coruſcaret, habuerũt ſuum fulgorẽ præcepta legalia: poſtquã vero maius euangelicæ gratiæ lumen effulſit, & ſol iuſtitiæ toti mũdo ſe prodidit, ſtellarũ lumẽ abſconditũ eſt, & earũ radij caligauerũt: ita vt Apoſtolus in alio loco diceret: *Nam nec glorificatum eſt quod glorificatum fuit, in hac parte, propter excellentem gloriam.* Quod alijs verbis nũc loquitur, vt dicat lex Moyſi quæ ante euangelium diues & opulenta & clara fuit, poſt aduentũ Chriſti ad cõparationem eius, quaſi infirma & egena, imminuta atq; deſtructa eſt ab eo qui maior fuit Salomone, & templo, & Iona. Quod enim ſcriptum eſt: *Illum oportet creſcere, me autem minui*: non tam ex Ioannis, quam ex legis perſona dictum puto: quia ſemper cedunt minora maioribus, & perfecta initijs præponuntur. Alias autem, infirma & egena elementa, Iudæorum traditiones, & ſecundum literam vilem intelligentiam confirmabimus: quæ ſunt iuſtificationes non bonæ, & præcepta non bona. Robuſta quippe & diues eſt legis intelligentia ſpiritualis, ita vt aut penitus elementum non debeat appellari: aut elementum quidẽ ſit comparatione futuri ſæculi, & vitæ in Chriſto Ieſu, qua nunc viuũt angeli ſupernæque virtutes: ſenſui vero Iudaico comparata, non tam elementum,

C

1.Cor.9.c

Act.18.e & 21.d

Num.6.

D

1.Cor.9.d

2.Cor.3.b

CANON E hoc eſt initium, quam perfectio n[illegible]uerut. Q[illegible] autem ait: *Nunc vero cognoſcentes Deum, ma*[illegible] *autem cog*[illegible] *ab eo*: illud oſtēdit, quod poſt idolorum cu[illegible]tum, Deum intellexerunt Galatæ: vel potius ipſi cognitione eius digni [illegible] ſunt iudicati. Non quod Deus creator omniū aliquid ignoret, ſed quo eos tantum ſcire dicatur, qui errorem pietate mutauerint. 2 Tim 2.c *Cognoſcit dominus qui ſunt eius*. Ioan 10.b Et Saluator in euangelio. *Ego ſum*, ait, *paſtor bonus, & cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ*. Econtra ad impios: Luc 13.f *Neſcio vos, recedite à me operarij iniquitatis*. Matth. 25.a Et ad ſtultas virgines: *Neſcio vos*, quæ eſtis.

rurſum ſeruire vultis. [a] Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos: timeo vos ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis. [b] Eſtote ſicut & ego, quia & ego ſicut vos. Fratres obſecro vos, nihil me læſiſtis. Scitis autem quia per infirmitatem carnis

a ¶ *Dies obſeruatis, & menſes, & tempora*, &c.] Qui non adorat patrem in ſpiritu & veritate, neſcit ſabbatiſmum ſanctis repoſitum. De quo loquitur Deus: *Si introierint in requiem meam*: Pſal. 94.b & non de illis temporibus recordatur, de quibus ſcriptū eſt: *Recordamini dierum ſæculi*. Et alibi. *Memoratus ſum dies antiquos, & annos æternos in mente habui*. Eſai. 46.c Pſal. 76.b Dies Iudaicos obſeruat, & menſes, & tempora, & annos. Leuit. 23. Dies, vt ſabbathi, & neomeniæ, & à decima menſis primi vſque ad quartā decimam, qua agnus corporeus victimæ reſeruatur; & à quartadecima vſque ad viceſimamprimam eiuſdē menſis, quando azyma comeduntur, non ſynceritatis & veritatis, ſed in fermento veteri malitiæ & nequitiæ phariſæorum. Septem quoque ſeptimanas, qui ritu Iudaico poſt azyma computat, dies Iſraëliticæ pentecoſtes colit. Nec non & clangorem tubarum menſe ſeptimo prima menſis. Decima quoque eiuſdem menſis expiationem & ieiunium, & ſcenophegias ex more figentes, Iudaicos obſeruant dies. Menſes autem cuſtodiunt, qui primum & ſeptimum menſem, non intelligentes myſterium veritatis, obſeruant. Tempora quoque colunt, qui ter per annos ſingulos Hieroſolymam venientes putant ſe domini implere præceptum, dicentis: Tribus temporibus anni diem feſtum agetis mihi, F ſolēnitatem azymorum, & ſolennitatem meſſis primitiuorum, & ſolennitatem conſummationis in exitu anni. Exod 23.c Exod. 34.e Et alibi: *Tribus temporibus anni apparebit maſculinum tuū in conſpectu domini Dei tui*. Quod autem ait, & annos, puto de ſeptimo remiſſionis anno dici, & de quinquageſimo, quem illi Iubileum vocant. Plenius hunc locum ad Coloſſenſes Apoſtolus explicat, dicens: *Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbathorū, quæ ſunt vmbra futurorum*. Col 2.b Partem diei feſti, ad diſtinctionē perpetuæ feſtiuitatis hic poſuit: vt non breuem, & vt ita dicam, totius corporis quandam particulam, ſed totum vitæ noſtræ ſpatium perpetuæ in Chriſto ſolennitatis habeamos. Et vt poſterioribus priora connectam: quid de lege Moyſi, & de ſuperflua ciborum curioſitate in hac eadem epiſtola ſemiat, ſtatim ſubiungit & loquitur: Si enim mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mundi huius: quid adhuc tanquam viuentes in hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, neque guſtaueritis, neque contrectaueritis: quæ ſunt omnia in interitu ipſo vſu, ſecūdum præcepta & doctrinas hominum. Dicat aliquis: Si dies obſeruare non licet, & menſes, & tempora, & annos, nos quoque ſimile crimen incurrimus, quartam ſabbathi obſeruantes & paraſceuen, & diem dominicam, & ieiunium quadrageſimæ, & paſchæ feſtiuitatem, & pentecoſtes lætitiam, & pro varietate regionum, diuerſa in honore martyrum tempora conſtituta. Ad quod qui ſimpliciter reſpondebit, dicet, non eoſdem Iudaicæ obſeruationis dies eſſe, quos noſtros. Nos enim non azymorum paſcha celebramus, ſed reſurrectionis & crucis. Nec ſeptem, iuxta morem Iſraël, numeramus hebdomadas in pentecoſte: ſed Spiritus ſancti veneramur aduentum. Et ne inordinata congregatio populi fidem minueret in Chriſto, propterea dies aliqui conſtituti ſunt, vt in vnum omnes pariter veniremus. Non quo celebrior ſit dies illa qua conuenimus: ſed quo quacunque die conueniendum ſit, ex conſpectu mutuo, lætitia maior oriatur. Qui vero oppoſitæ quæſtioni acutius reſpondere conatur, illud affirmat, omnes dies æquales eſſe: nec per paraſceuen tantum Chriſtum crucifigi, & die dominica reſurgere: ſed ſemper ſanctum reſurrectionis eſſe diem, & ſemper eum carne veſci dominica. G Ieiunia autem & cōgregationes inter dies, propter eos & à viris prudentibus conſtitutos, qui magis ſæculo vacant quā Deo: nec poſſunt imo nolunt toto in eccleſia vitæ ſuæ tēpore cōgregari, & ante humanos actus, Deo orationum ſuarum offerre ſacrificiū. Quotus enim quiſque eſt, qui ſaltē hæc pauca quæ ſtatuta ſunt, vel orandi tempora vel ieiunandi, ſemper exerceat? Itaque ſicut nobis licet vel ieiunare ſemper, vel ſemper orare, & diem dominicam accepto domini corpore indeſinenter celebrare gaudentibus: Non ita & Iudæis fas eſt omni tempore immolare agnum, pentecoſten agere, tabernacula figere, ieiunare quotidie. Satis vero caute inter auctoritatem Apoſtoli, & ſancti hominis lenitatem verba moderatus eſt, inferens: Timeo vos, ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis. Si enim abrupte condemnare voluiſſet, dixiſſet vtique: Timeo vos, ſine cauſa enim laboraui in vobis. Nunc autem videns eos zelum Dei habere, ſed non ſecundum ſcientiam, nec penitus eorum deſperauit ſalutem, qui pio fuerant errore decepti, nec rurſum irreprehenſos reliquit: ne & ipſis perſeuerandi in errore, & cæteris occaſionem ſimiliter tribueret errandi. Timeo autem vos, poſuit, pro eo quod eſt, timeo de vobis. Sine cauſa laborat magiſter, cum ipſe prouocat ad maiora diſcipulos, & illi retro lapſi ad minora & humilia reuoluuntur.

b ¶ *Eſtote ſicut & ego*, &c.] Quod dicit tale eſt: quo modo ego vobis infirmis ſum factus infirmus, & non potui loqui vt ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, & paruulis in Chriſto, & quia necdum poteratis ſolido cibo veſci, euangelico vos tantum lacte potaui, nolens in ætate vos ſemper infantiæ permanere, 1.Cor.3.a ſed paulatim ad adoleſcentiam & iuuentutem vſque perducere, vt ſolidum cibum poſſetis accipere: ita & vos debetis eſſe ſicut & ego ſum, perfectiora videlicet ſapere: dimiſſo lacte, ad fortiores cibos & ad pabula tranſire maiora. Hoc autem loquitur quaſi Saluatoris imitator, qui *non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, & habitu inuentus eſt vt homo*, H Phil 2.a vt nos dij fieremus ex hominibus, & non vltra moreremur: ſed conſurgentes Chriſto, amici eius diceremur & fratres, & vt eſſet diſcipulus ſicut magiſter, & ſeruus ſicut dominus. Poteſt autem & ita intelligi. Obſecro vos, inquit, fratres, vt Iudaica obſeruatione contempta, dierum, menſium, temporum, atque annorum, quæ ſunt vmbræ futurorum, me imitemini, qui ſine querela in lege verſatus, omnia arbitratus ſum quaſi purgamenta atque quiſquilias, vt Chriſtum lucrifacerem. Phil 3.b Fui quippe & ego ſicut vos nunc eſtis: cum eiſdem obſeruationibus ſtrictus tenebar, & eccleſiam Chriſti, quia iſta non faceret, perſequens deuaſtabam.

c ¶ *Fratres obſecro vos, nihil me læſiſtis*. Scitis, &c.] Superiori ſententiæ iunge quod ſequitur: quod vt fiat manifeſtius, ſit ordo iſte quem fingimus. Obſecro vos fratres, eſtote ſicut & ego: quia & ego ſicut vos. Simile eſt huic illud: *Rogamus pro Chriſto, reconciliamini Deo*. 2 Cor 5.d Nec non & alibi: *Obſecro primum omnium fieri deprecationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones*. 1.Tim 2.a 1.Pet 5.a Petri quoque verba dicentis: Seniores in vobis rogo conſenior ipſe, & teſtis paſſionum Chriſti. Quæ quidem & nos ad humilitatem prouocant, & ſupercilium decutiunt epiſcoporum, qui velut in aliqua ſublimi ſpecula conſtituti, vix dignantur videre mortales, & alloqui conſeruos ſuos. 1.Cor.1.a Diſcant ab Apoſtolo errantes & inſipientes Galatas fratres vocari. Diſcant poſt increpationem blanda verba, dicentis: *Obſecro vos*. Quod autem obiectat, illud eſt, vt imitatores eius ſint, ſicut ipſe Chriſti: immo vt præſentem locum ſequar, nihil eſt grande quod poſtulat, vt quo modo ipſe propter illos de maiore factus eſt minor: ſic illi à minoribus ad maiora conſcendant. Nihil me, inquit, læſiſtis. Lædit diſcipulus magiſtrum, ſi per negligentiam ſuam præcepta eius laboremque diſperdat. Non læſerant Galatæ Apoſtolum, vſque in præſens tempus euangelium eius ac mandata ſeruantes. Aut certe ita. Quando

vol[illegible]

carnis euangelizaui vobis iam pridem: a & tentationem veſtrā, quæ erat in carne mea, nō ſpreuiſtis neque reſpuiſtis: ſed ſicut angelum Dei excepiſtis me, ſicut Chriſtum Ieſum. b Vbi eſt ergo beatitudo veſtra? teſtimonium enim perhibeo vobis: quia ſi fieri potuiſſet, oculos veſtros eruiſſetis & dediſſetis mihi. Ergo inimicus vobis factus ſum veritatem dicens vobis: c Æmulantur vos non bene: ſed excludere vos volunt, vt

E vobis primum Euangeliū annunciaui, & propter infirmitatē carnis veſtræ (quia nō poteratis ſacramēta ſuſcipere maiora) prædicaui vobis quaſi paruulis, & meipſum infirmū eſſe ſimulaui, vt vos infirmos lucrifacerem: nonne quaſi angelum ſuſcepiſtis me, quaſi Chriſtū Ieſum? Cū igitur in nullo me illo tempore læſeritis, & me veſtri cauſa humilē atque deiectum ſimilem Dei filio putaueritis: quo modo ad maiora vos prouocās læſus à vobis perdēdo laborem meum, & diſpēſationē illam, qua me paruulum eſſe ſimulaueram, in tuo opere nunc lugeris? Per infirmitatem autē carnis non ſuæ ſed audiētiū. Galatis Paulus annunciat: qui non poterāt carnem ſubijcere verbo Dei: ſed quaſi carne, nihil intelligentiæ ſuſcipere ſpiritualis. Quod vt euidentius fiat, ponamus exemplū. Per

1 Cor. 7. b infirmitatem carnis docet, qui dicit: *Si ſe non continent, nubant. Et mulier, ſi mortuus fuerit vir eius, libera eſt: cui vult nubat, tantum in Domino.* Nequaquam vero per infirmitatem carnis docet iſta commemorans: *Solutus es ab vxore: noli quærere vxorem.* Et, *Tempus eſt, vt & qui habent vxores, ſic ſint quaſi non habentes.* Alia quippe præcepta ad ſpirituales, alia dantur ad carneos. Et aliud eſt quod iuxta imperium, aliud quod iuxta indulgentiam præcipitur.

a ¶ *Et tentationem*, &c.] Obſcurus locus & acrius attendendus. Ego quidem ait, quaſi paruulis vobis atque lactentibus per infirmitatem carnis veſtræ iam pridem euangelizaui, à minoribus incipiens, & (vt ita dicam) apud vos pene balbutiens. Quæ diſpenſatio & prædicationis infimę ſimulatio,

F mea quidem gubernatio erat: ſed veſtra tentatio, an vobis placerent & magna viderentur ea quæ pro conditione ſui minora erant, & à me quaſi humilia promebantur. Quæ quidem vos, non parua ſed vt magna capiētes, intantū admirati eſtis, vt me, qui ea loquebar, quaſi angelum, & vt plus dicam, quaſi Dei filium ſuſciperetis. Hæc ergo veſtra tentatio, qua ego vos in carnali mei ſermonis annunciatione tentabam, non fuit contempta, nec vilis: ſed plus quam æſtimabam habuit dignitatis. Poteſt & locus iſte ita edisſeri. Quando veni ad vos non veni in ſermone ſapientiæ, ſed homo humilis atque cōtemptus nihil magnum deferens niſi Crucifixum. Cum igitur me videritis in corpore infirmitatibus obnoxio conſtitutum, regna cæleſtia pollicentem, non irriſiſtis, nec æſtimaſtis dignum eſſe contemptu. Intelligebatis quippe humilitatem carnis meæ, & ipſius habitus vtilitatem ad veſtram tentationem fieri. An videlicet contemneretis eum, qui ab incredulis miſerabilis putabatur, ſed è contra illū humilē, vilem atque contemptum, ita vt angelum & plus etiam angelō ſuſcepiſtis. Aut certe ſuſpicari poſſumus, Apoſtolū eo tēpore quo primū venit ad Galatas ægrotaſſe, & aliqua corpuſculi infirmitate detentum, nō ceſſaſſe tamen, nec

2 Cor. 12. d vocē ſilentio repreſſiſſe, quo minus cœptum Euangeliū prædicaret. Nam tradunt eum grauiſſimum capitis dolorē ſæpe perpeſſum, & hunc eſſe angelum ſatanę, qui appoſitus ei ſit, vt eum colaphizaret in carne, ne extolleretur. Hæc infirmitas, & languor hic corporis apud eos quibus annunciabatur Euangeliū tentatio fuit: an contemnerent eū ſublimia promittentē, quem languoribus corporis ſubiectū videbāt. Nec non & illud dici poteſt, quod in principio aduentus ſui ad Galatas, contumelias & perſecutiones & plagas corporis ab his qui contraibant Euangelio ſuſtinuerit, & hanc fuiſſe tētationem vel maximam Galatis, Apoſtolum Chriſti cernentibus verberari. Quod autem ait, ſicut angelum, ſicut Chriſtum Ieſum ſuſcepiſtis me, & angelis Chriſtū eſſe oſtendit maiorem, quem ſecundum diſpenſationem corporis mino-

Psal. 8. b rem pſalmiſta cantauerat, dicens: *Minoraſti eū paulo minus ab angelis*, & tantum ſua verba in principio valuiſſe demonſtrat, vt angeli putarentur & Chriſti.

b ¶ *Vbi eſt ergo beatitudo*, &c.] Beatus eſt qui ambulat in virtutum via: ſed ſi ad virtutes vſque peruenerit. Nec prodeſt à vitiis receſſiſſe, niſi optima comprehendas. Quia non tam initia ſunt in bonis ſtudiis laudanda quam finis. Sicut enim in vinea multi vſque ad prelum vuæ gradus ſunt, & pri-

G mum neceſſe eſt vt vitis gemmet in pampinis, ſpē promittat in floribus: dehinc vt flore decuſſo, futuri botri ſpecies deformetur: paulatimq; turgeſcens vua parturiat, vt preſſa torcularib. dulcia muſta deſudet. Ita & in doctrina ſinguli beatitudinum ſunt profectus: vt audiat quis verbū Dei, vt concipiat, vt in vtero animæ eius adoleſcat, & ad partū vſque perueniat: vt cum pepererit illū, lacte enutriat, & per infantiam, pueritiam, adoleſcentiā, iuuētutem, ad perfectū virum vſque perducat. Cum ergo ſinguli, vt diximus gradus, iuxta profect⁹ ſuos habeant beatitudinem: ſi finis & vt ita loquar, extrema manus operi defuerit: totus labor irrit⁹ fiet. & dicetur, vbi eſt ergo beatitudo veſtra? Quamuis, inquit, vos eo tēpore, quo Euangelium iuxta carnē ſuſceperatis beatos dicerem, quod initiis feruebatis: tamen nunc, quia non video ædificio culmen impoſitum, & pene nec quicquam facta fundamina, cogor dicere, vbi eſt ergo beatitudo veſtra, qua vos beatos arbitrans ante laudabā? Vere enim & ipſe fateor, quia ſic me vobis humilia prædicantem vel perſecutionibus conflictatum, in principio dilexiſtis, vt ſi fieri poſſet (hyperbolice aūt ſunt accipienda quæ loquitur) eruiſſetis vobis oculos, & mihi, vt omnium veſtrum luminibus plus cernerem, dediſſetis. Optabatis quippe vos cęcos eſſe per ineffabilem in me charitatē, vt plus in meo corde Euangelij lumen oriretur, emolumentū meum veſtris damnis creſcere volebatis: & hoc illo tempore, quo vobis quaſi paruulis atque lactentibus, ſiue propter infirmitatem carnis veſtræ, parua & humilia annūciabam: ſiue propter meæ carnis iniurias, non dignus videbar fide. Nunc vero quia ab elementis & ſyllabis & lectione puerili cæpi vos ad maiora ſtudia prouocare: vt libros teneatis in manibus, vt plena eruditionis & ſanſuum verba diſcatis, recalcitratis, iraſcimini, grauis nobis videtur eſſe perfe-

H ctio doctrinarum, & intantum in alios mutati eſtis affectus, vt me quem quaſi angelum & Chriſtum ſuſceperatis, cui volebatis oculos veſtros tradere: nunc habeatis inimicum: quia vobis plenam annuncio veritatem. Eleganter autem ſententiā terminauit, dicens: *Ergo inimicus vobis factus ſum veritatē vobis dicens*: vt oſtenderet initia prædicationis, non tam veritatem fuiſſe quam vmbrā & imaginem veritatis. Similis eſt huic illa ſententia nobilis apud Romanos poëtæ: *Obſequium amicos, veritas odium parit.* Sed vide quanto hic melius quam ille. Apoſtolus enim his quos ſtultos dixerat, quos paruulos appellarat, hanc ſententiam temperauit, & ſpecialem fecit dum propriè ad perſonas Galataſque direxit. Ille vero & generalem, & ita ſe apud omnes habere denuncians, vehementer errauit. Obſequiū enim quo putauit amicos fieri veritate dēpta, non tam obſequium eſt quam adulatiu, & aſſentatio: quas clandeſtinas magis inimicitias quam amicitias dici debere, perſpicuum eſt. Simul autem & illud conſiderandum, quod hodie quoque quamdiu paruulis atque lactentibus, & his in quorum cordibus nunquam Chriſtus adoleuit, nec profecit ætate & ſapientia & gratia apud Deum & homines, iuxta literam ſcripturas explanamus: laudamur, ſuſpicimur, admirationi habemur. Cum autem paululum cœperimus eos prouocare, vt tranſeant ad maiora: de præconiis noſtris inimici fiant, & malint Iudæos potius quam Apoſtolos ſequi: Et cum à Phariſæorum doctrina & traditionibus recedentes, ad ipſum Chriſtum propitiatorium & perfectionem legis ingreſſi ſunt: nec diuinum ſermonem accipere dignentur: qui Eccleſiæ magiſtros iubet ad altiora dogmata ſcandere, & totis viribus ſublimare vocem: nec circumlatrantium ſtrepitum pertimeſcere paruulorum, dicens: *Super montem excelſum aſcende: qui euangelizas Sion. Exalta in virtute vocem tuam, qui euangelizas Hieruſalem. Exalta, noli timere.* Eſa. 40. b

c ¶ *Æmulantur vos non bene: ſed excludere vos volunt, vt illos* &c.] Æmulantur bene, qui cum videant in aliquibus eſſe gratias, dona, virtutes, ipſi tales eſſe deſiderant, & fidem, vitam, atque induſtriam eorum per quæ illa meruerunt, nituntur imitari, vt poſſint ea quoque quæ bona æmulatione

A dignaſunt, cōſequi. De quib. & Apoſtolus ait: *Æmulamini*
1 Cor. 14 a *ſpiritualia: magis autem vt prophetis*. Ac deinceps: *Sic & vos,*
Ibid. c *quoniā æmulatores eſtis ſpiritualiū, ad ædificationē Eccleſiæ quæ*
Ibid. ſ *rite, vt abūdetis.* Et iterū: *Itaq fratres æmulamini prophetare,*
& loqui linguis nolite prohibere.

Æmulantur autē non bene, vt illos æmulemini. Bonum autem æmulamini in bono ſemper, & non tantum cum præſens ſum apud vos. a Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. b Vellem autem eſſe apud vos modo, & mutare vocem meam:

qui nō tam ipſi cupiūt eſſe meliores, vt imitētur eos qui æmulatione digni ſunt, quàm illos ipſos volunt facere peiores, & retrorſum trahere æmulatione peruerſa. Verbi gratia dictū ſit: Christianus eſt quiſpiam, legit Moyſen & prophetas: ſcit omnia in vmbra & in imagine illi populo præceſſiſſe: ſcripta aūt eſſe propter nos, in quos fines ſæculorū decurrerunt: Circūciſionem non tam præputij, quàm aurium & cordis intelligit: Reſurrexit cum Chriſto: ea quærit quæ ſurſum ſunt: Liberatus eſt ab onere & ſeruitute legis, ne tangas, ne guſtes, ne attamines, imperantis: huic ſi quis ſcripturarū verbis voluerit perſuadere, vt non per tropologiam, ſed occidentem literam, quæ ſunt ſcripta ſuſcipiat vt ſit manifeſto fiat Iudæus non in occulto: æmulatur eum non benè: ſed concito curſu ad maiora gradientem retrahere feſtinat, vt ſe potius æmuletur, qui retrorſum vadit: aut certè: vt multū vlt a non promoueat. Loquitur itaque Galatis, qui ab aſſertoribus legis inducti fuerant, vt eos imitarentur, cum illi potius Galatas debuerint imitari: quia naturale eſt maiorem de minori, nō minorem fieri de maiore, & dicit. Bonum æmulamini in bono, id eſt, nolite aſſertores Iudaicæ obſeruationis imitari ſed ea quæ bona ſunt imitamini. Quo modo enim qui diuitias, potentiam, dignitatem alicuius imitatur, non tam bona quàm ea quæ fugienda ſunt æmulatur: ita & vos econtrariò, bonum æmulamini in bono: magis quærentes ſpiritualia quàm carnalia, vt non illi vos Iudæos ſed vos illos Chriſtianos eſſe doceatis. Hoc aūt facite ſemper, vt perſeuerāti gradu, ad finem boni operis peruenire poſſitis Æmulabimini ſiquidē bonū in bono, prius, cum apud vos eſſem: qui poſt-
B quam à vobis receſſi, omnia quæ tradideram perdidiſtis: de ſtatione certa & fido portu, rurſum in altum vnda relabente ſubtracti. Nec mirum ſi recedente Apoſtolo vaſe electionis, & in quo Chriſtus Dominus loquebatur, Galatæ ſunt mutati: cum etiam nunc cernamus in Eccleſiis idipſum fieri. Si quando n doctor quis in Eccleſia cōtigerit ſermone ornatus & vita, qui audientes quaſi ſtimulis quibuſdā cōcitet ad virtutes: videmus omnē plebem circa eleemoſynas, ieiunia, caſtitatē, ſuſceptionē pauperū, ſepulturas, & cæteras ſimilia feſtinare, feruere, diſcurrere. Cum autē ille receſſerit, paulatim emarceſcere, & ſubtracto cibo, tenuari, pallere, langueſcere, & interitum ſequi omnium, quæ prius vigebant. Quā-
Matt. 9 b obrē, quia *meſſis multa, operarii autem pauci*: precemur dominum meſſis, vt mittat operarios ad metendū: qui ſpicas populi Chriſtiani, quæ ſtant in Eccleſia futuro tritico præparatæ, metant, colligant, & in horrea cōportantes, nequaquam perire patiantur. Hoc de eo zelo & æmulatione peruerſa, de
Pſal. 36 a qua & alibi dictū eſt: *Noli æmulari in malignantib.* & hic: *Æ-*
Gen. 37. *mulantur vos non bene*. Inuenimus autem & alium zelū, quo
Num. 12. a zelati ſunt filij Iacob Ioſeph fratrem ſuū, & Maria & Aaron amicum domini Moyſen. Neque enim aut illi aut hi, vt meliores eſſent Ioſeph & Moyſes, ad zelum ſunt concitati, ſed quia dolebant illos eſſe meliores. Iſte zelus vicinus inuidiæ eſt Longum eſt ſi velim omnia zeli genera, boni ſeu mali de
Num. 25 b ſcripturarum proferre theſauro Bonum zelum legimus Phi-
3. Reg. 19 b nees, Eliæ, Mathathiæ, & Apoſtoli Iudæ, ſed non proditoris:
1. Mach. 2 a qui ob inſignem zeli in ſeuitutem, etiam zelotis nomen ac-
Act. 1. b cepit. Malum autem, vt Cain in Abel, & cæterorum in alios.
Deut. 19. c Et zelū viri, de quo ſcriptū eſt: *Et venerit ei ſpiritus Zeli.* Niſi forte medius hic zelus eſt, & nec in bonam nec in malā partem accipi poteſt: ſed inter vtrumque zelotypia potius appellantur. Aliter: Videntes hi, qui ex circunciſione erāt, Galatas ex gentibus Spiritus ſancti abundare virtutibus: ſe vero non linguis loqui, non dona habere curationem, non gratiā prophetiæ, cupiebant eos zeli ſtimulis incitati, ad legis onera transducere, vt inciperent & illi ſui ſimiles fieri.

a ¶ *Filioli mei, quos iterū parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.*] Quantis difficultatibus & dolore fœtus promātur ex
C vtero, maledictio prima declarat, dicēs: *In triſtitia paries fi-*
Gen. 3 c *lios.* Volēs igitur Paulus oſtēdere magiſtrorū pro diſcipulis ſolicitudinem, quos patiantur affectus, ne ſectatores ſui ex-
1. Cor. 4 c cidant à ſalute, ait: *Filioli mei, quos iterum parturio.* Qui n. in alio loco quaſi pater dixerat: Si decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres: iam non quaſi pater, ſed vt mater loquitur in Chriſto, vt vtriuſque anxietatem & pietatem in ſe parentis agnoſcant. Tale quid & Moy-
Num. 11. c ſes de populo loquebatur: *Nūquid ego in vtero accepi omnem populum iſtum?* Quis putas noſtrum ita de diſcipulorum anxius eſt ſalute, vt non paucis horis, aut vt multum, biduo triduove, ſed toto vitæ ſuæ tēpore torqueatur, donec Chriſtus formetur in eis. Exemplum fœtæ mulieris quod aſſumpſit, concipientis & formantis in ſe ſemina, diligenter tenēdum, vt poſſimus intelligere quod dicitur: Natura non erubeſcenda, ſed veneranda eſt. Sicut enim in vuluam mulieris primum ſemen iacitur informe, vt ſulcis & fundo eius quaſi quodam glutino adhæreat: de quo & propheta intus ſui re-
Pſalm 138. c cordatus ait: *Incompoſitum meum viderunt oculi tui.* Deinde per nouem menſes reſtricto ſanguine, futurus homo coagu-
ἀκατέργαστόν μου. latur, corporatur, paſcitur, atque diſtinguitur: vt quam in vtero palpitarit, ſtatuto tempore fundatur in lucem, & tantis difficultatibus naſcitur, quantis poſtea ne intereat enutritur: Ita & ſemen ſermonis Chriſti cum in animam audientis inciderit, per gradus ſuos creſcit, & vt multa prætеream (poſſumus ſiquidem facile corporalem deſcriptionem transferre ad intelligentiam ſpiritualem) tamdiu in ancipiti eſt, quādiu pariat qui concepit. Nec ſtatim finis induſtriæ eſt edidiſſe, ſed tunc alterius laboris exordium eſt: vt lactentem infantiam ſedulis nutrimentis & ſtudiis, vſque ad plenam Chriſti perducat ætatem. Et quomodo in coniugio ſæpe viri ſemen in cauſa eſt ne liberi procreentur: nonnunquam ſterilis vxor ſemina non tenet, & frequenter neuter ad generandum aptus eſt, & contrario vterque fœcundus: Ita & in his qui verbum Dei ſeminant quadrifaria hæc diuiſio cuſtoditur: vt impleat quidem ſuum doctor officium, ſed ſit ſterilis audi-
D tor. vel auditor bonæ indolis ſit, ſed per imperitiam doctoris verbi ſemen intereat: aut certe tam vecors ſit qui docetur, quam ille eſt qui præcipit: raroque eueniget, vt & magiſter & diſcipulus ſibi conſentiant, ſcilicet vt tantum iſte doceat quantum ille poſſit haurire: vel tātum ſuſcipere doctus quātum doctor ingerere. At nunc omnes iudices ſumus. Neſcimus quotus pſalmus ſit, quæ pars prophetiæ, quod legis capitulum & loquēdi facilitate interpretamur audacter, quod nequaquam intelligimus. Non ad nos pertinet, vt Chriſtus formetur in populo, vt ad domum ſuam vnuſquiſque rediēs habeat ſemen verbi Dei: quod cum conceperit, poſſit dicere cum propheta: *A timore tuo domine concepimus, parturimus & peperimus filios ſaluationis tuæ fecimus ſuper terram.*
Eſa. 26. c Tales in apoſtolos tranſeunt, & à Saluatore merentur audi-
Matt. 7 a te. *Quicunque fecerit voluntatē patris mei, ipſe eſt frater meus, & ſoror & mater:* diuerſitate profectuum, in diuerſis nominibus oſtendente. Formatur quoque Chriſtus in corde credentium, cum omnia illis ſacramenta panduntur, & ea quæ obſcure videbantur, perſpicua fiunt Sed & illud eſt intuendum, quod qui per peccatum quodammodo homo eſſe deſierat, per pœnitentiam concipitur à magiſtro, & rurſum in eo Chriſti formatio repromittitur. Hoc aduerſum Nouatianos, qui nolunt reformari eos quos ſemel peccata contriuerint.

b ¶ *Vellē autem eſſe apud vos modo, & mutare vocē meā, quoniā confundor in vobis.*] Scriptura diuina ædificat & lecta: ſed multo plus prodeſt, ſi de literis vertatur in vocem: vt qui per epiſtolam docuerat, præſens inſtruat audiētes. Magnam ſiquidē vim habet vox viua, vox de auctoris ſui ore reſonās: quæ ea pronunciatione profertur atque diſtinguitur, qua in hominis ſui corde generata eſt, Sciens itaque Apoſtolus maiorem vim habere ſermonem, qui ad præſētes fiat, cupit vocem apoſtolicam literis comprehēſam in præſentiam commutare, & quia hoc magis expediebat his, qui in errorem fuerant deprauati, viuo eos ad veritatem retrahere ſermone.

Hoc

E ἀπορῶμαι ἐν ὑμῖν.

Hoc autem ideo, quia confundebatur in illis: quod quidem Græce magis proprie dicitur. ἀπορῶμαι enim non tam cōfuſionē, quæ apud illos αἰσχύνη ſiue σύγχυσις appellatur, quā indigentiam & inopiam ſonat. Senſus itaque iſte eſt. Vellem apud vos nunc adeſſe, & literarum vocem præſens ipſe proferre: quia indigeo in vobis. Nō quippe habeo fructus, quos ſolēt de diſcipulis habere doctores, & ſine cauſa ſemē iactū eſt doctrinarum, cum penitus in vobis patiar egeſtatem: ita vt Hieremiæ poſſim vocem prorūpere: *Nō profui, neque profuit mihi quiſquam.* Poteſt & aliter locus iſte interpretari: Paulus Apoſtolus, qui factus fuerat Iudæis Iudæus, vt Iudæos lucrifaceret, & his qui erant ſub lege, quaſi eſſet ipſe ſub lege, & infirmis infirmus, vt infirmos lucrifaceret: pro qualitate eorum, quos ſaluare cupiebat, mutabat vocem ſuam. & in hiſtrionū ſimilitudinē (factus ſiquidem eſt theatrum mundo, & angelis & hominibus) habitum in diuerſas figuras vertebat & voces: Non quod id eſſet, quod ſe eſſe ſimulabat: ſed quod id tantum videretur eſſe, quod cæteris proderat: Cernit Galatas alia indigere doctrina, alia via debere ſaluari: non illa qua primum ad Chriſti fidem fuerant de gentilitate tranſducti: & compellitur dicere: *Vellem nunc eſſe apud vos, & mutare vocē meam in vobis.* Non, inquit, video me prodeſſe, ſi ea loquar quæ prius locutus ſum: propter quod ignorans quid agam, & in diuerſa diſtractus, laceror, confundor, atque dilanior. Et quomodo medici, cum vim artis ſuæ in primo viderint nō valere medicamine, tranſeūt ad aliud & tamdiu experiuntur quid proſit è pluribus, donec perueniant ad curationem: vt quod per mollitiem alicuius emplaſtri nequaquam ſanari valuit, mordaciori puluere, & auſteriori curatione ſanetur: Ita & ego, quia confundor in vobis, & ignorantia huc atque illuc diſtrahor: vellem literarū vocem præſens de meo ore proferre, vt vos ſolito ſeuerior ipſe corriperem: quoniam epiſtola non poteſt vocem obiurgantis exprimere: non valet iraſcentis reſonare clamorem, & dolorem pectoris apicibus explicare. Poteſt autem & ſimpliciter intelligi. Blandis apud vos modo verbis vſus ſum, dicens: Fratres obſecro vos: & *filioli mei, quos iterū parturio, donec Chriſtus formetur in vobis*: ſed ego blandus & lenis, qui ad vos quaſi pater locutus ſum, pro ea charitate, qua vos perire non patior & errare perpetuo, vellem nunc præſens eſſe, ſi confeſſionis me vincula non artarent, & blandā vocem in obiurgantis verba mutare. Nec leuitatis eſt, ſi nūc blādiar, nunc iraſcar. Impellit me charitas, impellit me dolor, diuerſis affectibus loqui. Neſcio enim in quæ primum verba prorumpam, & quo vos debeam ſanare medicamine: quia confundor in vobis.

Hier. 15.c Sec. 70. — 1. Cor. 9.d — 1. Cor. 4.b — F

meam: quoniam confundor in vobis. Dicite [a] mihi qui ſub lege vultis eſſe, legem non audiſtis? [b] Scriptum eſt enim: quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt. Qui autem de libera, per repromiſſionem. [c] Quæ ſunt per allegoriam dicta.

a ¶ *Dicite, &c.*] Notandum legem hic dictam eſſe Geneſis hiſtoriam: non vt vulgo æſtimant, quæ facienda ſint, quæve vitanda: ſed totum quod de Abraham & eius vxoribus liberiſque contexitur, legem appellatam; Legimus & in alio loco, prophetas quoque legem vocari. Audit ergo legem, qui iuxta Paulum non ſuperficiem, ſed medullam eius introſpicit. Non audit legem, qui ſimilis Galatarum, exteriorem tantum corticem ſequitur.

b ¶ *Scriptum eſt enim, quoniam, &c.*] Nimiæ difficultatis eſt demonſtrare, Iſaac tantum, qui de Sara natus eſt, fuiſſe de repromiſſione generatum, non etiam Iſmahel, qui de Agar ancilla eſt ortus Ægyptia. Scriptura quippe refert, quod cum perſequente Sara Agar fœta fugiſſet, & veniſſet ad eam angelus in deſerto, moneretque vt ſubiiceretur dominæ poteſtati, idem ipſe angelus etiam hæc locutus ſit: *Multiplicans multiplicabo ſemen tuum, & nō annumerabitur præ multitudine.* Et poſtea de Iſmahel (quæ vtique repromiſſionis verba nemo dubitarit.) *Iſte erit ruſticanus homo. manus eius ſuper omnes, & manus omnium ſuper eum: & contra faciem omnium fratrum ſuorum habitabit.* Sed reſponderi poteſt, minoris auctoritatis eſſe repromiſſionem angeli quam ipſius Dei. Sicut enim ſtella orto ſole non rutilat: ita & angeli verba ad comparationem repromiſſionis Dei, obſcurari, & euaneſcere, & pro nihilo computari.

Gen. 16.

G

[a] Hæc Videtur quidem hæc reſponſio aliquid habere momēti: ſed ſtatim ſequentis ſcripturæ auctoritate conteritur. Scriptum eſt enim: Abraham autem dixit ad Deum: *Iſmahel iſte viuat in conſpectu tuo*, & Deus reſpondit ad eum ita: *Ecce Sara vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Iſaac: & ſtatuam teſtamentum meum ad eum, in teſtamentum æternum, & ſemini eius poſt eum. De Iſmahel autem: Ecce exaudiui te, & ecce benedixi eum, & augebo eum, & multiplicabo illum vehementer. Duodecim gentes generabit, & dabo eum in gentem magnā. Teſtamentum autem meum ſtatuam ad Iſaac quem generabit tibi Sara in tempore iſto, anno venturo.* Ex quibus euidens eſt ipſius quoque ſermonibus Dei Iſmahel ſecundum repromiſſionē eſſe generatum. Sed & hoc ita ſoluitur: repromiſſionē proprie in teſtamenti datione compleri, & aliud eſſe benedicere, augere, multiplicare vehementer, quod in Iſmahel ſcriptum eſt: aliud hæredem facere per teſtamentum, quod de Iſaac dicitur: *Statuam teſtamentum meum ad eum, in teſtamentum æternum, & ſemini eius poſt eum.* Et in conſequentibus. *Teſtamentum autem meum ſtatuam ad Iſaac, quem pariet tibi Sara.* Et quomodo aliud ſunt dona: aliud ſubſtantia: aliud legata: aliud hæreditas. Legimus enim filiis concubinarum Abrahæ dona tradita: filio autem Saræ totius ſubſtantiæ hæreditatem relictam: Ita aliud eſſe, vt diximus, benedictionem atque legata: aliud teſtamentum. Sed & hoc dici poteſt de Iſmahele, poſt conceptum eius, vel angelum vel Deum locutum: De Iſaac vero antequam in Saræ vtero cōciperetur, Deum fuiſſe pollicitum. Hæc interim, quantum ingenij noſtri mediocritas patitur, dicta ſint. Cæterum ſi quis poteſt maius aliquid inuenire, quomodo Iſmahel qui de ancilla natus eſt, non ſit repromiſſionis filius ſed Iſaac, qui de libera, ille potius audiendus eſt. *Et ſi quid*, inquit Apoſtolus, *aliter ſentitis, & hoc vobis Deus reuelauit.* Nunc breuiter ad altiora tendendum eſt, vt dicamus vnumquemque noſtrum primum non iuxta repromiſſionē naſci: quamdiu ſcripturarum verbis ſimplicibus inſtruitur, & Iudaicis adhuc expoſitionibus delectatur: quando vero ad ſublimiora tranſcenderit, & legem intellexerit ſpiritualem, tunc eum de repromiſſione generari: Et vt apertius loquar, quotidie eos qui faciunt opera Abrahæ, de Abraham naſci. Verum illos, qui habeant ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ex ancilla generari Ægyptia: eos autem qui ſpiritum adoptionis acceperint, ex Sara libera: qua libertate à Chriſto donati ſumus. Loquitur dominus ad Iudæos, qui adhuc ancillæ filij eſſe malebant. *Si manſeritis in ſermone meo, vere diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatem, & veritas liberos faciet vos.* Vnde & illi ignorātes myſticū eſſe qđ dicebatur, aiūt: Semen Abrahæ ſum⁹, & nemini vnquā ſeruiuimus: quo modo tu dicis liberi eritis? *Reſpondit ei Ieſus: Amē dico vobis, quia omnis qui facit peccatū, ſeruus eſt peccati. Seruus autē non manet in domo in æternū. Filius autē manet in æternū.* Si ſerui ſumus peccati, Agar nos generauit Ægyptia: ſi non regnat peccatum in noſtro mortali corpore, vere Dei filij ſumus.

Gen. 17.d Sec. 70. — Ibid. Sec. 70. — Gen. 17.d — Gen. 25.a — Philip. 3.c — H — Ioan. 8.d

c ¶ *Quæ, &c.*] Allegorica proprie de arte grammatica eſt, & quo à metaphora vel cæteris tropis differat, in ſcholis paruuli didicimus. Aliud prætendit in verbis: aliud ſignificat in ſenſu. Pleni ſunt oratorum & Poëtarum libri. Scriptura quoque diuina per hanc non modica ex parte contexta eſt, Quod intelligens Paulus Apoſtolus, quippe qui & ſæculares literas aliqua ex parte contigerat, ipſo verbo figuræ vſus eſt, vt allegoriam, ſicut apud ſuos dicitur, appellaret: quo ſcilicet ſenſu magis loci huius Græci ſermonis abuſionem mōſtraret. Sciſſe autem Paulum, licet non ad perfectum, literas ſæculares, ipſius verba teſtantur. Dixit quidam ex eis proprius eorum propheta: *Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.* Hic verſus heroicus Epimenidis poëtæ eſt: cuius & Plato & cæteri ſcriptores veteres recordantur. Apud Athenienſes quoque cum in Areopago ſatisfaceret, hæc addidit: *Sicut & quidam de vobis poetæ dixerunt: Ipſius enim & genus ſumus.* Hoc hemiſtichium fertur in Arato, qui de cælo ſtelliſque conſcripſit. Necnon & illud: *Corrumpunt*

ad Tit. 1.c — Act. 17.e — 1. Cor. 15.d

bonos mores, confabulationes peſſimæ: trimeter iambicus de comedia ſumptus eſt Menandri. Ex quibus & aliis, euidens eſt Paulum non ignoraſſe literas ſæculares, & quam hic allegoriam dixit, alibi vocaſſe intelligentiam ſpiritualem, Vt ibi: Rom. 7. a *Scimus enim quod lex ſpiritualis eſt*, pro eo quod eſt, allegorica, ſiue allegorice figurata. Et alibi: *Omnes eandem ſpiritualem comederunt eſcam, & eundem ſpiritualem biberunt potum.* 1. Cor. 10 a *Bibebant autem de ſpirituali ſequenti eos petra: petra autem erat Chriſtus.* Manna hic, & ſubiti fontis eruptio, & petra ipſa quæ ſequitur, quod allegorice accipienda ſint, nemo eſt qui dubitet. Scio quid è contrario poſſit opponi: Infr. 6. a *Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos ſpirituales inſtruite iſtiuſmodi in ſpiritu manſuetudinis.* 1. Cor. 2. d Et in alio loco: *Spiritualis autem diiudicat omnia, ipſe autem à nullo diiudicatur*: quod ſcilicet aliud quam ſupra diximus verbum ſpirituale ſonet. Sed nos ſpiritualem, quia omnia iudicet, & ipſe à nemine diiudicetur, eum virum dicimus, qui vniuerſa ſcripturarum ſacramenta cognoſcens, ſublimiter ea intelligat, & Chriſtum in diuinis libris videns, nihil in eis Iudaicæ traditionis admittat.

[a] Hæc enim ſunt duo teſtamẽta: vnum quidem à monte Sina in ſeruitutem generans, quæ eſt Agar. Sina enim mons eſt in Arabia, qui cõterminus eſt ei, quæ nunc eſt Hieruſalem, & ſeruit cum filiis ſuis. Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater omnium noſtrũ. [b] Scriptum eſt enim: lætare ſterilis quæ non paris: erumpe & clama quæ non parturis: quia multi filij deſertæ magis quam eius quæ habet virum. [c] Nos autem fratres, ſecundum Iſaac promiſſionis filij ſumus. [d] Sed quomodo tunc qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum, ita & nunc.

Sed

a ¶ *Hæc enim ſunt duo teſtamenta: vnum quidem à monte Sina in ſeruitutem generans, quæ, &c.*] Pene cunctorum ſuper hoc loco iſta eſt explanatio: vt Agar ancillam interpretentur in lege & in populo Iudæorum: Saram autem liberam, in Eccleſia, quæ de gentibus congregata eſt, quæ mater ſanctorum ſit, Paulo dicente: quæ eſt mater omnium noſtrum. Hæc diu non peperit, antequam Chriſtus de Virgine naſceretur, & ſterilis fuit: necdum riſu mũdi Iſaac de electo patre cum voce ſublimium dogmatum reſonante: Siquidem & Abraham in noſtra lingua, pater electus cum ſonitu refertur. Agar autem, quæ interpretatur, παροικία id eſt, incolatus, ſiue peregrinatio, ſiue mora, generat Iſmahel: F qui tantum audiat Dei præcepta, nec faciat hominem ruſticũ, ſanguinarium, deſerta ſectantem: qui vniuerſis fratribus ſuis de libera procreatis inimicus ſit, & aduerſa eis fronte reſiſtat. Nec mirum vetus teſtamentũ, quod in monte Sina, qui eſt in Arabia, & confinis eſt ei, quæ nũc eſt Hieruſalem, conſtitutum eſt atq; conſcriptum, non eſſe perpetuum: cum & incolatus à perpetua poſſeſſione diuerſus ſit, & Sina montis nomen tentationem ſonet, & Arabia ſignificet occaſum, & econtrario quæ ſurſum eſt Hieruſalem, quæ eſt libera, materque ſanctorum, demõſtret hanc Hieruſalem quæ in præſenti eſt, deorſum eſſe, & in humili infimoque demerſam. Sunt qui duo teſtamenta & aliter intelligant: vt ſcripturam diuinam, tam veterem quam nouam, iuxta diuerſitatem ſenſus, eorumque ſententiam qui legunt, aut ancillam interpretentur aut liberam, & eos qui adhuc literæ ſeruiant, & ſpiritum timoris habeant in ſeruitute, de Agar Ægyptia velint eſſe generatos: Eos autem qui ad ſuperiora conſcendant, & allegorice velint ſentire quæ ſcripta ſunt, filios eſſe Saræ, quæ in lingua noſtra ἄρχουσα id eſt, princeps interpretatur, genere fœminino: Et hoc ob illam neceſſitatem ſe aſſerat vſurpare: quia iniquum ſit Moyſen, & cunctos prophetas de ancilla, quoſlibet vero gentium de libera intelligere procreatos. Vnde melius eſſe, vt non ſolum de his qui in Eccleſia ſunt, pro diuerſitate (vt ſupra diximus) intellectum, alios ſeruos, alios liberos arbitremur: ſed etiam de vno eodemque homine quamdiu ſequatur hiſtoriam, ancillæ eum eſſe filium: Luc. 24. e cum autem aperiente Ieſu ſcripturas, incenſum fuerit cor eius, & in fractione panis inſpexerit eum, quem antea non videbat, tunc & ipſum Saræ filium nominari. Marcion & Manichæus hunc locum in quo dixit Apoſtolus: Quæ quidem ſunt allegorica, & cætera quæ ſequuntur, de codice ſuo tollere noluerunt: putantes aduerſum nos relinqui: quod ſcilicet lex aliter ſit intelligenda quam ſcripta eſt: cum vtique etiam ſi allegorice (vt nos quoque fatemur & Paulus docet) accipienda ſit, non pro voluntate legentis, ſed pro ſcribentis auctoritate ſic condita ſit, & eo ipſo quod contra nos ſeruare viſi ſunt, conterantur: quod Moyſes creatoris Dei ſeruus ſpiritualia ſcripſerit, apoſtolo quoque eorum idipſum docente, quem ipſi alterius Chriſti, & melioris Dei aſſerunt prædicatorem.

b ¶ *Scriptum eſt enim: Lætare ſterilis, &c.*] Eſaie 54. a Virum habuit ſynagoga legem, & iuxta Annæ 1. Reg. 1. e quoque prophetiam, fœtoſa quondam in liberis fuit. Sterilis vero Eccleſia ſine viro Chriſto, ſine vllo ſponſi ſermonis alloquio, diu iacuit in deſerto. Sed poſtquam accepit illa librum repudij in manus ſuas, & omnia ornamenta viri in idoli vertit ornamentum: tunc maritus priore cingulo putreſcente, alium lumbis ſuis baltheũ, aliud de gentibus lumbare cõtexuit: Hier. 13 a quæ ſtatim vt eſt viro iuncta, concepit & peperit. Et in Eſaia exclamat dominus per prophetam: Eſa. 66 c ſi eſt gens nata ſimul: Ecc. 7 v. quando vna die in actibus Apoſtolorum tria millia, & Act. 2 f & 4. a quinque millia hominum crediderunt. Nec puto neceſſe eſſe, vt de multitudine Chriſtiana, & de Iudæorum paucitate dicamus, cum in toto mundo crucis vexilla reſplendeant, & vix rarus atque notabilis in vrbibus Iudæus appareat.

c ¶ *Nos autem fratres, ſecundũ Iſaac promiſſionis filij ſumus.*] Apoſtolum & ſimiles ei, ſecundum Iſaac promiſſionis eſſe filios, nulla intelligentiæ difficultas eſt. Sed quia Origenes hunc locum ediſſerens, ita Apoſtoli poſuit exemplum: *Vos autem fratres ſecundum Iſaac promiſſionis filij eſtis*: quæritur quomodo Galatas, quos ſtultos appellarat, & incepiſſe dixerat ſpiritu, carne finire, nunc ſecundum Iſaac filios repromiſſionis vocet. Dicimus itaque apoſtolum ideo eos appellare ſecundum Iſaac filios repromiſſionis: quia non penitus eorum deſperet ſalutem, & rurſum eos ad ſpiritum, quo cœperant, æſtimet reuerſuros: fiantque filij liberæ, Qui ſi carne fuerint conſummati, filij ſint ancillæ. H

d ¶ *Sed quomodo tunc qui ſecundum carnem natus fuerat perſequebatur eum, &c.*] Non puto inuenire nos poſſe vbi Iſmahel perſecutus fuerit Iſaac: ſed tantum illud, quod cum filius Ægyptiæ, qui maior natu erat, luderet cum Iſaac, indignata ſit Sara & dixerit ad Abraham: Gen. 21. a *Eiice ancillam & filium eius: Non enim hæreditabit filius ancillæ cum filio meo Iſaac.* Et vtique ſimplex luſus inter infantes, expulſione & abdicatione indignus eſt. Verum Apoſtolus quaſi Hebræus ex Hebræis, Act. 23 a & ad pedes magiſtri Gamalielis edoctus: qui quondam furentes aduerſus eum Phariſæos conſilio refrenarat: ex verbis Saræ dicentis: non enim hæreditabit filius ancillæ cum filio meo Iſaac: intellexit luſum illum ſimplicem non fuiſſe. Sed quia forſitan Iſmahel quaſi maior natu, & eo tẽpore circũciſus, quo iam poterat intelligere & ſentire quod paſſus eſt, ſibi primogenita vendicabat, ſcriptura iurgium paruulorum, luſum vocauit. Vnde & Sara hæc verba non ſuſtinens, & conſuetudinem filii primogenita vendicantis ancillæ filij à parua ætate non patiens, erupit in vocem: *Eiice ancillã cum filio ſuo: Non enim hæreditabit filius ancillæ cũ filio meo Iſaac.* Quod cum durum viſum fuiſſet Abrahæ (ſemper enim primogenitis maiora debentur) non ſolum Iſmahelem priorem eſſe deſinere, ſed ne æqualem quidem cum minore fratre accipere portionem: Deus qui liberam intus eſſe, & foras expelli volebat ancillam, Saræ verba confirmat, & loquitur ad Abraham: *Non durũ ſit corã te de puero & ancilla. Omnia quæ dixit tibi Sara, audi vocẽ eius: quoniã in Iſaac vocabitur tibi ſemen.* Sicut ergo tũc maior frater Iſmahel lactantem adhuc & paruulum perſequebatur Iſaac, ſibi circunciſionis prærogatiuam, ſibi primogenita vendicans: ita & nunc ſecundum carnem Iſrael, aduerſum minorem fratrem de gentibus populum Chriſtianum ſuſtollitur, inflatur, erigitur. Conſideremus inſaniam Iudæorum: qui & dominũ interficere, & Prophetas & Apoſtolos perſecuti ſunt.

& ad-

A

& aduerſantur voluntati Dei: & videbimus multo maiores perſecutiones, quas nos etiam hiſtoriæ docent, à Iudæis in Chriſtianos quam à gentibus cõcitatas. Miramur de Iudæis: Hodie quoque hi qui in Chriſto paruuli ſunt & viuunt carnaliter, perſequuntur eos qui ex aqua & ſpiritu nati ſunt, & cũ Chriſto reſurgẽtes, ea quærunt quæ ſurſum ſũt, nõ deorſum. Faciant quod volunt: cum Iſmahele perſequantur Iſaac: eiiciẽtur foras cum ancilla matre Ægyptia: Nec accipient hæreditatem: quam ſolus qui de repromiſſione natus eſt, conſequetur. Eleganter autẽ & illud, quod is qui ſecundum carnem natus eſt, perſequitur ſpiritualem. Nunquam enim ſpiritualis perſequitur carnalem: ſed

Sed quid dicit ſcriptura? Eiice ancillam & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Itaque fratres, nõ ſumus ancillæ filij, ſed liberæ. Qua libertate Chriſtus nos liberauit.

CAP. V.

STate[a] & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri. Ecce[b] ego Paulus dico vobis, quoniam ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil prodeſt. Conteſtor[c] autem omnem hominem circunciden-

1. Tim. 2. c — agnoſcit ei quaſi ruſticano fratri: ſcit eum poſſe proficere per tempus. Et ſi quando Ægyptiæ filium viderit iraſcentem, recordatur vnius panis, qui lucem, boues creauit & culicem, & in magna domo, non ſolum vaſa aurea & argentea, ſed lignea & fictilia. Itaque cum Apoſtolo Paulo dicamus: *Non ſumus ancillæ filii, ſed liberæ*, & renouati in Chriſto, audiamus verba Domini ad Iudæos loquentis: (Ioan. 8. d; 1. Cor. 9. d; Ioan. 8. d) *Si manſeritis in ſermone meo, cognoſcetis veritatẽ, & veritas liberabit vos.* Hac libertate & Apoſtolus liberatus, aiebat: *Cum enim ſim liber ex omnibus. Qui facit peccatum, ſeruus peccati eſt.* Ille, quia ſe ab omnibus vitiis liberum ab omni concupiſcentia & errore ſciebat alienum, recte in Chriſti libertate gaudebat, dicens: *Non ſumus ancillæ filii, ſed liberæ, qua libertate Chriſtus nos liberauit.*

CAPVT V.

STate a & nolite &c.] Et ex hoc oſtenditur, quia non ſtet, qui iugo inhæreat ſeruitutis: Et quia is qui à Chriſto libertate donatus eſt, tamdiu fuerit ſub iugo, quamdiu ſpiritum ſeruitutis habuerit in timore, & legis iniuria ſit ſecutus. Quod autem ait, ſtate, firmam & ſtabilem in Chriſto hortatus fidem, vt Eccleſiæ Galatiæ fixo in Saluatore permaneant pede. De quo & in alio loco iuſtus loquitur: (B; Pſal. 39. a) *Statuit ſuper petram pedes meos*, pro eo quod eſt, ſuper Chriſtum: ne ſcilicet circunferantur omni vento doctrinæ, & in diuerſa rapiantur. Vnde & ad ſtantes dicitur: (1. Cor. 10. c) *Et qui ſtat, videat ne cadat.* Et in alio loco: (1. Cor. 16. c) *State, viriliter agite, confortamini*: vt ſtent cum eo quem Stephanus à dextris patris ſtantem vidit (Act. 7. g) in martyrio perſeuerans, & locutus eſt ad Moyſen. (Exod. 34. a) *Tu vero ſta mecum.* Iugum autem ſeruitutis, legem vocat duram, difficilem, laborioſam, quæ die ac nocte cultores ſuos graui opere conſumit. Sicut & Petrus in Actibus Apoſtolorum: (Act. 15. b) *Quid tentatis*, inquit, *imponere iugum graue ſuper collum fratrum, quod neque nos neque patres noſtri portare potuerunt?* Quod autem appoſuit, nolite iterum, non quo prius legem Galatæ cuſtodierint, ſed quo & idololatriæ iugum graue ſit, quo Ægyptiorum populus oppreſſus, ad inſtar plumbi in rubrum mare merſus eſt. Iuxta quem ſenſum & ſupra dixerat: (Sup. 4. b) *Quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus rurſum ſeruire vultis, dies obſeruantes, & menſes, & tempora, & annos?* Galatæ enim qui ad Pauli Apoſtoli prædicationem, idolis derelictis ſtatim ad euangelij conſcẽderant gratiam, non reuertebantur ad legis Iudaicæ ſeruitutem, quam nunquam prius cognouerant: ſed volentes obſeruare tempora, circuncidi carne, & hoſtias offerre corporeas, quodammodo in eoſdem reuertebantur cultus, quibus in idololatria ante ſeruierant. Aiunt enim & Ægypti ſacerdotes, & Iſmahelitas & Madianeos præputium non habere. Quod autem nationes obſeruent dies, menſes & annos, vtinam neſciremus, ne nobis cum eis eſſet vnquam mixta feſtiuitas.

b ¶ *Ecce*, &c.] In euangelio Saluator ad diſcipulos loquitur: (Luc. 10. c) *Qui vos audit, me audit, qui vos ſuſcipit, me ſuſcipit.* Et Apoſtolus teſtatur, dicens: (Sup. 2. d) *Viuo autem iam non ego, viuit autem in me Chriſtus.* Et alibi: (2. Cor. 13. a) *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus?* Ex quo liquido comprobatur hoc quod nunc dixit: ecce ego Paulus dico vobis, non quaſi Pauli tantum verba accipienda, ſed domini. Nam cum & in prima ad Corinthios præmiſiſſet: (C; 1. Cor. 7. b) *His autem qui nupti ſunt, denuncio non ego ſed dominus*, & ſtatim intuliſſet, *cæteris autẽ ego præcipio*, ne vilis ſua putaretur auctoritas, puto, inquit, quod & ego ſpiritum Dei habeo: vt ſpiritu & Chriſto in ſe loquente, non contemptui duceretur. *Hæc dicit dominus omnipotens.* Maius autem fiet, id quod dictum eſt: *Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam ſi circũcidamini, Chriſtus vobis nihil prodeſt*, ſi cum principio copuletur, in quo ait: Paulus Apoſtolus non ab hominibus, neq; per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, & reliqua, vt audiẽtes, nõ tam miſſi, quam mittẽtis auctoritate teneantur. Poteſt aliquis dicere: Contrarium eſt huic loco illud quod ad Romanos ſcribitur: (Rom. 2. d) *Circuncisio quidem prodeſt, ſi legem cuſtodias*, & infra: *Quid ergo eſt amplius Iudæo, aut quæ vtilitas circumciſionis? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita ſunt illis eloquia* Dei. Si enim his qui circuncisi fuerint Chriſtus nihil prodeſt: quomodo legem cuſtodientibus prodeſt circuncisio? Quod quidem hac reſponſione ſoluetur, vt dicatur epiſtolam quæ ad Romanos ſcripta eſt, ad eos eſſe dictatam, qui ex Iudæis Gentibuſque crediderant. Et hoc egiſſe Paulum, vt neuter populus offenderetur, quo ſcilicet ſuum vtraque plebs priuilegium poſſideret, vt nec gentiles circumciderentur, nec circuncisi adducerent præputium. Ad Galatas autem ſcribens alio vſus ſit argumento. Non enim erant ex circumciſione, ſed ex gentibus qui crediderant. Nec poterat eis prodeſſe circumciſio, qui poſt euangelij gratiam, iterum ad legalia reuerterentur elementa. Et in Actibus Apoſtolorum narrat hiſtoria, (Act. 15.) cum quidam de circumciſione ſurgentes aſſeruiſſent eos qui ex gentibus crediderant, debere circumcidi, & legem cuſtodire Moyſi: ſeniores qui Hieroſolymis erant, & Apoſtolos pariter congregatos, ſtatuiſſe per literas, ne ſuperponeretur eis (D) iugum legis, nec amplius obſeruarent, niſi vt cuſtodirent ſe tantum ab idolothytis, & ſanguine, & fornicatione, ſiue vt in nonnullis exemplaribus ſcriptum eſt, & à ſuffocatis. Et ne reſideat vlla dubitatio, quod circumciſio nihil proſit, ſed propter eos qui ex Iudæis crediderant, ad Romanos de circunciſione ſententiam temperauit, paulatim ad epiſtolæ eiuſdem poſteriora deſcendens, nec circumciſionem, nec præputium aliquid valere monſtrauit, dicẽs: (1. Cor. 7. d) *Circuncisio itaque nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorũ Dei.* Intantum enim circuncisio nihil eſt, vt Iſraeliticæ quoque domui ſed de circumciſione iactãti, nihil profuerit, propheta memorante (Hier. 9. d) *omnes gentes incircumciſæ carne, domus autem Iſrael incircuncisa corde*, & incircuncisus Melchiſedech, circũcisum benedixit Abraham. Nam quod ait: Si circuncidamini, tale eſt quaſi dicere voluiſſet, ſi carne circuncidamini. Quam in alio loco non circumciſionem, ſed conciſionem vocat, dicens: (Phil. 3. a) *Videte conciſionem. Nos enim ſumus circuncisio, qui ſpiritu Deo ſeruimus, & gloriamur in Chriſto, & non in carne confidimus.* Non confidit in carne, qui omnem vtilitatem expectat à Chriſto, & non ſeminat in carne, vt de carne metat corruptionem, ſed in ſpiritu, de quo vita æterna generatur. Subtilius intuenda ſententia, ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil prodeſt. Quod non ſolum in eo ſi circuncidantur, non eis proſit ipſa circuncisio, ſed etiam ſi cæteras videantur extra circunciſionem in Chriſto habere virtutes, vniuerſæ pereant, cum poſt fidem Chriſti fuerint circuncisi. Quid igitur? Nihil profuit Timotheo circuncisio? Multum per omnem modum. Non enim tam ideo circuncisus eſt, vt ex ipſa circunciſione aliquid emolumenti æſtimaret poſſe ſe conſequi, quam vt cæteros lucrifaceret. (1. Cor. 9. d) Factus Iudæis Iudæus, vt Iudæos ad fidem Chriſti ſua circunciſione traoſduceret. Tunc ſiquidem non prodeſt circuncisio, cum aliquid per ſemetipſam putatur vtilitatis afferre.

c ¶ *Conteſtator autem*, &c.] Deus qui circunciſionem primo ad Abraham, deinde per Moyſen in lege præcepit, non ſolum circunciſionem, ſed & alia multa obſeruanda conſti-

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM LIBRVM COMMENTARIORVM AD GALATAS, AD PAVLAM, ET EVSTOCHIVM.

PROOEMIVM.

TERTIVM ad Galatas, ô Paula & Euſtochium, volumen hoc cudimus, non ignari imbe-
cillitatis noſtræ, & exilis ingenij riuulum, vix paruo ſtrepentem murmure, ſentientes. Iam enim
& in Eccleſiis, ta quæruntur, omiſſaque apoſtolicorum ſimplicitate & puritate verborum, qua-
ſi ad Athenæum, & ad auditoria conuenitur: vt plauſus circumſtantium ſuſcitentur: vt oratio
rhetoricæ artis fucata mendacio, quaſi quædam meretricula procedat in publicum, non tam erudi-
tura populos, quàm fauorem populi quæſitura, & in modum pſalterij & tibiæ dulce canentis, ſen-
ſus demulceat audientium: vt verè illud prophetæ Ezechielis noſtris temporibus poſſit aptari, di-
cente domino ad eum: Et factus es eis quaſi vox citharæ ſuaue canentis, & bene compoſitæ, & audiũt ver-
ba tua, & non faciunt ea. Verum quid agam? Taceam ne? Sed ſcriptum eſt: Non apparebis in conſpectu do- Ezec. 33.g Sec. 70.
mini tui vacuus. Et Eſaias (ſicut in Hebræis tamen habetur voluminibus) ingemiſcit: Væ mihi miſero, quia ta-
cui. Loquar? ſed omnem ſermonis elegãtiam, & Latini eloquij venuſtatem, ſtridor lectionis Hebraicæ ſordidauit, No- Exod. 23.b
ſtis enim & ipſæ, quod plus quam quindecim anni ſunt, ex quo in manus meas nunquam Tullius, nunquam Maro, nun-
quam gentilium literarum quilibet auctor aſcendit: & ſi quid fortè inde, dum loquimur, obrepit, quaſi antiqui per nebu- Eſa 6.b
lam ſomnij recordamur. Quid autem profecerim ex linguæ illius infatigabili ſtudio, aliorum iudicio derelinquo, ego quid
in mea amiſerim ſcio. Accidit ad hoc, quia propter oculorum & totius corpuſculi infirmitatem, manu mea ipſe non ſcri-
bo, nec labore & diligentia compenſare queo eloquij tarditatem, quod de Virgilio quoque tradunt, quia libros ſuos in
modum vrſorum fœtum lambendo figurauerit. Verum accito notario, aut ſtatim dicto quodcunque in buccam venerit,
aut ſi paululum voluero cogitare, melius aliquid prolaturus, tunc me tacitus ille reprehendit, manum contrahit, frontem
rugat, & ſe fruſtra adeſſe toto geſtu corporis conteſtatur. Oratio autem, & ſi de bonæ indolis ingenio ſit profecta, &
B diſtincta inuentionibus, & ornata flore verborum, tamen niſi auctoris ſui manu limata fuerit & polita, non eſt niti-
da, non habet mixtam cum decore grauitatem, ſed in modum diuitum ruſticorum, opibus ſuis magis arguitur quàm ex-
ornatur. Quorſum iſta? videlicet vt & vobis & cæteris, qui forte legere voluerint, ſit reſponſum, me non Panegyricũ,
aut controuerſiam ſcribere, ſed commentarium: id eſt, hoc habere propoſitum, non vt mea verba laudentur, ſed vt quæ
ab alio bene dicta ſunt, ita intelligantur vt dicta ſunt. Officij mei eſt obſcura diſſerere, manifeſta perſtringere, in dubiis
immorari. Vnde & à pleriſque commentariorum opus, explanatio nominatur. Si quis eloquentiam quærit, vel declama-
tionibus delectatur, habet in vtraque lingua Demoſthenem & Tullium, Polemonem & Quintilianum. Eccleſia Chri- 1.Cor 1.d
ſti non de Academia & Lyceo, ſed de vili plebecula congregata eſt. Vnde & Apoſtolus. Videte, inquit, vocationẽ
veſtram fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles,
ſed quæ ſtulta ſunt huius mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt D
confundat fortia: & ignobilia huius mundi, & contemptibilia elegit Deus, & quæ non ſunt, vt ea quæ Ibid.a
ſunt deſtrueret. Quia enim ex creaturarum ordine, varietate, conſtantia, non cognouerat mundus per ſapientiam
Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis, ſaluos facere credentes: Non in ſapientia verbi, vt non euacua- Ibid.b
retur crux Chriſti. Vbi enim ſapiens, vbi grammateus, vbi cauſarum naturalium ſcrutatores? Nec in perſuaſibi-
libus ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione virtutis & ſpiritus, vt fides credentium non eſſet in ſapientia homi- 1.Cor. 2.b
num, ſed virtute Dei. Quamobrem & ipſe Apoſtolus ad eoſdem Corinthios loquebatur. Et ego veniens ad fratres,
veni non per ſublimitatem ſermonum & ſapientiæ, annuncians vobis teſtimonium domini. Nõ enim Ibid.a
iudicaui ſcire me aliquid inter vos, niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum. Et ne forſitan putaretur hæc
dicens, eſſe inſipientiæ prædicator, mente præſaga, quod opponi poterat, euertit. Sed loquimur, inquit, Dei ſapientiam in
myſterio, quæ abſcondita eſt, quam nemo principum huius ſæculi cognouit. Quotuſquiſque nunc Ariſtotelem legit, quãti
Platonis vel libros nouere, vel nomen? Vix in angulis otioſi eos ſenes recolunt. Ruſticanos vero & piſcatores noſtros
totus orbis loquitur, vniuerſus mundus ſonat. Itaque ſermone ſimplici, ſimplicia eorum verba pandenda ſunt. Verba,
inquam, non ſenſus. Cæterum ſi orantibus vobis, illum poſſim in exponendis epiſtolis eorum habere ſpiritum, quem illi
in dictando habuerunt, tunc videretis tantam maieſtatem & latitudinem in his veræ fuiſſe ſapientiæ, quanta in ſæculi
literatis, arrogantia & vanitas fuit. Breuiter vobis meæ mentis fateor arcanum: Qui per me intellecturus eſt Apoſto-
lum, nolo vt mea ſcripta difficulter intelligat, & ad interpretem cognoſcendum, alium quærat interpretem. Sed iam
tempus eſt vt reliqua perſequamur.

LIBER TERTIVS

CVrrebatis [a] bene, quis vos impediuit veritati non obedire? Nemini [b] conſenſeritis. Perſuaſio [c] veſtra non eſt ex eo qui vocauit vos. Modicum [d] fermentum totam conſperſionem fermentat. [e] Ego confido in vobis in domino, quia nihil aliud ſapietis. [f] Qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumque eſt.

CVrrebatis a *bene*, &c.] Id quod nunc Latinus poſuit interpres, veritati non obedire, & in Græco ſcriptum eſt, τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι, in ſuperiori loco ita interpretatus eſt, non credere veritati. Quod quidem nos in vetuſtis codicibus non haberi, in ſuo loco annotauimus, licet & Græca exemplaria hoc errore cunfuſa ſint. Senſus autem iſte eſt: Adorabatis patrem in ſpiritu & veritate, & de plenitudine Chriſti accipiẽtes, ſciebatis, quia lex data eſt tantum populo per Moyſen, & non etiam facta. Gratia autem & veritas non ſolum data, ſed & facta per Ieſum Chriſtum. Cùm igitur tam bene curreretis, veritati magis quàm imaginibus ſeruientes, à quo præpediti ductore peruerſo, vmbram legis ſequimini, & Euangelij relinquitis veritatem? Sequitur.

b ¶ *Nemini conſenſeritis*.] Sed quia nec in Græcis libris, nec in his qui in Apoſtolum commentati ſunt, hoc ſcriptum inuenimus, prætereundum videtur.

c ¶ *Perſuaſio veſtra*, &c.] In Latinis codicibus ita ſcriptum reperi: Perſuaſio veſtra ex Deo eſt, qui vocauit vos. Quod quidem puto, ex eo fuiſſe, & non intellectum, paulatim ob

B ſimilitudinem, ex Deo, increbuiſſe, pro eo quod eſt, ex eo. Sed nec ſic poteſt ſtare ſenſus, vt quomodo accuſauerat, quare non obedierint veritati, oſtendens in eorum arbitrio poſitum, vel obedire vel non obedire: nunc econtrario aſſerat perſuaſionem & obedientiam eorum, non tam ex ipſis eſſe qui vocentur, quàm ex eo qui vocet. Melius igitur & verius ſic legitur: Perſuaſio veſtra non eſt ex eo qui vocauit vos. Aliud quippe Dei opus eſt, aliud hominum. Dei opus eſt vocare, hominum, vel credere, vel non credere: Et ſicubi alibi de ſcripturis liberũ hominis affirmatur arbitrium, vt ibi:

Eſai. 1.a Deut 10.c Si *volueritis & audieritis me*: Et iterum. *Et nunc Iſrael quid petis à te dominus Deus tuus*, & ex hoc loco vel maximè cõprobatur. Verum ſimpliciores quique putantes ſe deferre Deo, vt perſuaſio quoque noſtra in eius ſit poteſtate, abſtulerunt partem orationis, non, & ſenſum contrarium Apoſtolo reddidere. Siue ergo in bonam, ſiue in malam partem, nec Deus, nec diabolus in cauſa eſt, quia perſuaſio noſtra nõ eſt ex eo qui vocauit nos, ſed ex nobis, qui vel conſentimus, vel non conſentimus vocanti. Aliter: Perſuaſio hæc, quam nunc ſequimini, non eſt ex Deo, qui in principio vos vocauit, ſed ex his qui vos poſtea turbarunt.

d ¶ *Modicum fermentum*, &c.] Malè in noſtris codicibus habetur, modicum fermentum totam maſſam corrumpit, & ſenſum potius interpres ſuum, quàm verba Apoſtoli tranſtulit. Hac autem ipſa ſententia Paulus & ad Corinthios vtitur, vbi præcepit eum qui vxorem patris ſui habebat tolli de medio, tradi pœnitentiæ in interitum & vexationem carnis,

ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ. per ieiunia & ægrotationes, vt ſpiritus ſaluus fiat in die domini noſtri Ieſu Chriſti: Ait quippe: *Non bona gloriatio veſtra. Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit*, ſiue vt iam emendauimus, *totam conſperſionem fermẽtat*? Et ſtatim intulit: *Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio ſicut eſtis azymi, etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis*. Nunc autem per hanc eandem ſententiam docet panem eccleſiæ ſpiritualem, qui de cælo deſcendit, non debere Iudaica interpretatione violari, & dominus idipſum diſcipulis præcepit, vt caueant à fermento Phariſæorum. Quod euangeliſta manifeſtius faciens addidit: *Dextera autem eis de doctrina Phariſæorum*. Porrò quæ eſt iſta alia doctrina Phariſæorum, niſi legis ſecundum carnem obſeruatio? Sẽſus itaque

Mat. 16.a iſte eſt: Nolite putare paucorũ hominum, qui de Iudæa venientes aliud docent, inſidias contemnendas. Scintilla res parua eſt, & penè dum cernitur, non videtur, ſed ſi fomitẽ comprehenderit, & nutrimenta ſui quamuis paruus ignis inuenerit, mœnia, vrbes, latiſſimos ſaltus, regioneſque conſumit. Fermentum quoque, cuius ad aliam partem in Euangelio parabola temperata eſt, res modica videtur & nihil, ſed cum farinæ conſperſum, totã maſſam ſuo vigore corrumpent, in illius vim tranſit omne quod mixtum eſt: Ita & doctrina peruerſa ab vno incipiens vix duos aut tres primum in exordio reperit auditores, ſed paulatim vt cancer ſerpit in corpore, & iuxta vulgare prouerbium, vnius pecudis ſcabies, totum cõmaculat gregem. Igitur & ſcintilla ſtatim vt apparuerit, extinguenda eſt, & fermentum à maſſæ vicinia ſemouendum, ſecandæ putridæ carnes, & ſcabioſum animal à caulis ouium repellendum, ne tota domus maſſa, corpus, & pecora ardeat, corrumpatur, putreſcat, intereat. Arius in Alexandria vna ſcintilla fuit, ſed quia non ſtatim oppreſſa eſt, totum orbem eius flamma populata eſt. 1. Tim. 4.d

e ¶ *Ego confido in vobis*, &c.] Non per coniecturam, vt quidam volunt, ſed prophetico ſpiritu Paulus pronunciat Galatas ad veritatis viam, quam amiſerant, regreſſuros. Etenim qui alios hortabatur vt æmularentur chariſmata, magis autem vt prophetarent, ipſe quoque eadem plenus gratia loquebatur: *Et ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus*. Prouidens igitur ſpiritu, quia nihil aliud eſſent credituri, niſi quod per epiſtolam docebantur, ait: *Ego confido in vobis in domino quod nihil aliud ſapietis*. Nam & additio dominici nominis idipſum ſignificat. Si enim per coniecturam hoc æſtimabat, potuerat dicere: *Ego confido in vobis*. Nunc autem apponens in domino, diuino quodam confidens ſpiritu, quod futurum cognouerat, prophetauit. 1. Cor. 14.a 1. Cor. 13.a D

f ¶ *Qui autem*, &c.] Occultè, inquiũt, Petrũ lacerat, cui ſupra in faciẽ reſtitiſſe ſe ſcribit, ꝙ non recto pede inceſſerit ad euãgelij veritatẽ. Sed nec Paulus tã procaci maledicto de Eccleſiæ principe loqueretur, nec Petrus dignus, qui conturbatæ Eccleſiæ reus fieret. Ex quo arbitrandum eſt de alio quodam dici, qui aut cum Apoſtolis fuerat, aut de Iudæa venerat, aut ex Phariſæis crediderat: aut certẽ magnus ſit apud Galatas æſtimatus, vt portet iudicium Eccleſiæ conturbatæ, quicumque eſt ille. Portare autem iudiciũ, id eſt quod alijs verbis in ſequentibus dixit. *Vnuſquiſque proprium onus portabit*. Et puto in ſcripturis, onus & in bonam, & in malam partem poſſe accipi, hoc eſt, & in his qui peccatis grauibus opprimuntur, & in illis qui virtutum leuia onera ſuſtentãt. De peccatis in pſalmo pœnitens loquitur: *iniquitates meæ eleuatæ ſunt ſuper caput meum: quaſi onus graue grauatæ ſunt ſuper me*. De virtutibus, doctrinaque virtutum Saluator ait: *Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue eſt*. Quod autem & doctrina pro onere accipiatur, perſpicuum fit in Euangelio. Alligant quippè Phariſæi onera grauia, & quæ portari non poſſunt, & ponunt ea ſuper humeros hominum, ipſi autem vno ea digito nolunt contingere. Quàm graue ſit aliquem de tranquillitate turbare, & ſerena corda hominum quibuſdam quaſi fluctibus concitare, Saluatoris ad Apoſtolos verba teſtantur, dicentis: *Ne conturbetur cor veſtrum, neque timeatis*. Expedit quippè ei qui conturbat & ſcandalizat quempiam in Eccleſia, vt lapis molaris circundetur collo eius, & mittatur cum eo in mare, quàm vt ſcandalizet vnum de his minimis, qui à Saluatore monſtrantur. Turbati ergo fuerant Galatæ inter ſpiritum & literam, circumciſionem & conciſionem, Iudaiſmum occultum & manifeſtum, quid agerent ignorantes. Breuius autẽ & ſic accipi poteſt. Quicunque eſt ille, qui vos ad Phariſæorum doctrinam retrahit, & in carne deſiderat circuncidi, quamuis ſit eloquens, & in legis eruditione ſe iactitet, Pſa. 37.a Mat. 11.d Mat. 23.a Ioan. 14.d Mat. 18.a

nihil

A

nihil amplius dico, niſi hoc quod etiam vos abnuere non poteſtis, quod portabit pro hoc opere iudicium, & conſequetur pro ſuo labore mercedem.

Eſt ille. Ego [a] autem fratres ſi circũciſionẽ prædico, quid adhuc perſecutionem patior? Ergo euacuatum eſt (ſiue vt in Græco melius habet, ceſſauit) ſcandalum crucis. Vtinam [b] & abſcindantur qui vos conturbant. [c] Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres: tantum ne libertatem in occaſionem carni (ſubauditur) detis. Sed

Act.21 d 2.Tim.3 e a ¶ *Ego autem fratres*, &c.] Legimus in actibus apoſtolorum, ipſe quoque apoſtolus Paulus in epiſtolis ſuis ſæpe commemorat, ſe à Iudæis perſecutiones creberrimas ſuſtinuiſſe, propterea quod doceret eos qui de gentibus crediderãt in Chriſto, non debere circuncidi. Hi itaque de quibus ſupra ait: *Qui autem conturbat vos portabit iudicium, quicunque eſt ille*, vt deciperent Galatas, etiã hoc addebant: Non ſolum Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & cæteri in Iudæa apoſtoli circuncifionem, & alia præcepta legis obſeruant, ſed ipſe quoque Paulus, qui vos aliter docuit, quam ſe rei veritas habet, Timotheum circuncidit, & Iudæis frequenter Iudæus factus eſt, veritate cogente: Quam opinionem de Galatarum mentibus Paulus nunc volens tollere, ait: *Ego autem fratres ſi circunciſionem prædico, qui adhuc perſecutionem patior?* Omne, inquit, in me odium Iudæorum, & quia aduerſum me furiunt, inſania, ob nihil aliud eſt, niſi quod doceo gentes non debere circuncidi, & legis onera ſuperflua & iam abolita cuſtodire. Cum autem perſecutionem patiar, manifeſtũ eſt me circunciſionem non prædicare quam deſtruo. Non enim tam perſecutionem patior à Iudæis, quia prædico crucifixum, & Ieſum dico eſſe Chriſtum quem lex & prophetæ prænunciauerunt, quam quia doceo legem eſſe completã. Quod autem crux Iudæis ſcandalum ſit, gentibus ſtultitia, ipſe dominus noſter oſtendit, qui lapis dicitur offenſionis, & petra ſcandali, propter nihil aliud puto, niſi quia prædicatio cum plenis velis ad audientes proceſſerit, ſtatim vt ad crucem venerit, impingit, & nequaquam libero curſu poteſt vltra procedere: Sed hæc crux, quæ apud Iudæos ſcandalum eſt, & apud gentes ſtultitia, nobis qui credimus virtus eſt & ſapientia. Chriſtus enim Dei virtus eſt, & Dei ſapientia, vt propter id quod ſtultitia dicebatur, fatuum Dei ſapientius fieret hominibus, & propter id quod infirmitas & ſcandalum, infirmum Dei fortius fieret hominibus. Cum autem, inquit, crucis Chriſti ſcandalum maneat, & ego perſecutionem patiar, quam non paterer ſi ſcandalum non maneret, fruſtra quidam iactitant me circunciſionem prædicare, quam impugnando, ſuſtineo perſecutionem.

Act.16 a 1.Cor.9 A

Eſa 8.c

1.Cor 1 d

B

b ¶ *Vtinam & abſcindantur qui vos conturbant*, &c.] Quæritur quomodo Paulus diſcipulus eius qui ait: *Benedicite maledicentibus vobis*: & ipſe loquens: *Benedicite, & nolite maledicere*: & in alio loco: *Neque maledici regnum Dei poſſidebunt*: Nunc & maledixerit eis, qui eccleſias Galatiæ conturbabant: & cum optantis voto maledixerit: *Vtinam & abſcindantur qui vos conturbant*. Tam enim deteſtanda abſciſionis eſt paſſio, vt & qui inuitis eam intulerit, legibus publicis puniatur, & qui ſeipſum caſtrauerit, infamis habeatur. Vt enim illud, aiunt, verum ſit: *Viuit in me Chriſtus*, & hoc: *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus*. Certe maledictionis vox non poteſt eius intelligi, qui dicit: *Diſcite à me, quia humilis ſum, & mitis, & manſuetus corde*. Et magis putatur Iudaico furore, & quadam effrenata inſania ſe non potuiſſe cohibere, quam imitatus eſſe eum, qui *tanquam agnus coram tondente ſe non aperuit os ſuum*, & maledicentibus non remaledixit. Tradidit autem ſe morti condemnatus. Ad quod qui pro Paulo reſpondebit, hæc dicet, non tam furoris in aduerſarios, quam dilectionis in eccleſias Dei verba eſſe quæ locutus ſit. Videbat quippe totam prouinciam, quam ipſe ſuo ſanguine & periculis ab idololatria ad Chriſti tranſduxerat fidem, ſubita perſuaſione turbatam, & dolore apoſtolico, dolore patris ſe tenere non poterat: mutabat vocem, & quibus blanditus fuerat, iraſcebatur, vt quos nequiuerat lenitatẽ, ſaltem obiurgatione retineret. Nec mirum eſſe ſi Apoſtolus vt homo, & adhuc vaſculo clauſus infirmo, videnſque aliam legem in corpore ſuo captiuitatem ie, & ducẽtem in lege peccati, ſemel fuerit hoc locutus: in quod frequenter ſanctos

Luc.6.a Rom.12.c 1.Cor.15.f

Sap.1.d 2.Cor.13 a Matt.11.A

Eſa 53.e 1 Pet.2.d

Rom.7.d

C

viros cadere perſpicimus. Sed & illud dici poteſt (licet ſuperfluum quibuſdam eſſe videatur:) quod Paulus non tam maledixerit eis, quam orauerit pro illis: vt eas partes corporis perderent, per quas delinquere cogebantur. Et quo modo in euangelio dictum eſt: melius eſſe aliquem ſine oculo, & ſine manu, & ſine pede, & qualibet alia parte membrorum intrare in regnum cœlorum, quam totum ire in gehẽnam: Ita & nunc optare eis magis vnam partem corporis perdere, quam per occaſionem integri corporis perpetuo igne damnari. Hic locus ſi quando ab ethnicis reprehenditur: quo modo eis reſponderi poſſit, oſtendimus. Nunc à nobis contra hæreticos proferatur: Marcionem videlicet & Valentinum, & omnes qui contra vetus latrant teſtamentum: qua ratione illi qui creatorem ſanguinarium, ſeuerum, bellatorem, & tantum iudicem criminantur, hoc in Apoſtolo Dei boni valeant excuſare. Et certe nullam puto in veteri lege tam crucem, tam cruentam in aliquos eſſe ſentẽtiam, quam vtinam abſcindantur qui vos conturbant. Nec poſſunt dicere oraſſe Apoſtolum pro inimicis Chriſti, qui eius eccleſias conturbabant: Nec ex dilectione prolatum, quod tumore indignatione plenum, ipſo verborum pondere demonſtratur. Quidquid ergo illi pro Apoſtolo excuſationis attulerint, hoc nos pro lege veteri defendemus.

Matt.18 a

c ¶ *Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres: tantum ne libertatẽ in occaſionem carni* (ſubauditur detis.)] Quod quia in Græco non habetur, Latinus poſuit interpres. Hunc locum, quia valde obſcurus eſt, de decimo Stromatum libro transferri placuit ad verbum. Non quo ſingula non poſſint ſuis locis & ſenſibus explanari, ſed quia à ſuperiori negotio ſeparata, vnum difficile corpus efficiant, & ſi ſic intelligantur vt reſonant, inconſequenter & abruptè repugnare inter ſe & ſcatere videantur. Origenis itaque hæc verba ſunt. Difficilis locus eſt, & ita nobis diſſerendus videtur. Qui liber eſt, & altiori ſenſu ſpiritum & veritatem ſequitur præcedentes, & typos contemnit & literam, non idcirco debet minores deſpicere, & occaſionem dare his qui non poſſunt ſentire ſublimius, de ſe penitus deſperandi. Licet enim infirmi ſint, & caro comparatione ſpiritus appellentur: caro tamen Chriſti ſunt. Si etiam intelligit myſterium charitatis infirmioribus ſeruientis, faciat aliquid propter infirmos: ne in ſcientia ſua frater pereat, pro quo Chriſtus eſt mortuus. Diligenter itaque attende, an ex conſequentibus ſenſus iſte texatur. *Vos*, inquit, *fratres in libertatem vocati eſtis*: forſitan ideo, quia non omnes vocationem capere poterant libertatis: Propter quod nunc auditis: Tantum ne libertatem in occaſionem detis carni. Per dilectionem enim oportet minoribus ſeruire maiores: quia qui vult eſſe maior, erit omnium ſeruus. Neque ergo ſpiritualis laceret Chriſti carnes: neque occaſionem illis tribuat, vt ſe remordeant prouocantem: ne ab inuicem conſumantur. Oportet ergo ſpiritu ambulantem & ſpiritu ſcripturarum verba ſectantem, non perficere deſiderium carnis earum. Si autem hoc quod dicitur: *Spiritu ambulate, & deſiderium carnis non perficietis*, ſimpliciter intelligimus, vt pleríque arbitrantur: contra argumentum & hypotheſin totius epiſtolæ, in hæc ſubito Paulus erumpet: ſtatim quippe ſequitur: Si autem ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. Et cum huc uſque aliqua ex parte ſibi ſermo cohæreat: rurſum ſi ſimplicem intelligentiam ſequamur, ad inordinata repente præcepta nos transfert, de carne & ſpiritu diſſerens: id eſt: Manifeſta autem ſunt opera carnis, illa & illa. Et ecõtrario: Fructus autem ſpiritus, eſt charitas, & reliqua. Sed neque in his conſequentiam deſperare debemus: quia opera carnis diuinorum voluminum hiſtoria continet: non valde eos iuuans qui ſic eam intelligunt vt ſcripta eſt. Quis enim non docebitur ſeruire luxuriæ, & fornicationem habere pro nihilo: cum Iudam ad meretricem legerit ingredientem, & patriarchas habuiſſe multas pariter vxores? Quo modo non ad idololatriam prouocabitur, qui ſanguinem taurorum,

D

1.Cor 8 d

Matt.20.A

Gen.38 d

Sed [a] per charitatē ſeruite inuicem: omnis enim lex in vno ſermone impletur: Diliges proximū tuū ſicut teipſum. [b] Quod ſi inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini.

A & cæteras Leuitici victimas non plus quam quod in littera
ſonat, putauerit indicare? Quod autem inimicitias, in aper-
to poſitus ſcripturæ ſermo doceat, & ea hoc loco probatur:
Pſal 136.b Filia Babylonis miſera: *beatus qui retribuet tibi retributionem*
Ibid 100.b *tuam, quam retribuiſti nobis. Beatus qui tenebit & allidet par-*
uulos tuos ad petram. Et ex illo:
In matutino interficiebam om-
nes peccatores terræ: & cætera
his ſimilia, de contentionibus
videlicet, æmulatione, ira, ri-
xis, diſſenſionibus. Ad quæ (ſi
non altius aliquid ſentiamus)
prouocant nos magis hiſtoriæ
exempla quam prohibent. Hæreſes quoque magis de carna-
li ſcripturæ intelligentia, quam de opere carnis noſtræ, vt
plurimi æſtimant, ſubſtiterunt. Nec non inuidiam & ebrie-
Gen. 9.e tates per legis literam diſcimus. Inebriatur Noë poſt dilu-
& 43.g uium, & patriarchæ apud fratrem Ioſeph in Ægypto. Sed
2. Reg 6.e & comeſſationes in Regnorum libro ſcriptæ ſunt: ſaltante
Dauid & cūc tepante tympanis coram arca teſtamenti Dei,
& his ſimilia. Quæritur quo modo ad beneficia, & ad male-
ficas artes, ſimplex ſcripturæ diuinæ ſermo, qui dicitur ca-
ro, nos prouocet: niſi ad eiuſdem ſcripturæ ſpiritum tranſ-
Dan 1.d cendamus. Puto hoc ſignificare, decies Danielem, & tres
pueros Magis incantatoribus, & Gazarenis atque Chaldæis
Act. 7.c ſapientiores repertos, & Moſen omni ſapientia & doctrina
Ægyptiorum eruditum. Multorum ergo malorum occaſio
eſt, ſi quis in ſcripturæ carne permaneat. Quæ qui fecerint,
regnum Dei non conſequentur. Quamobrem ſpiritum
ſcripturæ fructuſque quæramus, qui non dicuntur eſſe ma-
nifeſti. Multo quippe labore & ſudore, & digno cultu in
ſcripturis fructus ſpiritus inuenitur. Vnde arbitror Pau-
lum diligenter & cautè de ſcripturæ ſenſibus dixiſſe carnali-
bus: *Manifeſta autem ſunt opera carnis*. De ſpiritualibus ve-
ro non vt ibi poſuiſſe, manifeſtus eſt fructus ſpiritus, ſed
ita: Fructus autem ſpiritus, eſt charitas, gaudium, pax, &
reliqua. Quod ſi relictis typis ad veritatem ſcripturæ tranſ-
eamus & ſpiritum, ſtatim nobis prima charitas panditur, &
ad gaudium inde gradientes, peruenimus ad pacem, per
B quam conſequimur patientiam. Quis autem non ad miſe-
rationem & bonitatem erudiatur, cum etiam ea quæ qui-
buſdam triſtia putantur in lege, ſupplicia dico & prælia, &
euerſiones gentium, & comminationes ad populos per pro-
Eſa 57.c phetas: magis remedia intellexerit eſſe quam pœnas? *Non e-*
nim in æternum iraſcetur Dominus. Cum hæc ergo nobis a-
perta fuerint, rationabiliorem habebimus fidem, & corre-
ctos mores temperantia comitabitur: quam continentiam
ſequetur & caſtitas, & poſt hæc omnia incipiet eſſe lex pro
nobis. Hucuſque Origenes. Quibus nos poſſumus addere,
vt dicamus de ſeruiture legali ad euangelii libertatem vo-
Sup eod.a catos (quibus ſuperius dicitur: *State & nolite rurſum iugo*
ſeruitutis hærere) etiam nunc moneri: vt lene Chriſti iugū,
& delectabilia euangelii præcepta ſectantes, nequaquam
putent ſibi licere, vt hac ipſa libertate viuendi, in occaſione
carnis vtantur: ſcilicet vt iuxta carnem viuant, iuxta carnē
circuncidantur: ſed ſpiritu magis ſtent, ſpiritu præputium
carnis abſcidant, & ad ſpiritus altiora tendentes, humilita-
tem literæ derelinquant. Poteſt autem & aliter intelligi.
Dicat quiſpiam: Si ceſſaui ô Paule eſſe ſub lege, & de ſerui-
tute in libertatem vocatus ſum: ergo debeo ita viuere, vt
cōuenit libertati: nec aliquibus præceptis teneri, ſed quod-
cumque placuerit & voluntas ſuggeſſerit, hoc facere, im-
plere, ſectari. Ad quod reſpondit Apoſtolus: Vocatos qui-
dem nos eſſe in ſpiritus libertatem: ſed ita, vt libertas ipſa
carni non ſeruiat. Nec putemus quia nobis omnia licent,
omnia expedire: quin potius quia ſerui legis eſſe ceſſauimus:
facti liberi, magis per charitatem nobis inuicem ſeruiamus:
vt laciniosæ legis præcepta, vno dilectionis capitulo con-
cludantur.

a ¶ *Sed per charitatem ſeruite inuicem*, &c.] Qui cum eſſet
liber ex omnibus, omnium ſe propter charitatem ſeruum
fecit, vt plures lucrifaceret, rectè hortatur & cæteros, vt per
charitatem ſibi ſeruiant: quæ non quærit quod ſuum eſt, ſed
1. Cor. 13.b quod proximi. Qui enim vult fieri primus, erit omnium
Phil. 2.a ſeruus: Vt quomodo Saluator in forma Dei conſtitutus,
non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſeipſum C
exinaniuit, formam ſerui accipiens, & habitu inuentus vt
homo, humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad
mortem, mortem autem crucis: ita & quæcumque ante ſub
legis neceſſitate facere videbamur, nunc ſciamus nobis libe-
ris, magis per charitatem eſſe
facienda. Tantum autem bo-
num eſt charitas, vt omnis lex
in illa recapituletur. Enumerat
& in alio loco Apoſtolus chari-
tatis bona, dicēs: Non zelatur:
non agit perperam. Multiſque 1. Cor. 13.b
in medio replicatis, in fine cō-
cludit: Omnia ſperat, omnia ſuſtinet: charitas numquam ex-
cidit. Et Saluator in euangelio, hoc ſignum ſui ait eſſe diſci-
puli, vt diligat proximum. Quod quidem puto non ſolum Matt. 22.d
hominibus, ſed etiam angelis conuenire. Aliis verbis idipſū
dicitur: *Quæ vobis fieri non vultis, aliis ne feceritis: & quæ vul-*
tis, vt vobis faciant homines, hæc eadem & vos eis facite ſi- Ibid. 7.b
militer. Nolo adulterari vxorem meam: nolo ſubſtantiam
diripi: nolo me falſo opprimi teſtimonio: & vt cuncta breui
ſermone comprehendā, indigne fero aliquid mihi fieri quod
iniuſtum eſt. Hæc eadem ſi per charitatem in me operārem,
vel fecero alteri, vel voluero, lex omnis impleta eſt. Nec dif-
ficile eſt docere quo modo vniuerſa præcepta, non occides,
non adulterabis, non furaberis, non falſum teſtimonium di-
ces, & cætera his ſimilia, vna charitatis obſeruatione tenea-
tur. Hoc oſtendere arduum eſt: quo modo hoſtiæ quoque
quæ in Leuitico ſunt præceptæ, & ciborum vel abſtinentia
vel permiſſio: cum alia munda, alia immunda: ſolennitatum
quoque iugis per annos recurſus, in vno charitatis præce-
pto recapitulentur: Niſi forte quis illo ſe transferat, vt affir-
met legem ſpiritualem eſſe, & imaginibus & exemplaribus
nos cæleſtium deſeruiſſe, antequam verus pontifex adueni-
ret: qui poſtquam ſemel ſeipſum offerens victimam, ſuo ſā-
guine nos redemit, omnis illa priſcæ legis varietas & diffi-
cultas, in ipſius ſuper homines dilectione completa eſt. In- Ioan. 3.b
tantum quippe pater amauit mundum, vt filium ſuū cha- D
riſſimum & vnigenitum daret pro nobis. Ei autem qui ſe- Ioan 15.b
mel ſpiritu viuens, opera carnis mortificauit, & à Saluato- 1. Tim 1.d
re dilectus, nequaquam ſeruus, ſed amicus vocatur, non eſt
vltra lex poſita: quæ impiis & peccatoribus, & non ſubie-
ctis & nepharus conſtituta eſt. At nunc cum omnia quæ
difficiliora ſunt, vel modica ex parte faciamus: hoc ſolum
non facimus, quod & factu facilius eſt, & abſque quo caſſa
ſunt vniuerſa quæ facimus. Ieiunii corpus ſentit iniuriam:
vigiliæ carnem macerant, eleemoſynæ labore quæruntur:
ſanguis in martyrio, quamuis ardeat fides, tamen ſine dolo-
re & timore non funditur. Hæc omnia ſunt qui faciant: ſola
charitas ſine labore eſt. Et quia ſola cor mundum efficit: à
diabolo expugnatur in nobis, ne Deum pura mente videa-
mus: Quando enim ſedens loquor contra fratrem meum, Pſal 49.d
& contra filium matris meæ pono ſcandalum: quando alie-
na torqueor felicitate, & alterius bonum meum malum fa-
cio, nonne hoc quod ſequitur, in me expletur: Si inuicem
mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini?
Charitatis rara poſſeſſio eſt. Quis vult ipſe anathema eſſe à Rom. 9.a
Chriſto pro fratribus ſuis, Apoſtolum ſequens? Quis cum Ibid. 12.d
lugentibus lugens: cum gaudentibus gaudens, alieno vulne-
re vulneratur? Quis fratris morte perimitur? Omnes magis
amatores noſtri, quam amatores Dei ſumus. Vide quātum
bonum ſit charitatis. Si ita martyrium fecerimus, vt noſtras 1.q.1. Vide
velimus ab hominibus reliquias honorari; ſi opinionem vul-
gi ſectantes, intrepidi ſanguinem fuderimus, & ſubſtantiam
noſtram vſque ad mendicitatem propriam dederimus: huic
operi non tam præmium quam pœna debetur, & perfidiæ
magis tormenta ſunt, quam corona victoriæ.

b ¶ *Quod ſi inuicem mordetis & comeditis videte ne ab inuicē*
conſumamini.] Poteſt hoc & ſimpliciter accipi: ne detraha-
mus inuicem, ne maledicto nos putemus vlciſci: ne contri-
ſtati contriſtare cupiamus, & ſimiles beſtiarum, mordere
pariter & remorderi: vt poſt morſus ſequatur interitus at-
que conſumptio. Melius autem eſt, ne contra rationem &
totius epiſtolæ conſequentiam, ſubito in extraordinaria
præcepta

A præcepta Paulus erumpat, hoc ita intelligere, vt ad circunciſionem obſeruationemque legis cuncta referamus. Si vos, inquit, conturbant alij, vos autem conturbamini: Si totam ſcripturam veterem legentes, ſic intelligitis vt ſcripta eſt: *Oculum pro oculo, dentem pro dente*, & ita deſiderat vltionem: vltio vero imponit dolorem: quod lex non ſolum non prohibet, verum etiam præcepit iuſtitiam in talione reſtituens, ſequitur vt & nudatus nudet, & vulneratus vulneret, & corueſtus remordeat: & quæ viderut iuſtitia eſſe, conſumptio ſit, non vnum vindicans, ſed vtrumque conſumens.

Deut.19.d

...mini. Dico [a] autem: Spiritu ambulate, & deſiderium carnis non perficietis. [b] Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus carnem. Hæc. n. ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcumque vultis, illa faciatis. Quod [c] ſi ſpiritum

a ¶ *Dico autem: Spiritu ambulate, & deſiderium carnis non perficietis.*] Et hoc ſecundum ſuperiora dupliciter accipiẽdum: vt dicamus eos qui ſpiritu opera carnis mortificauerint, & ſeminauerunt in ſpiritu, vt de ſpiritu metant vitam æternam, quotienſcumque voluptatem carnis ſenſerint titillare, non perficere deſiderium eius (quod quidem ſi expletum fuerit, blandiri videtur ad tempus) ſed ſpiritu refrenare, & ſecundum ſententiam hiſtorici, animi imperio, corporis ſeruitio magis viuere. Nec non & illud, quia *lex ſpiritualis eſt, & non qui in manifeſto Iudæus, ſed qui in occulto, & circunciſio cordis in ſpiritu, non litteræ*: eos ambulare ſpiritu, & carnis deſiderium non perficere dicimus, qui ſpiritualiter egrediuntur Ægyptum, & ſpiritualem eſcam potumque de ſpirituali hauriunt petra: qui non iudicantur in cibo aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ & ſabbathi: ſed ambulant in omnibus ſpiritualiter, non perficientes carneæ legis, litteræve deſiderium, ſed fructus metẽtes intelligentiæ ſpiritualis. Tertia quoque interpretatio à quibuſdam in hoc loco dicta eſt: ſed quæ non multum diſcrepet à ſecunda, vt deſiderium carnis in his aſſerant eſſe qui paruuli in Christo ſunt: iter autem ſpiritus in perfectis viris, & eſſe ſenſum. In grauitate ſpiritus, id eſt, in itinere viri ambulate perfecti, & non facietis deſideria paruulorum.

Rom.7.c

B

b ¶ *Caro autem concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcumque vultis*, &c.] Caro præſentibus delectatur & breuibus: ſpiritus perpetuis & futuris. Inter hoc iurgium media anima conſiſtit, habens quidem in ſua poteſtate bonum, & malum, velle vel nolle: ſed non habens hoc ipſum velle ac nolle perpetuum: quia fieri poteſt vt cum carni conſenſerit, & opera eius fecerit, rurſum per pœnitentiam ſe remordens, ſpiritui copuletur, & opera eius efficiat. Hoc eſt ergo quod ait: Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, id eſt, caro & ſpiritus: vt non quæcumque vultis, illa faciatis. Non quo proprium nobis tulerit arbitrium, quo vel carni vel ſpiritui aſſeruiamur: ſed quia quod facimus, non eſt noſtrum propriè, ſed opus ipſum vel carni, vel ſpiritui deputatur. Grandis laboris & diſputationis eſt nimiæ, oſtenſis carnis operibus & ſpiritus, media aliqua reperire, quæ nec ad carnem videantur pertinere, nec ad ſpiritum. Carnales dicimur, quando totos nos voluptatibus damus. Spirituales, quando ſpiritum ſanctum præuium ſequimur, id eſt, cum ipſo ſapientius inſtruente, ipſo docemur auctore. Animales reor eſſe philoſophos, qui proprios cogitatus putant eſſe ſapientiam, de quibus recte dicitur: *Animalis autem homo nõ recipit ea quæ ſunt ſpiritus. Stultitia quippe eſt ei.* Quod vt manifeſtius fiat aliquod ſumamus exemplum: Caro, terra: anima, aurum: ſpiritus ignis vocetur. Quamdiu aurum fuerit in terra, perdit vocabulum ſuum, & à terra, cui commixtum eſt, appellatur. Cum vero ſeparatum ab humo, auri & ſpeciem & nomen acceperit, aurum quidem dicitur, ſed necdum probatum. Si autem per ignem excoctum fuerit & purgatum, tunc auri ſplendorem & ornatus ſui accipit dignitatem. Ita & anima inter humum & ignem, hoc eſt, inter carnem ſpiritumque conſiſtens, quando ſe tradiderit carni, caro dicitur: quando ſpiritui, ſpiritus appellatur. Quod ſi proprio crediderit cogitatui, & abſque gratia ſpiritus ſancti inuenire ei æſtimauerit veritatem, quaſi aurum ſordium, animalis hominis appellatione ſignabi-

1.Cor.2.d

C tur. Poteſt locus iſte ſic melius explanari, & quaſi vna ſeries corpuſque fieri, ſe inuicem nectens, ſibique non diſcrepans, Fratres, de ſeruitute legis vocati eſtis in euangelij libertatẽ. Verum obſecro vos, ne libertate pro licentia abutamini, & putetis vobis cuncta expedire quæ licent, deniſque occaſionem carni atq; luxuriæ. Quin potius diſcite quod libertas hęc maior ſit ſeruitus: vt quod ante lex ab inuitis extorquebat obſequium, nunc per charitatem vobis inuicem ſeruiatis. Siquidem omne illud legis onus, & multiplicia pręcepta, non iam excluſa ſunt per euangelij gratiam, quam vno charitatis ſermone breuiata: vt diligamus proximum ſicut noſmetipſos. *Qui enim diligit proximum, totam legem implet*, bona ei tribuens, mala non inferens. Quod ſi ceſſet dilectio, & non ſit charitas, per quem lex vniuerſa cõpletur, publicum quoddam inter homines latrocinium erit, vt contra ſe inuicem deſæuientes, ſeque mordentes, cõſumantur ab inuicem. Vos autem fratres propterea ſecundum ſpiritualem legem debetis viuere: ne deſideria quæ carnis sũt, perficiatis. Caro enim frigus timet: aſpernatur famem: attenuatur vigilijs: libidinibus exardeſcit: mollia quæque & iocunda deſiderat. E contra ſpiritus, ea quæ carni contraria ſunt, & quæ illam debilitare queant, expetit. Et ita fit, vt non ideo, quia ſub ſeruitute legis eſſe ceſſatis, putetis eſſe vos liberos, ſed ſciatis magis naturæ vos lege retineri: quia non ſtatim ſi lex non imperat, & natura ceſſauit, ne voluntatem ſcilicet veſtram, opera ſubſequantur: ſed frequenter ea facere compellamini repugnante carne aduerſus ſpiritum, quæ facere non vultis. Ex quo fratres, obſecro vt non detis libertatem veſtram in occaſionem carnis, ſed magis ſpiritui ſeruiatis: vt incipiatis ea facere quæ vultis, & nihil debere legi, id eſt, non eſſe ſub carne. Quia libertatem legis abolitæ tunc verè in euangelio habere poteritis, cum vos nequaquam caro compulerit facere quæ non vultis: ſed ſpiritui ſeruientes, docueritis vos non eſſe ſub lege. Et quia ſupra ſecundum duplicem intelligentiam hunc locum cœperamus exponere, reddenda ſunt quæ omiſimus. *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*, id eſt, hiſtoria & ſcripturæ carneus intellectus contra allegoriam & ſpiritualem doctrinam repugnat. *Spiritus autem aduerſus carnem*, id eſt, ſublimiora deiectis, æterna breuibus, vmbræ veritas refragatur: & carneus ſcripturæ ſenſus, quia impleri non poteſt (nec enim valemus omnia quæ ſcripta ſunt facere) oſtendit nos non in noſtra poſitos poteſtate legis explendæ: cum etiam ſi velimus literam ſequi, impoſſibilitas non admittat.

Matt.22.d

D

c ¶ *Quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.*] Spiritum non eum de quo Apoſtolus in alio loco loquitur: *Ipſe ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei*, id eſt, non ſpiritum hominis qui in ipſo eſt: ſed ſpiritum ſanctũ ſignificat: quem ſequentes, efficimur ſpirituales, & ſub lege eſſe deſiſtimus. Notandum ergo quod hic ſpiritus non cum ἄρθρῳ & cum additamento aliquo, ſicut in cæteris legimus, ſpiritum manſuetudinis, & ſpiritum fidei, ſed ſimpliciter ſpiritus appellatur: quæ quidem minutiæ magis in Græco, quàm in noſtra lingua obſeruatæ (qui ἄρθρα penitus non habemus) videntur aliquid habere momenti. Quæritur in hoc loco, ſi quicumque ſpiritu ducitur, non eſt ſub lege: vtrum Moſes & prophetæ vel ſpiritu acti ſunt, & ſub lege vixerint: quod Apoſtolus negat: aut habentes ſpiritum ſub lege non fuerint, quod Apoſtolus hic affirmat: aut quod eſt tertium, ſub lege viuentes, ſpiritum non habuerint, quod de tantis viris nefas eſt credere. Ad quod nos breuiter reſpondebimus: Non idem eſſe ſub lege eſſe, & eſſe quaſi ſub lege: quomodo non idipſum eſt, in ſimilitudine carnis peccati, & in carne eſſe peccati. Nec idem ſonat verus ſerpens, & æris ſimilitudo ſerpentis, quem Moſes in eremo ſuſpendit. Sic igitur & ſanctos prophetas & Moſen, ambulantes ſpiritu, & ſpiritu viuentes, non ſub lege, ſed quaſi ſub lege vixiſſe, vt ipſi viderentur quidem eſſe ſub lege: ſed eos qui ſub lege erant, lucrifacerent, & ab humilitate literæ ad altitudinem ſpiritus prouocarent. Nam

Rom.8.c

Num.21.b

ſpiritum ducimini, nō eſtis ſub lege. a Manifeſta autem ſunt opera carnis: quæ ſunt, fornicatio, immundicia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, ęmulationes, iræ, rixę, diſſentiones, hæreſes, inuidię, ebrietates, comeſationes, & his ſimilia: quę prædico vobis, ſicut

E & Paulus, qui Iudæus Iudęis factus eſt & omnibus omnia, vt omnes lucrifaceret: non dixit, factus ſub lege, ſed factus
1. Cor. 9. c quaſi ſub lege, vt oſtenderet ſe non veritatem legis, ſed ſimilitudinem cuſtodiſſe. Videmur nobis ſoluiſſe propoſitam quæſtionem. Sed quid faciemus de illo Pauli capitulo dicentis:
Gal. 4. a *Cū autē venit plenitudo tēporis, miſit Deus filium ſuum, factū ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret.* Si enim Chriſtus ſub lege fuit, & non quaſi ſub lege: tota illa ſuperior diſputatio vacuafiet. Verum & hæc oppoſitio de ſuo ſoluetur loco. Qui enim propterea factus ſub lege eſt, vt eos qui erant ſub lege, redimeret: vtique cum eſſet liber à lege, legi ſe ſubdidit voluntate. Et multo erat Paulo liberior: qui non ſub lege, ſed quaſi ſub lege fuiſſe teſtatus eſt. Et quomodo in cœnum & barathrum mortis pro-
Rom. 7. d pter nos deſcendit; qui orabamus dicentes: *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Ita & ex muliere naſci voluit, & eſſe ſub lege: vt eos qui nati erant de muliere & ſub lege, ſaluaret. Et certe non eſt natus de muliere: id eſt, de nupta, ſed de virgine. Verum abuſiue virgo mulier appellata eſt, propter eos qui illam fuiſſe virginem neſciebant. Vt itaque propter illos qui ſanctam Mariam arbitrabantur maritum habere, mulier pro virgine poſita eſt: ſic propter eos qui æſtimabāt Chriſtum eſſe ſub lege, neſcientes quia factus eſſet his qui erant ſub lege, quaſi ſub lege: dicitur & ipſe factus eſſe ſub lege.

a ¶ *Manifeſta autem ſunt opera carnis: quæ ſunt, fornicatio, immundicia, luxuria, &c.*] Superius, cum exponeremus de carne & ſpiritu, triplicem intelligentiam diceramus: vel eos eſſe carneos, qui paruuli & corporei, in Chriſto ſolidum
F cibum, & perfectæ ætatis alimenta capere non poſſent: vel carnales eos eſſe, qui more Iudaico hiſtoriam tantum ſequerentur & literam. Aut certe iuxta ſimplicem ſenſum, in hominis fictione carnem ſpiritumque ſubſiſtere, & inter diuerſitatem ſubſtantiæ vel opera carnis eſſe, vel ſpiritus. Nunc ergo quæ hic carnis opera nominantur, fornicatio videlicet, immundicia, luxuria, & cætera quæ ſequuntur, magis mihi videntur ad ſimplicem carnis & ſpiritus intelligentiam, quam ad carnem legis, & paruulos in Chriſto referri: licet in eo loco, vbi ſupra de decimo Origenis Stromate verbum tranſtulimus ad verbum: quid etiam de his ſentiri poſſit expreſſum ſit. Quod autem ait: Manifeſta autem ſunt opera carnis, vel omnibus ea nota eſſe demonſtrat: quia per ſe pateant mala eſſe & fugienda intantum, vt etiam hi qui ea faciunt, cupiant occultare quod faciunt. Vel certè his tantum manifeſta, qui in Chriſto crediderint. Plurimi quippe gentilium in ſuis ignominiis gloriantur, & putant ſi expleuerint voluptatem, quandam ſe turpitudinum victoriam conſequutos. Sed & illud eleganter, quod in carne opera poſuit, fructus in ſpiritu: quia vitia in ſemetipſa finiuntur & pereunt: virtutes frugibus pullulant & redundant. Nec putemus animæ nullum eſſe opus, ſi vitia carni, virtutes ſpiritui deputauit. Quia anima (vt ſupra diximus)
Gen. 6. a in quodam meditullio poſita, vel carni iungitur, & dicitur
1. Cor. 6. d de ea: *Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, quia*
ibi. *carnes ſunt*: vel ſpiritui copulatur, & in ſpiritus vocabulum tranſit: *Qui enim adhæret domino, vnus ſpiritus eſt.* Primū itaque carnis opus eſt fornicatio. Manifeſta in exordio poſuit, ne de mediis ambigamus. *Omne enim quodcunque fecerit homo extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat.* Et non ſumus noſtri: *empti enim ſumus pretio glorificemus & portemus Deum in corpore noſtro.* In eo fornicator maioris
Ibid. eſt criminis: quia tollit membra Chriſti, & facit ea membra meretricis. *Erunt quippe duo in carne vna.* Qui non fidelis, nec credit in Chriſto ſua membra facit membra meretricis: qui credit & fornicatur, Chriſti membra facit membra meretricis. E contrario infidelis in fornicatione ſua verum violet, an ædificet templum idolo, neſcio. Per vitia quippe vel maximè dæmones coluntur. Hoc vnum ſcio: quod qui poſt fidem Chriſti fornicatur, violat templum Dei.

G Secundum opus carnis, immunditia nuncupatur, & eam comes luxuria ſequitur. Quo modo enim in veteri lege de nefandis criminibus, quæ in occulto fiunt, & ea nominare turpiſſimum eſt, ne & dicentis os & aures audientiū polluerentur, generaliter ſcriptura complexa eſt, dicens: Ve-
Leu. 15. d tecundos vel reuerentes facite filios Iſrael ab omni immūdi-
Sec. 70. ευλαβεῖς cia: ſic in hoc loco cæteras extraordinarias voluptates, ipſarum quoque opera nuptiarū, ſi non verecūdè & cum honeſtate, quaſi ſub oculis Dei, fiāt, vt tantum liberis ſeruiatur, immūdiciam & luxuriam nominauit. Quartum in catalogo operum carnis idololatria locum tenet. Qui enim ſemel ſe luxuriæ voluptatique permiſerit, non reſpicit creatorem. Alius autem omnis idololatria, feſtiuitate, gula, ventre, & his quæ infra ventrem ſunt, delectatur. Et ne forſitā veneficia, & maleficæ artes, non viderentur in nouo prohibitę teſtamento, ipſæ quoque inter carnis opera nominantur. Quia ſæpe magicis artibus & amare miſeris euenit & amari. Inimicitia quoque quæ poſt veneficia ponitur, quem ha-
Rom. 12. d beat reatum, manifeſtu crimini ſubiecta declarat. Quantum enim in nobis eſt, nullius eſſe debemus inimici, ſed cum omnibus habere pacem. Quod ſi loquentes veritatem, aliquos meremur inimicos: non tam nos inimici eorum ſumus, quàm illi inimici ſunt veritatis. Nam quod & in Geneſi di-
Exod. 23. c citur ad Abrahā: *Inimicus ero inimicis tuis, & aduerſabor aduerſantibus tibi*: ſic eſt ſupra intelligendum: non tam Abrahā illis inimicum fuiſſe, quàm illos Abrahæ virtutibus & re-
Num. 33. f ligioni: per quam calcatis idolis, cognitum venerabatur Deum. Illud quoque quo populo præcipitur Iſrael: vt odio ſempiterno & in poſteros tranſmiſſa diſcordia, inimici ſint Madianeis: quaſi his dicitur, qui ſub pædagogo erant, & in
Matt. 5. g alio loco merebantur audire: *Odio habebis inimicum tuum.*
H Aut certe non tam perſonarum quam morum eſt facta diſ-
Gen. 3. c ſenſio: vt quo modo Deus vtiliter inter ſerpentem & mulierem inimicitias poſuit; ne amicitiæ eorum inutiles eſſent homini, per quas proiectus eſt de paradiſo. Ita & in Iſraelitis & Madianeis vita magis diſſimilis, quàm gens vna damnata eſt. Septimum locum inter carnis opera contentio poſſidet: quodam quaſi ſacrato & eminenti inter vitia numero collocata. *Seruum autem domini non oportet rixari, ſed eſſe*
2. Tim. 2. d *manſuetum ad omnes*: doctorem, longanimem, cum manſuetudine erudientem, etiam eos qui e contra diſputant. Poſt contentionem, octaua ſuccedit æmulatio: quæ Græco ſermone ζῆλος ſignificantius & notius appellatur. Quo quidem malo, neſcio quis noſtrum careat. Zelati ſunt enim &
Gen. 37. patriarchæ Ioſeph fratrem ſuum, & Maria & Aaron prophetes dei & ſacerdos, contra Moſen tali paſſione decepti ſunt: intantum vt illa de qua ſcriptura narrauerat, dicens:
Num. 12. a *Tollens autem Maria propheteſ tympanum*, & cætera: poſtea
Exod. 15 extra caſtra proiecta, lepræ vitio ſordidata ſit, & pœniten-
Num. 12. a tiam longiorem ſeptem dierum ſeparatione ſignauerit. Ira
Iac. 1. c deinde ſuccedit, quæ iuſtitiam Dei non operatur, & ſpecies eſt furoris. Inter iracundiam autem & iram, hoc intereſt: quod iracundus ſemper iraſcitur, iratus pro tempore concitatur. Et neſcio quis poſſit regnum Dei poſſidere: cum is qui iraſcitur, ſeparetur à regno. Rixæ quoque quas aliud Græci ſignificantes, ἐριθείας vocant (ſiquidem rixa μάχη dicitur) à regno Dei prohibent. Eſt autem ἐριθεία, cum quis ſemper ad contradicendum paratus, ſtomacho delectatur alieno: & muliebri iurgio contendit, & prouocat contendentem. Hæc alio nomine apud Græcos φιλονεικία appellatur. Nec non & diſſenſiones opera carnis ſunt: cum quis nequaquam perfectus, eodem ſenſu & eadem ſen-
1. Cor. 1. b tentia dicit: *Ego ſum Pauli, & ego Apollo, & ego Cephæ, & ego Chriſti.* Sed & domorum inter ſe hæc eadem diſſenſio reperitur: mariti videlicet ad vxorem, patris ad filium, fratris ad fratrem, conſerui ad conſeruum, militis ad contubernalem, artificis ad eiuſdem operis artificem. Nonnunquam euenit, vt & in expoſitionibus ſcripturarum oriatur diſſenſio, è quibus hæreſes quoque, quæ nunc in carnis opere ponuntur, ebulliunt. Si enim ſapientia carnis inimica eſt Deo

B eſt Deo (Inimica autem ſunt omnia dogmata falſitatis deo repugnantia) conſequenter & hæreſes inimicæ Deo, ad carnis opera referuntur. αἵρεσις autem Græce, ab electione dicitur: quod ſcilicet eam ſibi vnuſquiſque eligat diſciplinam, quam putat eſſe meliorem. Quicunque igitur aliter ſcripturam intelligit, quam ſenſus Spiritus ſancti flagitat, quo conſcripta eſt: licet de eccleſia non receſſerit, tamẽ hæreticus appellari poteſt, & de carnis operibus eſt, eligẽs quæ peiora ſunt. Hæreſes ſequitur inuidia, quam nõ putemus idẽ eſſe quod zelum. Quia zelus & in bonã partẽ accipi poteſt, cum quis nititur ea quæ meliora ſunt æmulari. Inuidia verò aliena felicitate torquetur, & in duplicem ſcinditur paſſionem: cum aut ipſe eſt aliquid in eo in quo alium eſſe non vult; aut alium eſſe videns meliorem, dolet ſe ei non eſſe cõſimilem. Pulchrè quidam de Neotericis, Græcum verſum transferens elegiaco metro de inuidia luſit, dicens: Iuſtius inuidia nihil eſt: quæ protinus ipſum auctorem rodit, excruciatque animum. Scripſit & beatus Cyprianus librũ de zelo & liuore valde optimum: quem qui legerit, non dubitabit annumerare operibus carnis inuidiam. Inter inuidum autẽ & inuidioſum hoc intereſt: quod inuidus feliciori inuidet. Inuidioſus autem is eſt, qui ab alio patitur inuidiam. Quartumdecimum locum inter carnis opera, ebrietas tenet. Ebrioſi quippe regnum Dei non poſſidebunt. Et dominus ad diſcipulos: *Cauete, ait, ne forte grauentur corda veſtra in vino & crapula.* Vino, hominis ſenſus euertitur: pedes corruunt, mens vacillat, libido ſuccenditur. Vnde Apoſtolus clamitat: *Et vinum, in quo eſt luxuria.* Habet vnuſquiſque ſuæ ſententiæ poteſtatem. Ego Apoſtolum ſequor: in vino eſſe luxuriam: in vino ebrietatem. Ebrietatem autem & luxuriam, inter carnis opera numerari, nec ille poteſt negare, qui eiſdem paſſionibus vincitur. F Et licet me quidam in eo libro, quem de ſeruanda virginitate ſcripſi, reprehendendum putent: quòd dixerim adoleſcentulas ita vinum debere fugere vt venenum, non me ſententiæ pœnitebit. Opus quippe ibi magis vini, quam Dei à nobis creatura damnata eſt: & licentiam tulimus virgini proprio ætatis calore feruenti, ne ſub occaſione parum bibendi, plus biberet, & periret. Alioquin ſciebamus & in Chriſti ſanguinem vinum conſecrari, & Timotheo vinum vt biberet, imperatũ. Ebrietas autem tam ex vino quàm ex cæteris bibendi generibus, quæ vario modo conficiuntur, poteſt accidere: ex quo & de ſancto dicitur: *Vinum & ſiceram non bibet.* Sicera interpretatur, ebrietas. Et ne quis vinum non bibẽs, aliud ſibi putaret bibendum: excluſa cauſatio eſt, dum omne quod inebriare poteſt, cum vino pariter aufertur. Quintadecima, quæ & extrema inter carnis opera, comeſſatio eſt: Manducauit quippe populus & bibit, & ſurrexerunt ludere. Sẽper ebrietati iuncta luxuria eſt. Pulchrè quidam non ignobilis orator, cum ebrium de ſomno deſcriberet excitatum, ait: Nec dormire excitatus, nec vigilare ebrius poterat. Qua ſententia expreſſit, quodammodo nec mortuum eum fuiſſe nec viuum. Longum erat vniuerſa carnis opera replicare, & catalogum facere vitiorum. Vno igitur omnia ſermone cõcluſit dicens, & his ſimilia. Quæ vtinam tam facilè vitare poſſemus, quàm facile intelligimus. *Prædico,* inquit, *vobis ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Vbi ante prædixerat: *Non regnet,* inquit, *peccatum in mortali veſtro corpore, ad obediendum deſideriis eius.* Peccatum omnes iſtas ſpecies habet in quibus nunc diſcriminandis plus forſitan quàm oportuit, immorati ſumus. Ergo in anima, in qua peccatum regnauerit, non poteſt Dei regnare regnum. *Quæ enim participatio iuſtitiæ & iniquitati? Quæ communicatio luci ad tenebras? qui conſenſus Christo & Belial?* Et putamus nos regnum Dei conſequi, ſi à fornicatione, idololatria & veneficiis immunes ſimus. Ecce inimicitiæ, contentio, ira, rixa, diſſenſio, ebrietas quoque, & cætera quæ parua arbitramur, excludunt nos à regno Dei. Nec refert vno quis à beatitudine excludatur, an pluribus, cum omnia ſimiliter excludant. In Latinis codicibus, adulterium quoque & impudicitia, & homicidia,

Rom. 8. b.; Luc. 21. g.; Eph. 5. d; 1 Tim. 5. d; Luc. 1. b; Rom. 6. b; 2 Cor. 6. d

ſicut & prædixi, quomodo qui hæc agũt, regnũ Dei non poſſidebunt. Fructus autem ſpiritus, eſt charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, manſuetudo, continẽtia, aduer-

in hoc catalogo vitiorum ſcripta referuntur. Sed ſciendum non plus quam quindecim carnis opera nominata, de quib. & diſſeruimus. G

a ¶ *Fructus autẽ, &c.*] Et quæ alia inter fructus ſpiritus debuit tenere primatũ, niſi charitas, ſine qua virtutes cæteræ non reputantur eſſe virtutes, & ex qua naſcuntur vniuerſa quæ bona ſunt? Siquidem & in lege & in euangelio, ipſa obtinet principatum: *Diliges dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & diliges proximum tuum tanquam teipſum.* Quantis bonis referta ſit charitas, & ſupra breuiter perſtrinximus, & nunc vel parum dixiſſe ſufficiat, quod dilectio non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ aliena. Et quamuis ſuo quis vitio inimicus ſit diligenti, & tranquillitatem eius ad odiorum fluctus concitare nitatur, tamen nunquam ille turbatur, nunquam creaturam Dei odio dignam æſtimat. *Charitas* enim *operit multitudinem peccatorum.* Illud quoque quod à Saluatore dicitur: Non poteſt arbor bona fructus afferre malos, neque arbor mala, fructus afferre bonos, non tam de hominibus, quàm de fructibus carnis & ſpiritus arbitror pronunciatum: quia nec ſpiritus vnquam poteſt ea vitia quæ in carnis operibus numerata ſunt facere, nec caro his fructibus qui oriuntur ex ſpiritu redundare. Poteſt autem fieri per negligentiam poſſidentis, vt ſpiritus qui verſatur in homine, fructus non habeat ſuos, & econtrario caro operibus ſuis mortificatis, peccare deſiſtat. Non tamen illo vſque procedunt, vt & neglecta arbor ſpiritus, opera carnis afferat, & arbor carnis exciſa, fructus germinet ſpirituales. In ſecundo ſpiritualium fructuum loco gaudium poſitum eſt, quod Stoici quoque qui diſtinguunt inter verba ſubtilius, aliud quid eſſe æſtimant quàm lætitiam. H Gaudium quippe eſſe aiunt elationem animi ſuper his quæ digna ſunt exultantis: Lætitiam vero effrenatam animi elationem, quæ modum neſciat, & in his quoque quæ vitio ſint mixta, lætetur. Alij è regione gaudii voluptatem ponunt, non hanc quæ corpus ad libidinẽ concitat, titillat ſenſus, dulci blanditur affectu, ſed aliam huic ὁμώνυμον quæ ſine moderatione & vllo decore lætitiæ, in riſu exaltat vocem ſuam. Quod ſi verum eſt, & eorum inter verba diſtinctio non fallit & fallitur, conſideremus, ne forſitan idcirco ſit dictum: Non eſt gaudere impiis, dicit dominus. Simul autem & illud notandum, quod poſt dilectionem, gaudium ſequitur. Qui enim diligit quempiam, ſemper in eius felicitate lætatur. Et ſi cum viderit aliquo errore deceptum, & peccatorum lubrico concidiſſe, dolebit quidem, & eruere feſtinabit, ſed non poterit gaudium mutare triſtitia, ſciens nullam rationabilium creaturarum apud Deum perire perpetuo. Tertius fructus ſpiritus, eſt pax, à qua Salomon quoque qui in typo Chriſti præceſſit, nomen accepit. Et de eccleſia pſalmiſta canit: *Factus eſt in pace locus eius.* Et inter octo euangelij beatitudines ſcribitur: *Beati pacifici, quoniã filij Dei vocabuntur.* In primo etiam graduum pſalmo cantatur: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. Nec putemus pacem tantùm in eo eſſe quærendam, ſi cum alio non iurgemur, ſed tunc pax Chriſti, hoc eſt, hæreditas noſtra nobiſcum eſt, ſi tranquilla mens nullis paſſionibus perturbetur. Poſt pacem ſequitur longanimitas, ſiue patientia, quia vtroque modo μακροθυμίαν poſſumus interpretari. Huic contraria eſt puſillanimitas, de qua ſcribitur: *Puſillanimus vehementer inſipiens, qui vero patiens eſt, & vniuerſa ſuſtentat, vir ſapiens.* Et cum ἰσοψυχος multũ ſapiens appellatur, vt in Prouerbijs quoque ſcriptum eſt: *Longanimus vir, multus in prudentia.* Benignitas etiã ſiue ſuauitas, quia apud Græcos χρηστότης vtrumque ſonat, virtus eſt lenis, blanda, tranquilla, & omnium bonorum apta conſortio, inuitans ad familiaritatem ſui, dulcis alloquio, moribus temperata. Denique & hanc Stoici ita definiunt: Benignitas eſt virtus ſponte ad benefaciendum expoſita. Non multum bonitas à benignitate diuerſa eſt, quia & ipſa ad benefaciendum videtur expoſita, Sed in eo differt, quia poteſt bonitas eſſe triſtior,

Deu. 6. a; Matth. 22. d; Iac. 5. b; Matth. 7. c; Eſa. 57. d; Sec. 70. οὐκ ἔστι χαίρειν.; Pſal. 75. a; Matt. 5. a; Pſal. 119. b; Prou. 14. d; Sec. 70.; Ibid.

A & fronte ſeueris moribus irrugata, benequidem facere &
præſtare quod poſcitur, non tamen ſuauis eſſe conſortio,&
ſua cunctos inuitare dulcedine. Hanc quoque ſectatores
Zenonis ita definiunt: Bonitas eſt virtus, quæ prodeſt, ſiue
virtus ex qua oritur vtilitas, aut virtus propter ſemetipſam,
aut affectus qui fons ſit vtilitatum. Inter fructus ſpiritus, ſe-
ptimum & ſacratiorem locum
fides poſſidet, quæ etiam alibi
inter tres ponitur ſpes, fides,
1 Cor. 13.d charitas. Nec mirum ſi ſpes in
hoc catalogo non referatur, cũ
in fide ſit quod ſperatur, & ita
Heb. 11.a eam Apoſtol⁹ ad Hebræos ſcri-
bens definiat: *Eſt autẽ fides ſpe-
randarũ ſubſtantiarum, argumentũ necdum apparentium.* Si-
quidem id quod ſperamus eſſe venturum, & necdum eſt in
præſenti, fide poſſidemus, ſperantes nos tenere quod credi-
mus. Quæritur quoq; quomodo fides in charitate ſit poſita.
Qui diligit, nunquam ſe lædi æſtimat, nunquam aliud niſi
quod diligit & diligitur, ſuſpicatur. Cùm antè dilectio pro-
cul abfuerit, & fides pariter abſcedit. Poſt fidem manſuetu-
do numeratur, quæ aduerſa eſt iræ, rixis, diſſenſionibus, &
nunquam ad ſui contraria prouocatur. Verè de bona ſpiri-
tus arbore, bonos fructus egerminans. Per hanc famulus
Num. 12.a Dei Moyſes, teſtimonium ſcripturæ meruit accipere, dicen-
tis: *Moyſes manſuetus erat, pluſquam omnes homines ſuper ter-
ram.* Super terram inquit. Super eos enim qui facie ad fa-
ciem Deum videbant, eſſe non poterat, quia multa ſæpe cõ-
pellimur per carnis facere infirmitatem. De Dauid quoque,
licet multi de domino noſtro æſtiment prophetatum, quod
nos etiam non negamus, Spiritus ſanctus in typo venturi ca-
Pſal. 105.a nit: *Memẽto domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius.* Cu-
1. Reg. 24.a ius manſuetudo aduerſus Saul, Abſalon, & Semei, vel maxi-
2. Reg. 15.a me claruit, cùm alius eum vellet occidere, alius res nouas
Ibid. 16.b moliens, fraudare imperio niteretur, alius lapides in eum ia-
B ciens, & puluerem ventilans, clamaret & diceret: *Egredere,
egredere vir iniquæ.* Extrema continentia in fructibus ſpiritus
collocatur: quam non ſolùm in caſtitate debemus accipere,
ſed etiam in cibo & potu: In ira quoque & vexatione men-
tis, & detrahendi libidine. Inter modeſtiam autem & conti-
nentiam, hoc intereſt, quàm modeſtia in viris perfectis eſt,
conſummatæque virtutis, de quib. Saluator ait, *Beati mites:
Mat. 5.a quoniam ipſi poſſidebunt terram.* Et de ſeipſo: *Diſcite à me, quo-
Mat. 11.d niam mitis ſum, & humilis, & manſuetus corde.* Continentia
vero in via quidem virtutis eſt, ſed necdum peruenit ad cal-
cem, quia cupiditates adhuc in eius qui ſe continet cogita-
tione naſcuntur, & mentis polluunt principale, licet non
ſuperent, nec ad opus pertrahant cogitantem. Non ſolum
autem in deſideriis & cupiditate continentia neceſſaria eſt,
ſed etiam in tribus reliquis perturbationibus, dolore ſcili-
1. Tim. 1.d cet, lætitia, & timore. Aduerſus huiuſmodi fructus ſpiritus,
Exod. 20.b non eſt lex. *Iuſto quippe lex non eſt poſita: Iniquis autem &
non ſubiectis, impiis & peccatoribus.* Lex mihi dicit: Non
adulterabis, non occides, non falſum teſtimonium dices: nõ
fraudabis, non deſiderabis aliena, non periurabis, non fura-
beris: ſi hæc omnia fructu in me ſpiritus charitate regnante
non facio, ſuperflua mihi ſunt præcepta legis. Denique &
ſapientes mundi de philoſophia ſic opinati ſunt, vt quod le-
ges publicæ facere homines neceſſitate compellunt, hoc illa
perſuadeat fieri voluntate.

aduerſus huiuſmodi non eſt lex. Qui [a] autem ſunt Chriſti, carnem crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. Si ſpiritu [b] viuimus, ſpiritu & ambulemus. Non [c] efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

CAPVT

a ¶ *Qui autem ſunt Chriſti, carnem crucifixerunt cum vitiis
& concupiſcentiis.*] Origenes hunc locum ſuperioribus ne-
ctens, ita legit: Aduerſus huiuſmodi non eſt lex, qui Chri-
ſti carnem crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis: vt
non, ſicut in Latino ſonat, eos qui Chriſti ſunt carnem
ſuam dicat crucifixiſſe cum vitiis & concupiſcentiis, ſed
Chriſti carnem ab his cum vitiis & concupiſcentiis crucifi-
xam. Et quærit quomodo in his qui fructus ſpiritus ha-
beãt, & aduerſum quos lex eſſe ceſſauit, crucifixo carnis do-
minicæ ponatur in laude, cum ad Hebræos in vituperatione
Heb. 6.b ſit poſitum: *Rurſum crucifigentes in ſemetipſis filium Dei, &
oſtentui habentes.* Pro rurſus crucifigentes melius vnum ver-
bum compoſitum in Græco eſt ἀνασταυροῦντας, quod nos in-
terpretari poſſumus, recrucifigentes. Primum notandum C
quod aliud ſit crucifigere, aliud recrucifigere. Deinde quia
non idipſum ſit recrucifigere filium Dei, & crucifigere car-
nem Chriſti cum vitiis & concupiſcentiis. Caro quippe
Chriſti non principaliter & propriè filius Dei eſt, ſed Ieſus
Chriſtus, qui cum eſſet in prin-
cipio apud patrem, verbum
Deus, caro factus eſt, & ſeipſũ
exinaniuit formam ſerui acci-
piens, vt crucifigeret carnem,
& deſpoliaret principatus &
poteſtates, triumphans de eis
Phil. 2.b in ligno, vt compleretur illud
Col. 2.c Apoſtoli: *Quod n. mortuus eſt,*
Rom. 6.b *peccato mortu⁹ eſt ſemel.* Igitur
ſi corpora noſtra membra ſunt Chriſti, conſequẽter & caro
noſtra caro Chriſti eſt, quam crucifigimus, mortificantes
per eam ſuper terram, fornicationem, immunditiam, paſ-
ſionem, deſiderium malum, & auaritiam, & de nobis in lau-
de nunc ponitur, qui Chriſti Ieſu carnem crucifixerunt cum
2. Cor. 4.c vitiis & concupiſcentiis, *& ſemper mortificationem Ieſu cir-
cumferimus in corpore noſtro, vt & vita eius manifeſtetur in
carne noſtra.* Non modici autem laboris eſt, ſic in præſenti
Rom. 7.b ſæculo viuere, vt iam nunc vita Ieſu manifeſtetur in carne
noſtra. Ita enim viuificabuntur & mortalia corpora noſtra
per inhabitantem in nobis ſpiritum. Vbi Latinus interpres
vitia poſuit, in Græco παθήματα, id eſt, paſſiones leguntur. Et
quia paſſio poteſt & dolorem & cæteras neceſſitates ſigni-
ficare corpuſculi, cautè Apoſtolus intulit, deſideria, vt non
naturam corporis videretur in ſpiritualibus viris negare, ſed
vitia. Et hoc ita admonitum ſit, ſi vulgatam editionem ſe-
quimur, legentes, qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam cru-
cifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis, vt non carnem
Chriſti, ſed ſuam eos crucifixiſſe dicamus. Pene oblitus ſum
interpretationis ſecundæ. Prædixeram enim omnia quæ ſe-
quuntur ad legem & ad circumciſionem eſſe referenda. Sen-
ſus itaque iſte eſt. In quib. eſt fructus ſpiritus, charitas, gau- D
dium, & reliqua, hi corpoream ſcripturæ intelligentiam,
quæ nunc caro Chriſti appellatur, crucifixerunt cum paſſio-
nibus eius & deſideriis, quæ generant paruulis atque lactẽ-
tibus fomenta vitiorum. Crucifixit Chriſti carnem qui non
iuxta carnem hiſtoriæ militat, ſed ſpiritum allegoriæ ſequi-
tur præuiantem.
b ¶ *Si ſpiritu viuimus*, &c.] Vtamur hoc teſtimonio aduer-
ſum eos qui nolunt ſcripturas ſpiritualiter intelligere. Quis
eſt autem qui viuit ſpiritu, niſi abſconditus homo noſter:
qui & iuxta carnem interdum ſolet viuere? Sed cum ſpiritu
vixerit, ſpiritu ambulat. Cum in carne voluerit ambulare, vi-
uens mortuus eſt. Vir perfectus in Chriſto, ſemper viuit in
ſpiritu, ſpiritui obedit, nunquam viuit in carne. Et contra:
Qui ſe totum carni dederit, & paſſionibus deputarit, nun-
quam viuit in ſpiritu. Inter hos medij ſunt, quos nec ſpiri-
tuales poſſumus appellare, nec carneos, ſed qui inter virtutes
& vitia fluctuantes, nunc ad meliora retrahuntur, & ſpiri-
tus ſunt: nunc carnis lubrico ſupplantantur, & caro ſunt.

c ¶ *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes,
&c.*] Vnum verbum apud Græcos κενόδοξοι, trium
verborum circuitu interpres Latinus expreſſit. Quantas au-
tem habeat definitiones & ſignificantias gloria, & philoſo-
phorum innumerabiles libri, & Ciceronis duo volumina,
quæ de gloria ſcripſit, indicio ſunt. Verum nos, quia non
verborum etymologias, ſed ſcripturæ ſenſum diſſerere co-
namur, ita hunc locum cum ſuperioribus copulabimus:
Si ſpiritu viuimus, ſpiritui obtemperemus, nequaquam
per legem, ſed per charitatem nobis inuicem ſeruientes.
Non debemus de ſcripturarum interpretatione contende-
re & dicere: Circumciſio melior eſt: non, ſed præputium.
Contemnenda hiſtoria, & allegoria ſequenda, imo alle-
goria vana eſt & vmbratica, & nullis veritatis fixa radici-
bus. Vnde euenit, vt inuicem naſcantur inuidiæ. Exclu-
dere enim ait, vos volunt, vt illos æmulemini, non tam ve-
ritatem legis volentes docere, quàm vincere. Ne autem
penitus verbum gloriæ prætermittamus intactum, ſuas
philoſophi ineptias relinquentes, de ſcripturis aliqua retra-
ctemus:

E ctemus. Opinionem vulgi, & laudem hominum fauore quæſitam, gloriæ nomen ſonat, vbi dicitur: *Omnia autem faciũt, vt ab hominibus glorificentur.* Et alibi: *Quomodo poteſtis credere, gloriam ab inuicem quærentes?* Porrò in bonam partẽ in eodem loco. *Et gloriam ab eo qui ſolus eſt, non quærentes.*

Mat.23.a
Ioan.5.g

Ex quo intelligimus idem verbum, nunc virtutem ſignificare, nunc vitium. Si ab hominibus quæro gloriam, vitium eſt: ſi à Deo, virtus eſt, qui & ad veram nos gloriam cohortatur, dicens: *Eos autem qui me glorificant glorificabo.* Significat & aliud in ſcripturis diuinis gloria, cum auguſtius aliquid, & diuinius hominum ſe præbet obtutibus. Viſa eſt in tabernaculo gloria domini, & in templo quod à Salomone cõſtructum eſt, gloria erat, & in facie Moyſi, quando neſciebat quod glorificatus eſſet vultus eius, de qua vultus gloria, puto & Apoſtolum dicere: *Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini contemplantes, in eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam, ſicut à Dei ſpiritu.* Et ipſe Saluator, ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ Dei dictus eſt. Vidit & Stephanus gloriam Dei, & Ieſum ſtantẽ à dextris eius. Vt autem & nos nobis fingendorum nominũ licentiam præſumamus: rebus quippe nouis (vt ait quidam) noua fingenda ſunt nomina: quia hic dictum eſt: *Non efficiamur inanis vel vacuæ gloriæ cupidi*, nos eos aſſerimus plenæ gloriæ eſſe cupidos, qui gloriam Dei deſiderant, & laudem virtute condignam, & aſpectum diuinius aliquid oſtendentem. Vnde & in pleriſque locis, noſtri maieſtatem pro gloria tranſtulerunt. Iam dudum cupio in verba prorumpere, ſed teneor timore dicendi: Dicam tamen, nec tacebo paſſionem meam, paſſionem pene communem, non de diuitiis, nõ de potentia, non de pulchritudine, & corporum venuſtate, hæc enim manifeſtè inter carnis opera nominantur. Eleemoſyna ſi ob laudem fiat, inanis eſt gloria. Lõga oratio, pallor ex ieiunio ſequens. Non mea ſunt verba, ſed Saluatoris in euangelio pertonantis. Ipſa quoque caſtitas in matrimonio, viduitate, virginibus, ſæpe plauſum quærit humanum, & quod dudum timeo dicere, ſed dicendum eſt martyrium ipſum ſi ideo fiat, vt admirationi & laudi habeamur à fratribus, fruſtra ſanguis effuſus eſt. Loquatur Apoſtolus, loquatur electionis vas: *Si tradidero corpus meũ vt glorier, charitatẽ autem non habeam, nihil mihi prodeſt.* Illi qui dixerat: *Scio hominem in Chriſto, ante annos quatuordecim, ſiue in corpore neſcio, ſiue extra corpus neſcio ſcit, raptum vſque ad tertium cœlum.* Et poſt modicum: *Raptus in paradiſum, audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Illi, inquam, qui plus omnibus laborauit, ne magnitudo reuelationum extolleret eum, datus eſt ſtimulus carnis eius, angelus ſatanæ, qui eum colaphizaret, vt non extolleretur. Et certè ter dominum rogauit vt diſcederet ab eo, ſed dictum eſt ei: *Sufficit tibi gratia mea: Virtus enim in infirmitate perficitur.* Quid tam Dei opus, quam ſcripturas legere, in eccleſia prædicare, ſacerdotium cupere, ante altare domini miniſtrare? Sed & hæc niſi aliquis omni diligentia cuſtodierit cor ſuum, de cupiditate laudis oriuntur. Videas pleroſque (quod etiam Tullius ait) libros ſuos de contemnenda gloria inſcribere, & cauſa gloriæ, proprij nominis titulos prænotare. Interpretamur ſcripturas, ſæpe vertimus ſtilum, quæ digna lectione ſunt, ſcribimus: & niſi Chriſti cauſa fiant, ſed memoriæ in poſteros, & famæ in populos, totus labor irritus fiet, & erimus quaſi tympanum ſonans, & cymbalum concrepans. Videas pleroſque de ſcripturis inter ſe contendere, & athleticum (commodei) facere ſermonem, inuicem prouocant, & ſi victi fuerint, inuident: Inanis quippe gloriæ cupidi ſunt. Scio in Latinis codicibus in eo teſtimonio quod ſupra poſuimus: *Si tradidero corpus meum vt glorier, ardeam habere pro glorier*, ſed ob ſimilitudinem verbi, qua apud Græcos, ardeam & glorier, id eſt, καυθήσωμαι, & καυχήσωμαι vna literæ parte diſtinguitur, apud noſtros error inoleuit. Sed & apud ipſos Græcos exemplaria ſunt diuerſa.

1 Reg.2.f Sec.70.
Num.14.r
3 Reg. 8.b
Exod 40.d
2 Cor.3.d
Heb.1.a
Act.7.g
F
Luc.9.10
1 Cor 13.b
2.Cor.12.a
1 Cor 13.a
1. Cor 13

Capvt VI.

FRatres & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu manſuetudinis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.

Capvt VI.

G FRatres & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales, &c.] Sciens Paulus eius Dei ſe eſſe cultorem, qui nollet mortem peccatoris, ſed pœnitẽtiam, & excepta Trinitate omnẽ creaturam, licet non peccet, tamen poſſe peccare: eum quoque qui ſpiritualis eſt cohortatur ſui timore ne peccet, manum porrigere corruenti. Et pulchrè præoccupatum in delicto, hominem vocat, qui mori poſſit, ex ipſo nomine fragilitatem conditionis oſtendens, vt dignus ſit venia, qui velut homo errore deceptus, & merſus in voraginem, ſeipſum ſine auxilio & adiutore erigere non poſſit. Spirituali autem non additur homo, ſed quaſi Deo præcipitur, vt hominem præoccupatum in delicto inſtruat, ſiue (vt melius habetur in Græco) perficiat in ſpiritu lenitatis. Qui autem perficitur, non ei deſunt vniuerſa, ſed aliqua. Denique, ſi non peccatis pluribus, ſed vitio aliquo præoccupatus errauit, lenitatis ſpiritum & manſuetudinis in correctione peccantis ſpiritualis adhibeat, ne rigidus, ne iratus & triſtis corrigere cupiat errantem, ſed prouocet eum, ſpondens ſalutem, veniam repromittens: Chriſti teſtimonium proferat quòd graui legis & peccatorum onere depreſſos, ad iugum ſuum ſuaue, & leue inuitet onus, vt diſcant, quia humilis ſit & mitis, & manſuetus corde, & inueniant requiem animabus ſuis. Vtamur hoc teſtimonio aduerſum hæreticos, qui diuerſarum fingentes fabulas naturarum, aiunt ſpiritualem bonam eſſe arborem, & nunquam malos afferre fructus. Ecce Apoſtolus, cuius & ipſi auctoritatẽ ſequuntur, dicit eos qui ſpirituales ſunt, poſſe peccare, ſi per altitudinem cordis ſui inflentur & corruant. Quod & nos quoque fatemur, & χοϊκοὺς, ſpirituales fieri, ſi ad meliora reuertantur. Opponi nobis poteſt illud quod ad Corinthios ſcribitur: *Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?* Si enim ibi ad peccatores, non in ſpiritu manſuetudinis ſed in virga venire ſe dicit, quomodo hic his qui in aliquo peccato præuenti fuerint, non virgam adhibet, ſed ſpiritum manſuetudinis? Verùm ibi ad eos dicitur, qui poſt peccatum non ſentientes errorem ſuum, nolebant maioribus ſuis ſubdi, & pœnitentia corrigi. Vbi verò peccator intelligens vulnus ſuum, tradit medico ſe curandum, ibi non eſt virga neceſſaria, ſed ſpiritus lenitatis. Sed & illud fortè quæratur, quòd ſi propterea inſtruere quis debeat peccatorem in ſpiritu lenitatis, quia conſideret ſe, ne & ipſe tentetur, ergo iuſtus qui de ſua certus eſt mente, qui ſcit non poſſe ſe labi, non debet inſtruere peccatorem in ſpiritu lenitatis? Ad quod dicemus, etiamſi vicerit iuſtus ſciens quanto labore ſuperauerit, magis peccanti veniam largietur. Nam & Saluator propterea tẽtatus eſt, iuxta omnia nobis ſimiliter abſque peccato, vt poſſit compati & condolere infirmitatibus noſtris, ſuo doctus exemplo, quàm difficilis ſit in carne victoria. Si quis virgo ad ſenectam vſque permanſerit, ignoſcat ei qui adoleſcentiæ quondam calore deceptus eſt, ſciens quantis difficultatibus illam tranſierit ætatem. Si quis pro Christi nominis confeſſione cruciatus, alium in tormentis viderit denegaſſe, compatiatur vulneribus negatoris, & non tam illum victum, quàm ſe viciſſe miretur. Cautelam quoque ſcribẽtis attendite: quia non dixerit, conſiderans te, ne & tu cadas, ſed ne & tu tenteris. Vinci quippe vel vincere non nunquam in noſtra eſt poteſtate; cæterùm tentari, in poteſtate tentantis eſt. Si enim Saluator tentatus eſt, quis poteſt eſſe ſecurus, intentatum ſe vitæ huius maria tranſire? Qui putant Paulum iuxta humilitatem, & non verè dixiſſe: & ſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia, defendat huius loci conſequentiam. Debuit quippe ſecundum ordinem dicere: Vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, conſiderantes voſmetipſos, ne & vos tentemini, & non plurali inferre numerum ſingularem. Hebræus igitur ex Hebræis, & qui eſſet in vernaculo ſermone doctiſſimus,

καταρτίζετε.
Matt.11.d
H
1.Cor.4.d
Heb.4.d
2.Cor.11.b

A

profundos ſenſus aliena lingua exprimere non valebat, nec curabat magnopere de verbis, cum ſenſum haberet in tuto. Hæc ſecundum ſimplicem intelligentiam. Cæterũ vt & ſecundæ expoſitionis ordinẽ proſequamur, locus iſte de epiſtola ad Romanos ſine pandendus eſt. Ibi enim cum ſimiliter de eſcis & obſeruationibus ſcriberet Iudæorum, & eos qui legis iuxta literã præcepta cõtemnerent, firmos atque perfectos, illos vero qui adhuc antiqua conſuetudine ducebantur, infirmos paruuloſque narraret, & videret iurgiũ eſſe inter ſpirituales & carneos, admonuit ſpirituales, ne cõtemnerẽt carneos, & ait: *Infirmum autem in fide aſſumite, non in diſceptationibus cogitationum. Alius enim credit manducare omnia: qui autem infirmus eſt,*
Rom. 14. a *olus manducat. Is qui manducat, non manducantẽ non ſpernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet: Deus enim illũ aſſumpſit. Tu quis es qui iudices alienum ſeruum? Suo domino ſtat, aut cadit. Stabit autem: Potens eſt enim Deus ſtatuere illũ.* Et multa in medio ſuper hoc ſenſu diſſerens, adiecit in fine:
Ibid 15. a *Noli propter eſcam deſtruere opus Dei.* Et iterum: *Debemus autem nos firmiores, & imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere. Vnuſquiſque veſtrum proximo ſuo placeat ad bonam ædificationem.*

Alter [a] alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Nam [b] ſi quis exiſtimat ſe eſſe aliquid, cum nihil ſit, ſeipſum ſeducit. Opus [c] autẽ ſuum probet vnuſquiſque, & ſic in ſemetipſo tantum gloriam habebit, & non in altero. Vnuſquiſque [d] enim onus ſuum portabit. Communicet [e] autem is qui catechizatur verbum, ei qui

a ¶ *Alter alterius onera portate, &c.*] Quia peccatum onus
Pſal. 37. a ſit, & pſalmiſta teſtatur dicens: *Iniquitates meæ eleuatæ ſunt ſuper caput meum, quaſi onus graue grauatæ ſunt ſuper me.* Et
Zach. 5. a Zacharias in ſpecie mulieris, vidit ſuper talentum plumbi ſedere iniquitatem. Hoc onus Saluator pro nobis tulit, ſuo nos exemplo docens, quid facere nos deberemus. Ipſe quippe iniquitates noſtras portat, & pro nobis dolet, & eos qui
Matt. 11. a peccatorum ac legis onere ſunt depreſſi, ad leue onus virtu-
B tis inuitat, dicens: *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* Qui igitur fratrem non deſperat ſalutem, ſed manum porrigit deprecanti, & quantum in ſe eſt, flet cum flente, infirmus eſt cum infirmo, & ſua que iudicat aliena peccata, iſte per charitatem adimplet legem Chriſti. Quæ Chriſti lex eſt? *Hoc eſt mã-*
Ioan. 15. b *datum meum, vt diligatis inuicem.* Quæ lex filij Dei eſt? *Dili-*
Ibidem. *gite alterutrum, ſicut & ego dilexi vos.* Quomodo Dei filius
Ibidem. nos dilexit? *Maior hac dilectione nemo eſt, quam vt quis animã ſuam ponat pro amicis ſuis.* Qui clementiam non habet, nec indutus eſt viſcera miſericordiæ & lacrymarum, quamuis ſpiritualis ſit, non adimplebit legem Chriſti. Sed & hunc locum cum ſuperioribus copulemus: Duplicem enim ſequimur intelligentiam. Si quis infirmus in fide eſt, & adhuc lacte nutritur infantiæ, nec poteſt tam cito à legali obſeruatione ad ſpiritualia ſacramenta tranſire, vos qui robuſtiores eſtis, eius onera portate, ne per ſcientiam veſtram frater per-
1. Cor. 8. f eat, pro quo Chriſtus eſt mortuus. Portat quoque fratris ne-
Luc. 16. b ceſſitatem, qui grauatum pauperem onere egeſtatis adiuuat,
Matt. 25. c & facit ſibi amicos de iniquo mammona, quem poſt reſurrectionem Chriſtus affatur: *Venite ad me benedicti patris mei, poſſidete præparatum vobis regnũ à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere.* Iuxta hunc ſenſum etiam in alia epiſtula Paulus Timo-
1. Tim. 6. d theum docens, addidit: *Diuitibus huius ſæculi præcipe non ſublime ſapere* (pro eo quod eſt, non ſuperbire) *neque ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo qui præſtat nobis omnia abundè ad fruendum, bene agere, diuites eſſe in operibus bonis, facile tribuere, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam.* Qui veram vitam
Ioan. 14. a apprehendit, eum videlicet qui loquitur: *Ego ſum vita,* impleuit legem Chriſti, quæ tendit ad vitam.

b ¶ *Nam ſi quis exiſtimat ſe eſſe aliquid, cum nihil ſit, ſeipſum ſeducit.*] Si quis non vult onera aliena portare, & immiſericors ſuo tantum opere & virtute contentus eſt non quærẽs quę aliena ſunt, ſed quæ ſua, hoc eſt, ſui tantum amator, & non etiam Dei, ipſe ſe ſeducit. Dupliciter autem legi poteſt atque diſtingui: Vel, ſi quis exiſtimat eſſe ſe aliquid cum ſit nihil. Aut ita: Si quis exiſtimat ſe eſſe aliquid, vt poſtea inferamus: cum ſit nihil, ſe ipſe ſeducit. Et magis in

C

Græco quam in Latino reſonat iſta diſtantia. Prioris diſtinctionis hic ſenſus eſt. *Qui ſe aliquid exiſtimat eſſe & nihil eſt, ipſe ſe decipit.* Secundus ſenſus altior eſt, & qui nobis magis placet: Si quis exiſtimat ſe eſſe aliquid, in eo quod ſe putat eſſe aliquid & nõ ea clemẽtia in proximũ, ſed ea ſuo opere & labore ſe iudicat, ſua tãtum virtute contentus, iſte ex hac ipſa arrogantia nihil fit, & ipſe ſe decipit, quod melius in Græco dicitur, *φρεναπατᾷ*, hoc eſt, mentẽ ſuã decipit, pro quo Latinus poſuit interpres, ſe ipſe ſeducit. Mentẽ autẽ ſuam de-
cipit, qui ſe putat eſſe ſapientem, & ſecundum Eſaiam, ſa- Eſai. 5. a
piens in ſe eſt, & in conſpectu ſuo intelligens. Ad circumciſionem & legem ita loci huius connectitur intellectus. Qui ſpiritualis eſt, & miſericordiã in proximum non habet, contemnens humilem, quia ipſe ſublimior eſt, ipſe ſe decipit, neſciens hanc ſpiritus eſſe legem, vt nos inuicem diligamus.

c ¶ *Opus autem, &c.*] Senſus iſte eſt. Tu qui te æſtimas ſpiritualem, & de alterius infirmitate robuſtior es, non debes imbecillitatem iacentis, ſed tuam fortitudinem conſiderare. Neque enim ſi alius perfectè non poteſt ad Chriſtianiſmum à Iudaiſmo tranſire, iccirco tu perfectus es Chriſtianus, ſed ſi te propria conſcientia non remordet, habes in temetipſo gloriam, & non in altero. Athleta non ideo fortis eſt, quia vicit infirmum, & languida aduerſarij membra ſuperauit, ſed ſi robuſtus eſt, & in ſua fortitudine, non in infirmitate alterius gloriatur. Intelligi poteſt & aliter: Qui conſcientiã habet operis boni, & ſeipſum conſiderans, opus ſuum non reprehendit, non debet de hoc apud alium gloriari, & laudem ſuam foras fundere, & communicare cum cunctis, & ea hominum quærere fauore iactantiam, ſed in ſemetipſo Infr. eod.
habeat gloriam, & dicat: *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cru-* D
ce domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Qui gloriam quærit ab altero, huic nec mundus crucifixus eſt, nec crucifixus eſt ipſe cum Chriſto. Recepit quippe, quod quærebat ab hominibus, mercedem ſuam.

d ¶ *Vnuſquiſque enim onus, &c.*] Videtur ſuperioribus contraire, vbi ait: *Alter alterius onera portate.* Si enim onus ſuum vnuſquiſque portabit, alter alterius onera portare nõ poterit. Sed videndum, quod ibi præceperit vt peccantes in hac vita nos inuicem ſuſtentemus, & in præſenti ſæculo alterutrum auxilio ſimus: hic autem de domini dicat in nos iudicio, quod non ex alterius peccato & comparatione deterioris, ſed iuxta noſtrum opus aut peccatores ab eo iudicemur aut ſancti, recipiente vnoquoque ſecundum opus ſuũ. Obſcurè licet docemur, per hãc ſententiolam, nouum dogma quod latitat, dum in præſenti ſæculo ſumus, ſiue orationibus, ſiue conſiliis inuicem poſſe nos coadiuuari. Cum autem ante tribunal Chriſti venerimus, non Iob, non Daniel, Ezech. 14. e
nec Noë rogare poſſe pro quoquam, ſed vnumquemque portare onus ſuum.

e ¶ *Communicet, &c.*] Marcion hunc locum ita interpretatus eſt, vt putaret fideles & catechumenos ſimul orare debere, & magiſtrum communicare in oratione diſcipulis, illo vel maxime elatus quod ſequatur, in omnibus bonis: Cum vtique ſi de oratione ſermo fuiſſet, non debuerit ei præcipi qui catechizatur ſed ei qui ſe catechizat, id eſt, non diſcipulo, ſed magiſtro. Deinde etiam cætera quæ ſequuntur, cum eius expoſitione non congruunt: *Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet.* Et: *Bonum autem facientes, non deficiamus. Tempore enim ſuo metemus, non deficientes.* Senſus itaque iſte eſt: Quia ſuperius ſpiritualibus præceperat, vt eos qui præoccupati fuerant in aliquo delicto, inſtruerent in ſpiritu lenitatis, & alter alterius onera portarent, adimplentes legem Chriſti, nunc econtrario his qui adhuc imbecilliores, & diſcipuli, & carnales erant, præcipit, vt quomodo ipſi à magiſtris ſpiritualia metunt, ſic magiſtris carnalia præbeant: Qui totos ſe diuinæ eruditioni & ſtudio tradentes, vitæ huius neceſſa-

qui ſe catechizat in omnibus bonis. Nolite [a] errare, Deus non irridetur: quę enim ſeminauerit homo, hæc & metet. Quoniam [b] qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem, Qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam ęternam. Bonum [c] autem facientes, non deficiamus: tempore enim ſuo metemus, non deficientes. Ergo [d] dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad do-

E

Exod. 16. c riis indigeant, & fiat illud quod de manna ſcriptum eſt: *Qui multum, non abūdauit, & qui modicū, non minorauit.* Bona autem in præſenti loco iuxta vulgi cōſuetudinem, moremque communem, victum & veſtitum, & cætera quæ homines
1. Tim. 6. b inter bona numerant, appellauit: *Habentes* enim *victum & veſtitum his cōtenti ſumus.* Nec mirum ſi Paulus ea quę erant corpori neceſſaria, boni appellatione ſignauit, cū etiā Saluator noſter ad eos qui necdū ad virtutum culmen aſcenderāt, ſed adhuc humilius incidebat, & ſibi addi poſcebāt fidem, di-
Matt. 7. b xerit: *Si ergo vos cum mali ſitis, ſcitis bona data dare filiis veſtris quanto magis pater veſter cæleſtis dabit bona petentibus ſe?* Ergo puto & Iob cum ad vxorem, quaſi vnam de inſipiētibus
Iob 2. a mulieribus loqueretur, reſpectu eius quæ ita putabat, de corporalibus diuitiis loquutum: Si bona accepimus de manu domini, & rurſum de anguſtiis & preſſuris & tentatione quæ victoriam afferant: Quare mala non ſuſtineamus? Cum
Pſal. 3. c vtique mala & bona non in diuitiis & preſſuris, ſed in virtutibus ponantur & vitiis, vt iuſtus loquitur in pſalmo. *Quis*
Pſal. 33. c
Ibid. 36. e *eſt homo qui vult vitam, cupit videre dies bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Declina à malo, & fac bonum.* Proprie malum dicitur quod vitandum eſt, bonum quod facere debemus. Diues quoque ille in euā-
Luc. 12. c gelio, qui mali & boni ſcientiam non habebat, recte agrorum vbertatem bona arbitrabatur, dicens: *Anima, habes bo-*
Ibid. 16. d *na poſita in annos multos: quieſce, comede, bibe, lætare.* Et alius qui iacebat in purpura, & deliciis, affluebat, audit apud inferos ab Abraham: *Recepiſti bona in vita tua*: Illud quoque attendendum ne forte & hoc poſſit intelligi, dare diſcipulis mandatum, vt eis qui ſe inſtruunt, verbum communicent, obſequantur, dociles facileſque ſe præbeant. In his tamen que bona ſunt: quæ ſpiritualia, & non hæretica vel iudaica prauitate peruerſa.

F a ¶ *Nolite errare, &c.*] Præuidens ſpiritu, eos qui docentur & debent magiſtris ſumptus & vitæ neceſſaria miniſtrare poſſe obtendere paupertatem, & dicere: Ager meus hoc anno aruit ſiccitate, vineam grando contriuit, reditus qui eſſe poterant, tributa rapuerunt, non habeo vnde tribuam quod iubetur, adiecit: *Nolite errare, Deus non irridetur.* Scit inquit, corda veſtra, non ignorat facultates: Excuſatio veriſimilis, hominem poteſt vtcunque placare, Deum non poteſt fallere. Et ſimul cohortatur ad id quod præceptum eſt exhibendum, ſemen nominans, ne putet perditum, quod multiplicatio fœnore recepturus eſt. Ad Corinthios
2. Cor. 9. b quoque rationem dati & accepti, ſimili docuit exemplo. *Qui parce ſeminat, parce & metet: & qui ſeminat in benedictione & metet. Vnuſquiſque ſicut propoſitam habet in corde, non ex triſtitia aut ex neceſſitate: Hilarem enim datorem Deus diligit.*

b ¶ *Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet, &c.*] Omne quod loquimur, agimus, cogitamus, in duobus ſeminatur agris, carne & ſpiritu. Si bona ſunt, quæ de manu, ore, corde promuntur, ſeminaria in ſpiritu, vitæ æternæ fructibus redundabunt. Si mala, ab agro carnis excepta, corruptionis nobis ſegetem poſtulabunt. Aliter: Qui legem carnaliter intelligit, repromiſſiones quoque carnales, & quæ præſenti in ſeculo corrumpuntur, expectat. Qui autem ſpiritualis auditor eſt, ſeminat in ſpiritu, & de ſpiritu metet vitam ſempiternam. Simul notemus ſermonis conſequentiam, & eam cum ſuperioribus copulemus: hominem vocari in ſpiritu ſeminantem, qui quādo cœperit vitam metere ſempiternam, homo fortaſſe eſſe deſiſtat. Tatianus, qui putatiuam Chriſti carnem introducens, omnem cōiunctionem maſculi ad feminam immundam arbitratur, Encratitarum vel acerrimus hæreſiarches, tali aduerſum nos ſub occaſione præſentis teſtimonii vſus eſt argumento. *Si qui ſeminat in carne, de carne metet corruptionem*: in carne autē ſe-

G minat qui mulieri iungitur, ergo & is qui vxore vtitur, & ſeminat in carne eius, de carne metet corruptionē. Reſpondebitur ei, primum non dixiſſe Paulum, qui ſeminat in carne ſed in carne ſua. Nemo autem ſecum ipſe concumbit, & in ſua carne ſeminat, Deinde vt obſeruationem hāc quam annotauimus in carne ſua, ex abundanti ei concedamus, addēdum eſt eos quoque, qui comedant & bibant, & dormiāt, & aliquid faciant ob refrigeriū corporis; iuxta illum ſeminare in carne, & de ea metere corruptionem. Quod ſi ad hoc confugerit, vt dicat, eos qui ſiue bibant, ſiue manducent, ſiue dormiant, in nomine tamē domini omnia cum ratione perficiant, non in carne ſeminare, ſed in ſpiritu: & nos ei ſimiliter reſpondebimus, eos quoque, qui Dei primam ſententiā ſe-
Geneſ. 1. e quantur cum ratione facientes *Creſcite & multiplicamini & replete terram*, non in carne, ſed in ſpiritu ſeminare. Syllogiſmus itaque eius futilis & caducus, ſophiſmate primū decipit audientem. Cæterum diligēter inſpectus, facile ſoluitur: Neque enim poſſumus dicere, Abraham, Iſaac & Iacob, & alios ſanctos viros, qui de repromiſſione nati ſunt, ipſum quoque domini præcurſorem, quia in carne natus eſt, de corruptionis germine pullulaſſe. Illud etiam pariter obſeruandum, quod qui ſeminat in carne, cum additamento ſuæ carnis ponitur: qui autem ſeminat in ſpiritu non dicitur in ſpiritu ſuo, ſed ſimpliciter in ſpiritu. Qui enim bona ſeminat, non in ſuo quippiam, ſed in Dei ſpiritu ſeminat, de quo & vitam eſt meſſurus æternam.

c ¶ *Bonum autem facientes, &c.*] Cohortatur eos ad ſtudium perſeuerantiæ, qui in hac vita mercedem boni operis expectant, neſcientes quia ſicut in ſemine aliud ſationis, aliud meſſis eſt tempus, ſic & in præſenti vita, ſementem eſſe opera (quæ vel in ſpiritu vel in carne inciantur) meſſem verò H
futurum iudicium, & pro qualitate vel diuerſitate ſementis, diuerſas nos facere meſſuras, centeſimum & ſexageſimum, Matt. 10. c
& triceſimum fructum: quam ſegetem nemo poteſt metere deficiens. Qui enim *perſeuerauerit vſque in finem ſaluus erit*, Eſa. 5. h
Sicut & alio loco præcipitur: *Eſto non deficiens.* Quale eſt au- Prouer. 3. b
tem, vt cum peccatores quotidie in malis operibus augeantur nos in bono opere laſſemur?

d ¶ *Ergo dum tempus habemus, &c.*] Tempus ſementis [vt diximus] tempus eſt præſens & vita quam currimus. In hac licet nobis quod volumus ſeminare. Cum iſta vita tranſierit, operandi tempus aufertur. Vnde & Saluator ait: *Operamini dum dies eſt: veniet nox quando iam nullus poterit operari.*
Ortus eſt nobis Dei ſermo, ſol verus, & congregatæ ſunt Ioan. 9. a
beſtiæ recedentes in cubilia ſua: procedamus vt homines ad opus noſtrum, & vſque ad veſperam laboremus, ſicut myſtice cantatur in pſalmo: *Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox:* Pſal. 103.
In ipſa pertranſibunt beſtiæ ſyluæ, catuli leonum rugiētes, vt rapiant, & quærant à Deo eſcā ſibi. Ortus eſt ſol, & congregata ſunt, & in cubilibus ſuis dormierunt. Egredietur homo ad opus ſuum & ad operationē ſuam vſque ad veſperā. Siue ægrotamus, ſiue ſani ſumus, humiles vel potētes, pauperes, diuites ignobiles, honorati eſurientes, ſiue veſcētes, omnia in nomine dñi cum patientia & æquanimitate faciamus, & implebitur in nobis illud quod ſcriptū eſt: *Diligentibus autem Dominum, omnia cooperantur in bonum.* Ira ipſa & libido, iniuria, quæ Rom. 8. e
deſiderant vltionē, ſi me refrenē, ſi propter Deum taceam ſi per ſingulos cōmotionis aculeos, & incentiua vitiorū, Dei deſuper me videntis recorder, fiunt mihi occaſio triumphorum. Ne dicamus in largiendo: Ille eſt amicus, hunc neſcio, hic debet accipere iſte contemni. Imitemur patrem noſtrū, Matth. 5. g
qui solē ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Fōs bonitatis omnibus patet. Seruus & liber, plebeius & rex, diues & pauper, ex eo ſimiliter bibūt, Lucerna cū accēſa fuerit in domo, omnib. lucet æqualiter. Quod ſi in cunctos indifferenter liberalitatis frena laxantur, quanto magis in domeſticos fidei, & in Chriſtianos, qui eundem habent patrem, eiuſdem magiſtri appellatione cenſentur?

L

ad domeſticos fidei. Videte [a] qualibus literis ſcripſi vobis mea manu. Quicũque [b] volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantũ vt crucis Chriſti perſecutionem non patiantur. Neque [c] enim qui circumciſi ſunt, hi legem cuſtodiunt: ſed volunt vos circumcidi, vt in carne veſtra glorientur. Mihi [d] autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi mũdus crucifixus eſt & ego mũdo. Neque [e] n. circumciſio aliquid eſt, neque præputium, ſed

A Videtur autem mihi locus iſte poſſe & ſuperioribus cohærere vt domeſticos fidei magiſtros nominet, quibus ſupra omnium quæ putantur bona, ab auditoribus ſuis iuſſerat miniſtrari. Breue eſt vitæ iſtius curriculum. Hoc ipſum quod loquor, quod dicto, quod ſcribo, quod emendo, quod relego, de tempore meo mihi aut creſcit, aut deperit. Titus filius Veſpaſiani, qui in vltionẽ dominici ſãguinis ſubuerſis Hieroſolymis, Romam victor ingreſſus eſt, tantæ dicitur fuiſſe bonitatis, vt cum quadam nocte ſero recordaretur in cœna, quod nihil boni die illa feciſſet, dixerit amicis: Hodie diẽ perdidi. Nos putamus non perire nobis horam diem, momenta, tempus, ætates, cum otioſum verbũ loquimur, pro quo red-

Mat. 12. c dituri ſumus rationem in die iudicii? Quod ſi hoc ille ſine lege, ſine euangelio, ſine Saluatoris & apoſtolorum doctrina, naturaliter & dixit & fecit, quod nos oportet facere, in quorum eandem rationem habet & Iuno virginitas, & Veſta virgines & alia idola continentes? Beatus Ioannes Euangeliſta, cum Epheſi moraretur vſque ad vltimam ſenectutem, & vix inter diſcipulorum manus ad eccleſiam deferretur: nec poſſet in plura verba vocem contexere, nihil aliud per ſingulas ſolebat proferre collectas, niſi hoc, filioli diligite alterutrũ. Tandem diſcipuli & fratres qui aderant tædio affecti, quod eadem ſemper audirent, dixerunt: Magiſter, quare ſemper hoc loqueris? Qui reſpondit dignam Ioanne ſententiam: Quia præceptum domini eſt, & ſi ſolum fiat, ſufficit. Hoc propter præſens apoſtoli mandatum: Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei.

a ¶ *Videte qualibus*, &c.] Hi qui circumcidi Galatas volebant, diſſeminauerant alia Paulum facere, alia prædicare, & B ſuum opere deſtruere ſermonem, quod qui legem aſſereret abolitam, ipſe inueniretur in lege. Hanc opinionem, quia non poterat Paulus apud omnes præſens ſubuertere (prohibebatur quippe vinculis, quæ ob Chriſti martyrium ſuſtinebat) ſeipſum per literas repræſentat. Et ne aliqua ſuppoſitæ epiſtolæ ſuſpicio naſceretur, ab hoc loco vſque ad finẽ, manu ſua ipſe perſcripſit, oſtendens ſuperiora ab alio exarata. Quod autem ſub nomine eius à falſis doctoribus epiſtolæ mitterentur, ad Theſſalonicenſes quoque demõſtrat ſcri-

2. Theſ. 2. c bens: *Rogamus autem vos fratres per aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtræ cõgregationis in ipſum, vt nõ cito moueamini à veſtro ſẽſu, nec terreamini, neq; per ſpiritũ, neq; per ſermonẽ, neque per epiſtolã tanquã per nos miſſam, quaſi inſtet dies domini, ne quis vos ſeducat vllo modo.* Et vt tota epiſtolã, quã mittebat, ſuſpicione erueret falſitatis, manu ſua in fine ſub-

Col. 4. d ſcripſit, dicens: Salutatio mea manu Pauli, quod eſt ſignum in omni epiſtola, ita ſcribo: Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis: Ad Coloſſenſes etiam, quas dictauerat literas manu ſua ſimiliter ſubnotauit: *Salutatio mea manu Pauli: Memores eſtote vinculorũ meorũ.* Et vbicũque ſciebat falſos adeſſe doctores, qui poſſent per apoſtoli auctoritatẽ noua dogmata ſeminare, epiſtolam manu propria ſubſcribe-

1 Cor. 1. b bat. Denique & ad Corinthios ſcribẽs, in quibus erant ſchiſmata & hæreſes, vnoquoque dicẽte: *Ego ſum Pauli, & ego Apollo ego autẽ Cephæ,* epiſtolã ſuam tali annotatione ſignauit: Salutatio mea manu Pauli. Si *quis nõ amat dominũ Ieſum Chriſtum, anathema ſit, maranatha,* & cætera: Propter hoc igitur volens omnem occaſionem falſis auferre doctoribus, qui & Galatas à veritate euangelii deprauatane, finem epi-

Gal. 6. a ſtolæ manus ſuæ annotatione cõpleuit, dicens: Videte qualibus literis ſcripſi vobis: non quod grandes literæ fuerint, hoc quippe in Græco ſonat πηλίκοις, ſed quod ſuæ manus eſſent ei nota veſtigia, vt dum literarum apices recognoſcũt, ipſum ſe putarent videre qui ſcripſerat. In hoc loco vir apprime noſtris temporibus eruditus, miror quomodo rem ridiculam locutus ſit. Paulus, inquit, Hebræus erat, & Græcas literas neſciebat. Et quia neceſſitas expetebat,

G vt manu ſua epiſtolam ſubſcriberet, cõtra conſuetudinem, curuos tramites literarum, vix magnis apicibus exprimebat, etiam in hoc tamen ad Galatas indicia charitatis oſtendẽs, quod propter illos, id quoque quod non poterat, facere conaretur. Grãdibus ergo Paulus litteris ſcripſit epiſtolã, quia ſenſus erat grãdis in literis, & ſpiritu Dei viui, nõ atramẽto, nec calamo fuerat exaratus. Quod autẽ appoſuit, *mea manu* opera intelligamus in manib[9]. Quam ob cauſam crebro & in prophetia ſcribitur: Sermo Dei, qui factus eſt in manu Hieremiæ, ſiue Aggei, vt per hanc quoq; ſimilitudinem in manu Pauli ſciamus factum Dei eſſe ſermonẽ. Grãdes Paulus literas non ſolum tunc ad Galatas ſed etiam hodie ſcribit ad cunctos: & quamuis parui ſint apices, quibus eius epiſtolæ conſcribuntur, tamen magnæ ſunt literæ, quia in literis magnus eſt ſenſus.

b ¶ *Quicumque volunt placere in carne*, &c.] Superius oſtendit ex quo loco ſua ſubſcripſerit manu, nunc quid ſcripſerit, replicat. Caius Cæſar, & Octauianus Auguſtus, & Tyberius ſucceſſor Auguſti, leges promulgauerant, vt Iudæi, qui erant in toto Romani imperii orbe diſperſi, proprio ritu viuerẽt, & patriis ceremoniis deſeruirent: Quicunque igitur circumciſus erat, licet in Chriſtum crederet, quaſi Iudæus habebatur à gentibus. Qui vero abſque circumciſione ſe non eſſe D Iudæum præputio præferebat, perſecutionibus tam Gentilium, quam Iudæorum fiebat obnoxius. Has igitur perſecutiones hi qui Galatas deprauerant, declinare cupientes, circumciſionem pro defenſione diſcipulis perſuadebãt, quam nunc Apoſtolus confidentiam in carne vocat: quod ſcilicet tam gentilibus quos timebant, quam Iudæis quibus volebant placere, circuncisionem in perſecutioné proponerent. Nam nec Iudæi perſequi eos poterant, nec gentiles, quos videbant & proſelytos circuncidere, & ipſos legis præcepta ſeruare.

c ¶ *Neque enim qui circumciſi ſunt*, &c.] Propter infirmitatem, inquit, carnis, lex impleri non poteſt. Vnde & Iudæi præcepta magis hominum & doctrinas quam Dei mandata cuſtodiunt, neque corporalem facientes, legem (impoſſibile quippe eſt) neque ſpiritualem, quam non intelligunt. Vnde hoc eſt omne quod ſtudent, quod agunt, quod nituntur, vt apud Iudæos de veſtræ carnis iniuria glorientur, & iactitent ſuo gentes magiſterio circunciſas. Hoc autem totum faciunt, vt Iudæis placeant, & expugnatæ legis inuidia conquieſcat.

d ¶ *Mihi autem abſit gloriari*, &c.] Solus poteſt in cruce Chriſti gloriari, qui tollit eam, & ſequitur Saluatorem: qui crucifixit carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis: qui mortuus eſt mundo, & non contemplatur ea quæ videntur, ſed quæ non videntur, videns mundum crucifixum, & tranſeuntem figuram eius. Crucifigitur autem iuſto mundus ille de quo Saluator ait: *Ego vici mundum.* Et: *Nolite diligere* Ioan. 16. g *mundum.* Et: *Non accepiſtis ſpiritum è mundo.* Cui crucifixus eſt mundus, huic mundus & mortuus eſt, etiam ei euenit mundi conſummatio, & dignus effectus nouo cœlo, & noua Apoc. 2. c terra, & nouo teſtamento, canit canticum nouum, & accipit nomen nouum ſcriptum in calculo, quod nemo nouit niſi qui acceperit illud. Quæritur quomodo nunc Paulus dicat: 1. Cor 15. d *Mihi autẽ abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti,* 2. Cor 12. c cum in alio loco de aliis glorietur, vt ibi: *Ita per veſtram glo-* 1. Cor 9. c *riam quam habeo in Chriſto Ieſu.* Et iterum: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus* Chriſti. Et in alio loco: *Bonum autem mihi eſt magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet:* & cætera quæ in hunc modum ſcripta ſunt. Sed ſciendum quod omnis illa gloriatio ad crucem relata, gloria crucis ſit, & quidquid dignum in virtutibus perpetratur, hoc fieri ob domini paſſionem.

e ¶ *Neque enim circunciſio aliquid eſt*, &c.] Quomodo fidelis & infidelis, cum vnus ſit per ſubſtantiam, in duobus

E diuiditur iuxta intelligentiæ diuerſitatem, Apoſtolo dicẽte:
Expoliantes vos veterem hominem cum operibus eius, & induẽ-
Col.3.b *tes nouum, qui renouatur in cognitionem iuxta imaginem crea-*
toris: ſic & mundus, cum ſecundum ſubſtantiam vnus ſit,
ſecundum ſenſum alius atque alius efficitur. Peccatori, mũ-
dus vetus eſt, ſancto nouus.
Cum enim ſancto mũdus fue-
rit crucifixus, nequaquam eſt
ei circuncisio & præputium,
non Iudæus neque Gentilis,
Phil.3.d ſed noua creatura, in quam
transfiguratur corpus humili-
tatis noſtræ conforme corpo-
2.Cor.5.d ris gloriæ Chriſti. *Vetera* quip-
1.Cor 15.e pe *tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua*. Et quomodo alia eſt
gloria ſolis, alia lunæ, alia ſtellarum (*Stella quippe à ſtella
differt in gloria*) *ſic & reſurrectio mortuorum*. De qua & Da-
Dan.12.a niel pari voce concordat, dicens: *Plurimi dormientium de ter-*
Sec.Græc. *ræ puluere ſurgent, hi in vitam æternam, & hi in opprobrium &
in confuſionem æternam*. Et intelligentes fulgebunt ſicut
ſplendor firmamenti, & de iuſtis multi ſicut ſtellæ in ſem-
piternum. Neque enim in ſole & luna, firmamento & ſtel-
Iſa 64.b lis, circuncisio aliquid valet, aut præputium, ſed eſt noua
conditio ſiue his partibus corporum, quæ poſſunt ſecari. Ita
igitur & nos, qui diligimus Deum, & præparata ſunt nobis
quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis
aſcenderunt, cum de corpore humilitatis transformati fue-
rimus in corpus gloriæ domini Ieſu Chriſti, illud habebimus
corpus, quod nec Iudæus poſſit incidere, nec cum præputio
cuſtodire gentilis. Non quod aliud iuxta ſubſtantiam ſit,
1.Cor 15.g ſed quod iuxta gloriam ſit diuerſum. *Oportet enim mortale*
F *hoc induere immortalitatem, & corruptiuum hoc incorruptione*
1.Ioan.3.a *veſtiri*. Huic quid ſimile & beatus Euangeliſta Ioannes ſen-
tiens eſt locutus: *Chariſſimi, nunc Dei filij ſumus, & necdum
manifeſtum eſt quid futuri ſumus. Scimus quia ſi manifeſtatum
fuerit, ſimiles ei erimus, quia videbim⁹ eum ſicuti ipſe eſt*. Quia
ergo necdum manifeſtum eſt illud corpus gloriæ Ieſu Chri-
ſti, quod & veſtigia clauorum poſt reſurrectionem habuit,
& clauſis ianuis eſt ingreſſum, nos qui iam nunc in baptiſ-
mate Chriſto conſurreximus, in nouum renati hominem
nec circuncisioni, nec præputio ſeruiamus, ſed quod futuri
ſumus, iam nunc nos eſſe credamus.
a ¶ *Et quicunque*, &c.] Ad normam omnia diriguntur, &
verum praua rectave ſint, cum regula appoſita fuerit, ar-
guuntur: Ita & doctrina Dei quædam quaſi norma ſermo-
nis eſt, quæ inter iuſta iudicat & iniuſta: quam qui ſecutus
fuerit, habebit pacem in ſemetipſo, quæ ſuperat omnẽ ſen-
ſum, & poſt pacem, miſericordiam, quæ præcipua eſt in Dei
Iſraël. Dei verò Iſraël dictus eſt, ad diſtinctionem eius, qui
Dei Iſraël eſſe ceſſauit. Dicunt enim ſe eſſe Iudæos & non
ſunt, ſed mentiuntur, cum ſint de ſynagoga ſatanæ. Nec
mireris ſi ad imitationẽ ſpiritualis Iſraël, carnalis ſit Iſrael,
qui nec pacem habeat nec miſericordiam, de quo & ad Co-
1.Cor 1.b rinthios ſcribitur: *Videte Iſrael ſecundum carnem*: cum ad
imitationem quoque Dei & domini, multi ſint dij, & multi
domini, ſiue in cœlo, ſiue in terra Pulchre autem vno ſermo
ne (vt epiſtolam iuxta propoſitum argumentum finiret) Iſ-
raël Dei vocauit, quo ſcil. omnia quæ ſupradicta ſunt, non
extra cauſam, ſed ex cauſa diſputata doceantur.

ſed noua creatura. Et [a] quicũque hanc regulam
ſequũtur, pax ſuper illos, & miſericordia, & ſu-
per Iſrael Dei De [b] cætero nemo mihi moleſt⁹
ſit. Ego [c] enim ſtigmata domini Ieſu in corpo-
re meo porto. Gratia [d] domini noſtri Ieſu Chri-
ſti cum ſpiritu veſtro fratres, amen.

b ¶ *De cætero nemo*, &c.] Non quaſi defecerit in docendo, G
ſed quo & agricola hunc habeat laborem, ſi quæ plantaue-
rit virgulta ſiccentur, & paſtor ſolicitudinem, ſi pecora quæ
congregauerat, diſſipata lanientur. Melius ergo in Græco
legitur: *De cætero labores mihi nemo exhibeat*: ne rurſum ſci- τοῦ λοιποῦ κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω.
licet in vobis neceſſitatem ha-
beam laborandi. Laborẽ præ-
ſtat magiſtro, qui aliter & viuit
& ſentit, quã magiſter & do-
cuit & fecit. Poteſt & conten-
tionem eorum, ſi qui contradi-
cere deinceps voluerint, præ-
uenire: quod etiam ad Corin-
thios in velando mulieris ca- 1.Cor.11.
pite, & maſculi non velando, poſt multa complexus eſt, di-
cens. *Si quis autem videtur contentioſus eſſe, nos talem conſue-
tudinem non habemus, neque eccleſia Dei*: hoc eſt, nos diximus
quæ nobis honeſta videbantur & iuſta, ſi quis autem nolens
acquieſcere veritati, quærit quid reſpondeat, & quibus ni-
tatur contra, ſciat ſe reponſione non dignum, qui magis
contendere paratus eſt quàm doceri.
c ¶ *Ego enim ſtigmata*, &c.] Qui poſt aduentum Chriſti in
carne circunciditur, non portat ſtigmata domini IESV, ſed
habet gloriam in confuſione ſua. Qui vero in plagis ſupra 2.Cor.11.[illegible]
modum, in carceribus frequenter, ter virgis cæſus eſt, ſemel
lapidatus eſt, & cætera quæ in catalogo ſcripta ſunt glorian-
di, hic ſtigmata domini Ieſu in corpore ſuo portat. Fortè &
is qui macerat corpus ſuum, & ſubijcit ſeruituti, ne alijs
prædicans ipſe reprobus inueniatur, portat ſtigmata domi-
ni Ieſu in corpore ſuo. Lætabantur & apoſtoli *quod digni* 1.Cor.9.d
fuerant pro nomine Ieſu contumeliam pati.
d ¶ *Gratia domini noſtri*, &c.] Non diſſenſio, non legis ſer- Act.5.g
uitutes, non rixa, non iurgium, ſed gratia domini Ieſu Chri- H
ſti ſit cum ſpiritu veſtro. Nequaquam cum carne, nequaquã
cum anima: ſiue quia ſpirituales facti, caro & anima eſſe de-
ſiſtitis, ſiue quòd in principali etiam ea quæ minora ſunt
comprehendantur. Anima enim & caro ſubiecta ſunt ſpiri-
tui. De quo & Eccleſiaſtes loquitur: *Spiritus reuertetur ad* Eccl.12.[illegible]
eum, qui dedit illum. Et Paulus in alio loco: *Ipſe ſpiritus teſti-* Rom.8.c
monium perhibet ſpiritui noſtro. Hæc autem gratia domini
Ieſu non cum omnibus eſt, ſed cum his qui fratres ab apo-
ſtolo merentur vocari, fratres fideles, fratreſque germani,
quod Amen verbum ſignificat Hebræum. Amen enim
LXX. interpretes, fiat: Aquila, Symmachus & Theodotio, fi-
deliter ſiue verè, interpretati ſunt. Et quomodo in veteri te-
ſtamento quadam iurandi conſuetudine Deus ſua verba
confirmat, dicens: *Viuo ego dicit dominus*: per ſanctos quo- Num.1,[illegible]
que iuratur, *Viuit anima tua*: ita & Saluator [illegible] in euan-
gelio per verbum Amen, vera eſſe quæ lo[illegible] oſtendit.
Quod autem, Amen, conſenſum ſignificet audientis, & ſit
ſignaculum veritatis, ad Corinthios quoque prima nos do-
cet, in qua Paulus ait: *Cæterum ſi benedixeris ſpiritu, quis ſup-* 1.Cor.14.g
*plet locum idiotæ? Quomodo dicet Amen ſuper tua benedictio-
ne, quoniam quidem neſcit quid dicas?* Ex quo oſtendit, non
poſſe idioten reſpondere verum eſſe quod dicitur, niſi intel-
lexerit quod docetur.

Commentariorum in Epiſtolam ad Galatas, Finis.

A

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI

C

IN EPISTOLAM AD EPHESIOS, AD PAVLAM, ET EVSTOCHIVM.

PROOEMIVM.

SI quicquam eſt, Paula & Euſtochium, quod in hac vita ſapientem virum teneat, & inter preſſuras & turbines mundi æquo animo manere perſuadeat, id eſſe vel primum reor, meditationem & ſcientiã ſcripturarũ. Cum enim à cæteris animantibus hoc vel maximè differamus, quòd rationale animal ſumus, & loqui poſſumus: ratio antẽ omnis & ſermo, diuinis libris continentur, per quos & Deum diſcimus, & quare creati ſumus, non ignoramus, miror quoſdam extitiſſe, qui aut ipſi ſe inertiæ & ſomno dantes nolint quæ præclara ſunt diſcere, aut cæteros, qui id ſtudij habent, reprehendendos putent. Quibus cum poſſim diſtrictius reſpondere, & breuiter eos vel offenſos dimittere, vel placatos, multo eſſe melius ſcripturas legere quam augendis & cumulandis opibus inhiare: Illud dicam, quod vel apud iniquiſſimum iudicem obtineam, placere mihi otium meum, & ſolitudinem omni celebritate iucundiorem videri. Et quomodo ego non reprehendo, non damno quod faciant, ita illos ineptias meas mihi debere concedere. Parum eloquens ſum, quid ad te? diſertiorem lege. Non dignè Græca in Latinum transfero. Aut Græcos lege (ſi eiuſdem linguæ habes ſcientiam aut ſi tantum Latinus es, noli de gratuito munere iudicare, & vt vulgare prouerbium eſt, Equi dentes inſpicere donati. Nunquid te manu conſerta in ius traho, quia noſtra nõ ſcribas? Me imperitior quiſque lecturus eſt, tua forſitan dicta ſi ſcripſeris. Tullius admirabitur. Nunquid aut Tertullianus beatum martyrem Cyprianum, aut Cyprianus Lactantium, aut Lactantius Hilarium deterruit à ſcribendo? Taceo de cæteris minutalibus, qui mecum in libris ſuis garriunt. Niſi & parua fuerint, magna eminere non poſſunt. Primũ non dicitur, niſi ſecundum ſequatur & tertium. Ad ſumma non ſcandimus, niſi per ima gradiamur. Quamobrem obſecro tam vos, quæ in præſentiarum eſtis, quàm ſanctam Marcellam vnicum viduitatis exemplar, ne facile maledicis &

Mat. 7. a *inuidis opuſcula mea tradatis, neque detis ſanctum canibus, & margaritas mittatis ante porcos. Qui cum bona imitari nõ queant, quod ſolum facere poſſunt, inuident, & in eo ſe doctos eruditoſque arbitrantur, ſi de aliis detrahant. Quibus, obſecro, reſpondeatis, vt figant ipſi ſtilum, tria, vt dicitur, verba coniungãt, ſudent paululum, experiantur ſemetipſos, & ex labore proprio diſcant ignoſcere laborantibus. Scitis enim & ipſæ quod ad hoc me explanationum opus, inuitum & retrectantem compuleritis. Non quo ab adoleſcentia, aut legere vnquam, aut doctos viros ea, quæ neſciebam interrogare ceſſauerim, & meipſum tantum (vt plerique) habuerim magiſtrum. Denique nuper ob hanc vel maxime cauſam Alexandriam perrexi, vt viderem Didymum, & ab eo in ſcripturis omnibus, quæ habebam dubia, ſciſcitarer. Sed cum aliud ſit proprios libros componere, verbi gratia, de auaritia, & fide, de virginitate, de viduis, & ſuper vnaquaque materia teſtimoniis ſcripturarum hinc inde quæſitis eloquentiam iungere ſæcularem, & pene in communibus locis pompaticum iactare*

B *ſermonem: aliud in ſenſum prophetæ & apoſtoli ingredi, intelligere cur ſcripſerint, qua ſententiam ſuam ratione* D

firmauerint, quid habeant in veteri lege proprium, Idumæi, Moabitæ, Ammonitæ, Tyrij, Philiſthiim, Aegyptii, & Aſſyrij: Quid rurſum in nouo teſtamento Romani, Corinthij, Galatæ, Philippenſes, Theſſalonicenſes, Hebræi, Coloſſenſes, & quam nunc ad Epheſios epiſtolam habemus in manibus. (Neceſſe eſt enim vt iuxta diuerſitates locorum & temporum, & hominum, quibus ſcriptæ ſunt, diuerſas & cauſas & argumenta & origines habeant.) Et quomodo beatus Ioãnes in Apocalypſi ſua ad ſeptem ſcribens eccleſias, in vnaquaque earum ſpecialia vel vitia reprehendit, vel virtutes probat: ita & ſanctus apoſtolus Paulus per ſingulas eccleſias vulneribus medetur illatis, nec ad inſtar imperiti medici vno collyrio omnium oculos vult curare. Et quia iam ad Galatas, orantibus vobis, ante paucos dies quid nobis videretur expreſſimus: nunc ad Epheſios tranſeundum eſt, mediam apoſtoli epiſtolam, vt ordine ita & ſenſibus. Mediam autem dico, non quo primas ſequens, extremis maior ſit, ſed quomodo cor animalis in medio eſt. Vt ex hoc intelligatis quantis difficultatibus, & quàm profundis quæſtionibus inuoluta ſit. Scribebat ad Epheſios Dianam colentes, non hanc venatricem, quæ arcum tenet atque ſuccincta eſt, ſed illam multimammiam, quam Græci πολύμαστον *vocant, vt ſcil. ex ipſa quoque effigie, mentirentur omnium eam beſtiarum & viuentium eſſe nutricem. Scribebat autem ad Metropolim Aſiæ ciuitatem, in qua ita idololatria, & quod ſemper idololatriam ſequitur, artium magicarum præſtigiæ viguerant, vt Demetrius diceret,* Et magnæ deæ templum Dianæ in nihilum reputabitur, deſtruetur quoque

Act. 19. a magnitudo eius, quam cuncta Aſia & vniuerſus orbis colit. *Denique triennio ibi Apoſtolus moratus eſt, nocte & die Dei euangelium prædicans, vt idololatriæ arce deſtructa, facile minorum vrbium templa caperentur. Hoc*

Ibid. 20. f *ipſum ſcriptura refert, quomodo Paulus ad Epheſios ſermocinetur, dicens:* Quapropter vigilate, recordãtes, quia triennio nocte ac die non ceſſaui cum lacrymis monere vnumquemque veſtrum: & nunc commẽdo vos Deo & verbo gratiæ eius, qui potens eſt ædificare, & dare vobis hæreditatem in ſanctificatis omnibus. *Indigebant enim commendatione apoſtoli ad Deum, quos tanto tempore dæmonum error tenuerat, & ſciebant eſſe ſpirituales aliquas poteſtates, & in extis atque auguriis & diuinationibus quandam ſimilitudinem diuinitatis agnouerant. Vnde rurſum ad eos loquitur. Propter quod conteſtor vos in die hac, quia mundus ſum ego à ſanguine omnium.*

Ibid. c *Non enim ſubtraxi, quo minus annunciarem vobis omnem voluntatem Dei. Et in eodem loco:* Quomodo nihil ſubtraxerim eorum quæ vobis proderant, quin annunciarem, & docerem publice & domeſtice. *Legerant in*

Ezech. 33. *Ezechiele quod ſpeculator, qui populo hoſtium non prædixiſſet aduentum, ſanguis ciuium exigeretur de manibus eius, & propterea omnem ſe voluntatem Dei, & vniuerſa, quæ illis vtilia forent, annunciaſſe memorauit, vt liber eſſet à ſanguine eorum. Vt autem ſciatis eos qui in Epheſo crediderant, dæmoniacis præſtigiis & magiæ fuiſſe artibus obligatos, in eiſdem apoſtolorum actibus replicatur & dicitur: Plurimi quoque eorum qui curioſa geſſerant, comportantes*

E *portantes libros, combuſſerunt coram omnibus, & computauerunt pretium eorum, & inuenerunt argenti quinquaginta* G
millia: ſic potenter verbum Dñi creſcebat & cõfortabatur. Hæc iccirco vniuerſa replicauimus, vt oſtenderemus quare Act.19.d
Apoſtolus in hac vel potiſſimum epiſtola obſcuros ſenſus & ignota ſæculis ſacramenta congeſſerit, & de ſanctarum cõtrariarumque virtutum docuerit poteſtate, qui ſint dæmones, quid valeant, quid ante fuerint, & quomodo poſt aduentum Chriſti ſunt diruti atque deſtructi. De quibus ait: Non eſt nobis pugna aduerſum carnem & ſanguinem, ſed aduerſum principatus & poteſtates, aduerſus rectores tenebrarum iſtarum, aduerſum ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. *Et in alio loco:* Permanebo autem Epheſi vſque ad pentecoſten. Oſtium enim mihi apertum eſt magnum & efficax, ſed aduerſarii multi. *Permanſit a Epheſi vſque ad pentecoſten: tempus lætitiæ atque victoriæ, quo non flectimus genua, nec curuamur in terram, ſed cum domino reſurgentes ad cælorum alta ſuſtollimur. Et permanſit, quia apertum ei erat oſtium, & non oſtium modicum ſed magnum, vt vincto forti atque ſuperato, domũ eius inuaderet, ſpoliaret, euerteret, & captiuam duceret captiuitatem. qui ſatellitum ſuorum agminibus congregatis, tota contra Apoſtolum acie dimicauit, & victus eſt. Qui ſint autem Epheſii & hinc vel maxime comprobatur, quod ſicut Ioãnes myſterium natiuitatis antiquæ domini relaturus in pectus eius recubuit, & de puriſſimo fonte hauſit riuulum doctrinarum ita & hi in abeuntis Pauli collum ruentes, oſculis atque complexibus ſuis indicauerunt vnum ſecum eos ſcientiæ habere theſaurum, & magiſtrum deſiderium lacrymis conteſtati ſunt. Illud quoque in præfatione commoneo, vt ſciatis Origenem tria volumina in hanc epiſtolam conſcripſiſſe, quem & nos ex parte ſecuti ſumus. Apollinarium etiam & Didymum quoſdam cõmentariolos edidiſſe, è quibus licet pauca decerpſimus, & nonnulla quæ nobis videbantur adiecimus ſiue ſubtraximus, vt ſtudioſus ſtatim in principio lector agnoſcat hoc opus vel alienum eſſe, vel noſtrum.*

Ephe.6.b — 1.Cor.16.b — Act.19.g

COMMEMTARIORVM HIERONYMI IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM.

LIBER VNVS.

PAulus [a] apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei Sanctis [b] omnibus qui ſunt Epheſi, & fidelibus [c] in Chriſto Ieſu. Gratia [d] vobis & pax à Deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto, [e] Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti: qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto.

Sicut

PAulus apoſtolus Ieſu Chriſti, &c.] Si, per, præpoſitio miniſterium eius per quem res agitur oſtendit, videtur mihi in illam ſententiam ſenſus iſte congruere: *Nemo venit ad me, niſi pater meus attraxerit eum ad me.* Atque ita fiet, vt & illud quod in Ioannis euãgelio legitur: *Omnia per illũ facta ſunt*: haud dubiũ quin per filiũ, non præiudicet domino noſtro Ieſu Chriſto, quaſi ex eo minor ſit, quod patris obtẽperet voluntati: quomodo & nunc non præiudicat patri, quod per voluntatem illius Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti ſit. Alij vero in alia locum iſtum intelligunt, vt Paulum apoſtolum Ieſu Chriſti per voluntatẽ Dei, qui ſit Chriſtus, oſtẽdi putent: Vt ſicut ſapiẽtia & verbũ, & virtus Dei, & veritas, & reſurrectio, & via dicitur, ita etiam voluntas appelletur. Nonnulli nihil referre exiſtimãt, vtrum per voluntatẽ Dei, an ex Dei dixerit volũtate, quia his præpoſitionib. Apoſtolus indifferẽter vtatur, & idipſũ ſignificare per voluntatẽ Dei, quod ſi dixiſſet, ex voluntate Dei.

F — Ioan.6.e — Ioan.1.a — Exod.3.d

b ¶ *Sanctis omnibus qui ſunt Epheſi.*] Quidam curioſius quã neceſſe eſt, putant ex eo quod Moyſi dictum ſit: *Hæc dices filiis Iſrael: Qui eſt, miſit me* etiam eos qui in Epheſo ſunt ſãcti & fideles, eſſentiæ vocabulo nuncupatos: Vt quomodo à ſancto ſancti, à iuſto iuſti, à ſapiente ſapientes, ita ab eo qui eſt, hi qui ſunt appellentur, & iuxta eundem Apoſtolum elegiſſe Deum ea quæ non erant, vt deſtrueret ea quæ erant. Ipſam etiam ſcripturam, quæ in teſtimonium adducta eſt, ita ediſſerunt, vt deſtructionem eorum quæ erant, ex conſequentibus intelligamus. *Vt non*, inquit, *glorietur omnis caro in conſpectu Dei.* Si enim aiunt quiſpiam ex eo quod non erat, in id quod eſt à Deo eſſe proficiens, non datori gratiam referat, ad ſui meriti & virtutis æſtimet quod ſubſiſtat, ſtatim quod eſt, eſſe deſtruitur, & incipit non eſſe quod fuerat. Alii vero ſimpliciter, nõ ad eos qui ſunt, ſed qui Epheſi ſancti & fideles ſint, ſcriptum arbitrantur.

1.Cor.1.d — Ibidem. — 1.Cor.7.c

c ¶ *Et fidelibus in Chriſto Ieſu.*] Quoniã ſanctificata eſt mulier infidelis in fratre fideli, & vir infidelis ſanctificatus eſt in muliere fideli. Et ſunt vaſa quoque ſancta, & mutæ pecudes quæ Deo mactantur in templo, propterea eos quos ſanctos dixerat, vocauit & fideles: quia fides ex mentis propriæ deſcendit arbitrio, ſanctificatio verò ex ſanctificantis interdum abſque voluntate noſtra ſortitur largitate. Quod autẽ ait, fidelibus in Chriſto Ieſu, & hoc ad diſtinctionem diligẽtiſſimæ obſeruationis eſt poſitũ. Sunt quippe plures fideles ſed non in Chriſto Ieſu. Si quis reddat depoſitum, ſi quis commodata non abneget, fidelẽ ſe amicum exhibeat, animam magis quam fidem paratus ſit prodere (quod de nonnullis philoſophis legimus, & ne illi ſatis gloriarentur, Athenienſis meretrix perpetrauit) iſte quidem fidelis eſt, ſed non eſt fidelis in Chriſto Ieſu.

d ¶ *Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto.*] Siue ambo ad vtrumque, hoc eſt, & gratia, & pax tam ad Deum patrem quàm ad dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: ſiue ad ſingulos referenda ſunt ſingula, vt gratia ad Deum patrem, pax vero referatur ad Chriſtum. Siquidem ſtatim ſequitur: In laudem gloriæ gratiæ ſuæ: in qua gratificauit nos in dilecto, vt gratia patris in eo ſit, quod filium pro ſalute noſtra dignatus eſt mittere: Pax vero filij in eo, quod per ipſum patri reconciliati ſumus, & deſtructo medio pariete, inimicitias in carne ſua euacuans, fecerit vtrumque vnum.

H — Infr.2.e

c ¶ *Benedictus Deus, & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, &c.*] Quomodo ſecundũ ſubſtantiam atque naturam Deus bonꝰ nos cõmunione ſui efficit bonos, & loquitur ad Iſrael: *Sancti eſtote, quoniã ego ſanctus ſũ*: ita ipſe benedictus nos præſtat eſſe benedictos, nam quippe legiſlator benedictiones, & benedictio dñi ſuper caput iuſti, cuius benedictionis cognomentũ habet Baruch: qui in lingua noſtra, benedictũ ſonat. Benedixit autem nos, non in vna benedictione, ſed in cunctis. Non quo omnes omnia conſequamur, ſed dum ſinguli vel ſingulas vel plures habemus ex omnibus, omnes per ſingulas poſſideamus. Et non in terrenis benedictionibus, ſed in ſpiritualibus. Sunt quippe terrenæ benedictiones, habere quempiã liberos, affluere opibus, honore & ſanitate gaudere: quæ terrena benedictio vſque ad irrationabilia iumenta deſcendit. Dictum eſt quippe de illis: *Benedixit eis dominus, & dixit: Creſcite & multiplicamini.* Spirituales vero benedictiones in cæleſtibus ſunt: quia terra benedictionem nõ capit ſpiritualem. Siquidem & benedictiones illæ, quæ in Leuitico Dei præcepta ſeruantibus promittũtur, verbi cauſa exteris gẽtibus ſanctitate, plena eſſe horrea frumentis: benedictos eſſe in vrbibus, benedictos in agris, & cætera his ſimilia, in prophetis non videmus expleta: hominibus, qui in melotis & in caprinis pellibus errauerunt: in egeſtate, in anguſtia, in deſertis mõtibus: in ſpeluncis & cauernis petrarum,

Leui.20.b — Leui.11.d — & 19.a — Prou.10.l — Gen.1.d — Deut.28.a — Leu.26. — Heb.11.g

A perſecutorum impetus declinantes. Spiritualiter ergo accipienda ſunt omnia: & ſpiritualia, non in terrenis locis, ſed in cæleſtibus expectanda. Quod vero ait benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus, quaſi iam in præterito factum ſit, & non in futuro promiſſum, id eſt, benedixit, & non benedicturus eſt:

a Sicut elegit nos in ipſo ante conſtitutionem mundi, vt eſſemus ſancti & immaculati coram ipſo. In b charitate prædeſtinans nos in adoptionem filiorum per Ieſum Christum in ipſum.
Secun-

Quærimus quo modo adhuc in terra nos poſitus, cæleſti benedictione benedixerit. Siue igitur quod conuerſatio noſtra in cælis eſt, & non ſumus de mundo iſto, ſed depoſita imagine choici, portamus imaginem ſupercæleſtis, & in carne nō viuimus, ſed in ſpiritu: & theſaurizamus nobis in cælis, vbi & cor habemus dicimur nunc cæleſti benedictione benedicti: ſiue certè, quod omnis benedictio ſpiritualis in Christo, licet in terra ſit, tamen de cæleſtibus computetur. *Benedixit nos*, inquit, *in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Christo*: In ſermone Dei, & ſapientia, & veritate cæteriſque virtutibus. Dupliciter autem legendum: *Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Christi*: vt ſit benedictus Deus qui vniuerſorum conditor eſt, & hucuſque diſtinctio, deinceps inferatur: qui eſt & pater Domini noſtri Ieſu Christi. Vel ita: vt Deus & pater, ad Dominū noſtrum, in commune referatur. Benedictus Deus eius, qui aſſumptus eſt hominis, & pater eius, qui in principio apud Deum fuit Deus verbum. Nō quo alius aſſumptus homo, & alius ſit ſermo qui aſſumpſerit: ſed quo vnus atque idem pro varietate cauſarum, nunc ſublimis, nunc humilis prædicetur.

a ¶ *Sicut elegit nos in ipſo ante conſtitutionē mundi: vt eſſemus ſancti & immaculati coram ipſo.*] Pro conſtitutione mundi, in Græco ſcriptum habet [illegible], non idipſum autem [illegible], quod cōſtitutio ſonat. Vnde & nos propter

B paupertatem linguæ, & rerum nouitatem, & ſicut quidam ait: quod ſit Græcorum & ſermo latior & lingua felicior: conabimur non tam verbū transferre de verbo, quod impoſſibile eſt, quam vim verbi quodam explicare circuitu. [illegible] propriè dicitur cum quid deorſum iacitur, & in inferiorē locum mittitur de ſublimi, vel cum aliqua res ſumit exordium. Vnde & hi qui ædium futurarum prima iaciunt fundamenta [illegible], i.e. deorſum initia fundamētorum ieciſſe dicuntur. Volens itaque Paulus oſtendere quod Deus vniuerſa ſit machinatus ex nihilo non conditionem, non creaturam atque facturam: ſed [illegible], id eſt, initium fundamenti ad eum retulit: vt non iuxta Manichæum & cæteras hæreſes [quæ factorem & materiam ponunt] aliquid vnde creaturæ factæ ſint, anteceſſerit creaturas: ſed omnia ex nihilo ſubſtiterint. Quod autem electos nos, vt eſſemus ſācti & immaculati coram ipſo, hoc eſt Deo ante fabricā mūdi teſtatus eſt, ad præſcientiam Dei pertinet: cui omnia futura iam facta ſunt, & antequam fiant vniuerſa ſunt nota.

Sicut & Paulus ipſe prædeſtinatur in vtero matris ſuæ, &
Gal. 1. c Hieremias in vulua ſāctificatur, eligitur, roboratur, & in ty-
Ier. eod. po Christi propheta gentibus mittitur. Alius vero qui Deū
Hier. 1. b iuſtum conatur oſtendere, quod non ex præiudicio ſcientiæ ſuæ, ſed ex merito electorū vnumquemque eligat: dicit ante viſibiles creaturas cælum, terram, maria, & omnia quæ intra ea ſunt fuiſſe alias inuiſibiles creaturas, in quibus & animas, quæ ob quaſdā cauſas ſoli Deo notas, deiectæ ſint deorſū in vallem iſtā lacrymarum, & in locū afflictionis & pere-
Pſal. 119. a grinationis noſtræ, in quo ſanctus conſtitutus, orabat vt ad ſedē priſtinam reuerteretur, dicens: *Heu mihi quia incolatus*
Rom. 7. d *meus prolongatus eſt: habitaui cū habitantibus Cedar: multum*
Phil. 1. d *peregrinata eſt anima mea.* Et in alio loco: *Miſer ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et melius eſt reuerti &
Pſal. 118. a eſſe cū Christo. Et alibi: *Antequā humiliarer ego peccaui*, & cætera his ſimilia. Itaq; priuſquā animæ, inquiunt, præcipitarentur in mundū, & mūdus ex animabus fieret, cū habitatricibus ſuis in infimum ipſe deiectus, elegit Paulū Deus & ei ſimiles coram ſe, qui erant ſācti & immaculati. Nemo autem eligitur niſi de pluribus, & vbi ſunt aliqui viliores, ibi electio perpetratur. Quomodo autem in Babylonia captiuitate, quando à Nabuchodonoſor in Chaldæā abductus eſt populus, miſſi ſunt prophetæ Ezechiel, Daniel, tres pueri,

C Aggeus, Zacharias, nō quo & ipſi meruerint captiuitatem, ſed vt eſſent in ſolatio captiuorum: ita & in illa deiectione mundi, eos qui antequam mundus fieret, electi erant à Deo, miſſos eſſe in eruditionem & magiſterium animarum peccatricium, vt ad prædicationē eorum reuerterentur ad eum locum vnde corruerāt: Et hoc eſſe quod à Moyſe in octogeſimo nono pſal. dicatur: Dñe refugium factus es nobis in generatione & generationē: Antequam montes firmarentur & fieret terra, & orbis terrarum: Quod ſcilicet antequā mundus fieret, & vniuerſa generatio principium ſumeret, ſanctis ſuis Deus refugiū fuerit: Quod autem ait, vt eſſemus ſancti & immaculati corā ipſo. Inter ſanctum & immaculatum hoc intereſt, quod ſanctus & immaculatus quoque intelligi poteſt, immaculatus vero non ſtatim & ſanctus: Paruuli quippe immaculati ſunt, quia integro corpore nullum fecere peccatum, & tamen non ſancti, quia ſanctitas voluntate & ſtudio comparatur. Et quod immaculatos dici poteſt ille qui peccata non fecit: Sanctus autem is qui virtutibus plenus ſit, iuxta illud quod in quodam *Pſal. 14. a*
pſalmo ſcribitur: *Qui ambulat ſine macula, & operatur iuſtitiā*: Et in Cantico canticorum. *Tota ſpecioſa es proxima mea,* *Cant. 4. b*
& macula nō eſt in te. Quæritur quomodo ſanctus quis & immaculatus ſit corā Deo, cū propheta teſtetur, dicēs. *Non* *Pſal. 142. a*
iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Aut enim ſācti & *Ibidem*
immaculati corā Deo Epheſii ſunt, & falſum eſt hoc quod dicitur: *Nō iuſtificabitur in cōſpectu tuo omnis viuēs.* Aut ſi nemo iuſtificatur in cōſpectu Dei: falſū eſt quod præceſſit, ſāctos & immaculatos eſſe in cōſpectu Dei. Ad quod bifariā eſt reſpondendū. Non enim ait Paulus: Elegit nos ante conſtitutionem mundi, cum eſſemus ſancti & immaculati: ſed elegit nos vt eſſemus ſancti & immaculati, hoc eſt qui ſancti & immaculati ante non fuimus, vt poſtea eſſemus. Quod *Ibidem.*
& de peccatoribus ad meliora conuerſis dici poteſt, & ſtabit D
illa ſententia: *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens*: id eſt in tota vita ſua, in omni quo in mundo iſti conuerſatus eſt tempore. Quod quidem ita intellectum, & aduerſum eum facit, qui antequam mundus fieret, animas dicit electas eſſe propter ſanctitatem, & nullum vitium peccatorū. Non enim, vt ante iam diximus, eliguntur Paulus & qui ei ſimiles ſunt, quia erant ſancti & immaculati: ſed eliguntur & prædeſtinantur, vt in conſequenti vita per opera atque virtutes ſancti & immaculati fiant. Deinde & ſic ſentiēdum eſt, quia non dixerit: Non iuſtificabitur in conſpectu tuo quiſpiam viuens, ſed omnis viuens: id eſt non iuſtificabuntur omnes, iuſtificabuntur vero aliqui.

b ¶ *In charitate prædeſtinans nos in adoptionē filiorum per Ieſum Christū in ipſum.*] Dupliciter legendum, vt charitas vel cū ſuperioribus vel inferiorib⁹ copuletur. Cum ſuperioribus ita, vt eſſemus ſancti & immaculati coram ipſo in charitate & poſtea ſequatur, prædeſtinās nos in adoptionem filiorum per Ieſum Christū in ipſo. Cum inferioribus. i. ſic: in charitate prædeſtinans nos in adoptionē filiorum per Ieſum Christum in ipſo. Differentiam verò Græci ſermonis [illegible] & [illegible] Latinus ſermo non explicat. Superior quippe ſermo ad eos refertur, qui antea non fuerunt, & priuſquam fierent de his cogitatum eſt, & poſtea ſubſtiterunt. Inferior vero de eo quem nulla cogitatio, voluntas nulla præceſſit, ſed ſemper fuit, & nunquam vt eſſet accepit exordium. Vn- *Rom. 1. a*
de rectè nunc de his qui cum ante non eſſent poſtea ſubſtiterunt dicitur [illegible]. De filio vero, hoc eſt, de domino noſtro Ieſu Christo, in alio loco ſcriptum eſt [illegible]: quia ſemper cum patre fuit, & nunquam eum, vt eſſet, voluntas paterna præceſſit. Ex quo colligitur, ſemper patrem, ſemper fuiſſe filium, & in quibus æternitas coæqualis eſt, eandem eſſe naturam. Nec non etiam hoc inferendum, quod cum prædeſtinet nos, ſiue præfiniat Deus in adoptionem filiorum per Ieſum Christum, tamē non ante filij eſſe poſſumus, niſi filij eius Ieſu Christi fidem & intelligentiam recipiamus. Et ille quidem natura filius eſt, nos vero adoptione. Ille nunquam filius non fuit, nos antequam eſſemus, prædeſtinati ſumus, & tunc ſpiritum adoptionis accepimus, quādo credidimus in filium Dei.

a ¶ Se-

Secundum [a] placitum voluntatis ſuę: In laudem glorię [b] gratiæ ſuę: in qua gratificauit nos in dilecto. In quo [c] habemus redemptionem per ſanguinem ipſius, remiſſionem peccatorum. Secundum diuitias [d] gratiæ eius, quæ abundauit in nobis: In omni [e] ſapientia & prudentia, notum nobis faciens myſterium voluntatis ſuę. Secun-

E

a ¶ *Secundũ placitũ voluntatis ſuæ.*] Verbũ *εὐδοκία* quod Latinus interpretatus eſt, placitum, apud Græcos compoſitum eſt ex duob' integris *ἀπὸ τοῦ εὖ καὶ τοῦ δοκεῖν*, à bene & à placito, quod nos poſſumus dicere beneplacitum: quia non ſtatim omne quod placuit, & bene placere poteſt, ſed ibi tantum *εὐδοκία*, hoc eſt beneplacitũ dicitur, vbi quod placuit, recte placitum comprobatur. Hunc autem ſermonem de Hebræo רצון LXX interpretes tranſtulerunt, rebus nouis, noua verba fingentes. (ratſon) Inuadunt itaque in hoc loco occaſionem, qui ante conditionem mundi, animas putant cum angelis & cæteris virtutum nominibus in cæleſti Hieruſalem fuiſſe verſatas, quod nec beneplacitum Dei, nec in laudem gloriæ eius & gratiæ poſſit intelligi, alios nudos, barbaros, ſeruos, debiles, alios diuites, Romanos, liberos, ſanos, ignobiles vel nobiles, in diuerſa orbis parte generari: niſi cauſæ præceſſerint, quibus ex meritis hæc animarum vnaquæque ſortita ſit. Et illud quod ad Romanos ſcriptum ſe quidã putant noſſe, nec noſunt. (Rom. 9. d) *An non habet poteſtatem figulus de eadem maſſa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam*, ad eundẽ ſenſum referunt: vt quomodo vita bona ſiue mala, laborioſa vel facilis, fruſtra in iſto mundo agitur, niſi credamus Dei futurũ iudicium eſſe, ita & diuerſitas in hoc mundo naſcentium iuſtitiam Dei arguat, niſi animarum merita præceſſerint. Si enim, inquiunt, hæc non ita accipimus, nec beneplacitum voluntatis Dei erit, nec in laudem gloriæ & gratiæ eius: alios elegiſſe ante conſtitutionem mundi, vt eſſent ſancti & immaculati, & haberent adoptionem per Ieſum Chriſtum, alios vltimæ conditioni, & pœnis perpetuis deſtinaſſe.

F

b ¶ *In laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificauit* &c.] (Rom. 9. e) Quæ laus, inquiũt, gloriæ gratiæ Dei eſt, alios gratificare in Chriſto, alios æternis præparare ſupplicijs: amare Iacob antequam oriatur ex vtero, odiſſe Eſau priuſquam digna odio perpetraret, niſi cauſæ præceſſerint, quæ iuſtitiam Dei probent. Omnis ergo gratia, quam conſequimur, in gloriã & laudem eius, qui nos gratificauit in dilecto, hoc eſt in domino noſtro & Saluatore cõpletur, quia abſque ſapientia, veritate, iuſtitia, pace, redemptione, cæteriſque virtutibus, nullum bonum intelligi poteſt. Nec putandum quod in Latinis codicibus habetur ſcriptum eſſe, in dilecto filio ſuo, ſed ſimpliciter, in dilecto, & ſi quidem eſſet additum, dilecto Dei vel dilecto patris, eſſet ſimplex intelligẽtia & omniũ opinione vulgata, quod dominus noſter Ieſus Chriſtus diligeretur à patre, ſed non magnum aliquid proprietati filij concederemus, cum ſic filius diligeretur vt cætera. Dicitur quippe ad Deum. (Sap. 11. d) *Diligis omnia, & nihil abiicis eorum quæ feciſti: Neque n. odio quid habẽs cõdidiſti.* Aut ſi eſſet appoſitũ, in qua gratificauit nos in dilecto pre omnibus, vniuerſus ſcrupulus fuiſſet ablatus, quia & patriarchas & prophetas, & omnes ſanctos viros ſcimus à Deo fuiſſe dilectos. Nũc vero in eo quod abſolute locutus eſt, dicẽs, in dilecto: ita mihi intelligendum videtur, vt ſubaudiatur, ab omnibus. Si enim Chriſtus, vt ſæpe iam diximus ſapientia eſt, iuſtitia, pax, gaudium, continẽtia, & cætera hæc virtutum vocabula, etiam hi qui ſequi nequeũt, diligũt: & nullus tã confeſſi ſceleris eſt, vt non ſapientiam & iuſtitiam amare ſe dicat. Quomodo & de ſubſtantia Dei omnium hominum cõſenuit opinio, quod diuina ſit, & nullus ſenſu facile comprehendatur. errat vero vnuſquiſq; dum talem vel talem eã putat: ita & Chriſtum ſecundum id quod diuerſas virtutes ſonat, omnes diligunt, licet plures (Eſa. 5. a; Sal 70.) factis non poſſint probare quod diligunt. Iſte eſt dilectus, quẽ æſtimo & in Eſaia ſignificari: *Cantabo dilecto canticum dilecti vineæ meæ: & vinea facta eſt dilecto.* Et in vigeſimo octauo pſalmo: *Conteret dominus cedros Libani, & comminuet eas vt vitulum Libani, & dilectus ſicut filius vnicornium.*

c ¶ *In quo habemus redemptionem per ſanguinem ipſius, remiſſionem*, &c.] Ille redimitur, qui captiuus eſt, & in hoſtium veniens poteſtatem liber eſſe deſinit: ita & nos quidã dicunt in hoc mundo eſſe captiuos, & ſub principibus & poteſtatibus iugo ſeruitutis teneri, nec ante vinctas catenis explicare manus, & oculos ſurſum attollere, niſi redemptor aduenerit. Sed quis iſte aiunt tantus & talis, qui poſſit pretio ſuo totum orbem redimere? Ieſus Chriſtus filius Dei proprium ſanguinem dedit, & nos de ſeruitute eripiens, libertate donauit. Et re vera, ſi hiſtorijs gẽtiliũ credimus, quod Codrus & Curtius & Decij, mures, peſtilentias vrbium, & fames & bella ſuis mortibus repreſſerint, quanto magis hoc in Dei filio poſſibile iudicandum eſt, quod cruore ſuo, non vrbem vnam ſed totum purgarit orbem. Dupliciter vero ſanguis Chriſti & caro intelligitur: ſpiritualis illa atque diuina, de qua ipſe dixit. (Ioan. 6. f) *Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus:* Et, *niſi mãducaueritis carnem meam, & ſanguinem meum biberitis, non habebitis vitam æternam.* Vel caro & ſanguis, quæ crucifixa eſt, & qui militis effuſus eſt lancea. Iuxta hanc diuiſionem & in ſanctis eius diuerſitas ſanguinis (Eſa. 40. b) & carnis accipitur, vt alia ſit caro quæ viſura eſt ſalutare Dei, (1. Cor. 15.) alia caro & ſanguis quæ regnum Dei non queant poſſidere. Conſequenter autem poſt redemptionem ſanguinis Chriſti, remiſſionem accepiſſe ſcribimur peccatorum: Quia niſi redempti fuerimus fruſtra nobis peccata donantur. Nec ante veniam accipere poſſumus delictorum, & ſerui eſſe ceſſamus, niſi pretium pro nobis cruentus quondam victor acceperit.

G

d ¶ *Secundũ diuitias gratiæ eius, quæ abundauit in nobis.* Qui intelligit hoc quod dictum eſt: (Eph. 2. b; Luc. 7. f) *Gratia eſtis ſaluati, & non ex operibus:* & quinquaginta & quingentorum denariorum in euangelio debitorem, quod cui plus dimittitur, plus diligat, iſte poteſt ſcire quod ſecundum diuitias ſuas Dei gratia abũdarit in nobis, maxime in eccleſia de gentibus congregata, quæ aliena fuit à teſtamento & promiſſionibus Iſrael, cuius (Rom. 11. b) delicto nos ſalutem conſecuti ſumus. An nõ eſt magnitudo gratiarum in Paulo & in cæteris ſanctis, de quibus dicitur: (1. Cor. 6. a) *Neſcitis quoniam angelos iudicabimus?* & in alio loco: (1. Pet. 1. b) *In quẽ deſiderãt angeli conſiderare.* & rurſũ: (Ioan. 18. d) *Pater da vt quomodo ego & tu vnum ſumus, ſic & ipſi in nobis vnum ſint.* Has diuitias gratiarum ille in ſe non facit vacuas, qui quantum valet humana fragilitas, nititur, laborat atque contendit, & cum Apoſtolo loquitur: *Gratia eius in me non fuit vacua.* (1. Cor. 15. b) Qui vero beneficij magnitudinem non recordans ad deteriora delabitur, in iſto diues gratia Dei, & opulenta largitio paupertate tenuatur.

H

e ¶ *In omni ſapientia & prudentia notum nobis faciens myſterium voluntatis ſuæ.*] Sapientiam & prudentiam eſſe diuerſas Stoici quoque opinantur, dicentes: Sapientia eſt rerum diuinarum humanarumque cognitio: Prudentia vero tantum mortalium. Iuxta hanc diuiſionem poſſumus ſapientiã inuiſibilium & viſibilium accipere, prudentiam. v. tantum viſibilium. Quærimus itaque quomodo nobis Deus in omni ſapientia & prudentia notum fecerit myſterium voluntatis ſuæ. Et quidem primum ſimpliciter accipiendum quod myſteriũ voluntatis eius, redemptio noſtra ſit per ſanguinẽ filij ipſius, & remiſſio peccatorũ, ſecundum diuitias gratiæ eius, quæ abundauit in nobis: Quod ſcil. nos in domini paſſione credentes (quæ eſt ſtultitia non credentibus) ſapientiã poſſideamus atq; prudentiam. Deinde quod per ſcripturas ſuas nobis nota fecerit vniuerſa myſteria: quomodo primũ cælum & terram machinatus ſit, & omnia quæ intra ea ſunt fecerit, ordinarit atque diſtinxerit, vt plaſmatus homo, & vſque ad paſſionem Chriſti mundus impletus ſit, quomodo ex viſibilibus ea quæ ſunt inuiſibilia cognoſcantur. Ad extremum, quod etiam ea quæ in terra ſunt, ſapientia indigeant atque prudentia. Quotus enim quiſque noſtrum ſcit quid ſit illud quod aues in aëra ſuſpendat, piſces in fluctib. non necet, hominum greſſus promoueat, & rabiem incitet beſtiarum. Sed qui diligens lector eſt ſtatim nobis illud opponet: Si ex parte cognoſcit Paulus, & ex parte prophetat, (1. Cor. 13. d) & nunc videt per ſpeculum in ænigmate, quomodo vel ipſi vel Epheſijs in omni ſapientia atque prudentia Dei myſteriũ reuelatum eſt. Hac itaq; neceſſitate compellimur

A mutare ordinem lectionis, & facere. Secundū placitū voluntatis ſuæ, in laudē gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificauit nos in dilecto in quo habemus redemptionem per ſanguinē ipſius, remiſſionem peccatorū, ſecundū diuitias gratiæ eius, quæ abundauit in nobis in omni ſapientia & prudentia: vt cum hucuſque diſtinxerimus, quo ſcilicet, omnia ſapiētia & prudentia, ad ſuperiora iungantur, deinceps inferamus: Notum faciens nobis myſterium voluntatis ſuæ ſecundum placitum ſuum. Poteſt autem & hac manente ſententia, quod ex parte videāt, & ex parte prophetent, nunc in omni ſapientia & prudentia dici, reuelatum eis eſſe myſterium: Non quo ipſi in omni ſapientia & prudentia myſterium didicerint: ſed Deus in omni ſapientia ſua atque prudentia iuxta quod cōſequi poterant, eis myſterium reuelauerit.

Secundum[a] placitum ſuum, quod propoſuit in eo in diſpenſatione plenitudinis temporum. Recapitulare[b] omnia in Chriſto, quæ in cœlis & quę in terra ſunt in ipſo. In quo[c] & ſorte vocati ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitū eius, qui vniuerſa operatur ſecundum conſiliū voluntatis ſuæ. Vt[d] ſimus in laudem gloriæ eius nos qui ante ſperauimus in Chriſto. In quo[e] & vos audito verbo veritatis, euangelii ſalutis veſtræ, in

a ¶ *Secundum placitum ſuum, quod propoſuit in eo in diſpenſatione plenitudinis, &c.*] Supra dixerat, ſecundum placitū voluntatis ſuæ, nūc ſecundum placitum ſuum, voluntate detracta. Ibi προορισμόν, id eſt, prædeſtinationem in adoptionē filiorū per Ieſum Chriſtum poſuit: hic vero πρόθεσιν, id eſt, propoſitionem. Inter prædeſtinationem autem & propoſitum hi qui ſolent inter verba diſcutere, hoc aſſerūt intereſſe, quod prædeſtinatio alicuius rei multo ante in mente eius qui deſtinet, quid futurum ſit, præfiguret. Propoſitū autem cum iam vicina ſit machinatio, & pene cogitationē ſequatur effectus. Quod vero ait: propoſuit in eo, ad myſterium referendum eſt: Siquidem ſupra dixerat, *vt notū faceret nobis myſterium voluntatis ſuæ*, quod myſterii diſpēſatio eſt plenitudinis temporū, vt ſtatuto tempore omnia compleantur.
B Quomodo enim hæres quamdiu paruulus eſt, licet ipſius bona ſint, tamen needum ei debetur hæreditas: ita & myſterium, quod prædeſtinatum fuerat à Deo in adoptionem filiorum eius, ante non potuit diſpenſari, niſi ſuo veniret tēpore. De quo & alibi numero ſingulari Paulus ait: *Vt autem venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum*, qui ante venire non potuit, niſi myſterium temporis impleretur.

Gal. 4. a — b ¶ *Recapitulare omnia in Chriſto, quæ in cælis & quæ, &c.*] Pro recapitulare in Latinis codicibus ſcriptum eſt, inſtaurare. Et miror cur ipſo verbo Græco non vſi ſint tranſlatores, cum iſtiuſmodi licētia, dialectica & philoſophia, ſicut in Græco habētur, aſſumptæ ſint. Nam & oratores in epilogis vel ante epilogos in fine cauſarum, propter memoriam iudicum, & eorum qui audiere negotia, recordationem, id eſt, ἀνακεφαλαίωσιν, ſolent facere: vt quæ prius latius diſputarant breui poſtea ſermone comprehendant, & vnuſquiſque recordari eorū incipiat, quæ audiuit. Senſus itaq; in præſenti loco iſte eſt. Omnis diſpenſatio, quæ & ante mundū & poſtea eſſe cœpit in mundo, tam inuiſibilium quam viſibilium creaturarum, aduentum Dei filij pollicebatur: Quod Adam qui de paradiſo eiectus eſt, per Saluatorem reuocandus erat.
Gen. 3. d — Quod in fabricatione turris, linguarum vnitas ſciſſa eſt: in
Gene. 11. a / Act. 2. a — Actibus apoſtolorum portendebat dona linguarum. Quod
Gen. 22. a — Iſaac in typo domini crucē ſuam ipſe portauit. Quod Sam-
Iud. 16. d — ſon ſanctam comam nutriēs, Dalilæ pauperis dilexit amplexus, & omnia cordis ſui ſecreta confeſſus eſt, Saluatoris & eccleſiæ ex gentibus vere pauperis & egenę myſteriū ſignificabat. In cruce itaque domini & in paſſione eius recapitulata ſunt omnia, id eſt, vniuerſa in hac ἀνακεφαλαιώσει, ſupputata. Quod vt manifeſtius fiat, quotidianæ cōſuetudinis aliquod ponamus exemplū. Verbi cauſa: Viginti denarios erogaui, rurſum quinque, & alios quindecim triginta quoque & ter decies, per diuerſa tempora dedi: Hæc ſi in vnum voluero ſupputare, cēteni mihi numeri ſumma ſuccreſcit, & in vno numero habebo omnia quæ ante deſcripſi. Sic itaque vniuerſa myſteria, & omnis diſpenſatio vetuſtatis, non ſolum quæ in terris, ſed etiam quæ in cælis geſta eſt, in Chriſti paſſione completur. Cum enim ſemel mihi Chriſtus paſſus fuerit, & ſepultus, & reſurrexerit, & ad patrem victor aſcenderit, non neceſſe habeo veterem numerum, quia in vno omnia teneo. Diligenter attendite, quod non ſolum omnes

C hiſtoriæ ſcripturarum, quas in terra geſtas Spiritus ſanctus enumerat: ſed etiam in cæleſtibus, quæ nobis occultæ ſunt, in Chriſti recapitulata paſſione teneantur.

c ¶ *In quo & ſorte vocati ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitum eius, qui vniuerſa operatur ſecundum conſilium &c.*] Verbum hæreditatis & ſortis, per quas in Chriſti partē venimus, oſtendit nos de alia poteſtate ad aliam tranſmigraſſe, & ſecundum illud quod in Deuteronomio ſcriptum eſt. *Quando diuidebat altiſſimus gentes, cum diſſeminaret filios Adā*, de angelorum ditione ad patrē domini eſſe tranſlatos. Et illi quidē aliena & ſibi vel cōmmiſſa vel vſurpata tenuerūt. Iſte vero recepit ſua, & *aſcēdens in altū captiuā duxit captiuitatē*, id eſt, eos qui ante capti fuerant in perditionē, ipſe cepit ad vitam, vt educeret in excelſum: & quodāmodo eſt capta captiuitas, dū per ſecūdam captiuitatem, qui prius capti fuerāt, liberātur. Cōſiderandū quod & hic προορισμὸς καὶ πρόθεσις, id eſt, prædeſtinatio & propoſitum ſimul poſitæ ſint, iuxta quę operatur omnia Deus ſecundum conſilium voluntatis ſuæ. Non quo omnia quæ in mundo fiant, Dei voluntate & conſilio peragantur (alioquin & mala Deo poterunt imputari) ſed quo vniuerſa, quæ facit conſilio faciat & volūtate, quod ſcilicet & ratione plena ſint & poteſtate facientis. Nos homines pleraq; volumus facere conſilio, ſed nequaquam voluntatem ſequitur effectus. Illi autem nullus reſiſtere poteſt, quin omnia quæ voluerit faciat. Vult autem ea quæcūque ſunt plena rationis atque conſilii: vult ſaluari omnes, & in agnitionem veritatis venire. Sed quia nullus abſque propria voluntate ſaluatur (liberi enim arbitrii ſumus) vult nos bonum velle: vt cum voluerimus, velit in nobis & ipſe ſuum implere conſilium. D

Deut. 32. a · Pſal. 67. d · 1. Tim. 2. b

d ¶ *Vt ſimus in laudē gloriæ eius qui ante ſperauimus, &c.*] Si ſperauimus tantum dixiſſet in Chriſto, & non præmiſiſſet, ante ſperauimus, quod Græce dicitur, προηλπικότας, eſſet, manifeſtior ſenſus, eos qui ſperauerunt in Chriſto, ſorte vocatos eſſe & prædeſtinatos ſecundū propoſitū eius, qui vniuerſa operatur iuxta conſilium voluntatis ſuæ. Nunc vero præpoſitionis adiectio: ad illam nos intelligentiā trahit, de qua ſuperius diſputauimus, exponentes hoc quod ſcriptum eſt: *Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, in cæleſtibus in Chriſto: ſicut elegit nos in ipſo ante conſtitutionē mundi, vt eſſemus ſancti & immaculati corā ipſo*: Quod ſcilicet ſicut iam nos benedixerit omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus, & elegerit ante conſtitutionem mundi: ita etiā nūc ſperaſſe ante dicamur in Chriſto, ex eo tempore quo electi & prædeſtinati & benedicti ſumus in cæleſtibus. Alius vero hoc dogma non ſuſtinens, quod ante fuerimus & ſperauerimus in Chriſto, quā in iſto corpore degeremus, illo intelligentiam trāsferet: vt dicat, in aduentu dñi Saluatoris, quādo in nomine eius omne genu flectetur, cæleſtium, terreſtriū, & infernorum: *& omnis lingua confitebitur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris*: cum ei fuerint vniuerſa ſubiecta: alios voluntate, alios neceſſitate ſubiiciēdos: & eos qui ante præſcientiam maieſtatis eius ſperauerint in eum, futuros eſſe in laudē gloriæ eius, & vocari, προηλπικότας: eos vero qui reperti fuerint neceſſitate credentes, eo tempore quo nec diabolus & angeli eius poterint negare regnantem eſſe ſperantes, ſed non in laudem glorię eius: Quod quidem & nunc ex parte videmus expleri: quia alia ſit merces eius qui voluntate ſequatur Deum, alia qui neceſſitate. Verumtamen ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem tantū Chriſtus annuncietur: dummodo ſciat & ſperans & ante ſperās, quod pro diuerſitate ſpei diuerſa ſint præmia recepturi.

Phil. 2. b

e ¶ *In quo & vos audito verbo veritatis, euangelii ſalutis, &c.*] In quo haud dubium quin in Chriſto: Inter cæteros qui audierunt, vos quoque Epheſii verbum veritatis audiſtis, euangelium ſalutis veſtræ: cui credentes, ſignati eſtis ſpiritu repromiſſionis ſancto. Videtur autē iuxta ordinē lectionis nō ſtare ſententia: nec ei quod prælatum eſt. (In quo

& vos

E & vos audito verbo veritatis euangelij ſalutis veſtræ:) redditum aliquid quod ſequatur: quia ſtatim ſecundo ponitur, in quo: quod quia ſuperfluum eſt, ſublatum è medio poteſt textũ reddere lectioni. Hoc autem patiebatur Paulus de nimio amore Chriſti: vt eum ſemper quem diligebat, etiam ſuperflue & extraordinarie nominaret. Quod poteſt abſque nobis in omnib. epiſtolis eius lector diligens inuenire. Vnde & nũc ſecundo poſitum, in quo, ordinẽ deprehenditur turbaſſe ſententiæ, & anteriorẽ propoſitionem reliquiſſe pendentẽ. Neq. vero parua laus Epheſiorũ eſt, non prædicationem, ſed verbũ veritatis audiſſe. Siquidem inter prædicationem & verbum veritatis multam eſſe diſtantiã,

1. Cor. 2. a & in alia epiſtola legimus: *Et verbum*, inquit, *meum, & prædicatio mea, non in perſuaſibilibus ſapientiæ verbis, ſed in oſtẽſione ſpiritus & virtutis.* Quæramus diligentius, vbi alibi ſcriptum ſit, quod verbum quis audierit veritatis: vt ex collatione eorum poſſit perſpicue Pauli ſenſus aperiri: vbi quoque euangelium nominatum ſit, ſiue cum additamento ſiue abſolute. Verbi gratia cum additamento, euangelium meum, & euangelium Ieſu Chriſti, & euãgelium æternum: vel quod nunc dicitur ad Epheſios, euangelium ſalutis veſtræ. Abſolute vero, vt cum loquitur de Luca, *Cuius laus in*

2. Cor. 8. c *euangelio per omnes eccleſias.* Signatur autem qui audierit verbum veritatis & crediderit in eo, ſpiritu repromiſſionis ſancto. Quia multi ſunt qui audierunt, & increduli permanentes, nequaquam ſignaculum ſancti Spiritus conſecuti

Ezec. 28. c ſunt. Dicitur & ad principem Tyri: *Tu es ſignaculum ſimilitudinis Dei.* Signaculum autem Dei eſt: vt quo modo primus homo conditus eſt ad imaginẽ & ſimilitudinẽ Dei: ſic in ſecunda regeneratione, quicumq. Spiritum ſanctũ fuerit conſecutus, ſignetur ab eo, & figuram conditoris accipiat. Quærendum etiam vbi alibi ſcriptum ſit: ſpiritus repromiſſionis

Eſa. 11. a F ſanctus: vel quid ſignificet. Ego enim æſtimo quia ſicut ſpiritus S. ſanctum facit eum cui fuerit infuſus, & ſpiritus ſapientiæ, ſapientem, & intelligentiæ, intelligentem: & conſilij, cautum atque conſultum: & fortitudinis, fortem: & ſciẽtiæ ſcientem: & pietatis, pium: & timoris, timidum, Deique timore trepidantem, ita & ſpiritus repromiſſionis vel ſpiritus Dei, ſponſorem & Deum facit eum in quo habitauerit. Quo modo econtrario immundus ſpiritus immundum facit, & ſpurcam ſibi domum præparat ſpurcus habitator: fornicationis quoq. ſpiritus efficit ſcortatores, de quib. & pro-

Oſee 4. c pheta loquitur. *Spiritu fornicationis seducti ſunt:* & nequam ſpiritus nequam facit homines atque peruerſos, & dæmoniacus, dæmones: qualiſque fuerit liquor, qui nouæ teſtæ infuſus eſt, talem diu teſta & odorem retinet & ſaporem.

a ¶ *Qui, &c.*] Pignus Latinus Interpres pro Arrabone poſuit. Non idipſum autem arrabo quod pignus ſonat. Arrabo enim futuræ emptioni quaſi quoddã teſtimonium & obligamentũ datur. Pignus vero hoc eſt, ἐνέχυρον, pro mutua pecunia opponitur. vt cum illa reddita fuerit, reddenti debitum pignus à creditore reddatur. Rursũ in eo vbi ait: *In redẽptionem adoptionis*, non habet in Græco υἱοθεσίας ſed περιποιήσεως: quã nos acquiſitionem ſiue poſſeſſionem poſſumus dicere: non tamen vim ſermonis expreſſimus. Multa enim verba ſunt, quæ nec de Græco in Latinum transferri valent, nec de Hebraico in Græcum, & reciproce nec de Latino in Græcũ, nec de Græco in Hebræum. Quicumque igitur non tantum Spiritum ſanctum, ſed Spiritum ſanctũ repromiſſionis acceperit, ſimul conſequetur & arrabonem hæreditatis, quæ hæreditas vita perpetua eſt. Et quo modo ex arrabone æſtimatur qualis emptio futura ſit, & quæ poſſeſſio: verbi cauſa: ex decem ſolidis, centum ſolidorum villa, & ex centum ſolidis mille ſolidorũ poſſeſſio: ita ex varietate arrabonis hæreditatis quoq. poſtea ſecuturæ magnitudo cognoſcitur. Quãuis autẽ ſanctus ſit aliquis atque perfectus, & omnium iudicio beatitudine dignus putetur: tamen ad futuram hæreditatem nunc arrabonem eſt ſpiritus cõſecutus. Si autẽ arrabo tantus, quanta erit ipſa poſſeſſio? quo modo autem arra-

in quo & credentes ſignati eſtis Spiritu ſãcto promiſſionis. Quiª eſt pignus hæreditatis noſtræ in redemptionẽ adoptionis, in laudem gloriæ ipſius. ᵇ Propterea & ego audiens fidem veſtrã in domino Ieſu, & in omnes ſanctos, non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in orationibus meis: vt Deus domini noſtri Ieſu Chriſti, pater gloriæ, det vobis ſpiritũ ſapientiæ & reuelationis in agnitione eius, illuminatos oculos cordis veſtri. ᶜ Vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis

G bo, qui nobis tribuitur, non eſt extra nos, ſed intra nos eſt: ſic & ipſa hæreditas, hoc eſt regnum Dei, quod intra nos eſt, in nobis verſatur intrinſecus. Quæ enim poteſt eſſe maior hæreditas, quam contemplari & videre ſenſu pulchritudinem ſapientiæ & verbi & veritatis & luminis, & ipſius ineffabilem & magnificam Dei conſiderare naturam, omniumque qui ad ſimilitudinem Dei conditi ſunt, ſubſtantiam contueri? Iſte autẽ ſpiritus repromiſſionis ſanctus, qui eſt arrabo hæreditatis noſtrę, idcirco nũc ſanctis datur, vt redimantur & copulentur Deo in laudẽ gloriæ ipſius. Non quod Deus laude alicuius indigeat, ſed quod laus Dei laudatoribus proſit, & dum per ſingula opera maieſtatem ipſius magnitudinemque cognoſcunt, ad laudãdum eum miraculo ſtuporis erumpant.

b ¶ *Propterea, &c.*] Licet verbi ad verbum expreſſa tranſlatio poſſit apoſtolum diligenti excuſare lectori, quod videatur omnis ſententiæ ſcatere contextus, & ſolœciſmus fieri: tamen & in Gręco vitium ſonat. Vnde & nos Græcis potius calumniatoribus reſpondentes, conabimur ita iuxta ſenſum temperare ordinẽ lectionis, vt dicamus: Audiens fidem veſtrã in domino Ieſu, & in oẽs ſanctos eius, videnſque differentiam fidei veſtræ in dominum & in oẽs ſanctos eius: non ceſſo gratias agere, & memoriam veſtri facere in orationib. meis; vt domini noſtri Ieſu Chriſti Deus, pater autẽ gloriæ, det vobis ſpiritũ ſapientiæ & reuelationis. Quod autẽ ſequitur: illuminatos oculos cordis veſtri. ita per hyperbaton reddi poteſt. Propterea & ego audiens fidẽ veſtram in domino Ieſu in agnitione eius, illuminatos oculos cordis veſtri, & in oẽs ſanctos: non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri facere in orationibus meis: vt Deus domini noſtri Ieſu Chriſti, pater glorię, det vobis ſpiritum ſapientiæ, & reuelationis in agnitionẽ, vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis veſtræ, &c. Porro Deus domini noſtri Ieſu Chriſti, pater autẽ glo- H riæ, ita intelligendus, vt quo modo dominus noſter Ieſus Chriſtus ipſe eſt ſermo, ſapientia, veritas, pax, iuſtitia, fortitudo, ipſe ſit etiam gloria: ſecundum illud quod alibi dicitur: *Apparebit gloria* Dei & in omni pene veteri lege ſcriptũ eſt, Leu. 9. d ſuper tabernaculũ teſtimonij viſam eſſe gloriam Dei. Et pſal- Num. 9. c miſta canit: *Exurge gloria mea, exurge.* Quę gloria illuminãs Pſal. 56. b ſuo fulgore mundũ, templum ſibi de virginali vtero fabricata eſt, cuius tẽpli pater gloriæ efficitur Deus. Et vbi Chriſtus gloria eſt, ibi tantũ pater dicitur: vbi Ieſus, ibi Deus eius abſque additamento aliquo nominatur. Iſte igitur Deus aſſũpti hominis, pater vero gloriæ, ſapientiæ, veritatis, dat credẽtibus in filiũ ſuum ſpiritũ ſapientiæ & reuelationis vt ſapientes fiant, & reuelata facie gloriã domini contẽplentur. Quæ ſapientia & reuelatio, cum eos ſapiẽtes fecerint, & myſteria illis occulta aperuerint, ſtatim ſequitur vt habeant illuminatos oculos cordis. Et verbis præſentib. approbatur ſecundũ exterioris membra hominis, etiam interioris hominis membra dici. Ecce n. manifeſte cordis oculos appellauit, quos abſque ſenſu & mente intelligere non poſſumus: Huic & illud pſalmiſtæ cõuenit: *Illumina oculos meos, ne vnquã obdormiam* Pſal. 12. b *in morte.* Et alibi: *Sapientis oculi in capite eius.* Si n. ſimpliciter Eccl. 2. b oculos carnis accipimus vtique non ſolũ ſapientis, ſed etiam inſipientis oculi in capite eius ſunt. Caput itaq. ſapientis, ſẽſus accipitur: quia alio verbo mens & animus & principale cordis appellatur. Quod vero ait, in agnitione eius, id eſt, ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ, quidam ſic intelligunt, vt inter γνῶσιν & ἐπίγνωσιν, hoc eſt, inter notionẽ & agnitionem, illud interſit: quod notio eorũ ſit quę ante non ſciuimus, & ea poſtea ſcire cœpimus. Agnitio vero eorum quæ prius ſcientes deinceps ſcire deſiuimus, eorumq. poſtea recordamur, & pariterem quãdam vitam in cæleſtibus ſuſpicantur, poſtquam in corpora iſta deiecti, & obliti Dei patris, nunc eum per reuelationem cognouimus ſecundum illud: *Reminiſcentur, & conuertẽtur ad* Pſal. 21. *dominum omnes fines terræ*, & cæteri his ſimilia replicantes.

c ¶ *Vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, &c.*] Cui ſemel iuxta orationem Pauli datus fuerit ſpiritus ſapientiæ & reue-

A

lationis vt apertis oculis cordis aſpiciat, iſte ſciet quæ repoſita ſunt vocatis, & quæ ſperanda ſanctis Dei: quæ abundanter & large his qui hæreditatem ipſius ſuſtinēt, eſt daturus. Ad quam notitiam magnitudo virtutis Dei eſt neceſſaria to his, qui iuxta ſimilitudinem Pauli, credentes vocantur, per quā operatus eſt Deus in Chriſto Ieſu, quem à mortuis reſuſcitauit. Dupliciter autem intelligenda hæreditas, ſiue quod primogenitus omnis creaturæ hæreditas ſit animæ domini noſtri Ieſu Chriſti, & eius qui ex corpore & anima aſſumptus eſt hominis, noſque cum hæreditate animæ hæreditemus Deum verbum: ſiue quod in Chriſto hæreditas noſtra ſit, Patris & Filij & Spiritus ſancti vna diuinitas: Vt quo modo vocatur hęreditas domorum atque villarum, ea ipſa quæ ab hæredibus poſſidentur: ſic ipſe Deus hæreditas credentium ſit atque ſanctorum. Scriptum eſt & in veteri teſtamento: *Filiis autem Leui non dabitis hæreditatē in medio fratrum ſuorum: quia ego pars eorum.* Et alibi: *Dominus hæreditas eorum eſt.* Et ſanctus qui extra Deum nihil habere ſe nouit, audacter loquitur: *Pars mea dominus.* Et: *Tu es pars hæreditatis meæ & calicis mei.* Non ergo parui ſtudij eſt vt ſciamus ſpē vocationis & diuitias gloriæ hæreditatis Dei in ſanctis. Ea quippe indigemus, ad hæc cognoſcenda, virtute, qua etiam in filio ſuo Deus vſus eſt ſuſcitando: quem ſuſcitauit non ſemel, ſed ſemper à mortuis, & fecit eum in mortuis liberum, nulla mortis contagione maculatum. Quotidie Chriſtus reſurgit ex mortuis: quotidie in pœnitentibus ſuſcitatur. Non quo non habuerit etiam ſecundum carnem poteſtatem animæ ſuæ ponendæ & iterum reſumendæ eius (nemo quippe tollit eam, niſi ponat illam à ſemetipſo) ſed quo iuxta diſpenſationem carnis & filij, homo & filius à Deo & patre ſuſcitatus eſſe dicatur.

Num. 18. c
Ioſue 13 b
Deut. 18. a
Pſal. 72. d & 15. b
Ioan. 10. a

tionis eius, & quę diuitiæ glorię hæreditatis eius in ſanctis: & quæ ſublimis magnitudo virtutis eius in nos qui credimus ſecundum operationem potentię virtutis eius, quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitās illum à mortuis. [a] & ſedere eum faciens ad dexterā ſuam in cœleſtibus ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſęculo, ſed etiā in futuro. [b] Et omnia ſubiecit pedibus eius: & ipſum dedit caput

C

mina, principatum loquor, & poteſtatem, virtutem & dominationem, ſcripta repererit, & in medium vnde protulerit. Neque enim fas eſt eum, qui diuina lectione fuerat inſtructus, aliquid locutum putare, quod in ſanctis voluminibus non habetur. Arbitror itaque illum aut de traditionibus Hebræorum ea quæ ſecreta ſunt, in medium protuliſſe: aut certe, quæ quaſi iuxta hiſtoriam ſcripta ſunt, cum intelligeret legem eſſe ſpiritualem ſenſiſſe ſublimius: & quod de regibus atque principibus, ducib. quoque, tribunis & centurionibus, in Numeris, & in Regnorum libris refertur: imaginem aliorum principum regumque cognoviſſe: Quod ſcilicet in cœleſtibus ſint principatus, ſint poteſtates, ſint dominationes atque virtutes, & cætera miniſteriorum vocabula quæ nec nos poſſumus nominare: nec ipſum Paulum puto, vt in graui corpuſculo conſtitutum, enomerare valuiſſe. Si autem ſunt principatus & poteſtates, & virtutes & dominationes, neceſſe eſt vt & ſubiectos habeant & timentes ſe, & ſeruientes ſibi, & eos qui ſua fortitudine roborentur. Quæ diſtributiones officiorum non ſolum in præſentiarum, ſed etiam in futuro ſæculo erunt, vt per ſingulos profectus & honores & aſcenſiones & deſcenſiones, vel creſcat aliquis vel decreſcat, & ſub alia atque alia poteſtate, virtute, principatu, & dominatione fiat. Nos homunculi cito in cinerem & puluerem diſſoluendi, ſi conſenſu hominum leuemur in reges, tantas habemus miniſtrorum diuerſitates, & multitudines, quantas facilius poſſumus ſentire quam dicere: Verbi cauſa: quod Præfectus in parte ciuili, iudices, prouincias, & ordinem ſuum habeat: rurſum militia, in tot comites, duces, tribunos, & multiplicem ſeruatur exercitum: & putamus Deum, dominum dominorū, & regem regnantium, ſimplici tantum miniſterio eſſe contentum?

B

a ¶ *Et ſedere eum faciens ad dexteram, &c.*] Per humanam ſimilitudinem, Dei potentiam demonſtrauit, non quo ſolium ponatur, & Deus pater in eo ſedeat, ſecumque filium habeat reſidentem: ſed quo nos aliter iudicantem atque regnātem niſi per noſtra verba intelligere nequeamus. Ad hoc pertinet & illud, quod in centeſimo nono pſalmo ſcriptum eſt. Dixit dominus domino meo: ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Si enim iuxta regnantis habitum filius ad patris dexteram ſedet: neceſſe eſt vt iuxta eādem ſimilitudinē maior ſit ab eo qui in lęua parte conſederit. Quod vt ſciamus aliter intelligi quā litera reſonat, idē pſalmus in conſequētib. docet, dicens: *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem* Melchiſedec. *Dominus à dextris tuis.* Quomodo enim cum filius patri ad dexteram ſedeat, rurſum pater à dextris eius eſſe perhibetur? Aut qua ratione terra ſcabellum eſt pedum eius, & cœlum thronus ipſius: cū & terrā ſecundum Eſaiam pugillo continere dicatur, & cœlum palmæ extentione metiri? Non enim poteſt intra id eſſe quod ab eodem continetur: nec in manu incluſum tenere, à quo ipſe iuxta ſedentis habitū circundetur. Sicut ergo proximū eſſe Deo, vel ab eo procul recedere, non ſecundum locorum ſpacia, ſed iuxta merita ſentiendum eſt, quod ſancti iuxta eum ſint, peccatores vero (de quibus ait propheta dicens: *Ecce qui elōgant ſe à te, peribunt*) ab omni eius vicina ſubmouēatur: ſic & in dextris vel in ſiniſtris Dei eſſe, accipiendum eſt: quod ſācti à dextris eius ſint, peccatores vero à ſiniſtris, Saluatore quoq; idipſum in euangelio cōprobante, cū oues à dextris, hœdos eſſe memoret à ſiniſtris. Sed & ipſum verbum ſedere, regni ſignificat poteſtatem: per quam beneficiū eis Deus tribuit ſuper quibus ſedere dignatur, quod ſcilicet regat eos & in curru ſuo habeat, & ad nutum proprium vaga prius & libera colla cōuertat. Poſt hæc quæritur, quo modo id quod ſequitur, poſſit intelligi: Super omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiā in futuro. Et quidem de dextris ac ſiniſtris, & de ſeſſione iam dictum eſt. Nunc quærendū vbi Apoſtolus hæc quatuor no-

Eſa. 40. c
Pſal. 72. d
Matt. 25. c

b ¶ *Et omnia, &c.*] Huic videtur illud eſſe contrarium, quod alibi ſcribitur: Necdum enim ei videmus omnia ſubiecta. Sed & illud: *Oportet enim illum regnare donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius.* Si enim necdum ei ſubiecta ſunt omnia, & oportet eum regnare donec ei ſubiiciātur omnia: quo modo nunc ſub pedibus eius Deus vniuerſa ſubiecit, maxime cum & in alio loco Paulus ipſe teſtetur: *Cum autē ei ſubiecta fuerint omnia, tunc & ipſe filius ſubiicietur ei, qui ſibi ſubiecit omnia, vt ſit Deus omnia in omnib.?* Ergo aut ſecundum præſentiā id quod futurum eſt, quaſi iā factum eſſe cōmemorat: iuxta ſenſum quem ſupra expoſuimus, vbi ait: *Benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto.* Aut certe ſide præterito ſentiēdū eſt. ſic debemus accipere, quod etiā ea quæ non ſunt ei voluntate ſubiecta, naturæ conditione deſeruiant: Verbi cauſa, dæmones, Iudæi, atque gentiles. Nō enim ſeruiunt Chriſto, nec ſubiecti ſunt pedibus eius, & tamen, quia ab eo in bonam partem creati ſunt, ſubditi ſunt poteſtati eius inuiti: tametſi aduerſum eum repugnēt liberi arbitrij voluntate. In hūc ſenſum & illud quod ſequitur coaptatur. *Et ipſum dedit caput ſuper omnia eccleſiæ, quæ eſt corpus ipſius.* Quo modo .n. caput plurima ſibi habet mēbra ſubiecta, è quibus ſunt nōnulla vitioſa & debilia: Ita & dominus noſter Ieſus Chriſtus, cū ſit caput eccleſiæ, habet mēbra eos omnes qui in eccleſia congregantur, tā ſanctos videlicet quā peccatores: ſed ſanctos voluntate, peccatores vero ſibi neceſſitate ſubiectos. Atque ita ſit vt etiam inimici ſubiecti ſint pedibus eius. Quapropter in eo quod ait, omnia: videtur facere quæſtionē. Nā illud quod dictum eſt: *ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſub pedib. tuis.* Et alibi: *Oportet enim eum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius:* non magnopere quærit interpretem, vt ea quæ inimica ſunt, cum fuerint ſuperata, ſubiiciantur pedibus eius, & in victoris tranſeant poteſtatem. Cur autem omnia, id eſt, angeli, throni, dominationes, poteſtates, & virtutes cæteræ, quæ numquam fuerunt contrariæ Deo, eius pedibus ſubiiciantur, videtur obſcurum. Poteſt itaque reſponderi, quod abſque peccato nullus ſit, & ſydera ipſa non ſint

D
Heb. 2. b
1. Cor. 15. d
1. Cor. 15.
Sup. ead. a
Pſal. 109.
1. Cor. 15. d
Iob. 14. a & 25. b

munda

E munda corá Deo omniſque creatura paueat creatoris aduẽtum. Vnde & crux Saluatoris non ſolum ea quæ in terra, ſed etiam ea quæ in cœlis erant, purgaſſe perhibetur. Alius vero, omnia, non ad vniuerſitatem, ſed ad ea tãtum refert, de quibus diſputatum eſt: vel hoc modo, omnis ciuitas conclamauit: non quo aliquis tacens, in vrbe non fuerit, ſed ex parte, maxime etiam ea quæ minora ſunt appellantur, & ipſe Paulus apoſtolus: *Oẽs* inquit, *ſua quærunt, non ea quæ ſunt Dei*. Et: *Omnes me dereliquerunt*. Non quod Timotheus & cæteri diſcipuli, qui illo tempore quo epiſtolæ ſcribebãtur cũ eo erãt, illum reliquerint: ſed ideirco, quia à pluribus ſit deſertus, ab omnib., id eſt, à maxima parte deſertum ſe eſſe conqueritur. Simile huic quid & in pſalmo ſonat: *Omnes declinauerant, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum*. Si enim omnes declinauerunt, ergo declinauit & ipſe qui loquitur. Et alibi: *Ego dixi in exceſſu mentis meæ: omnis homo mendax*. Aut enim verum eſt hoc quod dixit, aut falſum. Si omnis homo mendax eſt: ergo mendax eſt & ipſe qui loquitur. Si autem mendax eſt & ipſe qui loquitur, ne hoc quidem quod ait verum eſt, omnem hominem eſſe mendacem. Porro ſi vera ſententia eſt, omnes ſic accipiendi ſunt, vt ſupra diximus, quod magna pars hominum mentiatur. Scribit & alibi Apoſtolus: *Docẽtes oẽm hominem*: & rurſum, *Commonentes omnem hominem*: non quod oẽs homines docuerit (quanti enim ſunt, qui vſque hodie nec doctrinam apoſtoli audiere, nec nomen?) ſed quod eos oẽs doceat & admoneat, qui in eccleſia ſunt, & cupiunt ſcire quæ Dei ſunt. Sequitur: *Plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur*. Quod quidem ſic accipiendum, quẽadmodum & illud: *Tunc ſubiicietur ei qui ſibi ſubiecit omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus*. Nũc, n. Deus per partes in ſingulis eſt: in alio iuſtitia, in alio caſtitas, in alio temperantia, in alio ſapientia, in alio fortitudo: & difficile eſt etiam in ſã-

F ctis viris atque perfectis omnes pariter eſſe virtutes. Cũ autem in fine rerum & conſummatione mundi, ei fuerint vniuerſa ſubiecta, adimplebitur omnia in omnibus: vt iuxta id quod Deus eſt cunctis virtutibus plenus, omnia in omnibus adimpleatur, & ſint vniuerſi habentes omnia, quæ ante ſingula ſinguli poſſidebant. Sed & hoc quod ait: *Et ipſum dedit caput ſuper omnia eccleſiæ, quæ eſt corpus ipſius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur*: non ſolum hominũ, ſed etiã angelorum, cunctarumque virtutũ & rationabiliũ creaturarũ eccleſia intelligi poteſt. Nec non & hoc: *Qui omnia in omnibus adimpletur*: nequaquam ita vt reſonat accipiendũ. Non enim ait: Qui omnia in omnibus adimplet: *ſed qui omnia in omnibus adimpletur*. Siquidem aliud eſt implere, aliud impleri: quia in altero agentis, in altero patientis eſt verbũ. Sicut ergo adimpletur imperator, ſi quotidie eius augeatur exercitus, & fiãt nouæ prouinciæ, & populorũ multitudo ſuccreſcat: Ita & dominus noſter Ieſus Chriſtus in eo quod ſibi credunt omnia, & per dies ſingulos ad fidem eius veniunt, ipſe adimpletur in omnibus, ſic tamẽ vt omnia adimpleatur in omnib., id eſt, vt qui in eũ credunt, cunctis virtutib. pleni ſint, & iuxta euangelium, faciant eum proficere ætate, ſapiẽtia, & gratia non ſolum apud Deum, ſed & apud homines.

Phil. 2. a
2. Tim. 3. [?]
Pſal. 13. a
Pſal. 50. g [?]
Col. 1. d
Ibid.
1. Cor. 15. d
Luc. 2. g

Caput II.

ET a *vos cum eſsetis mortui delictis & peccatis veſtris, in quibus, &c.*] Antequam de ſingulis verborũ ſenſibus diſputemus, videtur nobis ita lectionis ordo reddendus: *Et vos cũ mortui eſsetis delictis & peccatis veſtris, cõuiuificauit Chriſto Deus qui diues eſt in miſericordia, propter multã charitatẽ ſuã qua dilexit nos: cũ eſſemus mortui delictis, in quib. aliquãdo ambulauimus ſecundũ ſæculũ mundi huius, ſecundũ principẽ poteſtatis aëris, ſpirit⁹ qui nũc operatur in filiis diffidẽtiæ: in quib. & nos oẽs cõuerſati ſum⁹ aliquãdo in deſideriis carnis noſtræ, faciẽtes volũtates carnis & mẽtiũ, & eramus natura filii iræ: cõuiuificauit nos Chriſto*, vt ἀπὸ κοινοῦ, ſubaudiatur quaſi bis dictũ, & nos conuiuificauit Chriſto. Coniunctionẽ vero cauſalẽ in

G eo loco in quo ait: Deus autem qui diues eſt in miſericordia: arbitramur aut ab indoctis ſcriptoribus additã, & vitium inoleuiſſe paulatim: aut ab ipſo Paulo, qui erat imperitus ſermone, & non ſcientia ſuperflue vſurpatam. Manifeſte aũt mors animæ dicitur eſſe peccatũ, ex eo quod ait: *Et vos cum eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris*: iuxta illud quoque quod in Ezechiele ſcriptũ eſt: *Anima quæ peccauerit, ipſa morietur*. Et quia delicta quæ græce παραπτώματα nuncupantur, iuxta eiuſdẽ linguæ etymologiam, proprie verbum eſt ſcripturarum, licet delicta πλημμέλειαι rectius transferantur. Quærimus quid ſignificet, quoue diſtet à peccatis: id eſt, quid interſit inter παραπτώματα καὶ ἁμαρτίας. Aiũt enim quod παραπτώματα, quaſi initia peccatorum ſint: cum cogitatio tacita ſubrepit, & ex aliqua parte cõniuentib. nobis, nec dum tamen nos impulit ad ruinam. Vnde & in octauodecimo pſalmo ſcribitur: Delicta, hoc eſt, παραπτώματα, quis intelligit: quia ſcilicet difficile ſit radices & initia intelligere peccatorum. Peccatũ vero eſſe, cũ quid opere conſummatum peruenit ad finẽ. Quærimus quoque quid ſit. In quibus aliquãdo ambulaſtis ſecundum ſæculum mundi huius: vtrum vnũ & aliud ſæculum ſit, quod non pertineat ad mundum iſtum, ſed ad mundos alios: de quib. & Clemens in epiſtola ſua ſcribit: Oceanus, & mundi qui trans ipſum ſunt? An vnus iſte mundus ſit, qui ab initio ſæculi, quo factus eſt Adã, vſque ad terminum ſuum voluatur & trãſeat. Vel certe mundus alio nomine appelletur princeps aëris huius, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ. Scribitur & ad Galatas: *Vt eruat nos de præſenti ſæculo nequã*. Et in hac eadẽ epiſtola: *Redimentes tẽpus, quoniam dies mali ſunt*. Et dies Iacob modici dicuntur & peſſimi: ſiue quod tẽpus vitæ iſtius, per quod clauſi tenemur in ſæculo, graue ſit & laborioſum, ſiue quod ipſe Satanas mundi huius, vt ſupra diximus, & ſæculi vocabulo nuncupetur. De quo ſtatim in ſequentibus, ſecundum principẽ, inquit, poteſtatis aëris, ſpiritus qui nunc operatur in filiis diffidentiæ. Princeps quippe aëris, & ſpiritus poteſtatis, qui in aëre iſto eſt, diabolus intelligitur, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ. In his. n. qui domino credunt nõ poteſt operari. De quo & infra ait: *Non eſt nobis pugna aduerſus carnẽ & ſanguinem, ſed aduerſũ principatus & poteſtates, aduerſus rectores tenebrarũ iſtarum, aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtib*. Nõ quo diabolus & ſatellites eius, qui per mundum iſtum vagantes peccata hominib. inſinuãt, in cœlo verſari queant, de quo ob ſua merita corruerunt, ſed cœlum dicitur aër iſte, qui ſupra nos eſt, iuxta illud Saluatoris eloquium: *Conſiderate volatilia cæli*, & cætera. Manifeſtũ quippe eſt, quod volatilia non per cœlum volitẽt, ſed per aërẽ. Sequitur: *In quibus & nos oẽs conuerſati ſumus aliquando in deſideriis carnis noſtræ, facientes voluntates carnis & mentium*. Quod ait, in quibus, ad delicta referendum eſt. Superius. n. quia duo pariter poſuerat: Et vos cum eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris, & ad peccata retulerat dicens: in quib. aliquando ambulaſtis, ad delicta vero nihil tale videbatur ſequutum, quod ſenſum poſſit explere: nunc ait, in quib. delictis & nos oẽs cõuerſati ſumus: ſimulque ne in eo quod dixerat, & peccatis veſtris, in quib. aliquando ambulaſtis, ſed per ſuperbiã à peccato videretur excipere, adiunxit, in quib. & nos omnes conuerſati ſumus. Qui autem conuerſatum eſſe ſe dicit, de præteritis delictis & non de præſentibus cõfitetur. Conuerſati ſumus, inquit, aliquando, non in vno deſiderio, ſed in deſideriis carnis noſtræ: *Caro quippe deſiderat aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnẽ*. Facientes nõ vnã voluntatẽ carnis, ſed plures, & non ſolum voluntates carnis, ſed etiã mẽtiũ, pro quo in Latinis codicib. habetur, cogitationũ. Inter peccatũ autẽ carnis & mentiũ, hoc eſſe puto quod carnis peccatũ, eſt impudicitia atq. luxuria, & ea quæ per miniſterium eius in libidinib. explentur. Mentium vero delictũ, ad dogmata pertinet cõtraria veritati & hæreticã prauitatẽ, ita vt poſſimus dicere pleroſq. hæreticorum (quanquam hoc

Ezech. 18.
Gal. 1. a
Infr. 5. a
Gen. 47.
H
Infr. 6. b
Matt. 6. d
Gal. 5. c
διανοιῶν

caput ſuper omnia eccleſiæ, quæ eſt corpus ipſius plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

CAPVT II.

ET a vos cum eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris, in quibus aliquando ambulaſtis ſecundum ſeculum mundi huius, ſecundum principem poteſtatis aëris, ſpiritus qui nunc operatur in filiis diffidentiæ: in quibus & nos omnes conuerſati ſumus aliquãdo in deſideriis carnis noſtræ, faciẽtes voluntates carnis, & mentiũ, &

& eramus natura filii iræ, ſicut & cæteri. Deus autem, qui diues eſt miſericordia, propter multam charitatem ſuam, qua dilexit nos & cũ eſſemus mortui peccatis, cõuiuificauit nos Chriſto. Gratia [a] ſaluati eſtis. [b] Et coexcitauit, ſimulq́; fecit ſedere in cœleſtib. in Chriſto Ieſu. [c] Vt oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratię ſuę in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu. [d] Gratia enim eſtis ſalui facti per fidem, & hoc nõ ex nobis: Dei enim donum eſt, non ex operibus vt

A ratũ ſit) voluntates mentium facere, & non voluntates carnis, & multos contra eccleſiaſticos, carnis & non mentiũ facere voluntates, & eſſe plures qui & carnis & mẽtium pariter faciant voluntates. Hæc autem diximus, non quo & hæretici carnis non faciant voluntates (plura quippe apud eos corporis ſunt vitia quam apud noſtros) ſed vt exemplo poſito, facilius quod volebamus poſſit intelligi. Et eramus, inquit, natura filij iræ, ſicut & cæteri. Reſpondeant hæretici, qui diuerſas naturas eſſe contendũt, quomodo Paulus (quem vtique ſpiritualis naturæ eſſe non dubium eſt) fuerit natura filius iræ, ſicut & cæteri, qui adhuc in errore ſunt poſiti. Nos vero dicimus eſſe primum omnes homines natura filios iræ, vel propter corpus humilitatis corpuſque mortis, & quod ab adoleſcentia mens hominum appoſita ſit ad malitiam. Vnde & Salomon ait: *Non eſt iuſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet.* Vel quod ex eo tempore quo poſſumus habere notitiam Dei, & ad pubertatem venimus, omnes, aut opere, aut lingua, aut cogitatione peccemus. *Eramus igitur natura filii iræ ſicut & cæteri.* & oẽs ſancti qui ab ira ſanguine Chriſti redempti ſunt. Si n Paulus qui iuxta iuſtitiam quæ in lege fuit, irreprehenſibiliter eſt conuerſatus, dicit ſe natura fuiſſe filium iræ, cur timeamus etiam retro ſanctos viros filios irę fuiſſe teſtari. De quibus omnibus vere dici poſſit: *Cum autem venit mandatum, peccatum reuixit, ipſi vero mortui ſunt.* Filius autem iræ ſic accipiendum, vt filios perditionis, filios iniquitatis, filios mortis. Non quo aliqua ira, mors, iniquitas & perditio ſubſiſtat in natura ſua, quæ filios habeat, ſed quo filij dicantur eius rei quæ operetur in ſingulis. Sicut filij appellantur gehennę, qui gehennæ ignibus conſumendi ſunt. Alius iræ filios ſic vocatos putat vt filios diaboli. Diabolus enim perditio eſt, & ira, & mors. Deuorauit mors inualeſcens, & nouiſſimus inimicus deſtruetur mors: & ad ipſum diabolum, perditio factus es. Factus inquit, propria voluntate, non ab initio ſic creatus. Quomodo igitur mors dicitur, ex eo quod inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum, & per illum ſunt mortui, qui ante viuebant, & perditio, quod perdat quoſcunque deceperit: Sic & ira dicitur, propter eam quam exercet aduerſum hominem ſæuitatem. Sunt qui illud in Regnorum libris, quando Dauid numerauit populũ Iſrael, iram in ſe Dei prouocans, ſcriptura dicente: *Et appoſita eſt ira Dei ſuccendi in Iſrael, & incitauit Dauid in eis dicẽs*, irã domini diabolum ſignificare putent: etenim iuxta Græcæ linguæ proprietatẽ nõ dixit genere fœminino, ira Dei λέγουσα, hoc eſt, quæ diceret, ſed ira Dei λέγων, id eſt, qui diceret, genere maſculino: mittit ſiquidẽ dominus iram & furorem ſuum per angelos peſſimos. *Deus ergo qui diues eſt in miſericordia*, & diues propter charitatẽ ſuam qua dilexit hominũ genus, & charitatem nõ ſimplicem, ſed multam, cum eſſemus mortui propter delicta noſtra, viuificauit nos, & non ſolum viuificauit (parum quippe hoc erat bonitati & magnitudini eius) ſed viuificauit eum Chriſto Ieſu, vnam atque eandem nobis tribuens vitam habere cum Chriſto. Quidam pro eo quod nunc expoſuimus: *Et eramus natura filii iræ*: pro natura, prorſus ſiue omnino: quia verbum ambiguum eſt, tranſtulerunt. Quod & ſi ſic ſonet, iuxta ea quæ diximus, exponendum eſt.

Gen 8.d
Eccl.7.c

B
Eſa 25.a
Sec 70.
1.Cor.15.b
Ezec.28.d
Sec 70.
Sap 2.b

2.Reg 24

Scolſ v.

[illegible]

Rom 8.d
Pſal.115.a

a ¶ *Gratia ſaluati eſtis.*] Si non ſunt dignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: gratia magis ſumus quam opere ſaluati. Nihil enim poſſumus domino retribuere pro omnibus quæ retribuit nobis.

b ¶ *Et coexcitauit, ſimulque, &c.*] Supra dixerat, quod ſuſcitauerit Deus Chriſtum à mortuis, & ſedere fecerit ad dexteram ſuam in cœleſtibus, ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Nunc vero addidit: quia & nos ſuſcitauerit cum eo, & ſedere fecerit in cœleſtibus ad dexteram ſuam. Quæritur ergo: quo modo Deus qui nos ſaluos fecit & ſuſcitauit, ſimul fecerit ſedere cum Chriſto. Et quidem qui ſimplicius eſt reſponſurus, hoc aſſerit: quod iuxta præſcientiam Dei id quod futurum eſt, quaſi factum eſſe iam dixerit. Et quia mos iſte ſit ſcripturarum, vt interdum futura, tempore præterito declinentur: Verbi cauſa, de cruce domini: *Foderunt manus meas & pedes.* Et alibi de paſſione eius: *Quaſi ouis ad victimam ductus eſt*: & adhuc de iniuriis flagellorum: Liuore eius nos ſanati ſumus. Et ibidẽ: *Ab iniquitatibus populi mei ductus eſt in mortem.* Hoc autem ideo, ne quia futura ſemper incerta ſunt hominum, ſpes fluctuet & vacillet, ea quæ Deus futura cognouit (apud quẽ nihil ambiguum eſt) quaſi iam facta memorantur: Vt quia præteriſa ſecundum philoſophos quoque fieri infecta non poſſunt: qui audierunt, quaſi iam facta habeant, quæ futura ſunt. Alij vero qui reſurrectionem & regnum Chriſti ſpiritualiter intelligit, non deliberauit dicere, iam ſanctos ſedere, & regnaſe cum Chriſto: Quo modo enim nequaquam in carne ſanctus eſt, cum viuat in carne, & habet conuerſationẽ in cœleſtibus cum gradiatur in terra, & caro eſſe deſiſtens, totus vertatur in ſpiritum: Ita eum in cœleſtibus ſedere cum Chriſto: *Regnum* quippe *Dei intra nos eſt*: & vbi fuerit theſaurus noſter, ibi erit & cor noſtrum: hinique & ſtabiles ſedemus cum Chriſto ſapientia, verbo, iuſtitia, veritate. Poteſt autem & hoc dici, vt quo modo arrabonem Spiritus ſancti accepimus, necdum totam eius plenitudinem conſecuti: ſic & ſedere nos cum Chriſto atque regnare, necdum perfectam ſeſſionem in cœleſtibus obtinentes.

C
Pſal 21.d
Eſa 53.a
Ibidem ſecundum.
LXX. ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἤχθη εἰς θάνατον.

Luc 17.e
Matth 6.c

c ¶ *Vt oſtenderet, &c.*] Quanta ſit beneficij magnitudo, & quam multiplex gratia, qua nos domitos de ſæculi iſtius perturbationibus liberatos ſedere fecit & regnare cum Chriſto, hinc vel maxime comprobatur, quod in futuris ſæculis non vno, ſed omnibus ſuam cũctis rationabilibus creaturis ſuper nos oſtenſurus eſt gloriam, ſuaſque diuitias monſtraturus. Quod nos, qui quondam lege tenebamur inferni, & propter vitia atque peccata, vt operib. carnis, ita eramus & ſupplicijs deſtinati, nunc in Chriſto regnemus, ſedeamuſque cum eo. Sedeamus autem non in humili quocumque loco, ſed ſuper omnem principatum & poteſtatem, & virtutem & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Si enim Chriſtus ſuſcitatus à mortuis, ſedet ad dexteram Dei in cœleſtibus ſupra omnem principatum & poteſtatem & virtutem, & cætera & nos ſedemus, regnamuſque cum Chriſto: neceſſe eſt vt ſuper his quæ ſedet ille, ſedeamus. Sed qui diligens lector eſt, ſtatim requirit & dicit: quid ergo, maior homo angelis & cunctis in cœlo poteſtatibus? Quod quia periculoſum eſt reſpondere: principatus & poteſtates & virtutes & dominationes, & omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro (maxime quia omnia Chriſti ſubiecta ſunt pedibus) non ad bonam partem ſed ad cõtrariam referret: vt dicat eas eſſe angelos refugas, & principem mundi iſtius, & luciferum, qui mane oriebatur: ſuper quibus ſancti cum Chriſto in fine ſeſſuri ſunt: illis quoque tribuentes beneficium, qui nunc inferni & male libertate ſua abutentes paſſim vagantur, & per præcipitia corruant peccatorum. Cum autem tales habuerint ſeſſores: iuxta ſedẽtium voluntatem incipient gubernari. Alius vero hoc quod ait: Vt oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos, in Chriſto Ieſu: ad illam intelligentiam transferet quod non ſimus merito noſtro, ſed gratia eius ſaluati, & maioris bonitatis indicium ſit pro peccatoribus magis quã pro iuſtis mori. Pro bono enim forſitan quis audeat interire. & daturus nobis ſit, *quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt.* Quæ omnia ex parte iam dedit in Chriſto Ieſu: quia nullum abſque Chriſto bonum dici poteſt.

D

Rom 5.a
1.Cor 2.b

d ¶ *Gratia, &c.*] Ideo, inquit, abundantes diuitiæ gratiæ ſuæ, in bonitate in ſuperuenturis ſæculis oſtẽſuræ eſt: quia gratia ſalui facti eſtis per fidem, non per opera. Et hæc ipſa fides non eſt ex vobis, ſed ex eo qui vocauit vos. Hoc autem ideo, ne forſitan nobis cogitatio occulta ſubreperet: ſi per opera noſtra ſaluati non ſumus, certe vel per fidem ſaluati ſumus, & alio genere noſtrum eſt quod ſaluamur.

Addid

B Rom. 9. c Addidit itaque & dixit, fidem quoque ipſam non noſtræ voluntatis eſſe, ſed Dei muneris. Non quod liberum homini tollatur arbitrium, & ſecundũ illud Apoſtoli ad Romanos, non ſit currentis neque volentis, ſed miſerentis Dei: verum quod arbitrii ipſa libertas Deum habeat auctorem, & ad illius beneficium cuncta referantur, cum etiam bonũ nos velle ipſe permiſerit. Hoc autem totum propterea, ne quis glorietur à ſemetipſo, & non à Deo ſe eſſe ſaluatum.

vt ne quis glorietur. [a] Ipſius enim ſum[*] factura, creati in Chriſto Ieſu in operib. bonis: quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus. [b] Propter quod memores eſtote, quia aliquando vos gentes in carne, qui dicebamini præputiũ ab ea quæ appellatur circũciſio in carne manu facta: quoniam eratis illo tempore ſine Chriſto, alienati à conuerſatione Iſrael, & peregrini teſtamentorum promiſſionis, ſpem non habentes, & ſine Deo in mundo. [c] Nunc autem in Chriſto Ieſu vos qui aliquando eratis longe, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti: ipſe eſt. n. pax noſtra. [d] Qui fecit vtraque vnum: & medium parietem maceriæ ſoluens, inimicitiam in carne ſua, legem man-

a ¶ *Ipſius enim*, &c] Reddidit cauſas quare gratia ſaluati ſimus per fidem, & hoc ipſum nõ ex uobis, ſed ex munere Dei, dicens: Ipſius enim factura ſumus: hoc eſt, quod viuimus, quod ſpiramus, quod intelligimus, & credere poſſumus, ipſius eſt, quia ipſe conditor noſter. Et diligenter obſerua: quia non dixerit, ipſius figuratio ſumus atque plaſmatio, ſed ipſius factura ſumus. Plaſmatio quippe originem de terræ limo trahit. Factura vero iuxta ſimilitudinem & imaginem Dei ſumpſit exordium. Quod in centeſimo quoque octauodecimo pſalmo ſimul poſitum diuerſa ſignificat: *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me*. Factura primum locũ tenet: deinde plaſmatio. Et quia creationis & conditionis & nomen ad magna ſemper ſolet opera copulari: verbi cauſa, illa vrbs condita eſt, & ab initio creatus eſt mundus: & vnuſquiſq; ſanctorum per varia dogmata atq; virtutes, in ſemetipſo mundus eſt totus: propterea nunc creati in Chriſto dicimur, & creati in operibus bonis, ſiue quæ ipſi fecimus, vel facturi ſumus: ſiue in aliis creaturis, ad quæ noſtra cõuerſatio transferenda eſt: vt quę præparauit Deus in illis ambulemus, ſpe magna iam nobis data: dum in his ambulaturi ſumus, quæ Deus magnopere præparauit. Et quia ſemel ad
D nomen creaturæ venimus, & ſapiẽtia in prouerbiis Salomonis dicit ſe creatam, initium viarum Dei: multique timore,
F Prou. 8. c ne Chriſtum creaturam dicere compellantur, totum Chriſti myſterium negant: vt dicant non Chriſtum in hac ſapientia, ſed mundi ſapientiam ſignificari: Nos libere proclamamus non eſſe periculum eum dicere creaturam, quem vermem & hominem & crucifixum & maledictionẽ, tota ſpei noſtræ fiducia profitemur: maxime cum ex duobus verſiculis, qui præcedunt, ipſa ſapientia promittat ſe eſſe dicturam, quæ poſt ſęcula ſunt. Cum autem ſæcula Chriſtus fecerit, & quę deinceps loquitur, ea ſint quę poſt ſæcula dicturã ſe eſſe promiſerit: ad incarnationis myſteriũ, non ad naturam Dei referenda ſunt quæ ſequuntur: licet in Hebræis codicibus non habeatur: Dominus creauit me initium viarum ſuarũ: ſed dominus poſſedit me. Inter poſſeſſionem autem & creationem multa diſtantia eſt: quia qui poſſidetur, is vtique eſt, atque ſubſiſtit, & eſt proprius qui poſſidetur. Creatur vero ille, qui non erat antequam fieret: aut certe de eo quod erat, transfertur in aliud, ſicut & nos nunc creati dicimur in Chriſto Ieſu. Creati vtique non quia ante non fuimus, ſed creati in operibus bonis. Quod Dauid quoque in pſalmo quinquageſimo deprecatur, dicens: Cor mundum crea in me Deus. Et certe mundum cor ante peccatum habuerat, quãdo de eo dominus loquebatur: *Inueni Dauid filiũ eſſe ſecun-*
Act. 13. d *dum cor meum*: ſed vt ibi creatio inſtaurationem ſonat, ita & in nobis, & in Chriſto per ſingula opera & profectus, creatura atque conditio accipi poteſt: vt quotidie in credentibus (quia varie ſecundum merita diuerſa montes dicuntur, & valles, & colles, atque campeſtria) Chriſtus creatus, natus, & conditus ſit.

Rom. 2. 1. Cor. b ¶ *Propter quod memores eſtote quia*, &c.] Gentes Epheſios in carne vocans, oſtendit in ſpiritu eſſe non gentes, ſicut econtrario Iudæi in ſpiritu gentes ſunt & in carne Iſraelitæ. Quadrifariã igitur Iudæi diuiduntur & gentes. Alii ſunt in carne circuncisi & in ſpiritu: qualis fuit Moyſes & Aaron, Apoſtoli, & Nathanael: cuius occultũ Iudaiſmũ dominus
Ioan. 1. g intuens ait: *Ecce vere Iſraelites, in quo dolus non eſt*. Alii qui

nec carne nec ſpiritu circuncisi ſunt: qualis fuit Nabuchodonoſor, & Pharao, & hodie barbararũ & Romanarũ gentium multitudo, quæ non credunt in Deum. Tertii qui tantũ in carne ſunt circuncisi, & ſpiritum incircumciſum habẽt: ad quos propheta dicit: *Circuncidimini Deo veſtro, & nolite circũ-* G Hier. 4. a Ibid. 9. g Sec. 70.
cidere carnẽ præputii veſtri. Et alibi: *Omnes gẽtes incircumciſæ carne: domus vero Iſrael incircũciſi ſunt corde*. Extremi de quibus nunc dicitur: quia aliquãdo vos gẽtes in carne, qui dicebamini præputium, ab ea quæ dicitur circũciſio in carne manu facta: qualis hodie vniuerſa eſt turba credentium, & totus è gentibus mundus eſt plenus. Ad diſtinctionem igitur ſpiritualium gentium Iudæorum. Epheſii gẽtes vocantur in carne: quia ſecundum ſpiritũ Iſraelitæ ſunt. Nam & in alio loco carneũ Iſraelem ſcriptura cõmemorãs ait: *Videte Iſrael ſecũ-* 1. Cor. 10. d
dum carnẽ. quia in ſpiritu nõ erat Iſrael. Pulchre autẽ etiam verba moderatus eſt: qui dicebamini præputiũ. Dicebamini, inquit, præputium, nec eratis ab ea quæ dicitur circumciſio in carne manufacta. Non quo ſit circumciſio: ſed quo ipſa ſibi hoc nomen aſſumat, & ſit vere circumciſio manufacta, non ſpiritu. Simul & illud eſt attendendum, quod nos, quos ſine Chriſto alienatos quõdã à conuerſatione Iſrael eſſe memorauit, & peregrinos à promiſſionibus & teſtamento Dei, nunc poſtquam in Chriſtum credidimus: ſicut repromiſſiones & teſtamẽta eius accepimus: ita conuerſationem quoq; habere dicamur Iſrael, quomodo conuerſatio vniuerſa legalis expletur in nobis. Quia videlicet lex ſpiritualis eſt, & H
magis circũcidamur, & ſabbatizemus in ſpiritu, ſpirituales victimas offerentes: illorum templo altariq; deſtructis, nos Deo fructuum noſtrorum decimas offeramus: nos immolemos agnum immaculatum, & accincti lumbos, expediti paſcha comedamus. Sicut enim circumciſio dicitur in carne manu facta: ita ad diſtinctionẽ eius intelligitur alia eſſe circumciſio: quæ non ſit, vt diximus, manu facta, ſed ſpiritu. Quod autem ait: *Spem non habentes, & ſine Deo in mũdo*: Nõ quo plures Deos, antequam in Chriſtum crederent, Epheſii non habuerint, atque venerati ſint: ſed quo qui abſque Deo vero ſit, nullum Deum habeat. Et ſignificanter additum eſt, ſine Deo in mundo. Habebant quippe Deum, quem eos habituros Deus ante cognouerat, & apud præſcientiam Dei non erant ſine Deo: ſed in mundo erant abſque Deo.

c ¶ *Nunc autem*, &c.] Deus vbique eſt, & totus vbique eſt, à quo quis poteſt ſeparari, cum in eo ſint omnia? & ipſe per Prophetam loquatur. *Ego Deus appropinquans, & non de lon-* Hier. 23. e Pſal. 138. b
ge: Et pſalmiſta teſtatur: *Si aſcendero in cælum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades*. Cum igitur in eo ſint omnia, procul tamen eſſe ab impiis dicitur: iuxta illud: Longe eſt dominus ab impiis. Iſte à quo impii longe ſunt, vicinus eſt ſanctis. Deniq; cũ & ab Epheſiis eſſet procul, in ſanguine Ieſu prope eis factus eſt. Et diligentius intuendum quod abſq; cruore Domini Ieſu nemo appropinquet Deo: quia ipſe eſt pax noſtra, dicens: *Pacem meam do vobis: pacem meam relinquo vo-* Ioan. 14. d
bis. Quo modo enim ſapientia ſapientes facit, & iuſtitia iuſtos, & ſanctificatio ſanctos, & vita viuẽtes: ſic ipſe pax, nos facit eſſe pacatos, vt dicamus: *Cum his qui oderunt pacẽ, eram* Pſal. 119. b
pacificus. Si autem Chriſtus credentium pax eſt, quicunque ſine pace eſt, conſequenter non habet Chriſtum.

d ¶ *Qui fecit vtraque vnum, & medium*, &c.] Iſte eſt medius paries & maceria, quæ vtrumque à ſe populum diuidebat. De quo & in Geneſi in partu geminorum obſtetrix loquitur: Vt quid propter te dirupta eſt ſepis? Poſtquam ergo ſa- Gen. 38. g
pientiam carnis, quæ eſt inimica Deo, in ſua Saluator carne Sec. 70.
deſtruxit, & præcepta legalia, euangelicis dogmatibus com- φραγμός.
mutauit: vt de Iudæo atque gentili vnum populum faceret Chriſtianũ, euangelizãs nobis qui longe eramus, & reliquiis Iudæorum, qui de Iſrael per Apoſtolos crediderunt, pacem atq; concordiã: tunc acceſſimus per ipſum ad Deũ, & vnum

A in ſpiritu patrem nos habere cognouimus: Complerumque eſt illud quod in Euangelio dominus loquebatur, dicens. Et
Ioan 10.c fiet vnus paſtor, & vnus grex. Et iterum: *Et alias oues habeo, quæ non ſunt de ouili iſto*: nos ſignificans ex gentibus congregandos. Inimicitia autem quæ in Saluatoris carne deſtructa eſt, etiam per crucem eſt interfecta. Scriptum eſt enim: vt reconciliaret vtrumque in vno corpore Deo, per crucem interficiens inimicitiam in ea: Nō vt in Latinis codicibus habetur, in ſemetipſo, propter Græci pronominis ambiguitatem: *ἐν αὐτῷ* enim, & in ſemetipſo, & in ea, id eſt, cruce, intelligi poteſt: quia crux, id eſt, *σταυρὸς* iuxta Græcos generis maſculini eſt. Lex quoque mādatorū ſubuerſa eſt in dogmatibus: poſtquam circumciſio & ſabbatiſmus, qui relictus eſt populo Dei, & paſcha, & pentecoſte, & non apparere in cōſpectu Dei vacuum, ſunt altius intellecta quam reſonant, & ab occidente litera recedentes, cœpimus viuificantem
Eſa.57.d Sec.70. ſpiritum ſequi. Quod autem ait: *Veniens euangelizauit pacē vobis, qui longe*, hoc eſt, gentibus, *& pacem his qui propè*, hoc eſt, Iudæis: videtur mihi de Eſaia aliis verbis teſtimoniū protuliſſe, & ſcripturæ ſententia abuſum quaſi ſua. Scriptū eſt quippe in eo: *Vias eius vidi, & ſanaui eum, & conſolatus ſum eum, & dedi ei conſolationem veram: pacem ſuper pacem his qui longe erant, & qui prope.* Et hæc quidem iuxta vulgatam interpretationem dicta ſint. Cæterum qui illud Apo-
Col.1.c ſtoli legit, de Chriſto memorantis: *Pacem faciens per ſanguinem crucis ſuæ, his quæ in terra erant, & his quæ in cælis*, & cætera quæ in eodem dicuntur loco: non putabit nos, qui iuxta
B ſpiritum Iſraël vocamur, fuiſſe longe, & Iudæos qui tantummodo Iſrael nuncupentur in carne, fuiſſe prope. Et hanc totam intelligentiam ad angelos virtuteſque cœleſtes, & ad animas temperabit humanas: quod Chriſtus in ſuo ſanguine terrena & cæleſtia copularit, quæ inter ſe antea diſſidebant: Et bonus paſtor morbidam ad montes reuectans ouē,
Luc.15. fecerit eſſe cum cæteris: drachmamque quæ perierat, drachmis quæ ſaluæ fuerant copulauerit: & mandata legalia ad il-
Exod.25.a la retraxerit dogmata, ad quorum typum & imaginem Moyſes, quæ eſſent in tabernaculo fabricanda conſpexit. Atque ita fieri, vt crux domini, non ſolum terræ, ſed & cælo profuerit: non ſolum hominibus, ſed & angelis, & omnis creatura domini ſui cruore purgata ſit. Quod autem ait: *Vt duo conderet in ſemetipſo in vnum nouum hominem*, & quod magis videtur ſuperiori de Iudæis atque gentibus ſenſui conuenire, ſic ſuæ intelligentiæ coaptabit: vt dicat hominem iuxta imaginem & ſimilitudinem Dei factum, eandem
Eſa 65.c Mat 26.e Pſal 95.a poſt reconciliationem formam recepturum, quam & nunc angeli habent, & ipſe perdiderit. Nouum autem hominem eſſe dicit, qui quotidie renouatur, & habitaturus eſt in nouo mundo: quando erit cælum nouum & terra no-
Eſa 43.c ua, & bibiturus eſt calicem Ieſu nouum in regno Dei, & cantaturus canticum nouum, & veteris & noui Teſtamenti lectione gaudebit. Illud quoque quod alibi ſcribitur: *Ecce facio noua, quæ nunc orientur*: ſic ſentiet, vt principium innouationis in præſenti ſæculo fieri exiſtimet. Cæterum perfectam conſummatamque nouitatem, necdum in iſto
1.Cor 13.d pnter ſæculo poſſe compleri. Et quomodo *nunc per ſpeculum videmus in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*: ſic & inſtaurationem noui hominis tunc plene perfecteque complendam: cum cæleſtia terrenaque fuerint copulata, & in vnō ſpiritu, & ſenſu, eademque ſententia, acceſſerimus ad
Hebr 9.d patrem. Neſcio quid tale, & in alia epiſtola (ſi quis tamen eam recipit) prudentibus quibuſque lectoribus Paulus ſubindicat dicens: *Hi omnes teſtimonium accipientes fidei, non retulerunt promiſſionem, Deo pro nobis melius quid prouidente: vt non abſque nobis conſummarentur.* Propterea & vniuerſa creatura congemiſcit, nobiſcum (qui in ta-

G bernaculo iſto ingemiſcimus (& condoler, qui à timore Dei in vtero concepimus, & dolemus, & præſtolatur reuelationem filiorum Dei: vt de vanitate ſeruitutis, cui nunc ſubiecta eſt, liberetur, & fiat vnus paſtor, & vnus grex: & oratio domini compleatur dicentis: *Fiat voluntas tua, ſicut in* Mat.6.b
cælo & in terra.

mandatorum in dogmatibus euacuans: vt duo cōderet in ſeipſo in vnum nouum hominem: Faciens pacem, vt reconciliaret vtrunq; in vno corpore Deo: per crucē interficiens inimicitiā in ea: & veniens euangelizauit pacem vobis qui longe eratis, & pacem his qui prope: quoniam per ipſum habemus acceſſum vterque in vno ſpiritu ad patrem.a Ergo iam non eſtis peregrini & accolæ: ſed ciues ſanctorum & domeſtici Dei: ſuperædificati ſuper fundamentū Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu: in quo omnis ædificatio compaginata, creſcit in templum ſanctum in domino. In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in ſpiritu.

Sup.ead. a ¶ *Ergo iam non eſtis peregrini & accolæ: ſed ciues ſanctorum, &c.*] Ad id quod ſupra dixerat: peregrini teſtamentorum & repromiſſionis, nunc reſpōdet: ergo iam non eſtis peregrini & accolæ. Et ad illud quod præmiſerat, alienati conuerſatione Iſraël, modo reddit: eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei. Hic locus aduerſus eos vel maxime facit, qui diuerſas naturas nituntur introducere. Quo modo enim peregrini facti ſūt ciues ſanctorum, & quo modo domeſtici Dei fuerunt quondam alieni à conuerſatione Iſrael, ſi nō poteſt vel in melius vel in peius natura mutari? Quod autem ſequitur: Ædificati ſuper fundamētum Apoſtolorum & Prophetarum: magis priori quam ſecundæ interpretationi conuenit: in qua ſuperius dixeramus, ante paſſionem Chriſti vicinum Iſrael, & gentes fuiſſe de longe. Hoc teſtimonio & contra Marcionem cæteroſque veteres hæreticos, qui alium Euangelij prædicant Deum, vti poſſumus. Si enim nequaquam peregrini & accolæ, ſed ciues ſanctorum & domeſtici Dei ſuperædificati ſunt fundamento Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu: in quo omnis ædificatio compaginata, creſcit in templum ſanctum in domino: In quo & Epheſii coædificantur in tabernaculum Dei in ſpiritu: vnus eſt Deus, vnius ædificationis & templi, quod ſuperædificatum eſt fundamento Apoſtolorū & Prophetarum. Quod ſi vniuerſa ædificatio compaginata, creſcit in templum ſanctum in domino: omni labore nitendum D
eſt, vt fiamus illi lapides, de quibus ſcriptum eſt, *Lapides ſācti voluuntur ſuper terram*. Et cum fuerimus viui lapides ex Zach.9.d
omni parte dolati, leues, politi, nullam habentes ſcabredinem, ædificemus in templum, & fiamus habitaculum Deo: Condaturque in nobis arca teſtamenti, cuſtos legis domini, & Cherubim ſcientiæ multitudo, & interiora pectoris noſtri in nouum vocabulum tranſeant: dicamurque a דביר a Deuir.
quod nos oraculum ſiue reſponſum poſſumus appellare: & vt contentioſius verbum exprimamus è verbo *λαλητήριον*, id eſt, locutorium dicere: vt cum Apoſtolo erumpamus in vocem: *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus?* Poteſt autem omnis ædificatio ſuper fundamentum 2.Cor.13.a
Apoſtolorum prophetarumque conſtructa, nō ſolum nos, ſed & cæleſtes ſignificare virtutes, vt vniuerſi pariter fiant habitaculum Dei in Spiritu. Incongruum quippe eſſe aiunt ex hominibus ędificationem compactam atque concordem creſcere in templum ſanctum in Domino, fierique habitaculum Dei in ſpiritu: angelos autem & beatas quaſque virtutes, quæ in cæleſtibus Deo ſeruiunt, ab hac felicitate alienas exiſtimari. Summus autem angularis lapis, qui populum vtrumque contineat (ſiue iuxta ſecundam interpretationem cæleſtia iungat atque terrena) Chriſtus eſt dominus noſter, lapis præciſus de monte ſine manibus: de quo & pſalmiſta teſtatur, dicens: *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A domino factum eſt illud.* Reprobatus quippe eſt à Phariſæis: qui videbantur legis habere notitiam, deque templum legalibus ædificare mandatis, & aſſumptus à Deo in angularem lapidem, vt duos parietes ipſe medius contineret: & per illum vterque populus ad Deum haberet acceſſum. Iſte angularis lapis, non credentibus, *lapis offenſionis eſt & petra ſcandali. Super quem qui ceciderit, quaſſabitur: ſuper quem vero ipſe corruerit, comminuet eum.* Dan.2.g Pſal.117.c Eſa.8.c Luc.15.a

Commentarij Primi in Epiſtolam ad Epheſios Finis.

DIVI

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM LIBRVM COMMENTARIORVM AD EPHESIOS, AD PAVLAM, ET EVSTOCHIVM

PROOEMIVM.

SECVNDVM orationibus veſtris, ô Paula & Euſtochium ad Epheſios aggredimur librū: noua quoque Romam munuſcula tranſmiſſuri. Non quod hæc dignetur legere doctorum ſenatus, & bibliothecis veterum aſcribere: ſed quod ſancta Marcella idipſum fieri per epiſtolas flagitet. Cuius ego quotienſcumque ſtudiorum, ingenij, laboris recordor, totiens me damno inertiæ: qui in monaſterij ſolitudine conſtitutus, & illud præſepe contra videns, in quo vagientem paruulum feſtini adorauere paſtores, id facere non poſſum, quod mulier nobilis, inter ſtrepentem familiam, & procurationem domus explet operis ſuccisiuis. Quapropter & illam & vos, & ſi qui forte lecturi ſunt, in commune precor: vt ſciatis me non cogitatum diu, limatumque proferre ſermonem: ſed ad reuelanda myſteria ſcripturarum, vti verbis pene de triuio, & interdum per ſingulos dies vſque ad numerum mille verſuum peruenire: vt cœpta in Apoſtolum explanatio, ipſius Pauli, cuius epiſtolas conamur exponere, orationibus compleatur.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

LIBER SECVNDVS.

HVius [a] rei gratia ego Paulus vinct⁹ Ieſu Chriſti pro vobis gentib. ſi tamē audiſtis diſpenſationem gratiæ Dei, q̄ data eſt mihi in vobis. Quoniā ſecūdum reuelationem cognitum factum eſt mihi myſterium ſicut præſcripſi in modico, prout poteſtis legentes intelligere ſenſum meū in myſterio Chriſti. Quod [b] alijs generationib. nō fuit notū filiis hominū, ſicut nūc reuelatū eſt ſanctis eius apoſtolis, & prophetis in ſpiritu,

HVius a rei, &c.] Quātum ad cōſequentiam ſermonis textumq; eloquij pertinet, ad id quod præmiſit: Huius rei gratia ego Paulus vinctus Ieſu Chriſti pro vobis gentibus, diligentiſſime perquirentes, nihil quod ei reddiderit, potuimus inuenire. Neque enim dixit, huius rei gratia ego Paulus hoc vel hoc feci, vel illud & illud docui, ſed ſuſpenſa manente ſententia, tranſgreſſus ad alia eſt.

F

Niſi forte ignoſcentes ei, quod & ipſe confeſſus eſt dicens: *Et ſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia*, ſenſuum magis in ea quæramus ordinem, quam verborum. Qui ſic reddi poteſt: Huius rei gratia ego Paulus vinctus Chriſti Ieſu, & vinctus pro vobis qui eſtis ex gētibus, cognoui myſteriū, vt vobis quoque illud traderem, ſicut in hac eadem epiſtola ante paululū ſum locutus. Debetis autem adire diſpenſationem gratiæ Dei, quæ data eſt mihi in vobis, qui eſtis ex gentibus, pro quib. & vinctus ſum Ieſu Chriſti. Vinctū autem Ieſu Chriſti. Paulū eſſe pro gentibus, poteſt & de martyrio intelligi, quod Romæ in vincula coniectus, hanc epiſtolā miſerit, eo tēpore quo ad Philemonem, & ad Coloſſenſes, & ad Philippenſes in alio loco ſcriptas eſſe monſtrauimus. Vel certe, quia in pluribus locis lectū eſt, vinculū animæ corpus hoc dici, quo quaſi clauſa teneatur in carcere: Dicimus propterea Paulum corporis nexibus coerceri, nec reuerti & eſſe cū Chriſto, vt perfecta in gentes per eū prædicatio cōpleatur: licet quidā aliud ſenſum in hoc loco introducant, quod Paulus prædeſtinatus & ſanctificatus ex vtero matris ſuæ, ad prædicationē gentium antequam naſceretur, poſtea vincula carnis acceperit. Puto autē quod & vitioſa in hoc loco elocutio ſit. Pro eo.n. quod debuit dicere, huius rei gratia ego Paulus vinctus Ieſu Chriſti pro vobis gentib. cognoui myſterium, ſicut & præſcripſi in modico, prout poteſtis legentes intelligere, ait: huius rei gratia ego Paulus vinctus ſecundū reuelationē, cognitum factum eſt mihi myſteriū, & reliqua. Si vero quis putat eſt etiam iuxta ſermonis & eloquij contextū docere Apoſtolum fuiſſe perfectum, & in artis grāmaticæ vitia non incurriſſe, ille potius auſcultādus eſt. Nos quotieſcunque ſolœciſmos aut tale quid annotamus, non Apoſtolū pulſamus, vt maliuoli criminantur, ſed magis Apoſtoli aſſertores ſum⁹: quod Hebræus, ex Hebræis, abſque rhetorici nitore ſermonis, & verborū compoſitione, & eloquij venuſtate, nunquā ad fidem Chriſti totum mundū transducere valuiſſet, niſi euangelizaſſet eū non in ſapiētia verbi, ſed in virtute Dei. Nā & ipſe ad Corinthios ait: *Et ego cum veniſſem ad vos fratres, veni non in eminentia verbi, aut ſapientiæ, annuncians vobis teſtimonium Dei.* Et rurſum: *Et verbum meum & prædicatio mea, non in ſuaſoriis ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis, vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei.* Iſte igitur qui ſolœciſmos in verbis facit, qui nō poteſt hyperbaton reddere, ſententiamque concludere, audacter ſibi vendicat ſapientiam, & dicit: Quoniam ſecundū reuelationem cognitum eſt mihi myſterium, ſicut præſcripſi in modico. Vere enim ſi quis ſuperiora huius epiſtolæ cōtempletur, videbit ei reuelata myſteria, quorum partem quādam modicam ſuo ſermone perſtrinxit, nō tam totum quod nouerat proferens, quam oſtendens ex modico quid taceret. Prout poteſtis, inquit legentes intelligere ſenſum meū, ſiue ſapientiam in myſterio Chriſti. Hoc eſt illud quod in præfatione diximus, nullam epiſtolarum Pauli tanta habere myſteria tam reconditis ſenſibus inuolutam, quos & Apoſtolus noſſe ſe gloriatur, & nobis indicatos breuiter oſtendit, vt attentius quæ ſunt ſcripta relegamus.

1. Cor. 11. b

1. Cor. 2. a

Ibid.

H

h ¶ *Quod, &c.*] Myſterium Chriſti quod ex patre ſupra Apoſtolus executus eſt, quomodo aliis generationib. fuerit ignotū, plenius tractandū videtur, verum ne Abrahā, Iacob & Moyſes, Eſaias, & cęteri prophetæ illud ignorauerint, an nō? A quibus eſſe prædictū aduentum Chriſti & vocationē gentiū, ſcriptura cōmemorat. Abraham quippe vidit diem eius, & lætatus eſt, & dicitur ei: *Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes.* Et Iacob de eo qui oriundus eſſet ex Iuda prophetice loquitur: *Et ipſe erit expectatio gentiū.* Moyſes quoque maiores diuitias Ægypti theſauris, opprobriū Chriſti arbitratus eſt. Et Eſaias: *Ecce*, inquit, *virgo in vtero rōcipiet, & pariet.* Et alibi: *Et it virga Ieſſe, & qui ſurget ad regnādū gentib., in ipſo gētes ſperabūt.* Et ne longū fiat, pauca de pſalmis dixiſſe ſufficiat: Et *adorabūt in cōſpectu eius oēs familiæ gentium.* Et iterū: *Oēs gentes ſeruient ei.* Et adhuc manifeſtius de populo Iſrael, & de domino Saluatore: *Viſita vineam iſtam, & perfice eam quā plantauit dextera tua, & ſuper filium quem confirmaſti tibi.* Cuius etiam corporis diſpenſatio in conſequentibus indicatur: *Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ, & ſuper filiū*

Ioan. 8. g

Gen. 12. d

Gen. 49. b

Hebr. 11. f

Eſa. 7. c

Ibid. 11. a

Pſal. 21. f

Ibid. 71. c

Ibid. 79. b

Pſal. 79. d

A

ſpiritu: eſſe gentes cohæredes, & cōcorporales, & cōparticipes promiſſionis in Chriſto per euā-gelium: cuius factus ſum miniſter ſecūdum do-num gratiæ Dei, quæ data eſt mihi iuxta opera-tionem virtutis eius. Mihi infimo [a] omnium ſanctorum data eſt gratia hæc, in Gentibus euā-gelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illumi-

hominis, quem confirmaſti tibi Aut aut igitur iuxta Monta-
num, patriarchas & prophetas in ecſtaſi locutos accipien-
1.Cor.14.f dum, & neſciſſe quæ dixerint. Aut ſi hoc impium eſt (ſpiri-
tus quippe prophetarum, prophetis ſubiectus eſt) intelle-
xerunt vtique quæ locuti ſunt. Et ſi intellexerunt, quæritur
quomodo nunc, Paulus dicat,
quod aliis generationibus non
fuit notum, fuiſſe Chriſti apo-
ſtolis reuelatum. Aut igitur il-
lud eſt reſpondendum, quod
caute Paulus ſignanterque te-
ſtatus ſit, filiis hominum igno-
tum fuiſſe myſterium, nō filiis
Pſal.81.b Dei ad quos loquitur: *Ego dixi
dii eſtis, & filii excelſi omnes* quod
ſcilicet hi qui ſpiritum adoptionis acceperint, de quibus pa-
triarchæ & prophetæ fuerunt, Dei ſcierint ſacramentum.
Aut ſi hoc non recipitur, & nimium violentum & coactum
videtur, illuc ſermo tranſibit, vt dicat non definite & gene-
raliter dixiſſe Paulū aliis generationibus ignotū fuiſſe omni-
no domini ſacramentū, ſed ſic, quomodo nunc reuelatū eſt
ſanctis eius & apoſtolis, neſciſſe patriarchas veteres & pro-
phetas. Aliud eſt enim in ſpiritu ventura cognoſcere, aliud
Luc.7.d ea cernere opere cōpleta. Vnde & Ioannes propterea maior
Io.1.d prophetis omnibus dicitur, quia quē cæteri prophetauerūt,
ipſe conſpexerit, & digito demonſtrarit, dicens: *Ecce agnus
Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Iuxta quem ſenſum & illud
Matt.13.b exponi poteſt: *Multi prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ
videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audie-
runt.* Hæc vtiq & videre & audire cupiebat, quæ futura co-
gnouerant. Quod ſi neſciebant ventura, quomodo deſidera-
re poterant, quæ penitus ignorabant? Legimus in Regnorū
libris, dominum Salomoni in ſomnio pollicentem atque di-
3.Reg.3.a
Sei.70. centem: *Tu eo quod petiſti à me verbum iſtud, & non petiiſti
tibi dies multos, nec poſtulaſti diuitias, nec animas inimicorum
tuorum, ſed petiſti vt intelligeres, & audires iudicium: Ec-
ce feci ſecundum verbum tuum, & dedi tibi cor prudens: &
ſapiens ſicut tu non fuit ante te, & poſt te non ſurget ſimilis ti-
bi.* Et quomodo quidam putant apoſtolis Chriſti reuelatum
B eſſe myſterium, quod ignotum fuerit Salomoni, cū apoſto-
lis omnibus ſapientiorem fuiſſe Salomonē, & retro patriar-
chis vox diuina pollicita ſit, qui de ſe quoque ipſe loquitur
Pſal.50. confidenter: *Deus docuit me ſapientiam, & intellectum ſancto-
rum cognoui.* Necnon & Dauid de ſcientia occulti myſterij
gloriatur, dicens: *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti
mihi.* Et ad eum qui ſibi de ſapientia ſupplaudebat, Deus lo-
quitur per prophetam: *Nunquid tu ſapientior es Daniele?* Aut
illi igitur, de quo iam ſupra diſſeruimus, tenendus eſt ſenſus,
ita patriarchis & prophetas, vt nunc apoſtolis reuelatū eſt,
Chriſti ignoraſſe myſterium, quia aliud ſit, tenere quid mani
Ezec.18.a bus, aliud futurum in ſpiritu præuidere. Aut dicendum,
quomodo non ſint ſimiles facies faciebus, ſic nec corda eſſe
1.Cor.12.a cordibus, & iuxta Apoſtolum diuerſa eſſe chariſmata: alium
habere prophetiam, alium genera linguarum, alium do-
na curationum, alium opitulationes & gubernationes: il-
lum eſſe ſapientem, hunc fidelem, iuſtum pollere ſcientia ſe-
cretorum, illum ſimplici tantum fide eſſe contentum. Ne-
que enim omnes in exemplum Salomonis de naturis beſtia-
rum & volucrū, & herbarum ſimiliter ſunt locuti, vt diſpu-
3.Reg.4.d tarent à cedro Libani, vſque ad hyſſopum, quæ exit per pa-
rietem. Ecōtrario Salomon non ita forſitan viderit vt Moy-
ſes omnes ſpecies victimarum & culturę Dei. Nec ei facie ad
faciē ſit locutus Dominus, nec vaſorum tantam vel habuerit
vel intellexerit ſupellectilem, quorum typum illi in monte
dominus oſtendit. Et quomodo patriarchæ, & prophetæ ha-
buerunt aliqua, quæ apoſtolos non habuiſſe credendum eſt:
ſic econtrario pro opportunitate temporis, & pro euangelij
prædicatione, habuerunt apoſtoli magis notum myſterium
Chriſti. Quod ſciuerūt quidem & ſancti antiquitus viri, ſed
non ita vt apoſtoli, quibus prædicandi neceſſitas incumbe-
bat. Quid eſt autem hoc myſterium, quod ſicut nunc, aliis
generationibus non fuit reuelatum? Vtique illud quod ſe-
quitur: eſſe gentes cohæredes, & concorporales, & compar-
ticipes promiſſionis in Chriſto Ieſu per euāgelium, cuius fa-
ctus eſt Paulus miniſter ſecundum donum gratiæ Dei, quæ

C

data eſt ei iuxta operationem virtutis eius. Scio appoſitio-
nem coniunctionis, per quam dicitur, cohæredes, & con-
corporales, & comparticipes, indecoram facere in Latino
ſermone ſententiam. Sed quia ita habetur in Græco, & ſin-
guli ſermones, ſyllabæ, apices, puncta, in diuinis ſcripturis
plena ſunt ſenſibus, propterea
magis voluimus in compoſitio-
ne ſtructuraque verborum,
quam intelligentia periclitari.
Gentes igitur cohæredes ſunt
Iſrael, ſiue quod melius arbi-
tramur, Chriſto cohæredes
ſunt, vt hæreditas noſtra Deus
ſit, & cohæredes Chriſti, quod
& in alio loco ſcriptum eſt: *Hæ-* Rom.8.c
redes Dei, cohæredes autem Chriſti. Nō quod aliqua inter nos
poſſeſſio diuidatur, ſed quod ipſe dominus ſit hæreditas no-
ſtra atq poſſeſſio. Dominus quippe ait: *Hereditas veſtra eſt.* Deut.18.a
Et alibi: *Dominus pars mea, & hæreditas mea.* Concorpora- Pſal.15.b
les autē illud ſignificat, vt quemadmodū in vno corpore plu-
ra ſunt mēbra, verbi cauſa, oculi, manus, aures, pedes, vēter,
& genua, & cū in vno ſint corpore, habeāt differentias ſuas,
& pro ſe inuicē lætentur & doleant: ſic, licet diuerſas habeāt
gratias, hi qui in Chriſto credidere, in vno tamen ſint eccle-
ſiæ corpore conglobati. Et in ſuperioribus quidem duobus
verbis, id eſt, in eo quod ait, cohæredes & concorporales, po-
terat in vno corpore diuerſum aliquid ſuſpicari. Ex eo autē
quod addidit, & comparticipes promiſſionis in Chriſto Ie-
ſu, omnis penitus diuerſitas amputata eſt. Vbi enim vna cō-
participatio eſt, vniuerſa communia ſunt. Pulchre etiam ad-
didit: *per euangelium, cuius factus ſum miniſter ſecundum do-
num gratiæ, quæ data eſt mihi, iuxta operationem virtutis eius:*
vt Dei gratiā non ſuum meritum demonſtraret. Sciebat ſe
namque perſecutorem fuiſſe, & Chriſti eccleſiam deuaſtaſ-
ſe, ex qua humilitate, arrogantiæ penitus crimē excluditur.
Super qua nonnulli eum reprehendendū putant, quia ſibi
dixerit myſteriū reuelatum, quod patriarchis, & prophetis
fuerit ignotū. Nunquam enim humilitatis diſcipulus, verbis
arrogantiæ intumeſceret, euangeliū, cuius miniſter eſt, non
ſui meriti dicens fuiſſe, ſed gratię Dei. Qui volunt prophe-
tas intellexiſſe quod dixerint, ſed quaſi ecſtaſi locutos, cum H
in præſenti teſtimonio, illud quoque quod ad Romanos in
pleriſque codicibus inuenitur, ad confirmationem ſui do-
gmatis trahunt, legentes: *Ei autem qui poteſt vos roborare* Rom.16.d
*iuxta euangelium meum, & prædicationem Ieſu Chriſti: ſecun-
dum reuelationem myſterii temporibus æternis taciti: manife-
ſtati autem nunc per ſcripturas propheticas, & aduentum do-
mini noſtri Ieſu Chriſti,* & reliqua: Quibus breuiter reſpon-
dendum eſt, temporibus præteritis tacitū Chriſti fuiſſe my-
ſterium, non apud eos qui illud futurum pollicebantur, ſed
apud vniuerſas gentes, quibus poſtea manifeſtatum eſt. Et
pariter annotandum, quod ſacramentum fidei noſtræ, niſi
per ſcripturas propheticas, & aduentum Chriſti non valeat
reuelari. Sciant igitur, qui prophetas non intelligunt, nec
ſcire deſiderant, aſſerentes ſe tantum euangelio eſſe conten-
tos, Chriſti neſcire myſterium, quod temporibus æternis,
gentibus cunctis fuerit ignoratum.

a ¶ *Mihi infimo omnium ſanctorum data, &c.*] Non puto A-
poſtolum Paulum cum mentis ſuæ concordaſſe ſecreto, vt
vere ex omnibus ſanctis infimum eſſe ſe dixerit: Verbi cauſa,
his qui erant in Epheſo, qui in Corinthio, qui in Theſſalo-
nica, vel qui in toto orbe crediderant. Quod cum humilita-
tis indicium ſit, ſe ex omnibus ſanctis infimum dicere, mē-
dacii eſt reatus, aliud in pectore clauſum habere, aliud in lin-
gua promere. Reperiendum ergo eſt argumentum, quo &
Paulus vere omnium ſanctorum infimus fuerit, & tamen de
apoſtolica nō ceciderit dignitate. Loquitur dominus in euā-
gelio ad diſcipulos: *Qui vult in vobis maior eſſe, fiat omnium
minor: & qui vult eſſe primus, ſit omnium nouiſſimus.* Quod Matt.20.d
Paulus opere complebat, dicens: *Puto enim quia Deus nos
apoſtolos nouiſſimos oſtendit, quaſi morti deſtinatos.* Omnib. 1.Cor.4.b
igitur qui ſe propter Chriſtū infimos eſſe cupiebant, apoſto-
lus Paulus infimior erat, & idcirco maior. Omnibus enim,
inquit, illis plus laboraui: non autem ego, ſed gratia Dei,
quæ mecum eſt. Propter quam humilitatem, dum omnium
ſanctorum

illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio myſterij abſconditi à ſæculis in Deo; qui vniuerſa creauit. Vt [a] innoteſceret nunc principatibus & poteſtatibus in cæleſtibus per eccleſiam, multiplex ſapientia Dei, ſecundum propoſitum ſæculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu Domino noſtro. In quo [b] habemus fiduciam & acceſſum in confidentia per fidem eius. Propter [c] quod peto, ne

B

ſanctorum eſt infimus, data eſt ei gratia hæc in gentibus, vt euangelizaret inueſtigabiles diuitias Chriſti, & doceret diſpenſationem myſterij abſconditi à ſæculis in Deo, qui vniuerſa creauit. Si in inueſtigabiles diuitiæ Chriſti ſunt, quomodo euangelizantur in populo? Si abſconditum eſt à ſæculis myſterium in Deo, qua ratione per Paulum profertur in gentes? Sed inueſtigabiles, & abſconditum dupliciter ſentiendum. Quod inueſtigabiles ante diuitię fuerint, & nunc poſt Domini apertæ ſint paſſionem. Aut certe, quę natura ſua homini ininueſtigabiles erant, hæ Deo reuelante ſunt cognitę. Quia aliud eſt ad ſecretum curioſitate propria peruenire, quod poſtquam inuentum fuerit, deſinit eſſe ininueſtigabile: Aliud propria diligentia illud nequaquam poſſe comprehendere, ſed per gratiam cognoſcere Dei, quod cum ſcieris, & cæteris quoque oſtenderis, nihilominus ininueſtigabile perſeuerat, dum tibi quantum in te eſt, fuit, antequam oſtenderetur, occultum. Diuitias Chriſti inueſtigabiles, ad ipſum quoque Chriſtum loquens Pſalmiſta teſtatur, dicens: *Quam infinita multitudo bonitatis tuæ, quam abſcondiſti timentibus te.* Hę bonitatis eius diuitiæ ab omnibus retro ſæculis abſconditæ fuerunt in Deo, qui creator eſt omnium. Vbi ſunt Marcion & Valentinus, & omnes hæretici, qui alterum mundi, id eſt, viſibilium, & alterum aſſerunt inuiſibilium conditorem? Hunc iuſtum eſſe dicentes, illum neſcio quem ſemper ignotum, tantum bonum, qui pater Chriſti ſit. Ecce, Deus in quo myſterium Chriſti ab omnibus retro ſæculis abſconditum fuit, creator eſſe omnium prædicatur: Ex quo oſtenditur idem eſſe Deus noui & veteris teſtamenti. Poteſt autem myſterium à ſæculis abſconditum & aliter intelligi, quod ipſa illud ſæcula ignorauerint, hoc eſt, omnes ſpirituales & rationabiles creaturæ, quæ in ſæculis fuerunt. Sæculum quippe frequenter pro his quæ in ſæculo verſantur accipitur. Sicut Paulus ad Galatas loquitur, dicens: *Vt eriperet nos de præſenti ſæculo nequam.* Et in alio loco: *Vt oſtenderet in venturis ſæculis*, pro eo quod eſt, his omnibus, quæ in ſuperuenientibus ſæculis futura erant.

Pſal.30.a

F

Gal.1.a

Ephes.2.b

a ¶ *Vt innoteſceret nunc principatibus, &c.*] Iuxta donum gratiæ Dei, quæ data eſt Apoſtolo, vt euangelizaret ininueſtigabiles diuitias Chriſti, & doceret in gentibus myſterium quod à ſæculis fuerat ignoratum, idcirco id ipſum factamentum et eſt reuelatum: vt non ſolum gentibus, ſed & principatibus & poteſtatibus per eccleſiam manifeſta fieret multiplex ſapientia Dei, quæ iuxta propoſitum veterum ſæculorum olim deſtinata, nunc conſummata videtur in Chriſto. Si autem principatibus & poteſtatibus in cælis, quas ſanctas miniſtraſque Dei accipere debemus (licet quidem principem aëris iſtius & angelo, eius interpretentur) ignota fuit multiplex ſapientia Dei, quæ nunc eis per eccleſiam reuelata eſt, quanto magis patriarchis & prophetis ignota fuit: quos ſupra non ignoraſſe myſterium Chriſti, ſed ita vt Apoſtolos neſciſſe monſtrauimus? Multiplex quippe ſapientia Dei, quæ ſermone Græco πολυποίκιλος, & vt ita dicam multifaria appellatur, per eccleſiam Dei nunc & principatibus & poteſtatibus reuelata eſt. Quam olim Deus futuram in ſua mente decreuerat, & nunc eſſe perfectam, ex eo quod videmus, agnoſcimus. Crux itaque Chriſti non ſolum nobis, ſed & angelis cunctiſque in cælo virtutib. profuit, & aperuit ſacramentum, quod antea neſciebant. Denique ad cælum cum corpore Deum reuertentem mirantur, & dicunt. *Quis eſt iſte, qui aſcendit de Edom, fulgida veſtimenta eius ex Boſor: Hic formoſus in ſtola candida:* Et in alio loco: *Quis eſt iſte rex gloriæ: Dominus virtutum, ipſe eſt rex gloriæ.* Non potemus igitur in eccleſia eſſe ſimplicem fidem, ſed multiplicem & multifariam eſſe ſapientiam, vt non ſolum varia ſit, ſed multa varietate diſtincta: reſpicis cunas Chriſti, vide pariter & cælum. Vagientem in præſepe intueris infantem, ſed angelos ſimul auſculta laudantes. Herodes perſequitur, ſed adorant Magi. Ignorant pharisæi, ſed ſtella demonſtrat. Baptizatur à ſeruo, ſed vox deſuper Dei intonantis auditur: Aquis mergitur, ſed columba deſcendit, imo ſpiritus in columba. Ad paſſionem venit, & pati timet, vult tranſire calicem & Petrum quia calicem timebat accuſat. Quid hac ſtultitia prudentius, varietate diſtinctius, ſapientia obſcurius, quam fecit Deus in Chriſto Ieſu Domino noſtro? Licet enim à pleriſque ſecundum ordinem iuncturamque ſermonis, & eccleſia facta intelligi poſſit, & πρόθεσις id eſt, propoſitio, quam nos genere neutrali in Latino ſermone propoſitum habemus expreſſam tamen ſapientia magis in Chriſto facta poteſt reſonare, quam cætera. *Fatuum* quippe *Dei ſapientius eſt hominibus.* Quod in Chriſto ſecundum myſticos intellectus dicitur facta ſapientia, intelligant Ariani fruſtra ſe de illo teſtimonio gloriari, in quo ſapientia initio viarum Dei creatam ſe & genitam loquitur, & fundatam. Et vtique iuxta illos, ſi creata eſt, nata eſſe non potuit. Si autem nata eſt, quomodo & fundata dicitur & creata?

Eſa.63.a

Pſal.23.b

Matth.3.c

Ibid.3.d

G

Ibid.16.d

1.Cor.1.d

Prou.8.? Sec.70.

b *In quo habemus fiduciam, &c.*] Nihil nobis ita poteſt ad Deum præbere fiduciam & conſcientiæ puritatem, de qua dicitur: Si *conſcientia nos non reprehenderit, confidentiam habemus ad Deum*, niſi ſermo, veritas, ſapientia, iuſtitia, quæ omnia intelliguntur in Chriſto. Quomodo igitur hæc nobis tribuunt fiduciam ad Deum, ſic & acceſſum, vt noſter ad eum ſenſus accedat, & diligentius contempletur, & aliquid ſibi de eius maieſtate aſſumat & vendicet, & quaſi de radiis ſolis, calorem quendam ſplendoremque luminis mutuetur & dicat: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Magnum eſt ergo non ſolum nos habere fiduciam, ſed etiam habere eam in confidentia. Nec tantum habere eam in confidentia. Nec tantum habere acceſſum, ſed vt ipſe firmior ſit acceſſus, habere illum in confidentia, cuius fiduciæ atque acceſſus principium & origo, fides in Chriſto eſt. Qui igitur omni ratione & ordine facit, iſte credit in Chriſtum ſermonem atque rationem. Qui ſapientiam potuerit comprehendere, credit in Chriſtum ſapientiam: Qui intellexerit veritatem, credit in Chriſtum veritatem: Qui iuſte vixerit, credit in eum iuſtitiam. Nec opus eſt plura dicere, cum frequenter mihi neceſſitas incubuerit de Chriſto ſimiliter diſſerendi.

Ioan.3.c

Pſal.4.b

H

c ¶ *Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra.*] Id quod nunc Latinus tranſlator expreſſit, ne deficiatis, poteſt iuxta Græci ſermonis ambiguitatem & ita legi ne deficiam. Vt ſit ſenſus: *Propter quod peto ne deficiam in tribulationibus meis pro vobis*, &c. Hoc eſt ergo quod Apoſtolus rogat, & à Domino magnopere deprecatur ne deficiat in preſſuris ſuis. Videbat quippe ſe de Hieruſalem vſque ad Illyricum euangelium prædicaſſe: Iſſo Romam, ad Hiſpanias vel perrexiſſe, vel ire diſponere. Totus mundus ad doctrinam ipſius de poteſtate principis tollebatur, deſerebantur idola: & cultoribus templa deſerta, ſqualore & ſordibus replebantur. Ob quam cauſam omnis exercitus dæmonum, omnis turba inimicarum fortitudinum, contra ipſum facto cuneo dimicabat: vt per tribulationes & anguſtias euangelium Chriſti deſineret prædicare, & laſſus aliquando requieſceret. Hoc eſt itaque quod ait: *Peto ne deficiam in tribulationibus meis pro vobis.* Totum enim quod patior, quod tribulor, coarctor, veſtræ ſalutis eſt cauſa, dum vobis euangelium annunciare deſidero, quæ tribulationes meæ, veſtra eſt gloria. Porro quaſi imperitus locutus eſt, vt plurali tribulationum numero, gloriam ſubiungeret ſingularem, & diceret: *In tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra*: pro eo quod eſt, quæ ſunt tribulationes gloria veſtra: niſi forte quis altius & per Hyperbaton, vel ad fiduciam, vel ad acceſſum, vel ad fidem hoc exiſtimet eſſe referendum, & dicat: in quo habemus fiduciam, & acceſſum, & fidem: Quæ fiducia, acceſſus & fides, veſtra eſt gloria. Sed magis ſuperior ſectandus eſt ſenſus. Poteſt autem ſecundum id quod Latinus expreſſit: Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra, illud exponi, quod pro Epheſiis petat, ne in preſſuris Apoſtoli laſſeſcant

μὴ ἐκκακεῖν.

Rom.10.a

M

ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra. Propterea a curuo genua mea ad patrem, ex quo omnis paternitas in cælis & in

A atque deficiant. Siquidem & ea quæ ſequuntur, huic ſenſui magis congruunt: Propterea curuo genua mea ad patrẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ confortari. Neceſſariam quippe habebant fortitudinem, ne in tribulationibus vincerentur. Dicat aliquis, ſi fuiſſent Epheſij in anguſtiis conſtituti, recte Paulus pro eis poterat deprecari, ne deficerent atque laſſeſcerent: nunc vero ridiculum eſt Paulo in tribulationibus poſito rogare eum ne Epheſij in ſito labore deficiant. Sed & ad hanc quæſtiunculam diſſoluendam, illud ſumetur exemplum:
Galat.4.c *Tentationem veſtram in carne mea non ſpreuiſtis, neque abiecistis*. Oſtenditur ſiquidem in hoc dicto quod in carne Pauli alius ſit nata tentatio. Conſideremus totius mũdi homines (& quid in commune de omnibus loquor?) eos qui in Chriſtum putãtur credere diſcutiamus, & videbimus hac eos vel maxime quæſtione tentari, quare ſanctis viris & Deo ſeruientibus, multa aduerſa eueniant: & contra ſcelerati, impij, parricidæ floreant, vigeant, ſint diuites & potentes. Quorum verba ſub ſua perſona Dauid exprimens ait: *Quam bonus Deus Iſrael rectis*
Pſal.72.a *corde. Mei vero pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei. Quoniam æmulatus ſum ſuper iniquis, pacem peccatorum videns, & reliqua.* Super quæ infert: *Ego autem dixi: ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas, & factus ſum flagellatus tota die.* Non itaque mirum eſt ſi pluribus Paulo anguſtiis in Epheſo & in Aſia coartato Epheſi tentabantur, & habebant neceſſarium orationum eius auxilium, ne deficerent in preſſuris eius. Quod autẽ in Epheſo & in Aſia fuerit Apoſtolus plura perpeſſus, ſcriptũ eſt quidem & in actibus Apoſtolorum, ſed magis de ipſius
1.Cor.15.d Pauli epiſtolis diſcimus, in quibus ait: *Si iuxta hominem ad beſtias pugnaui in Epheſo quid mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt?* Et in ſecunda ad Corinthios: *Nolo vos id ignorare fratres de tribulatione noſtra, quæ facta eſt in Aſia: quia ſuper modũ, ſuper virtutem aggrauati ſumus, ita vt diſperaremus etiã*
B *viuere: ſed ipſi in nobiſmetipſis reſpõſum mortis habuimus, vt nõ cõfidentes eſſemus in nobis, ſed in Deo qui ſuſcitat mortuos,*
2.Cor.1.b *qui de talibus mortibus liberauit nos & liberat, ſperamus autem quia & liberaturus ſit.* Quantum putas eum tribulationum pondus vrgebat vt diceret, quid de tantis & talibus mortibus liberauit nos? Recte igitur perit, ne deficiat fides Epheſiorum in preſſuris ſuis atque anguſtiis, quas propterea patitur, quia Epheſiis euangeliũ prędicabat. Quæ quidẽ preſſuræ apud incredulos pœnæ ſunt, apud fideles gloria atque victoria, quia viciſſe, eſt aduerſariis in anguſtiis non ceſſiſſe.

a ¶ *Propterea curuo genua, &c.*] Quomodo in ſuperioribus demonſtratum eſt, ad effigiem corporalium luminum eſſe oculos ſpirituales, ſic nunc intelligendũ, alia eſſe exterioris hominis genua, alia interioris. Etenim illud quod dicitur in
Eſa.35.a Eſaia: *Cõfortamini manus dimiſſæ, & genua diſſoluta.* Et in a-
Sec.70. lio loco ipſe Apoſtolus: *Vt in nomine*, inquit, *Ieſu omne genu*
Philip.2.d *flectatur, cæleſtium terreſtrium, & infernorum*, non ad genua corporis, ſed ad ſubiectionẽ mentis, & inclinationẽ animæ cordiſque obſequium pertinet, terræ ſe coæquantis, vt pſal-
Pſal.118.d miſta quoque canit, dicens: *Adhæſit pauimento anima mea.* Res enim ſpiritualis & incorporea anima, rei corporali pauimẽto quomodo potuit adhærere? Eſto quippe in nomine Ieſu flectant genu terreſtria: Nunquid & angelos cæteraſq; virtutes, quæ in cæleſtibus perſeuerant, poſſumus affirmare ſpeciem habere corpoream, vt in nomine eius flectat genu, vel apud inferos animas vinculis corporis liberatas genu quod non habent, eſſe flexuras? Quomodo igitur quicũque ſubiectus eſt Saluatori, flectere ei genu dicitur: ſic qui peccati ſeruus eſt, & habet ſpiritum ſeruitutis iterũ in timore, genu ſcribitur flexiſſe peccato. *Dereliqui* (ait mihi Dominus)
3.Reg.19.d *ſeptem millia virorũ, qui non curuauerũt genua ante Baal*, idolo ſcilicet atq; peccato. Qui fornicator eſt, & per lupanaria ſcortaque diſcurrit, libidini flectit genu ſuũ. Qui furioſus, flexo adorat iram genu. Qui mammonam ſuſpicit, & Deus

eius eſt venter, flectit genua auaritiæ atque luxuriæ. Et quid me neceſſe eſt, ſingula peragrare? Totiens diabolo flectimus genu, quotieſcunque peccamus. Hæc autem ſpiritualiter exponentes, non ſtatim iuxta literam orandi conſuetudinem tollimus, qua Deũ genu poſito ſuppliciter adoramus, & fixo in terram poplite, magis quod ab eo poſcimus, impetramus. Legimus Act.20.
enim & Paulum in littore ſic oraſſe, & geniculationes in oratione præceptas. Sed ſicut illud ædificat ſimplices, ſicut veram geniculationem eſſe docemus in animo. quia multi corporale flectentes genu, animæ nequaquam poplitem curuauerunt: Et contra, alij erecto Deum corpore deprecantes, magis ſe animo curuauerunt. Porro quod ſequitur, ad patrem, ex quo omnis paternitas in cælis, & in terra nominatur, non vt in Latinis codicibus additum eſt, *ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti*, ſed ſimpliciter ad patrem legendum, vt Dei patris nomen non Domino noſtro Ieſu Chriſto, ſed omnibus creaturis rationabilibus coaptetur. Quærendum ergo, quomodo ex Deo patris omnis paternitas in cælis & in terra ſit nominata. Et ſimul, antequam aliquid retractetur Notãdum, quod non dixerit, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nata eſt, vel creata, ſed ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur. Aliud eſt enim appellationem paternitatis mereri, aliud naturæ habere conſortium: Paternitatem quæ in Græco πατριὰ, in a Miſpahat
Hebræo a משפחה id eſt cognatio vel familia dicitur, legimus Num.1.
& in Numeris: *Tollite*, inquit, *ſummã omnis ſynagoge Iſrael*, Sec.70.
iuxta cognationes & populos, ſecundũ domos paternitatũ, iuxta numerũ nominũ eorum. Et poſt paululum: *Hi ſunt electi ſynagogæ principes tribuum, iuxta paternitates ſuas duces Iſrael.* κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν κατὰ πατριὰς αὐτῶν.
Et rurſum de tribu Leui: *Et locutus eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sina, dicens: Numera filios Leui ſecũdum domos paternitatũ ſuarũ, ſecundum populos eorum, ſecundũ cognationes eorũ, omne maſculinũ à menſe vno & ſupra conſiderate eos.* Hæc κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν.
de populo Iſrael, & de ſacerdotali ac Leuitica tribu. Cæterũ Ibidem b
mecum ipſe pertractans, vbi de gẽtibus paternitatum voca- Ibidem 3.a
bulũ legerim, nunc interim aliud non inuenio, niſi viceſimi D
primi pſalmi teſtimoniũ, in quo ſcriptum eſt: *Et adorabunt in conſpectu eius omnes patriæ gentiũ.* Et in nonageſimo quinto: *Afferte Domino patriæ gentium: afferte Domino gloriam & honorem*: πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν.
Quomodo ergo Deus eſſentiæ ſuæ nomen atque ſubſtantiæ, etiam cæteris impertit elementis, vt ipſa quoque eſſe dicantur, non quo ſecundum naturam ſint (fuit enim tempus quando vniuerſa non fuerunt, & rurſum ſi voluerit, in nihilum reuertentur) ſed vt eſſe dicantur, habent Dei bonitate donatum, ſic & paternitatis nomen ex ſemetipſo largitus eſt omnibus. Quod vt manifeſtius fiat, ſcripturarum teſtimonium proferamus. Loquitur in Exodo Dominus: *Ego ſum qui ſum.* Et: *Hæc dices filijs Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos.* Nunquid ſolus Deus Exod.3.d
erat & cætera non erant: Vtique angeli, cælum, terra, vel maria & ipſe Moyſes, cui Dominus loquebatur, & Iſraël & Ægyptij, ad quos, & contra quos princeps & aduerſarius mittebatur, erant. Et quomodo nomen cõmune ſubſtantiæ ſibi proprium vendicat Deus, illa vt diximus cauſa, quia cętera vt ſint, Dei ſumpſere beneficio. Deus vero qui ſemper eſt, nec habet aliunde principium, & ipſe ſui origo eſt, ſuæque cauſa ſubſtantiæ, non poteſt intelligi aliunde habere quod ſubſiſtit. Nam & in igni, aliud eſt eſſe calidum, aliud calefactum Ignis abſque calore intelligi non poteſt. Cætera quæ ex igni caleſiunt calorem illius mutuantur, & paulatim ſi ignis abſceſſerit, calore tenuato, redeunt in naturã ſuam, & nequaquã calida nuncupantur. Iuxta hunc ſenſum & in euangelio dicitur ad eum, qui Saluatorem non quaſi Dei filium, ſed quaſi magiſtrum bonum putabat: *Quid me ap-* Luc.18.d
pellas bonum, nemo eſt bonus, niſi vnus Deus. Et certe terram bonam legimus, & hominem & paſtorem bonum, ſed nemo iuxta naturam bonus, niſi ſolus Deus. Cætera vt dicãtur bona, bonitate illius conſequuntur. Sicut ergo ſolus bonus, bonos facit: & ſolus immortalis, immortalitatem tribuit: & ſolus verus, veritatis nomen impertit: ita ſolus pater,

quia

& in terra nominatur. Vt [a] det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ, virtute confortari per ſpiritũ eius in interiorem hominem, habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris, in charitate radicati & fundati: Vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & profundum, & altitudo: Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem [b] qui poteſt ſuper omnia facere abundantius quã peti-

quia creator eſt omnium, & vniuerſorum cauſa ſubſtantiæ, præſtat cæteris vt patres eſſe dicantur. De terrenis cæleſtia contemplemur: Adam, quem primum plaſmauit. Deus, & creator ipſius, & pater fuit, certe Deo patri ſcit ſe debere quod ſubſiſtit: Rurſum hi qui geniti ſunt ex Adam, patrem illum intelligunt, ex quo orti ſunt. Vnde & in euangelio ſecundum Lucam, cum paulatim à Chriſto, Dauid, & Abrahã retrorſum eſſet generatio ſupputata, ad extremũ
Luc.3.g ſcriptura ait: *Filij Seth, filij Adam, filij Dei*, vt paternitatis in terra vocabulũ, à Deo primum ortum eſſe monſtraret. Quæritur vero quam ob cauſam & in cælis ab eo omnis paternitas appelletur. Quo modo nos qui non ſumus de genere Abraham, ſi fidem illius habuerimus, filij vocamur Abraham, patriarchas quoque & prophetas, ſi tamen nos ab eis peccata non ſeparent, noſtros patres dicimus: Ita puto & angelos cæteraſque virtutes habere principes ſui generis in cæleſtibus, quos patres gaudeant appellare. Archãgelus enim niſi angelorum dici non poteſt & dominatio, & principatus, & poteſtas, niſi inferiores ſubiectos habeant, non vocantur. Poteſt ergo & hoc dici, ex eo quod Deus pater Domini noſtri Ieſu Chriſti iuxta ſubſtantiam pater eſt, & vnigenitus non eſt adoptione filius, ſed natura, cæteræ quoque creaturæ, paternitatis nomen adoptione meruerũt. Quidquid autem de patre & filio dicimus, hoc ſciamus dictum eſſe de Spiritu ſancto. Nam & Saluator noſter patrem eſſe ſe nouit, dicens: *Fili, dimittuntur tibi peccata*. Et: *Filia, fides tua te ſaluam fecit*. Et: *Filioli mei, adhuc modicum vobiſcum ſum*: & per Spiritum ſanctum, iuſti quique ado-
Matth.2.e Matth.9.a Ioan.13.d ptantur in filios. Valentinus ſæculorum ſuorum parabolas atque coniugia, ex hoc vel maxime loco confirmãdas putat nequaquam intelligens, vt ſupra diximus, ad ſimilitudinem Dei patris, & in cælo, & in terra, paternitates non fieri, ſed appellari.

F

a ¶ *Vt det vobis*, &c.] Propterea, inquit, curuo genua mea ad patrem ad cuius ſimilitudinem omnis in cælo, & in terra paternitas nominatur, deprecans eum atque obſecrans, vt tribuat vobis virtutem gloriæ ſuæ, id eſt, maieſtatis ſuæ habere conſortium: Voſque roboret atque confirmet per Spiritum ſanctum: quia nulla fortitudo abſque Spiritu ſancto eſt. Roboret autem atque confirmet in interiorem hominem. Non enim corporis vires, ſed animæ quærimus: nec exteriorem, ſed interiorem hominem cupimus roborari: vt poſtquam habitauerit Chriſtus in interiore homine, in ipſius interioris hominis habitet principali, id eſt, in cordibus noſtris. Nequaquam per cuncta eius membra diſcurrens, ſed in rationabili eius habitans, & in eo domicilium, ſedemque ſuam ponens. Hoc autem totum per fidem fiet, ſi credamus in eum. Quamobrem ait. Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris. Habitatio autem iſta, quæ per exordium fidei fabricatur, radices & fundamentum in charitate habet: vt quoniam Dei agricultura ſumus, Dei ædificatio, omnia in charitate ſuccreſcant atque ædifi-
1.Cor.3.b. centur. Cum autem radicati & fundati in charitate, in interiore homine habitare Chriſtum tota mentis fiducia nouerimus: tunc incipiemus cum cæteris ſanctis etiam ad illa nos tendere: vt ſagaci animo comprehendamus, quæ ſit latitudo, & longitudo, profundum, & altitudo: & non ſolum hoc, ſed etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti ſcire cupiemus: vt poſtquam hæc omnia fuerint in nobis ordine & ratione completa, tunc impleamur in omnem plenitudinem Dei. Latitudinem & longitudinem, profundum & latitudinem, de corporalibus ante diſcamus, vt per ea ſpiritualia tranſire valeamus. Verbi gratia, ſit latitudo cæli iſtius & terræ, id eſt, totius mundi, ab oriente vſque ad occidentem: Longitudo, à meridie ad ſeptentrionem: Profundum,

in abyſſis & in inferno: Altitudo quæ ſupra cæleſtia ſublimatur. Sed quoniam à pleriſque iuxta Eccleſiaſten, cælum affirmatur rotundum, & in ſphæræ modum volui. Nulla autem rotunditas, latitudinem & longitudinem habet, altitudinem quoque & profũdum: ſed ex vniuerſis partibus coæqualis eſt, neceſſitate compellimur. Altitudinem, ange- Eccl.1.a
los intelligere ſupernaſque virtutes. Profundum vero inferos, & quæ infra eos ſunt. Longitudinem autem & latitudinem, media quæ inter ſuperos inferoſque conſiſtunt. Et quia conſequens eſt, aut ſuperis aliquem, aut inferis eſſe vicinum, quæcunque incipiunt ad meliora proficere, & ad cæleſtia & ad alta conſurgere, longitudo appelletur. Quæ vero inferiori parti proxima ſunt, & ad vitia delabuntur, his latitudinis nomen impoſitum ſit. *Lata* quippe
& ſpatioſa via, quæ ducit ad mortem. Hæc vniuerſa & in Matth.7.b.
cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti intelligi queunt. *Aſcendẽs*
quippe *in altum, captiuam duxit captiuitatem*: & deſcendit Pſal.67.d
in inferiora terræ. Et poſt altitudinem & profundum, in Infr.4.b.
omnem terram exiit prædicatio crucis: Atque ita & altitudinem & profundum, & longitudinem & latitudinem tenet. Nec mirum ſi crux Chriſti vniuerſa poſſideat, cum etiã ſi quis crucifixus fuerit cum Chriſto, eandem habeat poteſtatem. Sciet quippe primum latitudinem ab inferioribus incipiens, & minora cognoſcens. Deinde lõgitudinem, eos, qui in terra poſiti, ad ſublimia & alta feſtinant. Poſt hæc profundum, aduerſarias contrariaſque virtutes, quæ contra nos in hoc mundo bellum gerunt. Et ad extremum altitudinem: Quia poſtquam notitiam earum habentes, fecerimus nobis ea eſſe ſub pedibus, tunc merebimur ad alta & excelſa conſcendere. Nec putandum in hoc finem laboris noſtri eſſe, vt radicati & fundati in charitate, poſſimus comprehẽdere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & profundum, & altitudo, niſi etiam omni ſtudio noſſe cupiamus, eminentem ſcientiæ charitatem Chriſti; vt non ſimplex charitas, ſed ſupereminens nota ſit nobis: nec iſte ſit certe minus habere notitiã ſupereminentis charitatis Chri- H
ſti, niſi addamus & aliud, vt ſupereminentem charitatem ſcientiæ conſequamur. Ex quo animaduertendum quia grandem & immenſam Chriſtus ſcientiæ habeat charitatẽ, id eſt, eorum qui ſe ſcire deſiderant, qui in lege eius meditãtur die ac nocte, qui verba vertũt in opera, & quod ore meditantur, conſummant manu. Qui autem talis eſt, vt dignus ſit per ſcientiam ſuam habere Chriſti ſupereminentem charitatem, ille nihil debet aliud præter ſcientiam cogitare. Atque ita implebitur in omni plenitudine Dei, non ſolum in præſenti ſæculo, ſed etiam in futuro: vt qui nunc plenus eſſe cœpit in ſtudio per lectionem, poſtea perfectius impleatur; Deo, qui eſt plenitudo omnium, ſe complente.

b ¶ *Ei autem qui poteſt ſuper omnia facere abundantius quam petimus aut*, &c.] Ad id quod ſupra dixerat: Propterea curuo genua mea ad patrem, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, vt det vobis ſecundũ diuitias ſuas virtute cõfortari, & reliqua, nũc infert: Ei *autẽ qui poteſt ſuper omnia facere abundãtius quam petimus, aut intelligimus*: hoc oſtendẽs, ſe quidẽ iuxta imbecillitatem hominis poſtulaſſe, quæ eis cõducibilia videbãtur. Cæterũ quantũ ad rei ipſius pertinet veritatem, plus Deum valere tribuere, quã rogatur & ſpes noſtras vinci affectibus: quia ſecundũ id quod oportet orare, neſcimus, & ſæpe contra nos petimus, æſtimantes eſſe pro nobis. Quãto enim melius erat fornicatori ægrotare, & debilitate torqueri, quã Chriſti templum facere membra meretricis. Potẽs eſt ergo Deus non ſolũ ſuper id quod petimus, ſed etiã ſuper id quod intelligimus tribuere. Euenit interdum vt ſenſum noſtrum nõ exprimamus in vocẽ, & mẽtem verba non explicẽt, tacitoque cogitatu gemitibus

A

Rom. 8.e

inenarrabilibus, vt ipſe Apoſtolus ait, neſcio quod, quid dicere non poſſumus, deprecemur. Præſtabit igitur ſuper quã petimus, aut intelligimus, ſecundum eam virtutem, quæ operatur in nobis: vt quomodo nunc non iuxta meritum noſtrum, ſed ſupra vota dat nobis aliqua, quæ nec petere auſi fuimus, nec ſi petiſſemus, æſtimauimus nos mereri: ita & cætera tribuat, quæ nec mens poteſt cogitare, nec lingua proferre. Ipſi itaque Deo ſit gloria primũ in eccleſia, quæ eſt pura, non habens maculã neque rugam, & quę propterea gloriam Dei recipere poteſt, quia corpus eſt Chriſti. Deinde in Chriſto Ieſu, quia in corpore aſſumpti hominis, cuius ſunt vniuerſa membra credentium, omnis diuinitas inhabitet corporaliter. Quæ quidem gloria non in præſens tantum tempus extenditur, & futuris ſæculis terminatur, ſed in omnes generationes, & ſæculum ſæculorum ineffabili æternitate permanet, creſcit, augetur.

petimus aut intelligimus, ſecundum virtutem, quæ operatur in nobis, ipſi gloria in eccleſia, & in Chriſto Ieſu, in omnes generationes ſæculi ſæculorum. Amen.

CAPVT IV.

OBſecro[a] itaque vos ego vinctus in Domino, vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis: Cum [b] omni humilitate & manſuetudine, cum patientia. Sufferentes [c] inuicem in charitate. [d] Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus, in vin-

CAPVT IV.

OBſecro [a] itaque, &c.] Poteſt & in Chriſti vinculis, & in carcere pro martyrio conſtitutus hæc ſcribere, melius autem eſt, ſi vinctum Domini, in Chriſti charitate dicamus. Cuius rei & Clemens ad Corinthios teſtis eſt ſcribẽs: Vinculum charitatis Dei quis poterit enarrare? Et in primo Regnorum libro legimus: *Factum eſt poſt verba hæc, colligata eſt anima Ionathæ cum anima Dauid.* Et propheta de Apoſtolis: *Poſt te, inquit, ſequentur vincti ferro manibus.* Qui enim Chriſtum diligunt, ſequuntur eum charitatis vinculis colligati. Eſt & alia expoſitio, quæ recipienda ſit, nec ne, erit in poteſtate lectoris. Vinculum animæ, corpus hoc dici, & quia Paulus ob miniſterium euangelij corpus hoc acceperit, conſequenter Chriſti vinctus ſit appellatus. Corpus hoc vinculum dici, & eos qui in corpore vincti ſunt, vinctos terræ appellari, Hieremias quoque in tertio alphabeto teſtatur, dicens: Vt humiliaret ſub pedibus ſuis omnes vinctos terræ. Et alibi hoc ipſum legimus ex Chriſti perſona, dicentis *his qui erant in vinculis, exite: & qui in tenebris reuelamini.* Poteſt quidem vinculum hic peccati, & tenebras ignorantiæ, aduentu & prædicatione Chriſti propheta oſtendere diſſolutas. Sed & ſuperior ſenſus habet locũ, quod vinculum, corpus ſit: & tenebræ, terrena hæc habitatio, vbi ſunt rectores tenebrarum, & montes tenebroſi, ad quos pedes prohibemur offendere. Quod autem ait: *Vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis.* Digne vocatione ambulare credẽdus eſt, qui ingreditur per eum qui dicit: *Ego ſum via,* & non declinat, neque ad dextram, neque ad ſiniſtram, & auertit pedem ſuum ab omni via mala, cõpleturque in eo: *A Domino greſſus hominis diriguntur.*

1. Reg. 18.a
Eſa. 45.
Sec. 70.

B

Thren. 3.a

Eſa. 49.c

Pſal. 90. c
Ioan. 14.a
Pſal. 10.a
Pſal. 36.d

b¶ *Cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia.*] Qui terram & cinerem eſſe ſe nouit, & poſt paululum in puluerem diſſoluendum, nunquam ſuperbia eleuabitur. Et qui Dei æternitate perſpecta, breue & pene ad punctum inſtar humanæ vitæ ſpacium cogitarit, ante oculos ſuos ſemper habebit interitum, & erit humilis atque deiectus. Corruptibile enim corpus aggrauat animam, & terrenum hoc tabernaculum ſenſum opprimit multa curantem. Propter quod cum omni humilitate dicamus: *Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei.* Omnis autem humilitas, non tam in ſermone, quam in mente eſt: vt humiles non eſſe conſcientia nouerit, & nunquam nos vel ſcire, vel intelligere, vel eſſe aliquid æſtimemus. Manſuetudo quoque illa eſt, quæ nulla paſſione turbatur, & ſpecialiter ira & furore non rumpitur. Quam qui habuerit, beatitudinem, quæ Domini voce promiſſa eſt, conſequetur, vt poſſideat terram, id eſt, imperet corpori ſuo dominetur que ſubiecto: & hæc ſit eius prima hæreditas, in carne non carnaliter viuere. Nonnulli rugata fronte, demiſſo ſu-

Sap. 9.e

Pſal. 53.d

C

percilio, verbiſque trutinatis, auctoritatem ſibi doctorum, & iudicum vendicant. Non quo ipſi dignum aliquid arrogantia nouerint, ſed quo ſimplices quoſque fratrum, ſui quadam videant comparatione neſcire.

c¶ *Sufferentes, &c.*] Si quis intelligit quid ſit, ſufferentes inuicem in charitate, non putabit in ſanctos viros hoc cõuenire mandatum, verum in eos qui ſunt in virtutum initiis conſtituti. Sancti quippe non habẽt quod inter ſe inuicẽ ſufferãt: ſed hi qui quaſi homines aliqua adhuc paſſione ſuperantur. Nec mirũ ſi Epheſij hæc audiant, cum in multitudine credentium ſint aliqui, qui adhuc inuicẽ ſufferre ſe debeant. Hoc ipſum mihi videtur ſignificare & illud quod ad Galatas ſcribitur: *Alterutrũ onera veſtra portate.* Poſſumus ergo vtrumque teſtimonium & aliter interpretari: vt vel alterutrum onera portare, vel ſufferre inuicẽ in charitate, & eos complere dicamus qui diuites ſunt & inopiam pauperum ſubleuant. Si quis ægrotanti fratri præbet obſequium, ſuffert eum in charitate. Si quis in cælibatu beatam tranſigens vitam, alium qui & vxorem habet & liberos, & ſemetipſum vix poteſt paſcere, adiuuarit, & vtcumque poteſt, fuerit conſolatus: alienum onus portaſſe laudabitur. Eſt qui matrem vel ſororem viduam cernens egeſtate tabeſcere non poteſt adiuuare: huic ſi quis porrexerit manum, ſuſtinuit eum in charitate. Siue autem ſuperiorẽ ſenſum, ſiue poſteriorem ſequamur: nec peccantem fratrẽ, nec inopem conſolatur, qui non habet charitatem, & contemnit verba Apoſtoli commonentis: *Debemus autem nos qui fortiores ſumus, infirmitates imbecilliorum portare, & non nobiſmetipſis placere.*

Galat. 6.a

Rom. 15.a

d¶ *Solliciti ſeruare, &c.*] Epheſiis, qui iam vnitatem Spiritus ſancti fuerant conſecuti, recte dicitur: ſolliciti ſeruate vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Qui enim quid habet, ſeruandi illi ſollicitudo præcipitur. Qui autem non habet, ſtudium illi, vt habere valeat, imperatur. Hic locus vel maxime aduerſum hæreticos facit: qui pacis vinculo diſſipato atque corrupto putant ſe tenere ſpiritus vnitatem: cum vnitas ſpiritus, in pacis vinculo conſeruetur. Quando enim non idipſum omnes loquimur, & alius dicit: *Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ,* diuidimus ſpiritus vnitatem, & eam in partes ac membra diſcerpimus. Nec ſtatim aliquis illud opponat. Quo modo ergo diuerſæ ſunt gratiæ, & varia chariſmata, cum vnitas cuſtodienda ſit ſpiritus? Sunt quidem variæ donationes, ſed in eodem ſpiritu: & diuerſa miniſteria, ſed idẽ Dominus & multiplices operationes, ſed ipſe Deus, qui operatur omnia in omnibus. Quod autem ait: *vnum corpus, & vnus ſpiritus:* vel ſimpliciter vnum corpus Chriſti intelligitur quę eſt eccleſia: vel certe quod e Virgine eſt dignatus aſſumere: ne illum quidem putent totiens corporatum, quotiẽs in veteri apparuit teſtamento. Et vnus Spiritus ſanctus: vnus quippe largitor, & ſanctificator eſt omnium. Vel certe vnum corpus ad vitã refertur & opera: quę Græce dicuntur πρακτικὸς βίος: & vnus ſpiritus ad ſcientiam & contẽplationẽ, quæ proprie verſatur in corde, & ab illis appellatur θεωρία. Cum ergo membrũ quis fuerit eccleſiæ, nec ab vno eius ſpiritu ſeparatus, cõſequenter erit in vna ſpe vocationis. Quæritur quomodo vna ſpes vocationis ſit, cũ apud patrem diuerſæ ſint manſiones. Ad quod, vnam ſpẽ vocationis, regnum cælorum, quaſi vnum bonum Dei patris eſſe dicemus, & in vna domo varias manſiones. Alia enim gloria ſolis, alia lunæ, alia ſtellarũ. Aut certe illud ſubtilius indicatur: quod in fine & conſummatione rerum in priſtinũ ſtatũ reſtituenda ſint omnia: quando omnes vnũ corpus efficimur, & in virum perfectũ reformamur, & oratio pro nobis Saluatoris impletur: *Pater, da, vt quomodo ego & tu vnum ſumus, ſic & iſti in nobis vnũ ſint.* Nõ ignoro in eo quod nũc expoſui, ſolliciti ſeruate vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis: ſpiritũ à pleriſq; non ſanctũ accipi, ſed affectũ mentis atq; ſententiã: iuxta quã omniũ credentiũ erat anima & cor vnũ.

D

1. Cor. 1.b

1. Cor. 12.a

1. Cor. 15.e

Ioan. 17.c

Et ab

B

1 Cor. 7. f Ftab Apoſtolo virgini præcipitur: *Vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu*: carnis videlicet opere, & mentis affectu. Sed & generalis explanatio ad ſpecialem interpretationem trahi poteſt: quod ſeruet vnitatem ſpiritus in vinculo pacis: qui non rapiatur omni vento doctrinæ: neque in morem ſtulti quaſi luna mutetur, nunc diabolo ſeruiens, nunc Deo. Habeat vero vnum corpus bonorum operum & ſemper carnem ſuam Deo templum exhibeat. Et vnum ſpiritum, eadem ſemper ſentiens: in vna ſpe vocationis: vt nequaquam de repromiſſionibus ambigens, in reſurrectione & reſtitutione omnium, ſolida mente.

gno ſe corpore miſcet. Quidam hoc quod eſt ſcriptum: Super omnes, & per omnes, & in omnibus: ad Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum, ſic æſtimant eſſe referendum: vt ſuper omnia pater ſit, quia auctor eſt omnium: per omnes filius, quia per filium creata ſunt omnia: in omnibus Spiritus ſanctus: ipſe enim credentibus datur, & templum ſumus Spiritus ſancti, & Pater & Filius habitantiu nobis. C

in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. [a] Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma: Vnus Deus & pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnes, & in omnibus. [b] Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. [c] Propter quod dicit:

a ¶ *Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, &c.*] Quomodo alia eſt fides à baptiſmate, Deo & Domino: ſic baptiſma, Dominus & Deus, alia ſunt à tribus ſingulis, quæ pariter nominantur. Hoc autem dico propter Sabellium, qui eundem Deum patrem arbitratur & filium: confunditque perſonas dum eandem diuinitatem in vtroque deprehendit: Ecce manifeſtiſſime vnus Dominus filius, & vnus Deus pater vocantur. Quod ad Corinthios quoque plenius ſcriptũ
1. Cor. 8. b eſt: *Sed nobis vnus Deus pater, ex quo omnia, & vnus Dominus noſter Ieſus Chriſtus per quem omnia: & nos per ipſum.* Sicut enim Deo patri non adimit filius, ne Dominus ſit cum Dominus ſolus ipſe dicatur: ita & filio non aufert pater, vt Deus ſit quia pater Deus tantummodo nominatur. Legimus & in alio loco: Scitote, *quoniam Dominus ipſe eſt*
Pſal. 99. a *Deus.* Et alibi: *Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt.* Si enim vt
Deut. 6. a exiſtimant Ariani, Deus pater ſolus eſt Deus: eadem conſequentia, ſolus erit Dominus Ieſus Chriſtus: & nec pater erit Dominus, nec filius Deus. Sed abſit vt non ſit vel in dominatione deitas, vel in deitate dominatio. Vnus eſt Dominus, & vnus eſt Deus: quia patris & filij dominatio, vna diuinitas eſt. Propterea & fides vna dicitur: quia ſimiliter in Patrem & in Filium & in Spiritum ſanctum credimus, &
F baptiſma vnum. Eodem enim modo & in Patrem, & in Filiũ & in Spiritũ ſanctũ baptizamur: Et ter mergimur, vt Trinitatis vnũ appareat ſacramentũ. Et non baptizamur in nominib. Patris & Filij & Spirit⁹ ſãcti, ſed in vno nomine, quod intelligitur Deus. Et miror quã cũ ſequẽtia in vno vocabulo, eodẽ opere, & eodẽ ſacramento, naturæ diuerſitatẽ, Arius, Macedonius, & Eunomius ſuſpicẽtur (cõcordãte in impietate diſcordia) & creaturæ in Filio & ſpiritu ſancto, cœnoſũ fontẽ tenẽtes, diuerſos hæreſeos riuulos duxerint. Vnũ baptiſma, & cõtra Valentinũ facit, qui duo baptiſmata eſſe cõtẽdit, & cõtra omnes hæreticos: vt ſciãt nõ habere ſe baptiſmata, ſed in vna Chriſti eccleſia fontẽ eſſe vitalẽ. Poteſt vnũ baptiſma & ita dici, quod licet ter baptizemur propter myſteriũ Trinitatis: tamẽ vnũ baptiſma reputetur. Vnũ quoq; baptiſma eſt in aqua, in ſpiritu, & in igne. Et de quo Dominus loquitur: Baptiſma habeo baptizari. Et alibi: baptiſmate meo baptizabimini. Diuerſitas autẽ præpoſitionũ in quib. dicitur: *vnus Deus & pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnes, & in omnib.*: diuerſã intelligentiã ſapit. Super omnes
Luc. 3 f / Mat. 10 f enim eſt Deus pater, quia auctor eſt omnium: per oẽs filius: quia cũcta trãſcurrit vaditq; per omnia, in omnib. Spiritus ſanctus: quia nihil abſq; eo eſt. Nec vero putandũ, vnũ Deũ & patrẽ omniũ eſſe cõmuniter: vt ſcilicet ad irrationabilia iumẽta, nomẽ patris poſſit aptari: ſed quo modo ſi in decem hominib. quinq; filiis & quinq; ſeruis pariter diceremus: horũ decẽ, vnus eſt Dominus, & vnus eſt pater: non vtique omniũ patrẽ, nec Dominũ omniũ vocaremus, ſic & in eo, quod ait: Vnus Deus & pater omnium, aliorum pater, aliorum Deus accipiendum eſt. Tale quid de creaturis & de Deo etiam Zeno cum ſuis Stoicis ſuſpicatur. Quem ſequutus Vergilius ait: *Deum namque ire per omnes, terraſque tractuſq; maris*, & reliqua. Et: *Principio cælum ac terras, campoſque liquẽtes: Lucentemque globũ lunæ, Titaniaque aſtra: Spiritus intus alit: totamque infuſa per artus, Mẽs agitat molem, & ma-*

b ¶ *Vnicuique autem noſtrũ data eſt gratia ſecundum mẽſuram donationis Chriſti.*] Licet Deus pater ſuper omnia ſit, & per omnes, & in omnibus: tamẽ gratia iuxta mẽſurã credẽtib. datur. Nõ quod ad mẽſuram ſpiritum & gratiam tribuat Deus (magnificentiæ enim eius non eſt finis) ſed quod iuxta menſuram vaſculorum infundat liquorem: tantum muneris largiens, quantũ poteſt ille, cui donatur, accipere. *Nec enim ad menſuram dat Deus ſpiritum*: aut poteſt habere menſuram, quod Ioan. 3. d
æqualiter vbique diffuſum eſt. Quod vt manifeſtius fiat, imperfectũ licet & non implens ſimilitudinẽ: tamen per quod poſſit intelligi quod dicitur, ſumamus exẽplum. Mare certe immenſum eſt, & capacitas eius Deo ſoli nota: ex hoc ſi quis velit multis hominibus, ſecundum id quod geſtare queunt, tradere: neceſſe eſt vt ad menſuram vnicuique tribuat, & partes eius menſuram recipiant: cuius ſolum immenſurabile eſt. Ita & Spiritus ſanctus, immenſus quidẽ eſt, & nullo fine concluditur: tamen vnicuique datur ſecũdum quod expedit. Et ſimul notandum, quod hæc eadem gratia, quæ nunc attributa perhibetur, ſecundum menſuram donationis Chriſti data ſit nobis.

c ¶ *Propter quod dicit: &c.*] Quia ſupra dixerat: Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. vt confirmaret hæc ipſa dona, quæ poſt paululũ quoque enumerat, dicens Et ipſe dedit quoſdã quidem H
Apoſtolos, quoſdam autem prophetas alios euangeliſtas, alios paſtores & reliqua à Saluatore eſſe donata, teſtimoniũ de ſexageſimo ſeptimo pſalmo aſſumpſit: vt ſciamus illas eſſe manubias hominibus diſtributas, quas Chriſtus victor emeruit. *Aſcendens* quippe *in altum, captiuam duxit captiuitatem.* Nos qui nunc in Chriſto credimus de gentibus congregati: cum eſſemus creatura Dei, à diabolo capti ſumus, & eius ſatellitibus diſtributi. Venit igitur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſecundum Ezechielem, vaſa ſecum Ezec. 12. a
captiuitatis apportans, & operto capite (ne ab aduerſariis cognoſceretur) prædicauit his qui capti erant remiſſionem, & qui tenebantur in vinculis, ſolutionem, & nos de catenis hoſtium, & de compedibus liberauit: ſicut illam in euangelio mulierem, de qua ipſe commemorat: *Hanc autem filiam Abraham, quam ligauit Satanas iam decem & octo annis, non oportuit ſolui de vinculo hoc in die ſab-* Luc. 13 d
bati? Liberatoſque nos & per nouam captiuitatem, de captiuitate veteri erutos, ſecũ duxit in cælum: & his ipſis, quos de inimicorum manu victor eripuit, diuerſa gratiarum dona largitus eſt. Et eleganter hic poſuit, *dedit dona in hominibus*, Pſal. 67 d
cum in pſalterio ſcriptum ſit, accepit dona in hominib. Verum ibi, quia necdum factum erat, ſed futurum promittebatur, propterea dicitur accepiſſe. Hic vero cum Apoſtolus ſcribit quia iam dederat, & in vniuerſo orbe eccleſiæ fundatæ erant: idcirco non accepiſſe ſcribitur, ſed dediſſe. Alij hunc locum ita ediſſerũt: quod ob id Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad cælos victor aſcenderit: vt inde angelos cæteraſque virtutes ad cuſtodiam eccleſiarum ſuarum mitteret. Et dum indignus ſit locus iſte terrenus, ſublimium poteſtatum habere præſentiam: quodammodo illæ ſuſtinuerint captiuitatem. Ideo enim (inquiunt) aſcendit in altum: vt captiuans captiuitatem, dona hominibus largiretur. Hoc autem totum ideo Apoſtolus replicat: vt quia ſuperius dixerat: Sufferentes inuicem in charitate, ſolliciti ſeruare vnitatem

A ſpiritus in vinculo pacis: doceret in diuerſis chariſmatibus eccleſiam eſſe concordem, & non ſtatim ſchiſmatum & diſſenſionum occaſionem dari: quia ſecundum menſuram donationis Chriſti vnuſquiſque noſtrum accepiſſet dona: Non eadem, ſed in vnum corpus, & in vnum ſpiritum omnes vocatos eſſe: id eſt, vt ſicut vnus Dominus eſt, & vna fides & vnum baptiſma, & vnus Deus pater: ita & nos in charitate idipſum ſimus: in pacis vinculo ſeruantes ſpiritus vnitatem.

Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona in hominibus. [a] Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit in inferiora terræ? [b] Qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcendit ſuper omnes cælos, vt impleret omnia. [c] Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos: quoſdam autem prophetas: alios vero euangeliſtas: alios autem paſtores & magiſtros, ad inſtructionem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec [d] occurramus omnes in vnitatem fidei & a-

a ¶ *Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit in inferiora terræ?*] Qui aſcendiſſe nunc dicitur: propterea aſcẽdit, quia ante deſcenderat. Hoc enim ſonat: quod autẽ aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit. Requirendum itaque ſuper eo quod alibi ſcriptũ eſt: *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui de cælo deſcendit, filius hominis*: quomodo aſcenderit ante deſcendens. Quando enim hæc loquebatur, poſt deſcenſionem è cælis, ſe quondã ad cælos aſcendiſſe monſtrabat. Necnon & illud pariter retractandum, quo modo ipſa deſcenſio & aſcenſio ſentienda ſit: Vtrum nam ſecundum corpus localiter, an ſupra corpus ſpiritualiter, vel certe vtroque modo. Inferiora autem terræ, infernus accipitur, ad quem Dominus noſter Saluator deſcendit: vt ſanctorum animas, quę ibi tenebantur incluſæ, ſecum ad cælos victor abduceret. Vnde & poſt reſurrectionem eius, plurima corpora iuſtorum in ſancta ciuitate viſa ſunt. Quod autem infernus in inferiori parte terræ ſit, & pſalmiſta teſtatur dicens: *Aperta eſt terra, & deuorauit Dathan, & operuit ſuper congregationem Abiron.* Et ipſum in Numerorum libro plenius explicatur. Alio quoque loco legimus. *Veniat mors ſuper eos, & deſcendant in infernum viuentes.*

Ioan.3 b

Mat.27 f

Pſal.105 c
Num.16 c
Pſal.54 c

B b ¶ *Qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcendit ſuper omnes cælos, vt impleret omnia.*] Nunquid corporaliter omnes cælos, & vniuerſas ſublimitates, & cælorum circulos, quos philoſophi ſpheras vocant, tranſiens atque tranſcendens, ſtetit in ſummo cæli fornice, & vt ipſo verbo vtar, apſide? An certe omnia corporalia contemnens atque deſpiciens, & æterna cũtemplans, ſuper cælos, id eſt, ſuper inuiſibilia ſtetiſſe credẽdus eſt? quod ego melius puto. Deſcendit ergo in inferiora terræ, & aſcendit ſuper omnes cælos filius Dei: vt non tantum legem prophetaſque compleret, ſed & alias quaſdam occultas diſpenſationes, quas ſolus ipſe nouit cum patre. Neque enim ſcire poſſumus quomodo & angelis, & his qui in inferno erant, ſanguis Chriſti profuerit, & tamen quin profuerit, neſcire non poſſumus.

Deſcendit quoque ad inferos, & aſcendit ad cœlos: vt impleret eos, qui in illis regionibus erant, ſecundum id quod ſe capere poterant. Ex quo ſciendum, quod antequam Chriſtus deſcenderet & aſcenderet, vacua fuerint omnia, & plenitudine illius indiguerint. Hic locus aduerſum Ebionem, & Fotinum velmaxime facit. Si enim ipſe eſt aſcendens in cœlos, qui de cælis ante deſcenderat, quomodo Dominus noſter Ieſus Chriſtus non ante Mariam eſt, ſed poſt Mariã? Necnon & contra eos, qui duos filios inſano errore confingunt, filium videlicet Dei, & filium hominis. Ecce hic apertiſſime dicitur, quod ipſe ſit aſcendens atque deſcendẽs. Nec ſtatim iſta dicentes, locum alteri hæreſi damus, quæ dimidiatam Chriſti aſſerit diſpẽſationem, ſed ſic vnum & Dei & hominis filium confitemur, ne diſpenſationem aſſumpti hominis, qua ſaluati ſumus, ex parte credentes, in parte truncemus.

c ¶ *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos: quoſdam autem prophetas, &c.*] Et ex hoc loco manifeſtiſſime comprobatur patris & filij vna diuinitas. Si quidem hoc quod nunc Chriſtus tribuiſſe deſcribitur, in prima epiſtola ad Corinthios, Deus pater dediſſe narratur. *Alios enim, ait, poſuit Deus in eccleſia, primo Apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, & dona ſanitatum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum.* Quod Sabellius non intelligens, patrem confundit & filium, dum eandẽ operationem eſſe non putat diuerſorum. Et ſimul notandum, quod hic Apoſtolos, prophetas, euãgeliſtas, paſtores, & magiſtros dediſſe Chriſtus: ibi vero eoſdem pater poſuiſſe memoretur. Poſuit itaque ſiue dedit pater & filius primo Apoſtolos, ſecundo prophetas, non illos qui futura vaticinentur, quales in veteri legimus teſtamento: ſed qui infideles & imperitos arguant atque diiudicẽt. Tales quippe prophetas noui teſtamenti in alia epiſtola eſſe definit. Tertio euãgeliſtas, quorum ſpecioſi pedes ſunt ad annunciandum pacem. Nec vero putandum quod ſicut in ſuperioribus tribus, alios dixit eſſe Apoſtolos, alios prophetas, alios euangeliſtas: ita & in paſtoribus & magiſtri officia diuerſa poſuerit: Non enim ait: alios autem paſtores, & alios magiſtros: ſed alios paſtores & magiſtros: vt qui paſtor eſt, eſſe debeat & magiſter nec in eccleſiis quamuis ſanctus ſit, paſtoris ſibi nomen aſſumere, niſi poſſit docere quos paſcit. Vel certe aliter: vt vnus atque idem præſes eccleſiæ ſit paſtor & doctor: Paſtor ouium, magiſter hominum. Homines quippe & iumenta ſaluos facies Domine. Arbitror hodie quoque in eccleſiis, quemadmodum propheta & euãgeliſta, paſtor quoque inuenitur & doctor: ita poſſe & Apoſtolum reperiri, in quo apoſtolatus ſigna & indicia compleantur. Et è regione eſſe plurimos tam foris, quam intus, tam in eccleſia quam in hæreſibus, qui pſeudoapoſtoli ſint & pſeudoprophetæ, & pſeudoeuangeliſtæ, & pſeudopaſtores, & pſeudomagiſtri. Et de hæreſibus quidem nulla dubitatio eſt, quin ſecundum falſam fidem, falſa vniuerſa poſſideant. In eccleſiis autem nonne vobis videntur falſi eſſe paſtores, qui non paſcunt oues cum diſciplina, ſed quaſi mercenarij nequaquam gregis ſalutem cogitant, quod errauit: non conuertẽtes, & quod periit non quærentes: ſed tantummodo de ouibus lac & lanam, cibos videlicet, & veſtimenta captantes? Nec vero abſque ordine in hæc putemus Apoſtolum ſubito prorupiſſe: verum quia præmiſerat eſſe Deum ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus, & vnicuique ſanctorum datam gratiam ſecundum menſuram donationis Chriſti: nunc addit alios Apoſtolos, alios prophetas, alios euangeliſtas, alios paſtores & magiſtros eſſe in eccleſia diſtributos, qui neceſſarij ſint ad perfectionem inſtructionẽque ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti. Quia cum corpus Domini eccleſia ſit, & eccleſia de viuis lapidibus cõſtruatur: hi quos ſupra memorauimus in eccleſia cõſtitutos, id habent operis vt ſecundum diſpenſationẽ & officia ſibi credita, eccleſiam Chriſti, id eſt, corpus eius ædificent. Si quis igitur non ædificat eccleſiam Chriſti, nec plebẽ ſibi ſubiectam inſtruit (vt de ſubiecto populo, Chriſti eccleſia conſtruatur) iſte nec Apoſtolus, nec propheta, nec euangeliſta, nec paſtor, nec magiſter eſt appellandus.

d ¶ *Donec occurramus omnes in vnitatem, &c.*] Quærendũ quos omnes dixerit occurrere in vnitatem fidei: Vtrumnã omnes homines, an omnes ſanctos an certe omnes qui rationis capaces ſunt. Videtur autem mihi de omnibus hominibus dicere: quia multi vẽti doctrinarum ſunt: Et flatu eorum fluctibus concitatis, hoc atque illuc homines incerto curſu, & vario feruntur errore. Vnde omni ſtudio laborandum, primum in fidei occurrere vnitatem: deinde in eadem vnitate, habere agnitionem filij Dei. Quorum cum fuerit ſecura poſſeſſio, paruuli eſſe ceſſantes, & menſuram interioris hominis recipientes (quæ menſura plenitudinis, mẽſura Chriſti eſt) perfecti viri vocabolum ſortiemur: ita tamen vt ad conſummatam ætatem plenitudinis Chriſti, omnis credentium turba perueniat, & nequaquam in dogmatibus fluctuãs ad inſtar paruulorum gurgite infidelitatis feratur

1.Cor.12.d

C

a.Cor.11.c

Reg.10.a

Pſalm.35.b

D

E incerto, dum venti hinc inde perflantes hæreticorum videlicet ſiue ſapientium, ſæculi, diuerſæ compugnanteſque rationes, naufragium audientibus aut inferunt, aut minātur: dum alij abſque voluntate fallaciæ (ea tamen quæ falſa ſunt) prædicant: alij vero omni calliditate erroris laqueos componētes, nos decipere & vincere feſtinant. Cum autem occurrerint atque peruenerint ſancti in menſurā ſupradicti viri: tunc intelligentes charitatem Chriſti, augebūt in eo omnia, quæ acceperāt ſemina veritatis, habētes corporis eccleſiæ caput Dominū Ieſum. Quia vero ait: *Vt vltra non ſimus paruuli fluctuantes*, & reliqua: ſe quoq; fluctuantem & paruulum eſſe conteſtans, retractandum videtur, Vtrūne hæc ſecundū humilitatem locutus ſit: An certe ex parte videns, & ex parte cognoſcens, intellexerit quantum a perfecta abſit ſcientia, & in vera cōſcientiæ ſuæ verba proruperit. Si quis igitur vult eum hæc ſecundum humilitatem locutum, illo vtetur exemplo. *Quando eram paruulus loquebar vt paruulus, cogitabam vt paruulus, ſapiebā vt paruulus: Quando vero factus ſum vir, euacuaui ea quæ erāt paruuli.* Alius vero ad iſta reſpondeat: comparatione multorum in ætatem perfecti viri Apoſtolorum perueniſſe: ad ea vero quæ repoſita ſanctis ſunt, adhuc paruulorum nuncupari: Si quidem omnes Apoſtolos, qui in Chriſto credant paruulos propheta cōmemorat dicens: *Ecce ego, & paruuli, quos dedit mihi Deus.* Poſt hæc attentius diſſerēdum: ne forte vere iuxta humilitatem non ſolum paruulum Apoſtolus ſe eſſe dixerit, ſed fluctuantē, & omni doctrinarum flatu in diuerſa raptatum, in fallacia hominum, in nequitia, ad circūuentionem erroris. Qui autem vult hæc eum non de humilitate, ſed de conſcientia protuliſſe, dicit: Paulus Apoſtolus, homo erat acuti & acris ingenij, & qui ad primos quoſque diſputantium conatus, ſagaci mente quæ erant inferenda, prænoſceret. Videbat igitur ſæpe ex vtraque parte ſic dici, & tam veriſimilia in rebus contrariis aſſeri, vt ambigere facerēt audientem, idcirco vt homo & adhuc in fragili corpuſculo conſtitutus, circumferebatur quidem omni vento doctrinę, ſed non elidebatur in ſaxa, nec nauis eius gorgitibus implebatur. Stabat quippe in puppi gubernaculum tenēs, & ſpumantes hæreſæos fluctus, fidei ſecuritate frangebat. Non tamen intrepidus & ſecurus nec quietus & placidus, proſpiciebat vētos hinc inde perflantes, & ſolicita aure captabat, vincebatque contraria, ſed nō erat illi ſecura victoria. Quia igitur aduerſariorum verba atque rationes, quibus veritatē euertere nitebātur, videbat non facile poſſe ſuperari, & omni calliditate plenas, dialecticæ quoque, immo diaboli arte contextas, ſperabat Dei auxilium, vt omnem delibetationē de mente ſua propelleret, & certe atque defixe abſque vlla moleſtia crederet veritati, & augeret eā in dilectione Chriſti, quem ſciebat & ſui, & totius eccleſiæ corporis caput. Sciendum quod hic locus in Græco manifeſtior ſit, dum autem in Latinum è verbo transfertur ad verbum, ſenſus ſermonibus inuoluti, obſcurum facere quod dicitur.

1. Cor. 13. c

Eſa. 8. d

F

& agnitionis filij Dei, in virum perfectū, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Vt vltra non ſimus paruuli fluctuantes, & circūlati omni vento doctrinæ, in fallacia hominum & aſtutia, ad circumuentionem erroris. Veritatem autē facientes in charitate, augeamus in ipſo omnia, qui eſt caput Chriſtus. [a] Ex quo totum corpus compactū & conglutinatum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate. [b] Hoc ergo dico & conteſtor in Domino, vt non ampli-

a ¶ *Ex quo totum corpus compactum, & conglutinatum per omnem iuncturam,* &c.] In fine tetum, cum Deum facie videre cæperimus ad faciem, & in menſurā peruenerimus ætatis plenitudinis Chriſti (de cuius plenitudine nunc omnes accepimus, ita vt Chriſtus non ex parte ſit, ſed totus in nobis, & relictis initiis paruulorum creuerimus in eum virū, de quo propheta dicit: *Ecce vir oriēs nomē illi.* Et Ioānes Baptiſta cōmemorat. *Poſt me veniet vir qui ante me factus eſt, quoniā ante me erat*) tūc in occurſu vni[9] fidei, & vnius agnitionis filij Dei (quem nūc pro varietate menſiū, non vna nec eadem fide & agnitione cognoſcimus) totum corpus, quod prius diſſipatū fuerat, & in diuerſa laceratum, in ſuam com-

Zach. 6. c

Ioan. 1. b

pagem iuncturamque redigetur, ita vt vna ſubminiſtratio eademque operatio, & vnius ætatis conſummata perfectio totum creſcere faciat corpus æqualiter, & omnia membra iuxta menſuram ſuam incrementum ætatis accipiant. Hæc autem tota ædificatio, per quam eccleſiæ per partes corpus augetur, mutua in ſe charitate complebitur. Totas rationabiles creaturas ſub vnius rationabilis animalis intelligamus exemplo, & quodcūque de huius membris dixerimus & partibus, hoc ſciamus eſſe referendum ad vnāquamque rationabilem creaturam. Putemus hoc animal ita per artus, venas, carneſque laceratum: vt nec os oſſi hæreat, nec neruus iungatur ad neruum: ſeparatim oculi iaceant, ſeorſum nares: manus alium locum teneāt, alio proiecti ſint pedes, & reliqua membra in hunc modum inter ſe diſperſa ſint & diuiſa. Finge aliquem venire tantę ſcientiæ medicum, qui iuxta fabulas ethnicorum, Æſculapium poſſit imitari, & in nouam figuram nouumque nomen Virbiū ſuſcitare: hic neceſſe habebit vnumquodque membrū ſuo loco reſtituere, & compagem copulari, compagi, & quodā glutino partibus reſtitutis, vnum corpus efficere. Hucuſq; nobis vna ſimilitudo proceſſerit: nunc in eandem ſimilitudinem ad id quod intelligi volumus, aliud trahatur exemplum. Paruulus creſcat, & occulto æuo in perfectam adoleſcat ætatem: ſuam manus augmentum habebit, ſua pedes ſentient incrementa: venter, dum neſcimus, impletur: humeri, dum fallunt oculi, dilatantur, & omnia membra per partes iuxta menſuram ſuam ſic creſcunt: vt tamen non ſibi, ſed corpori videantur augeri. Ita igitur & in reſtitutione omnium, quādo corpus totius eccleſiæ nunc diſperſum atque laceratum, verus medicus Chriſtus Ieſus ſanaturus aduenerit vnuſquiſque ſecundum menſuram fidei, & agnitionis filij Dei (quem ideo agnoſcere dicitur, quia prius nouerat, & poſtea noſſe deſiuit) ſuum recipiet locum, & incipiet id eſſe quod fuerat: Ita tamen vt non iuxta aliam hæreſim, omnes in vna ætate ſint poſiti id eſt, omnes in angelos reformentur: ſed vnumquodque membrum iuxta menſuram & officium ſuum perfectum ſit. Verbi gratia: vt angelus refuga id eſſe incipiat quod creatus eſt: & homo qui de paradiſo fuerat eiectus, ad culturam iterum paradiſi reſtituatur. Iſta autem vniuerſa ſic fient: vt inuicem inter ſe charitate iungantur: Et dum congaudet membrum membro, & in alterius prouectione lætatur Chriſti corpus, eccleſia primitiuorum habitet in cæleſti Hieruſalem: quam in alio loco Apoſtolus matrem ſanctorum vocat. Idcirco (vt ſupra diximus) hæc apud nos obſcuriora ſunt: quia μεταφορικῶς dicuntur in Græco: Et omnis metaphora ſi de alia in aliam linguā trāsferatur, ad verbum quibuſdam quaſi ſentibus, orationis ſenſus & germina ſuffocantur. G

H

b ¶ *Hoc ergo dico & conteſtor in Domino,* &c.] Hoc ergo (ait) dico vobis ô Epheſij, voſque conteſtor: vt quia occurſuri eſtis in menſurā ætatis plenitudinis Chriſti non ambuletis ſicut ambulant gentes: quæ idolis ſeruientes, & ſenſu, & mente abutuntur in praua. Quæ cum ideo acceperint animam & intellectum, vt cognoſcerent Deum, abalienati ſūt à vita eius (quā aliā abſque Chriſto non nouimus) & in ſui cordis ambulant cæcitate. Atque vtinam peccaſſe ſufficeret, & vel ſero agerent pœnitudinē, damnarentq; vitia in quibus iugiter inhiarunt: eſſet remedium reſipiſcere poſt errorem. Nunc vero deſperantes ſe, & in ritum irrationabilium beſtiarum, cœno voraginique mergentes, tradiderunt impudicitiæ atque luxuriæ: operantes quidquid corpus voluit mens deſiderauit, libido ſuggeſſit. Et cum nihil omnino prætermiſerint, quod immundum ſit, hoc totum fecere in auaritia: dum numquam luxuriando ſatiantur, nec eorum terminum habet voluptas. Aut certe vltra conceſſam

A viri ad feminam coniunctionem, ad maiora conſcendunt: maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedē erroris ſui in ſemetipſis recipientes. Vanitas ſenſus, & mentis obſcuritas, bifariam diuiditur, in ſæculi huius negotia, & in ſapientiam ſecularem: quando aut in his quæ mundi hu-

Rom. 1. d ius ſunt, & cito tranſeunt, detinemur: aut non profutura cognoſcimus. Nonne vobis videtur in vanitate ſenſus, & obſcuritate mentis

Diſt. 37. c Nonne. ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur: qui phyſicus perſcrutator, oculos trans cælū leuat, & vltra profundum terrarum. & abyſſi in quoddam inane demergitur: qui Iambum ſtruit, qui tantum metrorum ſyluam in ſuo ſtudioſus corde diſtinguit & congerit, & (vt ad alteram partem tranſeam) qui diuitias per fas & nefas quærit: qui adulatur regibus, hæreditates captat alienas, & opes congregat, quas in momento cui ſit relicturus, ignorat. Quod autem ait: *qui deſperantes ſemetipſos*, id eſt, *οἵτινες ἀπηλγηκότες ἑαυτοὺς*, multo aliud in Græco ſignificat quam in Latino: deſperātes quippe: *ἀπεγνωκότες* nominantur *ἀπηλγηκότες* autem hi ſunt qui poſtquam peccauerint, non dolent: qui nequaquam ſentiētes ruinam ſuam, feruntur in pronum, & tanquam beſtiæ ferrum videntes, in mortem ruunt. Pone mihi duos in vno vitio deprehenſos: alterum qui intelligat, plangatque quod fecit: alterum qui delectetur in ſcelere, & non ſolum non doleat, verumetiam glorietur, & putet ſe quandam turpitudinum palmam & victoriam conſecurum: nonne tibi videtur ille dolere, & hic penitus non dolere? Exprimamus, ſi poſſimus, verbum de verbo, & dicamus *ἀπηλ-*

B *γηκότες*, indolētes, ſiue indolorios. Nam & quidam philoſophorum *ἀναλγησίαν*, id eſt indoloriam prædicant. Hi qui naturas varias introducunt, ſciant propterea gentes in vanitate ſenſus obſcuratis mentibus ambulare: quia ignorantiæ ſe & cæcitati dediderint. Nemo enim imperitus appellatur & cæcus: niſi is qui cognoſcere poteſt & videre. Nec dicimus cæcum eſſe lapidem, & brutum animal ignorare: quia non ab eo quæritur, nec eius naturæ eſt vt cognoſcat & videat. Sin autem in natura gentium fuit, vt Dei vitam intelligerent & viderent: non choicorum & ſpiritualium natura varia, ſed voluntas. Dixeramus ſupra operationem immunditiæ omnis in auaritia, non ad auaritiam vt ſonat ſimpliciter pertinere, ſed ad libidinem atque luxuriam: Debemus hunc ſenſum alterius loci teſtimonio comprobare in prima ad Theſſalonicenſes epiſtola ſcribitur: *Hæc*

1. Theſſ. 4. a *eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque noſtrum ſuum vas poſſidere in ſanctificatione & honore: non in libidine deſiderij, ſicut & gentes quæ non nouerunt Deum: vt ne quis ſupergrediatur, & circumſcribat in negotio fratrem ſuum: quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus: ſicut & prædiximus vobis, & teſtificati ſumus, Non enim vocauit nos Deus in immundicia, ſed in ſanctificatione.* Diligenter obſerua: quia ad caſtitatem nos prouocans, & nolens vxoribus tantum eſſe contentos, dixerit: Ne quis ſupergrediatur, & circumſcribat in negotio fratrem ſuum, id eſt, ne ſuam coniugem derelinquens, alterius polluere quærat vxorem.

Vbi nos habemus, & circumſcribat in negotio fratrem ſuum, in Græco legimus, *καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ*: *πλεονεξία* autem auaritia nuncupatur quam nos poſſumus vim verbi transferentes, ſic in præſenti loco exprimere: vt ne quis ſupergrediatur, & auarus fraudet in negotio fratrem ſuum. Quæ enim conſequentia eſt, vel in illo capitulo, quod nunc ad exemplū vocauimus: vel in hoc quod principaliter ad Epheſios conamur exponere: inter impudicitiam & immunditiam, caſtitatem quoque & affectum coniugalem, extraordinarie repente auaritiam nominari. Non vobis moleſtum ſit, ſi diu in obſcurioribus immoremur: cauſati enim in principio ſumus, inter om-

amplius ambuletis, ſicut & gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, obſcurati mente, abalienati à vita Dei propter ignorantiam, quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis eorum. Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis in auaritia. [b] Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum, ſi tamen illum audiſtis, & in illo docti eſtis. [a] Sicut & veritas

nes Pauli epiſtolas, hanc vel maxime & verbis & ſenſibus inuolutam. C

a ¶ *Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum, ſi tamen illum audiſtis, &c.*] Si omnes Chriſtum audire videntur, audirent: numquam ad Epheſios, & certe illos quibus ſacramenta Chriſti reuelarat, Apoſtolus diceret: ſi tamen illum audiſtis. Diſcere autem Chriſtū, idipſum eſt, quod noſſe virtutem: & audire illum, non differt ab eo ſi diceret: audire ſapientiam, iuſtitiam, fortitudinem, temperantiam, & cætera quibus Chriſtus vocatur. Si quis ergo Chriſtum audiuit & didicit, non ambulabit in vanitate ſenſus ſui: nec obſcuratus mente gradietur: neque erit abalienatus à vita Dei: habebit etiam ſcientiam ignoratione diſcuſſa, & immiſſo tenebris lumine, omnis de oculis cordis eius cæcitas auferetur. Quod cum habuerit, non ſe tradet impudicitiæ. nec operabitur omnem immundiciam in auaritia, conceſſos fines prætergrediens nuptiarum.

Si autem aliquando contigerit, vt aliqua paſſione ſuperetur, dolebit ſuper vulnere ſuo, & conſcientiæ tormenta patietur: quia liberam frontem, & puritatem immaculatæ mētis amiſerit. Diſcamus igitur Chriſtum, & audiamus illum: ſi quis eſt qui poteſt dicere: *An experimentum quæritis eius,*
qui in me loquitur Chriſtus? Curramus ad eum diebus ac no- 2. Cor. 13. a
ctibus, ad os eius & ad eloquium pendeamus. Chriſtus nobis loquitur, Spiritus ſancti ſunt verba quæ promit. *Statuit enim Deus in eccleſia primum. Apoſtolos. ſecundum prophetas, tertio doctores.* Sed nec illud eſt deſperandum, quod aliquādo ipſe in mentibus noſtris Chriſtus loquatur, & per ſemetipſum nos doceat, & organum oris non quærat alieni, tan- D
tum non ſimus ſubditi peccato, nec corpus noſtrum delicta poſſideant, & ingredietur in illud ſapientia.

b ¶ *Sicut eſt veritas in Ieſu.*] Vocabulum, Ieſus, interdum eum hominem ſignificat: qui à Deo verbo eſt aſſumptus ex
Virgine, iuxta illud: *Vocabis nomen eius Ieſum: Ipſe enim ſal-* Luc. 1. d
uabit populum à peccatis eius. Et alibi: *Ieſus ergo fatigatus de* Ioan. 4. a
via, & reliqua. Interdum vero Deum verbum: *Nobis enim*
vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia. Si quando er- 1. Cor. 8. b
go dicit Ieſus: *Ego ſum via & veritas*: iuxta id dicit, quod fi- Ioan. 14. a
lius Dei eſt. Cum autem ſcribit Paulus: *ſicut eſt veritas in Ieſu*, de templo corporis loquitur, in quo habitat verbū Deus.
Verbum enim caro factum eſt, & habitauit in nobis. Niſi for- Ioan. 1.
te vtrumque de Deo verbo intelligendum: quod quomodo habitet in eo vita, & ipſe ſit vita. Sicut enim habet pater vitam in ſemetipſo: ita & filio dedit habere vitam in ſemetip-
ſo: Sic & veritas dicatur filius, & ipſa in eo habitare mon- Ibidem. 5. d
ſtretur. Hæc autem dicimus, non Ieſum à Chriſto ſeparantes: nec rurſum Deum verbū, ab eo quem aſſumpſit, hominem alterum eſſe dicentes: ſed ſecundum intelligentias effectuum vel locorum, illū quē vnū eſſe credimus filium hominis & filiū Dei, & ante virginem, & poſt virginem, alium atque aliū nūcupantes. Poteſt autē & aliter intelligi: Sicut eſt veritas in Ieſu: In nullo patriarcharū, in nullo prophetarū, in nullo Apoſtolorū veritas fuit, niſi in ſolo Ieſu. Alij enim ex parte cognoſcebāt, & ex parte prophetabant, & per ſpeculū in ænigmate videbāt. In ſolo Ieſu veritas Dei apparuit, quæ loquitur confidenter. Ego ſum veritas quæ credentibus in ſe iuxta Analogiam fidei tribuit libertatem. Qui enim
cognoſcit veritatem, à veritate libertate donatur. Et ipſa Ioan. 14. a
veritas propterea formam ſerui aſſumpſit, & *humiliauit ſe,* Phil. 2. a
facta obediens patri vſque ad mortem, vt ſeruum redderet li-
berum. Vbi enim ſpiritus Dei eſt, ibi libertas. Si volumus 2. Cor. 3. d
formam liberi in Ieſu faciemque cognoſcere veritatis, aſcendamus cum eo in montem: videamus eum transfiguratum: vbi & veſtimenta eius, id eſt ſcripturæ, quæ de eo annunciant, immutantur, & Moyſes quoque & Elias, id eſt
lex & prophetæ vidētur in gloria. Quamdiu Dominus for- Matth. 17. a
mam

G

manu ſeruum non mutat, nec aſcendit in montem: lex in ſordibus, prophetæ in ſqualore verſantur. Cum ille ad ſuperiora conſcenderit, & veſtimenta ſua voluerit immutaſſe, intellectuſque de terreno fuerit clarus & liber: tunc Moyſi quoque & Eliæ, facies & veſtimenta mutantur.

ritas in Ieſu. [a] Deponere vos ſecundum priorem conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur iuxta deſideria erroris. Renouamini [b] autem ſpiritu ſenſus veſtri, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Propter [c] quod deponentes mendacium, loqui-

a ¶ *Deponere vos ſecundum priorem conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur iuxta deſideria erroris.*] Quia videtur iuxta ordinem textumque ſermonis ſcatere ſententia, ſic legendum eſt: *Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum (ſi tamen illum audiſtis, & in illo docti eſtis) deponere vos ſecundum priorem conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur iuxta deſideria erroris: ſicut eſt veritas in Ieſu.* Vt ſit ſenſus: Quo modo eſt veritas in Ieſu: ſic erit & in vobis, qui didiciſtis Chriſtum, & audiſtis illum, & docti eſtis deponere ſecundum priorem conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur iuxta deſideria erroris. Veterem autem hominem, quem præcipit deponendum, inueteratum à malitia arbitror appellari. Iſte enim ſecundum priorem conuerſationem & deſideria erroris, ſemper errans, & in opere corruptionis helluans, corrumpitur atque violatur. Et quia in deſyderiis indeſinenter verſatur erroris, & nunquam ceſſat à vitio: nequaquam corruptus dicitur, ſed corrumpi: quod per ſingulos dies, horas, puncta, atque momenta corrumpitur, intercipitur, violatur. Sermo vero Dei, qui ideo interficit, vt viuificet mortuum, & viuificatus Dominum requirat, quem ante interitum neſciebat, non corrumpit, ſed interficit veterem hominem: Ego enim occido (ait) & viuifico. & cum interficeret illos, tunc quærebant eum. Nec putemus hoc quod nunc ait: *Qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris*, illi eſſe contrarium, quod in alio loco ſcriptum eſt: *Et ſi exterior noſter homo corrumpitur: ſed is qui interior eſt, renouatur de die in diem*: Quia corruptio exterioris hominis, interioris hominis renouatio eſt. Et contra: interioris hominis corruptio, exterioris eſt inſtauratio. Æſtimet aliquis ſimpliciter Paulum loqui: *Si quis templum Dei corrumpit, corrumpet illum Deus: Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.* Sed forte & ibi aliquid latitat, quod apud nos videtur abſconditum. Si templum Dei nos ſumus, ſecundum id quod ſcribitur: *Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos*: & aliud eſt qui corrumpit templum Dei, aliud quod corrumpitur: Quærendum quis ſit ille qui templum corrumpat Dei. Si inueneris hoſtes Hieruſalem corrumpentes atque violantes templum ex lapidibus extructum, videbis pariter omnem corrumpentem & violantem templum Dei, quem corrumpet & violabit Deus, vlciſcens corruptionem templi ſui. Veruntamen & templum quod ſe præbuit (viuens quippe eſt atque ſenſibile) inſidiis corrumpentis luet pœnas, per hoc ipſum quod corruptum atque violatum ſpiritum incorruptionis amiſit.

Deut. 32. e
2.Cor. 4.
1.Cor. 3. c
Ibidem.

F

b ¶ *Renouamini autem ſpiritu ſenſus veſtri, &c.*] Nec in ſenſu renouamur abſque ſpiritu, nec in ſpiritu abſque ſenſu, ſed renouamur coniuncte in ſpiritu ſenſus noſtri, quomodo pſallimus ſpiritu, pſallimus & ſenſu: oramus ſpiritu, oramus & ſenſu, ſic in ſpiritu ſenſus noſtri renouemur: Vt cum ſenſus mundus fuerit atque purgatus, & ab omni macula ſordidæ concretionis alienus, tunc ei iungatur & ſpiritus, & ita quodam inter ſe vnitatis glutino compulentur, vt nequaquam ſimplex ſpiritus, ſed ſpiritus, ſenſus eſſe dicatur. Cum autem renouati fuerimus in ſpiritu, qui noſtri ſenſus eſt ſpiritus, tunc induemur nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt. Quod quidem aliis verbis idipſum puto eſſe quod in alio loco dicitur: Induite vos Chriſtum Ieſum. Iſte quippe eſt nouus homo, quo vniuerſi credentes debemus indui atque veſtiri. Quid enim in homine qui à Saluatore noſtro aſſumptus eſt, non nouum fuit? Conceptus, natiuitas, partus, infantia, do-

1.Cor. 14. c
Rom. 13. d

ctrina, vita, virtutes, & ad extremum, crux & paſſio, expolians in ea principatus, & contrarias fortitudines oſtentui habentis, reſurrectio quoque & aſcenſus ad cælum. Hic ergo vere creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis, quia Deus verus, Dei veri filius fuit, & tota in illo religio atque iuſtitia, Dei veritate completa eſt. Qui igitur conuerſationem illius imitari poteſt, & vniuerſas in ſe exprimere virtutes, vt ſit manſuetus, ſicut fuit ille manſuetus & humilis corde, & ponat animam ſuam pro amicis, vt ille poſuit pro ouibus ſuis, verberatus non reſpondeat, maledictus non remaledicat, ſed vincat in humilitate ſuperbiam, iſte indutus eſt nouum hominem, & dicere cum Apoſtolo poteſt: *Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Chriſtus*: Et, *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.* Poteſt quoque verba Ioannis aſſumere: *Qui dicit ſe in Chriſto credere: debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.* Quod autem ait: Qui ſecundum Deum creatus eſt, non idipſum ſonat in Latino ſermone quod Græco. Creatio quippe apud nos, generatio vel natiuitas dicitur, apud Græcos vero ſub nomine creationis, verbum facturæ & conditionis accipitur. Et quod apud nos conditio, hoc apud Græcos creatio ſonat. Vnde & hæreſis natiuitatem Chriſti calumniant, Salomonis vſurpat exemplum: *Dominus creauit me initium viarum ſuarum* Cōſiderandum igitur, quia creatio atque cōditio, numquam niſi in magnis operibus nominentur. Verbi cauſa, mundus creatus eſt, vrbs condita eſt, domus vero quamuis magna ſit, ædificata potius dicitur, quam condita vel creata. In magnis enim operibus atque facturis, verbum creationis aſſumitur. Ex quo animaduertendum iſtum nouum hominem, qui iuxta Deum in Chriſto creatus eſt, magnum Dei opus eſſe, & eminere vltra cæteras creaturas, cum ſic conditus eſſe dicatur, vt mundus, & initium viarum Dei, & in exordio elementorum omnium ſit creatus.

Galat. 2. d
1.Cor. 11. a
1.Ioan. 2. a
Prouer. 8. c

H

Ibidem.

c ¶ *Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo, quoniam ſumus, &c.*] Non ſimpliciter vt quidam putant, nec moraliter Apoſtolus præcipit mendacio derelicto, cum proximis veritatem loquendam. Alioquin ſi tantum cum proximis loquimur veritatem, quicumque non fuerit proximus, debet audire mendacium. Quod quidem & in lege præceptum eſt: *Non adulterabis vxorem proximi tui*: Si proximus tantum propinquus vel amicus accipitur, adulteria in alienos iure permittit: ſed proximum vocat omnem hominem, qui ex eodem nobiſcum parente generatus eſt. Quod quidem & parabola illa ſignificat, de Hieruſalem Hiericho hominis deſcendentis, qui incidit in latrones, & ſacerdote & leuita prætereuntibus, à Samaritano curatus eſt, & ad ſtabularium reuectus.

Exod. 20. d
Luc. 10. e

Affirmat autem poſt hæc dominus eum eſſe proximum, qui illi miſericordiam fecerit, volens oſtendere omnes homines, omnibus eſſe proximos. Et hoc quidem ſic intellectum ædificat audientes. Cæterum id quod ſequitur: Quoniam ſumus alterutrum membra, magis mihi videtur ſignificare myſterium, & de his dicere, qui nobis fide & virtute ſunt proximi. Membra quippe alterutrum non ſunt, niſi fideles fidelium, & Chriſtiani Chriſtianorum, & perfecti, eorum qui ſunt plenæ conſummatæque virtutis. Propter quod Paulus ipſe perfectus, in epiſtola alia loquebatur: *Sapientiam autem loquimur inter perfectos.* Ergo hoc iubet, vt vnuſquiſque myſtica quæque atque ſecreta, & ea quæ Dei veritate ſunt plena, loquatur cum proximo ſuo: & dies diei eructet verbum, & nox nocti indicet ſcientiam, hoc eſt, clara quæque & lucentia his indicet, qui merentur audire: *Vos eſtis lumen mundi.* Porro tenebroſa & inuoluta, & omni ſacramentorum nocte velata, his referat, qui & ipſi nox tenebræ, vel caligo ſunt, de quibus dicitur: *Et caligo ſub pedibus eius*, haud dubium quin Dei.

1.Cor. 2. b
Pſal. 18. a
Matth. 5. b
Pſal. 17. b

A Exod 20 c Psal 17 b Nam & in monte Sina Moſes ingreditur in turbinem & caligioem, vbi erat Deus, & de ipſo Deo ſcriptum eſt: *Poſuit tenebras latibulum ſuum*. Loquatur itaque veritatē atque myſteriom vnuſquiſque cum proximo ſuo, & non det ſanctum canibus, neque mittat margaritas ſuas ante porcos, ſed quicumque oleum habuent veritatis, illos in thalamum ſponſi & penum regis inducat. Porro quod ait: *Loquimini veritatē vnuſquiſque cum proxima ſuo*, Zach.8.e ſciamus de Zacharia propheta ſumptum.

loquimini veritatem vnuſquiſque eum proximo ſuo: quoniam ſumus alterutrum membra. [a] Iraſcimini, & nolite peceare. Sol [b] non occidat ſuper iracundiam veſtram. Neque [c] locum detis diabolo. Qui [d] furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, vt habeat communicare ei qui indiget. Omnis [e] ſermo malus de ore veſtro non procedat:

a ¶ *Iraſcimini & nolite peccare.*] De quarto pſalmo hoc vſurpatum, nulli dubium eſt, & videtur illi eſſe contrariū, Col.3.b quod alibi dicitur: *Nunc autem deponite & vos omnem iram, & indignationem, & malitiam, & blaſphemiam, & turpem ſermonem ex ore veſtro*. Sed & ſimpliciter intellectum nocet, dum putatur iræ fręna laxata. Duplex autem non ſolū apud nos, verumetiam apud philoſophos iræ nomen accipitur. Vel cum iniuria laceſſiti, naturalibus ſtimulis concitamur, vel cum requieſcente impetu & furore reſtincto, poteſt mens habere iudicium, & nihilominus ſuper eo qui putatur læſiſſe, deſiderat vltionem. Arbitror itaque de priori ira nunc dictum, & nobis quaſi hominibus eſſe conceſſū, vt ad indignæ alicuius rei faciem moueamur, tranquillitatemque mentis, velut lenis quædam aura conturbet, nequaquam tamen in tumentes gurgites, furoris impetu ſubleuemur. Firmianus noſter librum de ira Dei, docto pariter & eloquenti ſermone conſcripſit, quem qui legerit, puto ei ad iræ intellectum, ſatis abundeque poſſe ſufficere.

B b ¶ *Sol non*, &c.] Si ſimpliciter hūc ſolem intelligimus, qui oculis carnis aſpicitur, peccamus, quando iraſcimur, & occidente ſole, iracundia perſeuerat. Non peccamus autem, quando (verbi gratia) à prima hora vſque ad vndecimā iraſcentes, facimus quod indignatio, furor, ira ſuggeſſerint. Quo ſenſu nihil mihi videtur abſurdius, quaſi non queat quiſpiam ab ortu ſolis vſque ad occaſum, in tanta ſcelera debacchari, quanta tota vita ſua, non poſſit lacrymis expiare. Aut non magis ira locum in die habeat, cum vtique nox requies ſit furoris, & ſuccedente ſomno, etiamſi iraſcimur, in diem iracundiam differamus. Quia igitur verus ſol, ſicut occidit ſuper malos prophetas, iuxta illud quod ſcriptum Amos.8.a eſt: *Occidet ſol ſuper prophetas veſtros meridie*, ita etiam ſuper omnes occidit peccatores: nequaquam eis ortus ſui lumen indulgens: præcipit nunc Apoſtolus, ne talia faciamus furore ſuperati, per quæ nobis ſol occidat, & principale cordis tenebris inuoluatur. Quidam putant ſic accipiendum hoc eſſe ſimpliciter, quomodo & illud quarti pſalmi, vnde idipſum ſumptum videtur: *Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini*: id eſt, quæcunque in die, vel opere, vel ſermone, vel cogitatione peccatis, hæc ſuccedente pœnitentia purgate per noctem, & ira ſit breuis, nec in diem craſtinum differatur.

c ¶ *Neque locum detis diabolo.*] Diabolus Græcum verbū eſt, quod Latine dicitur criminator, lingua vero Hebræa שטן Satan appellatur, id eſt, aduerſarius, ſiue contrarius, & ab 1 Cor 6.c בליעל Apoſtolo Belial, hoc eſt, abſque iugo, quod de collo ſuo Dei abiecerit ſeruitutem, quem Aquila apoſtatam tranſtulit. Et ſciendū vbicunque in veteri lege filij peſtilentiæ ſcribātur, ſicut ibi: *Filij autem Eli, filij peſtilentiæ*: ibi in Hebraicis vo- 1.Reg.2.c luminib., *Belial*, hoc eſt, diabolum pro peſtilētia nominari, licet plurimi pro belial corrupte in Apoſtolo belian legāt. *Nolite itaque*, ait, *dare locum diabolo*, qui tanquā leo rugiens, quærit aditum, per quē poſſit irrumpere. Quomodo enim pater & filius ſtant ante oſtium, & pulſant, vt introeant & Apoc.3.d cœnent cum eo, qui ſe receperit, ita & aduerſarius ſemper in nos eſt paratus irrumpere, & cum locū dederimus, ingreditur. Solet autē antequā veniat, quædam iacula præmittere, & præcurſorem aduentus ſui facere cogitationem: hanc ſi nos in corde noſtro ſuſceptam nutrierimus intrinſecus, & creſcere fecerimus, cum in nobis prolem ſuam auctam

C viderit, & ipſe audebit intrare. Denique in Iudæ Iſcarioth cor, primam iecit ſagittam, vt traderet Saluatorem, quam Ioan.13.a ſi exceptam ille miſerabilis non fouiſſet, nunquam poſt intinctum panem in paropſide, intraſſet in illum Satanas. Simulque & hoc diligēter attendite, quod non inuenerit diabolus locum introeundi in Iudam, cuius pectus iam ante percuſſerat, niſi in conuiuio Saluatoris. Quia tunc vel maxime in poteſtate ei damur, quando nec humanitate, nec clemētia, nec manſuetudine eius vincimur, quem odimus indigne. Huic quod nunc præcepit, neque locum detis diabolo, illud de Eccleſiaſtico comparatur: Si ſpiritus poteſtatem habens aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dederis ei: ille ſuperbus & temerarius vult aſcēdere, vult ſubire, ſed etiam ſi te oppreſſum putauerit, & ſe extulerit, tu ne dederis locum. Poteſtas quippe diaboli, non in temeritate illius atque iactantia, ſed in tua eſt voluntate.

d ¶ *Qui furabatur*, &c.] Quia hi qui in vitæ iſtius negotiis conuerſantur, propter alimenta & vſus neceſſarios, coguntur aliqua vel emere, vel vendere, & lucra de negotiatione ſectari, & difficile eſt etiam eos qui à cæteris paſſionibus liberi ſunt, fornicatione videlicet, idololatria, adulterio & homicidio, hoc vitio non teneri, propterea nunc Epheſios monet, ne ſub occaſione emolumenti, furti crimen incurrant, furtum nominans, omne quod alterius damno quæritur. Iuſtum autē eſſe vt manibus ſuis vnuſquiſque operās, & victum labore conquirens, impertiat non habenti. Neque vero ait: *Magis autem laboret operādo manibus ſuis quod bonum eſt*, vt non indigeat, & habeat victum & nulli moleſtiam exhibeat: Sed laboret, inquit, manibus ſuis quod bonum eſt *vt habeat vnde communicet indigentibus*. Qui igitur D ad hoc tantum laborat, vt ipſe non egeat, & à cæteris contrahit manum, quamuis applaudat ſibi, tamen Apoſtoli pręceptum non fecit. Poteſt autem & altius intelligi: qui furabatur, iam non furetur, & reliqua, propter illud quod ſcriptum eſt de pſeudoprophetis: *Qui furantur ſermones, vnuſquiſque à proximo ſuo*. Et in Euangelio: *Omnes qui venerunt ante me, fures fuerunt & latrones*. Et ad Romanos: *Qui prædicas non furandum, furaris*, quod furta prohibeamur facere ſpiritualia. Neque enim hoc quod ſequitur. Magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, ad vitæ huius neceſſaria digne referri poteſt, vt bonū dicatur quodcunque periturum eſt, & ad mammonam iniquitatis pertinet. Quamuis enim iuſtus labor opes habeat abſque tergiuerſatione quæſitas, ſatis habebit ſi non dicantur malum, cæterum bonum non valent appellari. Igitur bonum operatur, qui declinat à malo & facit bonum, & operatur in agro animæ ſuæ, vt ſpiritualibus panibus impleatur, & poſſit commodare eſurienti, & neceſſitatem ſuſtinenti, dans in tempore cibaria conſeruis ſuis. Si autem talis eſt qui operatur bonum, ergo & is qui furatur, conſequenter verba furatur & dogmata, de furto viuens, de furto ſibi ceruicalia conſuens, & ſcripturarum pannos hinc inde colligens, vt Hiere.23.f poſſit tunicam facere conſciſſam, quæ deorſum eſt, non de Ioan.10.b ſurſum. Tunica enim eccleſiæ, hoc eſt, corpus Chriſti, deſu- Rom.2.c per contexta eſt, & nulla ex parte conſutilis, quæ ne ab inimicis quidem ſcindi poteſt.

e ¶ *Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat: ſed ſi*, &c.] Bonus ſermo eſt ad ædificationem oportunitatis, dans gratiam audientibus, qui docet virtutes ſequendas, vitia fugiēda. Malus, qui ad peccata prouocat, & pronos magis incitat ad ruinam. Pro eo autem quod nos poſuimus ad ædificationem oportunitatis, hoc eſt quod dicitur Græce τῆς χρείας, in Latinis codicibus propter euphoniam mutauit interpres, & poſuit, ad ædificationem fidei. Quotienſcunque ex ſermone noſtro aliquis proficit, & iuxta oportunitatem loci, temporis & perſonæ ædificat audientes, bonus de ore

noſtro

E noſtro ſermo proceſſit: Quotiens vero loquimur aut non in tempore, aut importuno loco, aut non vt conuenit audientibus, totiens ſermo malus procedit de ore noſtro ad deſtructionem eorum qui audiunt. Conſideremus itaque quid
Matth. 12. e loquamur, quia pro omni ocioſo verbo reddituri ſumus rationem in die iudicij. Et etiã ſi non lædamus, non tamen ædificemus, mali verbi nobis luenda ſit pœna.

procedat: ſed ſi quis bonus ad ædificationem opportunitatis, vt det gratiam audientibus. Et nolite [a] contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis.

a ¶ *Et nolite contriſtare, &c.*] Mœror ſancti ſpiritus ſic intelligẽdus, quomodo ira Dei & ſonus, & ceteræ in huma-
Leu. 19. f Matth. 7. a Sec. 70. nam ſimilitudinem paſſiones. Non quo cõtriſtetur ſpiritus, & vllã perturbationem diuinitas ſentiat, ſed quo ex verbis noſtris, Dei diſcamus affectus: quod mœreat quotiẽſcũque peccam*, & defleat peccatores. Nã & Saluator in corpore cõſtitut* fleuit Hieruſalẽ, & omne hominũ genus in propheta deplorat, dicẽs: *Heu mihi anima quia perijt reuerẽs à terra: & qui corrigat inter homines nõ eſt.* Omnes in ſanguine iudicãtur. Et in Ezechiele opera quondam ſanctæ ciuitatis enumerans, ait: *In omnib. iſtis contriſtabas me.* Signati autem ſumus ſpiritu Dei ſancto, vt & ſpiritus noſter & anima imprimantur ſignaculo Dei, & illã recipiamus imaginẽ & ſimilitudinẽ, ad quam in exordio conditi ſumus. Hoc ſignaculum ſancti Spiritus, iuxta eloquium Saluatoris, Deo imprimẽte ſignatur. *Hunc enim, ait, Signauit pater Deus.* Signator ergo à patre, Spiritu ſancto, omnis, qui ex eo quod credidit Deo, ſignauit, quia verus eſt Deus. Qui idcirco ſignatur, vt ſeruet ſignaculum, & oſtẽdat illud in die redemptionis purum atque ſyncerum, & nulla ex parte mutilatum, & ob id numerari cum his valeat, qui redempti ſunt.

G Eze. 9. 16. e Sec. 70. καὶ ἐλύπεις με ἐν πᾶσι τούτοις. Ioan. 6. e

Commentarij ſecundi in Epiſtolam ad Epheſios Finis.

DIVI HIERRONYMI PRESBYTERI
IN TERTIVM LIBRVM COMMENTARIORVM AD EPHESIOS, AD PAVLAM, ET EVSTOCHIVM.

PROOEMIVM.

S*Atis abundeque, ô Paula & Euſtochium, de argumento epiſtolæ Pauli ad Epheſios, in primi Libri præfatione diſſerui, & ſparſim, vbicumque occaſio data eſt, licet breuiter, oſtendi, quod B. Apoſtolus ad nullam eccleſiarum tam myſtice ſcripſerit, & abſcondita ſæculis reuelauerit ſacramenta. Nũc ergo, quoniam orationum veſtrarum, & ſanctæ Marcellæ fultus auxilio, tertium, id eſt, extremum, in eandem epiſtolam dicto Librum iuſtum mihi videtur, vt nominis quoque ipſius etymologiam cum*
F חפצי *ſenſu, quem ſupra expoſui, congruere doceam. Epheſus in Latinam linguam interpretatur voluntas, ſiue conſilium meum in ea, vel certe anima mea in ea. Voluntas & conſilium & anima Dei in eo eſt, qui poteſt dicere:* Ipſe enim mihi dedit *notitiam omnium, & cum incerta & occulta ſapientiæ Dei illi fuerint reuelata, teſtimonium conſequetur loquẽtis: Inueni Dauid de Bethlehem filium Ieſſe, virum ſecundum cor meum, qui faciat omnes voluntates meas. Iſtiuſmodi virum* H
Sap. 7. e חפצי בה *& Oſee Propheta ſignificat, dicens:* Quis ſapiens, & intelliget hæc, prudens & agnoſcet iſta? *Porro vt ſciatis*
Psal. 50. d *multam eſſe diſtantiam iuſti ſimplicis iuſtique ſapientis, qualem in reſurrectione mortuorum ſinguli gloriam conſequã-*
Act. 13. d *tur, attendite.* Et multi dormientium de limo terræ exurgent: hi in vitam æternam, & hi in opprobriũ,
Oſee 14. d Sec. 70. & confuſionem æternam: *Et intelligentes fulgebunt ſicut ſplendor firmamenti, & ex iuſtis multi ſicut ſtellæ in*
Dan. 12. b *æternum.* Fulgebunt, *inquit,* iuſti ſicut ſtellæ in æternum, & intelligentes, *id eſt, habentes ſcientiam ſcripturarum,* ſicut ſplẽdor cæli. *Non quo doctus vir, iuſtus quoque eſſe non debeat, ſed quo qui iuſtus eſt, niſi fuerit eruditus, tam procul ſit à ſapiente iuſto, quam eſt ſtellarum fulgor à lumine firmamenti. Quod ſi quis meditatione tantum legis inſtructus, vitam ſuam negligit, neque audet dicere:* A mandatis tuis intellexi, propterea ad omnia mãdata tua
Psal. 118. n dirigebar: *iſte quaſi æramentum ſonans, & cymbalum tinniens, & infatuatum ſal, in ſtercore conculcandus eſt.* Si
Ibidem. q *autem detur optio ſingulorum (ſepoſito eo qui habet ſapientiam atque iuſtitiam magis ego velim ruſticitatem iuſtam, quam doctam malitiam. Quia in altero licet minor, tamen gloria eſt, ſtellarum eſſe lumini coæqualem: in altero iuxta,*
Sap. 6. a *ſcientiæ profectum maiora ſupplicia ſunt.* Potentes *quippe* potenter patientur tormenta. *Et:* Seruus qui ſcie-
Luc. 12. f rit voluntatem domini ſui, & non fecerit eam, vapulabit multis. *Hæc idcirco vt docerem, quare animam & conſilium, & voluntatem Dei, Epheſiorum vocabulum ſonet, qui artium magicarum præſtigiis derelictis, erroris zelũ ad veritatis ſtudium tranſtulerunt. Ob quorum ſalutem tanto Paulus ſudore pugnauit, vt ad Corinthios ſcriberet:* Si
1. Cor. 15. a ſecundum hominem ad beſtias pugnaui Epheſi, quid mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt? *Quæ ſunt*
Psal. 73. d *iſtæ beſtiæ? Nempe illæ, de quib. pſalmiſta precator, dicens:* Ne tradas beſtiis animam confitentem tibi. *Et in alio*
Ibid. 6. f *loco:* Increpa feras calami. *Aduerſarius enim noſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, qui cum cerneret principẽ*
1. Pet. 5. d *Aſiæ ciuitatem ad doctrinam Pauli de faucib. ſuis eripi totis ſatellitum ſuorum agminibus congregatis eum opprimere nitebatur, & improbe ſe extollens, volebat quaſi aquila ponere ſuper illum nidum ſuum. Quod Apoſtolus ſentiens, & omni cuſtodia ſeruans cor ſuum (quippe qui eius non ignoraret aſtutias) poſt victoriam quidem, ſed non incruentam vi-*
2. Cor. 16. b *ctoriam, loquebatur.* Non enim volumus vos ignorare fratres de tribulatione noſtra quæ facta eſt nobis in Aſia, quoniam ſupra modum grauati ſumus ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiã viuere. *Quod au-*
Psal. 9. *tem per Tychium epiſtola mittitur, valde eiuſdem epiſtolæ congruit ſacramentis. De quibus & noni pſalmi titulus præ-*
Psal. 118. b *notatur,* pro arcanis filij. *Tychius enim ſilens interpretatur, non proiiciens margaritas ante porcos, nec dans ſanctum canibus, & libere ad Deum loquens:* In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi.

Omnis [a] amaritudo, & furor, & ira, & clamor & blaſphemia auferatur à vobis cum omni malitia.

CAPVT V.

Estote [b] autem inuicem benigni, miſericordes, donantes vobiſmetipſis, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis. Eſtote [c] ergo imitatores Dei ſicut filij chariſſimi. Et [d] ambulate in

Omnis [a] *amaritudo & furor,* &c.] Amaritudo contraria dulcedini eſt, vnde amari vulgo appellantur & dulces, De qua & Hieremias loquitur, dicens: Et amaritudo tua aſcendit ſuper me. Furor vero incipiens ira eſt, & feruefcens in animo indignatio. Ira autem eſt, cuius amaritudo, & furor ſpecies ſũt, quæ furore reſtrincto deſiderat vltionem, & eum quem nocuiſſe putat, vult lædere. Quæquidem licet in Deo ſæpe dicantur, ſecundum il-
Pſal. 6. a lud: *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me*: non ſunt perturbationes animi computandæ ſicut in nobis, quia in illo moderata & ordinata ſunt omnia, & pœna, qua peccatores corriguntur, noſtris vocibus appellatur. Nos vero ſi iraſcimur, perturbamur, & furore rapti, noſtri eſſe deſinimus. Vnde à nobis omnis amaritudo, & furor, & ira penitus auferenda ſunt. Nam ad illud euangelij. *Quicunque iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit*
Matth. 5. ſ *iudicio*, fruſtra eſt additum, ſine cauſa, quia nec cum cauſa nobis iraſci conceditur, manifeſtiſſime Apoſtolo nunc dicente: *Amaritudo, & furor, & ira, tollatur à vobis.* Et tricesimoſexto pſalmo vniuerſam commotionem animi generaliter auferente: *Quieſce ab ira, & dimitte furorem.* Si enim ita deſiderat vltionem, omnis autem vltio rependere cupit ei malum à quo ſe læſam putat, & Chriſtianus non
B debet malum pro malo reddere, ſed vincere in bono ma-
Rom. 12. d lum, & *mihi vindictam & ego retribuam*, dicit dominus,
Deut. 32. ſ omnis qui iraſcitur, peccat: *Ira quippe viri iuſtitiam Dei*
Iacob. 1. a *non operatur.* Poſt amaritudinem, furorem & iram recte clamor quoque & blaſphemia prohibentur in nobis. Quia qui ſemel fuerit furore ſuperatus, neceſſe eſt vt proſiliat in clamorẽ, & turbide fremens, huc atque illuc in modum folij ventiletur & dicat: O rerum iniquitas, ô iniuſta iudicia Dei, & cætera quæ ſolent loqui, qui per indignationis furorem mentis iudicium perdiderunt. Porro blaſphemia non ſolum aperta eſt, & de ira naſcitur, ſed & abſque ira ſedata mente profertur, ſi aut de mundi iſtius quiſpiam gubernatione cauſetur, & dicat, Illud ſic eſſe non debuit, hoc vero eſſe ſic debuit: aut certe in eccleſia conſtitutus, & credens in Deũ, labatur in dogmatibus, quæ ignorare non licitum eſt, aliter de Patre & Filio & Spiritu ſancto ſentiẽs, quam rei ipſius veritas habet, non ita credens in reſurrectione mortuorum, vt ſcripturæ docent. Vel certe alienæ inuidens ſapientiæ, cum male ſentire commemoret, qui catholicæ fidei eſt, & rurſum hæreticum pro adulatione, qua ſibi obſequitur, catholicum eſſe conteſtans, *qui dicit dulce a-*
Eſa. 5. ſ *marum, & amarum dulce*, Vnde omni ſtudio legendæ nobis ſcripturæ ſunt, & in lege domini meditandum die ac nocte, vt probati trapezitæ, ſciamus quis nummus probus ſit, quis adulter. Porro amaritudinem, furorem, iram, clamorem, atque blaſphemiam, ſic tollamus à nobis, vt cum omni malitia auferantur. Malitia autem vel contraria virtuti intelligenda eſt, quam alio nomine vitium nominamus: vel malignitas, & nequitia, quæ in tergiuerſatione & calliditate ſentitur.

CAPVT V.

Estote [b] *autem inuicem benigni, miſericordes, donantes vobiſmetipſis, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.*] Supra amaritudini contrariam dulcedinem dixeramus, quã nunc Apoſtolus alio verbo χρηστότητα, id eſt, ſuauitatem magis quam benignitatem vocauit: præcipiens vt omnis amaritudine & furore, ira, clamore, & blaſphemia, & moru turbido, cum quadam frontis auſteritate damnatis, clementes ſimus & blandi, & ad familiaritatẽ noſtram vltro homines inuitemus, vt nullus ad nos formidet accedere: quæ familiaritas maxime ex miſericordia cõparatur. Nec ſtatim præſtantes aliis, ipſi quod dedimus habere deſiſtimus, ſequitur enim: donantes vobiſmetipſis: quia quod bene in alium fit, magis ei reponitur, qui præſtitit, quam cui datum eſt. Qui miſeretur pauperis, ipſe ſaturabitur: & qui dat ei, Deo fœnerat. Vel certe ita accipiendũ, quod in eo quod ſuaues & miſericordes ſumus, & perturbationib., quæ nos inquietabant relictis, ad manſuetudinẽ, tẽperantiamque tranſiuimus, ipſi nobis datũ ſit & donatũ, dum de malis in bonos vertimur, & de hæc ipſa donamus nobis, quæ Deus pater donauit in Chriſto. Si enim omiſſis vitiis, virtutes ſequimur, omnes autẽ virtutes, ſapientia, veritas, iuſtitia, manſuetudo, & cætera ad Chriſtũ intellecta referũtur, cum has virtutes habuerimus, ipſas nobis etiã noſtro ſtudio comparamus, & habere nos facimus, quas Deus nobis donauit in Chriſto. Alius vero quod ait, donãtes vobiſmetipſis, ſimpliciter accipiet, vt quomodo ſupra dicitur: Eſtote autẽ inuicem ſuaues, ſic & nunc dicatur, donãtes vobiſmetipſis, pro eo, quod eſt, donãtes vobis inuicẽ: vt quomodo Deus nobis in Chriſto noſtra peccata donauit, ſic etiã nos eis, qui in nos peccauerint, dimittamus. Et ad probandũ quod dimiſſio peccatorũ in ſcripturis donatio nuncupetur: Illud ſumet exẽplum, quod in Luca ſcribitur, Luc. 7. ſ
vbi vni creditori alius debebat quingẽtos denarios, & alius quinquaginta, quos vtriſque cõceſſerit, & ad interrogationẽ Saluatoris ille qui interrogatus fuerat reſpõderit maiorẽ D
gratiam illum habere, cui plus donatum ſit. Dicitur & in oratione dominica: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos* Matth. 6. b
dimittimus debitoribus noſtris. Deus autem nobis donauit in Chriſto, non extra poſitus, ſed habitans in eo, quia pater in filio, & filius in patre. Nec ſtatim ille in quo donatur minor eſt ab eo, qui in ſe donat, quia & Apoſtolus dicit: *Et ego ſi* 2. Cor. 2. c
quid donaui vobis, in facie Chriſti & Dei.

c ¶ *Eſtote ergo, &c.*] Qui intelligit quomodo dictũ ſit: *Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt*, iſte ſciet quomodo & nunc dicatur: *Eſtote imitatores Dei.* Et Corin- Matth. 5. g
thiis quidem ſcribens ait: *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego* 1. Cor. 4. d & 11. a
Chriſti. Non enim poterant ſtatim imitatores Chriſti fieri, ſed grande illis erat ſi imitatores poſſent imitatoris exiſtere. Epheſiis vero quaſi his quos iam myſteria tanta docuerat, nõ ait, imitatores mei eſtote, nec imitatores Chriſti, ſed imitatores Dei, Nõ quo minus ſit imitatorẽ Chriſti eſſe quam Dei (Deus quippe Chriſtus eſt) ſed quod aliud ſit ſecundũ hominẽ imitari, aliud ſecundũ Deũ. Nã & ſi: Chriſtũ ſecun- 2. Cor. 5. c
dũ carnẽ antea noueramus, nunc iam nequaquã eum nouimus ſecundũ carnẽ. Loquitur & ipſe Saluator, humilitatẽ diſpẽſationis oſtendens: Quæcunque viderit patrẽ facientẽ, Ioan. 5. c
hæc eadẽ filius facit ſimiliter. Non quo aliud cælum, & aliã terram pater fecerit, & ad ſimilitudinem eorum, aliud cælũ & alia terra & elementa à Chriſto facta ſint cætera, ſed quo quæcunque operetur pater, hæc eadẽ & filius operetur. In quo autẽ ſimiles Deo poſſumus fieri, ſupra teſtatus eſt, dicens: donãtes vobis, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis. Non enim puto quod in cæteris quoque quæcunque Deus fecit, homo Deum poſſit imitari: ſed verbi cauſa, vt quomodo ille clemens eſt, & pluit ſuper bonos & malos, & reliqua, ſic etiam nos bonitatem noſtram ſuper omnes homines effundamus. Quod cum fecerimus, erimus ſicut filij dilecti, ſiue ipſius Pauli: ſiue, quo melius puto, Dei.

d ¶ *Et ambulate, &c.*] Qui pro aliorum ſalute vſque ad ſanguinem contra peccatum dimicat, ita vt & animam ſuam tradat pro eis, iſte ambulat in charitate: imitans Chriſtum,

E Chriſtum, qui nos intantum dilexit, vt crucem pro ſalute omnium ſuſtineret. Quomodo enim ille ſe tradidit pro nobis, ſic & iſte, pro quibus poteſt libenter occubens, imitabitur eum, qui oblationem & hoſtiam in odorẽ ſuauitatis ſe patri tradidit: & fiet etiam ipſe oblatio, & hoſtia Dei in odorem ſuauitatis.

G bræum ex Hebræis, verbo vſum eſſe vulgato, & ſenſum ſuum alterius ſignificatione verbi explicare voluiſſe, maxime cum apud Hebræos gratioſus & gratias agens, vno, vt aiunt, ſermone dicatur. Vnde & in Prouerbiis puto ita ſcriptum, γυνὴ εὐχάριστος ἐγείρει ἀνδρὶ δόξαν mulier grata ſuſcitat viro gloriã. pro eo quod eſt, gratioſa: videremur vim facere ſcripturæ, & gratias agentem mulierem, pro gratioſa audacter accipere, niſi & cæteræ editiones noſtræ opinioni congruerent. Aquila enim & Theodotio & Symmachus ita poſuerunt: γυνὴ χάριτος, id eſt mulier gratioſa, & non εὐχάριστος, quod ad actionem pertinet gratiarum. Prou. 11. b Sec. 70.

in charitate, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. [a] Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos: & turpitudo & ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinent: ſed magis actio gratiarum. Hoc [b] autem ſcitote, quia omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod eſt idolis ſeruiens) non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei. Nemo

a ¶ Fornicatio autem, &c.] Niſi philoſophorum quidam Cynicus extitiſſet, qui doceret omnem titillationem carnis, & fluxũ ſeminis ea qualicunque attritu tactuque venientem, in tempore non vitandum, & nunnulli ſapientes ſæculi in hanc turpem & erubeſcendam hæreſim conſenſiſſent, nunquam ſanctus Apoſtolus ſcribens ad Epheſios, ad fornicationem etiam omnem immunditiam copulaſſet, & ad immunditiam iunxiſſet auaritiam, non hanc qua pecuniam cupimus congregare, ſed illam de qua ſupra diximus. ne ſupergrediatur, & 1. Theſ. 4. b auarus fraudet in negotio fratrem ſuum: Quod ſcilicet inſatiabilis & inexpletus per omnia turpitudinum genera laſciuiæque diſcurrat. *Sicut decet*, inquit, *ſanctos*. Ex quo ſanctus non poteſt appellari, quicunque extra fornicationem in aliqua immunditia & auaritia voluptatum, quæ ſe delectauerint, inuenitur. Si quis autem arbitratur auaritiam, non in illo ſenſu accipiendam eſſe quo diximus, reddat cauſas quare inter fornicationem, & immunditiam, & turpitudinem, & ſtultiloquium & ſcurrilitatem, mediam auaritiam extraordinarie poſuerit. Porro ſtultiloquium eſſe exiſtimo, non ſolum eorum, qui aliqua narrant turpia, vt riſum moueant, & fatuitate ſimulata magis illudant eis, quibus placere deſiderant: ſed etiam eorum qui ſapientes ſæculi putantur, & de rebus phyſicis diſputantes, dicunt ſe arenas F littorum, guttas oceani & cælorum ſpatium terræque punctum liquidò comprehendiſſe. Eſt & in eccleſia ſtultiloquium: Si quis cælum putet fornicis more curuatum, Eſaiæ quem non intelligit ſermone deceptus: Solum quoque Eſa. 40. e in cælis poſitum, & ſuper eo ſedere Deum, & in ritum Sec. 70. Imperatoris & Iudicis, angelos ſtare in circuitu, qui verbis Ibid. 6. a iubentis obtemperent, & in diuerſa mittantur officia. Sed quia ſequitur ſtultiloquium ſcurrilitas, magis ſtultiloquiũ ad fatuas & ineptas fabulas transferendum. Inter ſtultiloquium autem & ſcurrilitatem hoc intereſt, quod ſtultiloquium nihil in ſe ſapiens, & corde hominis dignum habet. Scurrilitas vero de prudenti mente deſcendit & conſulto appetit quædam, vel vrbana verba, vel ruſtica vel turpia, vel faceta, quam nos iocularitatem alio verbo poſſumus appellare, vt riſum moueat audientibus. Verum & hæc à ſanctis viris penitus propellenda, quibus magis conuenit flere atque lugere, vt in Hebraico quoque euangelio legimus, Dominum ad diſcipulos loquentem: Et nunquam, inquit, læti ſitis: niſi cum fratrem veſtrum videritis in charitate. Videtur hucuſque nihil extra propoſitum [illegible] extra conſequentiam textumque ordinis ... ſtoliſſe. Verum hoc quod ſequitur, & in fine poſitum eſt. Sed magis gratiarum actio: Quærat aliquis & dicat, quid ſibi velit poſt fornicationem prohibitam & immunditiam, & laſciuiam, & turpitudinem, & ſtultiloquium, & ſcurrilitatem, actio gratiarum. Si enim ſemel ei liberum fuit ponere quamcunque virtutem, potuit dicere, ſed magis iuſtitia, veritas, dilectio. Quomodo autem hoc inconſequens eſt, ita etiam illa inconſequentia eſſe potuiſſent, & eadem licentia ordinem non haberent. Forſitan igitur gratiarum actio in hoc loco non iſta eſt nominata, iuxta quam gratias agimus Deo, ſed iuxta quam grati ſiue gratioſi & ſalſi apud homines appellamur. Stultiloquum enim & ſcurram non decet eſſe Chriſtianũ. Decet autem ſermonem eius ſale eſſe conditum, vt gratiam apud audientes habeat. Et quia non eſt conſuetudinis niſi inter doctos quoſque apud Græcos εὐχαριστίαν ad diſtinctionem euchariſtiæ dicere, hoc eſt gratioſum eſſe, & agere gratias: Propterea puto Apoſtolum quaſi He-

b ¶ Hoc autem, &c.] Notandum quod ſex vitiis ſupra prohibitis fornicatione, immũditia, auaritia, turpitudine, ſtultiloquio ſcurrilitate, nunc tantum tria poſuerit, fornicationem, immunditiam, auaritiam, quibus qui fuerit obnoxius, hæreditatem in regno Chriſti & Dei habere non poſſit. Si enim ita ſtultiloquus & ſcurra alieni eſſent è regno Dei, quo modo tres, quos ſpecialiter ſeparauit, videretur ſimtẽria eſſe crudelis, non ignoſcere imbecillitati fragilitatis humanæ, cum etiam per totũ nos dicta damnarent. *Qui enim in ſermone non labitur, perfectus eſt*. I. Iacobi 3. a Neque vero iſta dicentes, locum ſtultiloquio & ſcurrilitati damus, dum non excluduntur à regno, ſed quomodo apud patrem diuerſæ ſunt manſiones, & *ſtella à ſtella differt in gloria, ſic & reſurrectio mortuorũ*: Quamuis aliquis 1. Cor. 15. e à fornicatione, immunditia atque laſciuia alienus ſit, tamen ſi ſtultiloquus & ſcurra fuerit, non tenebit eum locum, quẽ poſſeſſurus erat, ſi hæc vitia non haberet. Reſpondeat quis, eſto ſtultiloquium & ſcurrilitas non eundem habeant reatum quem fornicatio, immunditia, & auaritia, nunquid nõ & turpitudinem cum tribus ſuperioribus debuit nominare? Ad quod dicendum, turpitudinem hic ſignificare abſconditam cogitationem, cum inflammatur ſenſus noſter ad libi- H dinem, & carnis titillationibus anima ignita ſuccenditur, & nihilominus Dei timore, & mentis iudicio refrenatur. Denique etiam ſupra abſque turpitudine, tria pariter appellauit, dicens: *Fornicatio autem, & omnis immunditia, & auaritia, nec nominetur in vobis*. 1. Theſ. 4. b & deinceps turpitudo cum ſtultiloquio & ſcurrilitate numerata eſt. Et quomodo ſtultiloquium & ſcurrilitas, ſic & iſta turpitudo non perdit, nec in perpetuum excludit à regno. Quia vero in ſuperioribus ex eo quod alibi legeramus: *Ne ſupergrediatur, & auarus fraudet in negotio fratrem ſuum*: dixeramus auaritiam pro adulterio poſitam: Sup. eod. cap. 4. a Quærimus id quod nunc dicitur, aut auarus, quod eſt idolis ſeruiens, vtrum cum illa, an cum vulgata interpretatione conſentiat. Inuenimus in locis plurimis prophetarum, idololatriam, fornicationem appellatam. *Fornicabantur*, inquit, *poſt idola ſua & ſpiritu fornicationis ſeducti ſunt*. Ezec. 23. f Oſee. 4. e Poteſt itaque fornicatio & ſuper idololatria intelligi. Sin vero auarus ille accipitur: qui pecuniam vtcunque conquirens nummos per fas & nefas habere deſiderat, Sec. 70. & pleno ſacculo delectatur: iſte idololatres in eo eſt, quia ſculpturã ipſius numinis colit, & idola in eis cælata veneratur. Vt voracium Deus venter eſt, ita cupidorum quoque iuſtiſſime pecunia Deus dici poteſt: maxime cum in alio loco Apoſtolus cupiditatem idololatriam vocet. 1. Cor. 1. b Ad hæc videndum quid ſentire voluerit, dicens: In regno Chriſti & Dei: vtrum nam aliud regnum Chriſti ſit, & aliud Dei: An idem regnum ſit patris & filij. Et ſi quidẽ dixiſſet, in regno filij & patris: per filium veniremus ad patrem, & licet eſſet diuerſitas perſonarum: tamen eſſet regnantium vna maieſtas: nunc vero cum dixerit, in regno Chriſti & Dei ipſum Deum & Chriſtum intelligamus: quia & *cum tradiderit regnum Deo & patri*, non erit pater omnia in omnibus, ſed 1. Cor. 15. d *Deus in omnibus omnibus*. Vbi autem Deus eſt, tam pater quã filius intelligi poteſt. Porro quod de patre & de filio dicimus: hoc idem & de Spiritu ſancto ſentiamus.

ᵃ Nemo vos decipiat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. ᵇ Nolite ergo effici comparticipes eorum. ᶜ Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in domino. ᵈ Vt filij lucis ambulate, ᵉ Fructus enim lucis, eſt in omni bonitate & iuſtitia, & veritate. ᶠ Probantes quod ſit beneplacitum Deo. ᵍ Et nolite communicate operibus infructuoſis tenebrarum: ʰ Magis autem & arguite. ⁱ Quæ enim occulte fiunt ab eis, turpe eſt & dicere, ᵏ Omnia autem arguta, à luce manifeſtantur, omne enim quod manifeſtatur lux eſt. ˡ Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, &

A a ¶ *Nemo vos decipiat, &c.*] Verba quæ decipiunt atque ſupplantant, inania ſunt & vacua. Quæ vero ædificant audientes, plena, cumulata, cōferta. Quia igitur ſunt plerique, qui dicunt non futura pro peccatis eſſe ſupplicia, nec extrinſecus adhibenda tormenta: ſed ipſum peccatum & conſcientiam delicti eſſe pro pœna, dum vermis in corde non moritur, & in animo ignis accenditur: in ſimilitudinem febris, quæ non torquet extrinſecus ægrotantem: ſed corpora ipſa corripiens ponit, ſine cruciatuum forinſecus adhibitione quod poſſidet. Has itaque perſuaſiones & decipulas fraudulētas, verba inania appellauit & vacua: quæ videntur florem quēdam habere ſermonum, & blandiri peccantib. ſed dum fiduciam tribuunt, magis eos ferunt ad æterna ſupplicia: Quia de nulla re ſic iraſcitur Deus: quo modo ſi peccator ſuperbiat, & erectus ac rigidus non flectatur in fletum, nec miſericordiam poſtulet pro delicto. *Propter hæc enim venit ira Dei ſuper filios diffidentiæ*, ſiue *inſuaſibilitatis*: ἀπειθεία enim magis à ſuaſione quam à fiducia è diuerſo intelligi poteſt. Inſuaſibilitatis autem ſiue diffidētiæ filij ſic dicuntur, quo modo filij perditionis, & filij fornicationis, & filij mortis, & filij gehennæ, & cætera his ſimilia, quæ in variis ſcripturarum locis inuenire perfacile eſt,

συμμέτοχοι. b ¶ *Nolite ergo, &c.*] Particeps ſiue comparticeps fit diffidentiæ filiorum, qui in fornicatione & in immunditia & auaritia, propter quæ venit ira Dei ſuper filios diffidētiæ, reperitur. Et particeps quidem eorum eſt, ab eo quod participat,
B & communionem habet malorum operū. Comparticeps vero is appellatur, qui cum aliis eſt particeps: Et in comparticipi intelligitur & particeps: In participi vero non ſtatim tenetur & comparticeps. Diligenter obſerua verbū, comparticipis atque participis. Puto enim in ſcripturis participem in bonam partem: comparticipem in mala ſemper accipi. Verbi gratia: *Propter quod vnxit te Deus Deus tuus,*
Pſal. 44. b Heb. 3. c *oleo exultationis præ participibus tuis.* Et in alio loco: *Participes enim Chriſti facti ſumus: ſi tamen principium ſubſtantiæ vſque ad finem firmum tenuerimus.* Porro non memini alibi me legiſſe, excepto præſenti loco comparticipem, & tamē manifeſtū eſt, hic non in bona parte, ſed in cōtraria poſitū.

c ¶ *Eratis enim, &c.*] Si poſſibile eſt verti in lucē tenebras: non eſt ſecundum quoſdam hæreticos natura quæ pereat, & recipere nequeat ſalutem. Interrogemus ergo eos qui illa confingunt: vtrum nam omnes impij tenebræ ſint nec ne: de quibus quidam cum propter malitiam tenebræ vocarētur, ad meliora conuerſi, nunc lux appellantur in domino: Sicut autem iuſti ſunt lumen mundi: ſic impij conſequenter tenebræ vocabuntur. & iuſti quidem cum ſint lumen, videbunt lumen in lumine: iniuſti autem cum ſint tenebræ, populus ſunt ſedens in tenebris, & nihil videns: Quorum differentiā inter ſe atque diſtantiam, ex fructibus intelligimus. *Omnis*
Ioan. 3. c enim *qui operatur malum, odit lucem*: & non veniens ad lucem, tenebroſus eſt, & filius noctis atque tenebrarum. Qui vero operatur veritatem, & in lucem venit: lux eſt, & filius lucis & diei: Lucentes autem ſiue tenebroſi, de cordis vel lumine, vel tenebris cognoſcuntur. Super hæc quæres: ne forte ob diſtinctionem eorum qui lux ſunt, ſed non ſunt lux in domino, de iuſtis dicatur, nunc autem lux in domino. Decenter quoque Epheſiis, qui ad ſcientiæ ſummam conſcenderant, ſcribitur quod ſint lux in domino. Neque vero tenebræ ipſæ vertūtur in lucem, aut lux in tenebras commutatur: ſed hi qui ab eo quod ſunt, nomen quoque vel virtutis meruere vel vitij, ſi conuerſi fuerint de alio in aliud, ὁμωνύμως his rebus à quibus poſſidentur, vel tenebrarum, vel lucis vocabulum ſortientur.

d ¶ *Vt filij, &c.*] Si Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt: filij Dei filij lucis ſunt. Necnon, ſi Chriſtus lux vera eſt:
Ioan. 13. d filij quoque eius ad quos loquitur, dicens: *Filioli mei adhuc* C
modicum vobiſcum ſum: filij veræ lucis ſunt. Ex quo colligitur, eoſdem filios eſſe Dei patris, qui ſunt filij Chriſti Ieſu.

e ¶ *Fructus enim lucis eſt, &c.*] Aduerſus Marcionem, qui iuſtum Deum à bono ſeparat, & putat creatorem eſſe iuſtum: alium vero neſcio quem cuius Chriſtus iſte qui venit filius ſit, bonum tantummodo eſſe Deum, hoc teſtimonium proferamus. Si quidem fructus lucis, nō ſolum eſt in bonitate, ſed in iuſtitia, & in veritate. Vbi itaque bonitas eſt, ibi & iuſtitia: vbi iuſtitia, ibi conſequenter & veritas. Apud bonū ergo Chriſti patrem, vt ipſi quoque fatētur, eſt veritas & bonitas. Vbi autem bonitas & veritas: apud ipſum, & non apud alium, vt nunc Apoſtolus docet iuſtitia eſt. Intelligat quoque Marcion ipſum Chriſtum, bonitatem, veritatem, & iuſtitiam nuncupari. Bonitatem, in eo, quod non ſecundum opera, ſed ſecundum miſericordiam det gratiam credentibus in ſe. Iuſtitiam in eo, dum vnicuique retribuit quod meretur. Porro veritatem, dum ipſe ſolus cauſas creaturarum omnium rerumque cognoſcit.

f ¶ *Probantes quid, &c.*] Omnia facienda cum conſilio, vt cauti atque ſolliciti ea tantum quæ ſcimus Deo placere, faciamus, in morem prudentiſſimi trapezitæ, qui ſculptū numiſma non ſolum oculo, ſed & pondere & tinnitu probat. Quia vero in hoc loco contextus eloquij videtur eſſe turbatus, & tota ſcatere ſententia: ſic ordini ſermo reddendus eſt. *Nolite ergo fieri comparticipes eorum, probantes quid ſit beneplacitum Deo*: & ſi enim *eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux eſtis in Domino*: *quaſi filij lucis ambulate, fructus luminis* oſtendentes in omni *bonitate & iuſtitia & veritate.* D

g ¶ *Et nolite communicare, &c.*] Et ad Galatas nomen fructus in ſpiritu operis vero poſuit in carne, dicens: *Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, & reliqua. Fru-* Galat. 5. d *ctus vero ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, &c.*] Porro in præſentiarum, opera tenebrarum infructuoſa appellauit, quibus qui ea fecerint, communione ſociantur.

h ¶ *Magis autem & arguite.*] Inter cætera mandata, etiam peccantes poſſe arguere, maxime libertatis eſt. Sed hoc ille poteſt facere, qui non meretur audire: *Hypocrita, eijce primū trabem de oculo tuo: & tunc poteris eijcere feſtucam de oculo* Luc. 6. f *fratris tui*. Quamobrem & prophetæ, nulla ipſi peccatorum ſorde polluti, nec cauteriatam habentes conſcientiam, poterant cæteros arguere delinquentes. Ex quo animaduertēdū eum arguere poſſe, qui ipſe nō redarguatur in ſemetipſo.

i ¶ *Quæ [illegible]m, &c.*] Non mihi videtur ſermonis ſtare contextus, vt id quod nunc dicitur: quæ enim occulte fiunt ab eis, ex ſuperioribus pendeat, & ſciri poſſit ad quos potiſſimum referendum ſit: niſi forte altius reddatur hyperbaton, & ad filios diffidentiæ copuletur, vt ſonare poſſit: quæ enim occulte fiūt à filiis diffidentiæ, turpe eſt & dicere: quæ ſunt fornicatio & immunditia & auaritia omnis.

k ¶ *Omnis autem arguta, &c.*] Omnia haud dubium quin ea quæ occulte fiunt à filiis diffidentiæ: hæc enim à luce arguta manifeſtantur. Lux autem arguit ea quæ prius erant tenebræ, & poſtea facta ſunt lumen in Domino: vt ea eo quod corripiuntur, mutentur in melius, & mutata manifeſtentur in publico, & publicata ſint lumen: quia omne quod manifeſtatur lux eſt.

l ¶ *Propter quod dicit: &c.*] Quoniam opera tenebrarum à luce arguta manifeſtantur in lucem, his quæ arguta fuerant trāſmutatis, dicitur dormientibus & mortuis, eo quod opera fecere tenebrarum: Surge qui dormis, & exurge à mortuis.

E Quęrat aliquis, quis nam ſit iſte qui dicat: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis*: aut cuius teſtimonio Apoſtolus ſit abuſus. Et quidem qui ſimplici reſponſione contentus eſt, dicet in recōditis cum prophetis, & his, quæ vocãtur apocrypha, hæc lecta in mediū protuliſſe (ſicut in alijs quoque locis illum feciſſe manifeſtum eſt) Non quod apocrypha comprobaret: ſed quo & Arati & Epimenidis & Menādri verſibus ſit abuſus, ad ea quę volueratin tēpore comprobanda. Nec tamen Arati & Epimenidis & Menādri tota quæ ſcripſere ſunt ſancta, quia eos vere aliquid dixiſſe teſtatus eſt. Alius vero quaſi, προσωπο-ποιΐαν Spiritus ſancti apoſtolus figurauerit, ad exhortationem pœnitentiæ hæc dicta memorabit. Ego certe ſecundum paupertatulam meam, omnes editiones veterum ſcripturarum, ipſaque Hebræorum volumina diligenter euentilans, numquam hoc ſcriptum reperi. Niſi forte & hoc dicamus: quo modo olim prophetæ in concione populi loquebantur: hæc dicit dominus, & quoniam dominus locutus eſt: ita & Apoſtolum Spiritu ſancto plenum, repente in verba, quæ in ſe Chriſtus loquebatur, erupiſſe atque dixiſſe, hæc dicit dominus. Necnon & illud eſt diſſerendum, quo modo vni atque eidem dicatur quaſi viuenti, ſurge qui dormis, & quaſi mortuo, exurge à mortuis. Igitur quia & ſpiritus eſt hominis, quem ſemper in bonam partem ſcriptū meminimus, & anima cuius & infirmitates & mortes legimus peccatorū: id quod nunc dicitur, ſurge qui dormis, referatur ad ſpiritū, & quod ſequitur, exurge à mortuis, ani-
Ezech. 18.a mæ coaptetur: *Anima enim quæ peccauerit, ipſa morietur.* Spiritus autem mortem nunquam omnino legimus. Chriſtus ergo lux vera, orietur ei qui ſurrexerit de ſomno, & ex mortuis fuerit ſuſcitatus. Scio me audiſſe quendam de hoc
F loco in eccleſia diſputantem: qui in theatrale miraculum, nūquam ante viſam formam populo exhibuit, vt placeret: Teſtimonium hoc, inquiens, ad Adam dicitur in loco caluariæ ſepultum, vbi crucifixus eſt dominus. Qui caluariæ idcirco adpellatus eſt: quod ibi antiqui hominis eſſet conditū caput: Illo ergo tempore quo crucifixus dominus, ſuper eius pendebat ſepulcrum, hæc prophetia completa eſt, dicens: Surge Adam qui dormis, & exurge à mortuis, & non vt legimus ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός, id eſt, orietur tibi Chriſtus, ſed ἐπιψαύσει, id eſt, continget te Chriſtus: Quia videlicet tactu ſanguinis ipſius & corporis dependentis viuificetur atque conſurgat, & tunc typum quoque illum veritate compleri, quando Eliſæus mortuus mortuum ſuſcitauit. Hæc vtrum
4.Reg.13.d vera ſint, necne, lectoris arbitrio derelinquo. Certe tunc in populo dicta placuerunt, & quodam plauſu ac tripudio ſunt excepta. Vnum quod ſcio loquor, cum loci iſtius interpretatione atque contextu ſenſus iſte non conuenit.

& illuminabit te Chriſtus (ſiue, orietur tibi Chriſtus.) [a] Videte ergo quomodo caute ambuletis, non vt incipientes ſed vt ſapientes. [b] Redimentes tempus quoniam dies mali ſunt. [c] Propter quod nolite effici imprudentes: ſed intelligite quæ ſit voluntas Dei. [d] Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria: ſed impleamini ſpiritu. Loquentes [e] vobiſmetipſis in pſalmis & hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in

a ¶ *Videte ergo, &c.*] Recte Epheſiis dicitur, vt caute ambulent, qui habebant exercitatos ſenſus ad diſcernendum bonum & malum: & probãtes omnia, id quod ſtatuerant bonum eſſe, retinebant. Qui autem videt quo modo ambulet, & quam caute figat gradum (ne forte ad lapidem offendat
Psal.90.a & 118.a pedem ſuum) & dicit: *Lucerna pedibus meis verbum tuum domine*: vtique ſapiens eſt. Non enim puto ἰδιώτην quempiā, & ſi velit ambulare caute, poſſe hoc implere præceptū: quia ſapientibus & non incipientibus imperatum eſt. Ex quo intelligimus & præcepta moralia (quæ plerique manifeſta arbitrantur, ex eo quod in octauodecimo pſalmo dicitur: *Mādatum domini lucidum illuminans oculos*) indigere prudenti, & circumſpecta expoſitione: quia lucidum illud præceptum, eorum illuminat oculos, qui inſipientia derelicta, ſapientiæ ſtudiis ſe manciparint.

b ¶ *Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.*] Qui ſapiens eſt, & idcirco caute ambulat, redimit tempus. Tempus autem redimit, quia dies mali ſunt. Quando in bono opere tempus conſumimus: emimus illud, & proprium facimus, quod malitia hominum venditum fuerat: Nemo autem vitæ huius quęrens neceſſaria, & de diuitiis & ſolicitu-

G dinib., quas euangeliū ſpinas nūcupat, cogitans, poteſt ſibi tempus redimere. Redimentes autem tempus, quod in diebus malis eſt, quodammodo immutamus illud, & dies malos in bonos vertimus, & facimus illos non præſentis ſæculi, ſed futuri. Poteſt & aliter locus iſte ediſſeri: O vos Epheſij) quibus de ſomno ſæculi iſtius exurgētib. ſol iuſtitiæ ortus eſt Chriſtus) caute ambulate atque prudēter & abiecta inſipientia, tenete ſapientiam: per quam poſſitis, non cum varietate temporū commutari, ſed diuerſitatem temporum vobis vnum tempus efficere. Et quia ſunt plurimę perſecutiones, (In principio quippe fidei propemodum quondie vexabãtur eccleſiæ) vnum tenete curſum, & hoc ſcitote ſeruandum: vt non in morem ſtulti, quaſi luna mutemini, ſed quod ſemel cœpiſtis, firma mente teneatis: ne videlicet ſi perſecutorem iudicem videritis, & vos cum iudicis voluntate mutemini. Rurſum ſi alius dogmatis veſtri laudator aduenerit: vos fateamini Chriſtianos: ſed quod eſtis, omni tempore reſeruate. Aliquod de ſcripturis ponamus exemplum: vt quod dicimus manifeſtius fiat. Ioſeph vnum habebat propoſitū, placere Deo. Hoc nulla varietate temporis immutatum eſt: nec fratrum inuidia, nec conditione ſeruitutis: nec ætatis illecebris, nec dominæ repromiſſis, nec ſqualore carceris, nec poſtea tumore Ægyptiæ poteſtatis: ſed ſemper vnus fuit, & veritatem vt diximus temporum ſibi redimens, malos dies vertit in bonos. Hoc idem & de Iob ſentiendum eſt, quod per varia tentamenta vexatus: nec diuitiis, nec dānis, nec orbitate, nec vulnere, nec exprobratione amicorū, nec ſolitudine, nec poſtea bonorum omnium reſtitutione mutatus eſt. Redemerat enim ſibi tempus, & dies malos fecerat bonos.

c ¶ *Propter quod nolite, &c.*] Quia tempus malum eſt, & ſicut ſupra diximus, redimendum, appetenda ante ſapientia eſt, vt per illam intelligere valeamus quæ ſit voluntas Dei. Non enim poſſumus caute ambulare: niſi prius intellecta voluntate Dei. In omni ergo opere primum conſiderandū quid velit Deus, & habito iudicio, id poſtea faciendū, quod illi placere fuerit comprobatum. H

d ¶ *Et nolite inebriari vino, &c.*] Quo modo non poſſumus duobus dominis ſeruire, Deo & mammonæ: ſic non poſſumus ſpiritu impleri pariter & vino. Qui enim ſpiritu impletur, habet prudentiam, & manſuetudinem, verecūdiam, caſtitatem. Qui vino, habet inſipientiam, furorem, procacitatem, libidinem. Hoc quippe æſtimo vno verbo ſignificare luxuriam. Quod ſi quidam intelligerent, numquam me temeritatis & hæreſæos arguiſſent: quod in virginitate ſeruanda dixerim vinum adoleſcentulis declinandum, & non mittendum ſuper flammam oleum: nec naturalem carnis ardorem fomentis voluptatis augendum. Poteſt autem vinum, in quo eſt luxuria, & illud accipi, de quo in cantico Moyſi dicitur: *Furor draconum vinum eorum, & furor aſpidum inſanabilis*: quod omnes qui ſæculi iſtius cogitatione ſunt ebrij, bibunt & inſaniunt, & vomunt, & præcipites corruunt. Et iuxta Lapitharum, Centaurorumque fabulā, in mutuum feruntur exitium. Huic vino, illud vinum contrarium eſt: quod Dominus ſe nobiſcum in regno ſuo bibiturum eſſe promittit. Frequenter annotauimus, nomen ſpiritus abſque additamento, in bonam poſitum partem: quod quidem etiam nunc obſeruandum videtur. Matth.6.c Deut.33.d Matth.26.e

e ¶ *Loquētes vobiſmetipſis, &c.*] Qui ſe abſtinuerit ab ebrietate vini, in quo eſt luxuria, & pro hoc ſpiritu fuerit impletus: iſte omnia poteſt accipere ſpiritualiter, pſalmos, hymnos, & cãtica. Quid autē interſit inter pſalmū & hymnum, & canticū, in pſalterio pleniſſime diſcimus. Nunc autē breuiter hymnos eſſe dicendum, qui fortitudinem & maieſtatē prædicant Dei, & eiuſdem ſemper vel beneficia vel facta mirantur. Quod omnes pſalmi continent, quibus alleluia, Epheſ.5.b

A vel præpoſitum vel ſubiectum eſt. Pſalmi autem proprie ad ethicū locum pertinent: vt per organum corporis, quid faciendum, & quid vitandum ſit nouerimus. Qui vero de ſuperioribus diſputat, & concentum mūdi, omniūque creaturarum ordinē atq; concordiam ſubtilis diſputator ediſſerit, iſte ſpirituale canticū canit. Vel certe (vt propter ſimpliciores manifeſtius, quod volumus eloquamur) pſalmus ad corpus, canticū refertur ad mentem. Et canere igitur & pſallere & laudare dominū, magis animo quam voce debemus: Hoc eſt quippe quod dicitur: *Cantātes & pſallentes in cordibus veſtris domino.* Audiant hæc adoleſcentuli: audiant hi quibus pſallendi in eccleſia officium eſt, Deo non voce ſed corde cantādum: nec in Tragœdorum modum guttur & fauces dulci medicamine colliniendas: vt in eccleſia theatrales moduli audiantur & cantica, ſed in timore in opere, in ſcientia ſcripturarum. Quamuis ſit aliquis, vt ſolent illi appellare κακόφωνος, ſi bona opera habuerit, dulcis apud Deū cantor eſt:
1.Reg.16.d Sic cantet ſeruus Chriſti, vt non vox canentis, ſed verba placeant quæ leguntur: vt ſpiritus malus, qui erat in Saule, eiiciatur ab his qui ſimiliter ab eo poſſidētur, & non introducatur in eos, qui de Dei domo ſcenam fecere populorum.

in cordibus veſtris domino. [a] Gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, Deo & patri. [b] Subiecti inuicem in timore Chriſti. [c] Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint ſicut domino: quomodo vir caput eſt mulieris, ſicut & Chriſtus caput eccleſiæ. [d] Ipſe eſt ſaluator corporis. [e] Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto

a ¶ *Gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, Deo & patri.*] Huic quid ſimile, & in epiſto-
1.Theſſ.5.c la ad Theſſalonicenſes prima ſcriptum eſt: *Semper gaudete, ſine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite.* Quod præ-
B ceptum ille ſolus cuſtodire poteſt, qui prouidentia Dei nouit etiam quinque paſſeres, qui venduntur dipōdio, gubernari, quorū vnus non cadit in laqueum ſine patris voluntate. Quod autem ait: *Gratias agentes, & ſemper, & pro om-*
Luc.12.a *nibus*: Dupliciter intuendum, vt & in omni tempore, & pro omnibus, quæ nobis accidunt Deo gratias referamus: vt nō tantum pro his quæ bona putamus, ſed etiam quæ nos coartant, & contra noſtram veniunt voluntatem, in Dei præconium mens læta prorumpat, & dicamus: *Nudus exiui de*
Iob.1.d *vtero matris meæ, nudus & redeam*: ſicut placuit domino, ita factum eſt: ſit nomen domini benedictum. Hæc actio gratiarum apud prudentes viros & generaliter, & ſpecialiter obſeruatur. Generaliter, vt gratias agamus Deo, quod nobis ſol oritur, dies currit, nox mutatur in requiem: ſplendore lunæ tenebræ temperantur, & ortu occaſuque ſtellarum tempora mutantur & redeunt: quod nobis ſeruiūt pluuiæ, terra parturit, elementa famulantur: quod tantæ animalium varietates, vel ad vehendum, vel ad operandum, vel ad veſcendum, vel ad tegmen, vel ad exemplum, vel ad miraculū datæ ſunt, & ad extremum quod nati ſumus, quod ſubſiſtimus, quod in mundo quaſi in quadam domo potentiſſimi patris familias procurationem gerimus, & totum quidquid in mundo eſt, noſtri cauſa intelligimus procreatum. Specialiter vero, quando in Dei beneficiis, quæ nobis accedunt, gratulamur. Sed hoc & gentilis facit, & Iudæus, & publicanus, & ethnicus. Chriſtianorum propria virtus eſt etiam in in his, quæ aduerſa putantur, referre gratias creatori. Si domus corruerit, ſi amantiſſima vxor, & filij, vel captiuitate vel veneno vel naufragio intercepti ſint: ſi diuitias proſcriptione perdidimus: ſi ſanitatem innumerabiles morbi & ſemper expectanda miſeris podagræ debilitas fregerit: qui ſibi ſanctiores videntur, ſolent Deo referre gratias quod de periculis, vel de miſeriis liberati ſunt. Sed iuxta Apoſtolum hæc virtus eſt maxima, vt in ipſis periculis atque miſeriis, Deo gratiæ referātur, & ſemper dicamus: Benedictus Deus, minora me ſcio ſuſtinere quam mereor: hæc ad mea peccata parua ſunt: nihil mihi dignū redditur. Hic animus Chriſtiani eſt, hic crucem ſuam tollens, ſequitur Saluatorē, quē nec orbitas nec damna debilitant. Quem vt Flaccus in lyrico carmine ait: *Si fractus illabatur orbis, impauidum ferient ruinæ.* Qui autem, ſicut diximus, gratias agit Deo & patri in mediatore Dei & hominum, referat eas Chriſto Ieſu: quia niſi per illum accedere non valemus ad patrem.

b ¶ *Subiecti inuicem, &c.*] Audiant hæc epiſcopi, audiant presbyteri, audiant omnis ordo doctorum: ſubiectis ſuis ſe C
eſſe ſubiectos, & imitentur dicentē Apoſtolum: *Cum enim* 1.Cor.9.d
eſſem liber ex omnibus, omnibus meipſum ſeruum feci, vt omnes lucrifacerem. Et in alio loco: *Per charitatem ſeruite inuicē.* Gala.5.d
Vnde & ipſe eadem charitate omnibus gentium ſeruiuit eccleſiis. Saluator quoque formam ſerui accepit: vt Ioan.13.b
ſeruiret diſcipulis ſuis, & pedes eorum lauit. Hoc intereſt inter gentium principes & Chriſtianorum: quod illi dominantur ſubditis, nos ſeruimus, & in eo maiores ſumus, ſi minimi omnium fuerimus. Sed & hoc quod ait: In timore Chriſti, ſic accipiendum: vt ipſa ſubiectio non propter hominum gloriam, ſed propter timorem Chriſti fiat: dum illum timemus offendere. Alius vero ſic interpretabitur: ſubiecti inuicem in timore Chriſti: vt hanc ſententiam generalem in conſequentibus diuidat atque partiri: *Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint*: & *filij obedite parentibus*, & *ſerui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore*: vt non ſolum vxor viro, & filij parentibus, & ſerui dominis, ſed etiam viri mulieribus, iuxta officium quod præceptum eſt, & patres filiis, ne illos ad iracundiam prouocent, & domini ſeruis, vt remittant minas, & præbeāt his quæ habent neceſſaria, inuicem ſint ſubiecti, & hoc ex Chriſti timore faciāt: Vt quo modo ſeruis ſuis fuit ille ſubiectus: ſic & hi, qui maiores videntur, ſubiiciantur minoribus ſuis, reddendo officia quæ iubentur. Poſſumus hic timorem & pro εὐλάβεια, id eſt, reuerentia accipere, quæ magis vicina eſt charitati. Nequaquam enim conuenit Epheſiis, vt timore quid faciant, & non dilectione Chriſti.

c ¶ *Mulieris viris ſuis, &c.*] Hoc quod in Latinis exemplaribus additū eſt, ſubditæ ſint: in Græcis codicibus non habetur: ſi quidem ad ſuperiora refertur, & ſubauditur: Subiecti D
inuicē in timore Chriſti: vt ἀπὸ κοινοῦ reſonet, ſubiectæ & mulieres viris ſuis ſicut Domino. Sed hoc magis in Græco intelligitur, quam in Latino. Quomodo itaque Chriſto ſubiecta eſt eccleſia: ſic ſubiecta ſit vxor viro ſuo: Quem enim habet principatū & ſubiectionem Chriſtus & eccleſia: huic eidem ordini maritus & vxor aſtringitur. Sed videndum, vt quomodo in Chriſto & in eccleſia ſancta cōiunctio eſt: ita & in viro & in muliere ſancta ſit copula. Sicut autem non omnis cōgregatio hæreticorum Chriſti eccleſia dici poteſt: nec caput eorum Chriſtus eſt: ſic non omne matrimonium, quod non viro ſuo ſecundum Chriſti præcepta cōiungitur, rite cōiugium appellari poteſt: ſed magis adulterium: Alias Geneſ.3.c
autem ſubiicitur vxor viro vt domino: quia ad ipſum conuerſio eius eſt, & ipſe illius dominabitur. Nam & Sara do- Ibid.18.b
minum vocabat Abraham: quæ ſpontanea ſeruitus, quāto magis fuerit voluntate ſubiecta, tanto eſſe incipit coæqualis: quinimo, obſequiis ſuis in ſeruitutem redigere dominātem. Quidam hunc locum ſecundum Anagogen ita interpretātur: vt dicant vxorem in corpore, virum accipi in animo. Et ſicut Chriſto ſubiecta eſt eccleſia: ita corpora ſubiici debere ſenſui, & in vnum ſpiritum redigi, ſi domino fuerint copulata. *Qui enim adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt.* 1.Cor.6.d

d ¶ *Ipſe eſt ſaluator corporis.*] Quoniam propinquior atque inferior eſt à ſubſtantia Chriſti natura eccleſiæ: propterea eam corpus Chriſti æſtimo nominatam: cuius corporis Saluator eſt Chriſtus Ieſus, id eſt, verbum, ſapiētia, cæteræque virtutes, in quibus intelligitur filius Dei. Quære curioſius, ſicubi in diuinis voluminibus potueris inuenire, vocabulū carnis pro eccleſia poſitum. Si quidem nunc nequaquam caro, ſed corpus Chriſti appellatur eccleſia. Porro manifeſtum, quod quidquid caro eſt, conſequenter & corpus ſit: non autem quidquid corpus, hoc conſequenter & caro.

e ¶ *Sed ſicut eccleſia ſubiecta, &c.*] Eccleſia Chriſti glorioſa eſt: non habēs maculam neque rugam, aut quid huiuſmodi. Qui ergo peccator eſt, & aliqua ſorde maculatus, de eccleſia

Chriſti

ita & mulieres viris ſuis in omnib. [a] Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſt' dilexit eccleſiã, & ſemetipſum tradidit pro ea, vt eã ſanctifica-ret, mũdans eam lauacro aquæ in verbo: vt ex-hiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam nõ habẽ-rem maculam aut rugã, aut aliquid eiuſmodi: ſed vt ſit sãcta & immaculata. [b] Ita & viri debẽt diligere vxores ſuas ſicut ſua corpora. Qui [c] v-xorem ſuam diligit, ſeipſum diligit: nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus eccle-ſiam. Quoniam membra [d] ſumus corporis eius

E Chriſtiani nõ poteſt appellari, nec Chriſto ſubiect' dici. Poſ-ſibile autem eſt vt quo modo eccleſia, quæ prius rugam ha-buerat & maculam, in iuuentutem & munditiam poſtea re-ſtituta eſt; ita & peccator currat ad medicum (quia non ha-bent opus ſani medico, ſed malè habentes) & curentur vul-

Luc.5.f nera ipſius, & fiat de eccleſia, quæ corpus eſt Chriſti. Satis quoque eleganter & cautè ad Epheſios loquens ait: vt eccle-ſia ſubiecta eſt Chriſto: ita & v-xores viris ſuis. Si. n. ita vxor ſubiicienda viro eſt, vt Chriſto eccleſia: inter virum & vxorem erit ſancta cõiunctio, & nun-quam corporis ſeruiẽt paſſio-nibus. Quod ſi nobis aliquis il-

1.Cor.7.a lud quod ad Corinthios ſcribi-tur oppoſuerit, virum vxori de-bitum reddere, & vxorẽ viro: animaduertat magnam inter

1.Cor.3 & 5 Corinthios & Epheſios eſſe diſtantiam. Illis quaſi paruulis atque lactentib. ſcribitur: in quib. erant diſſenſiones, & ſchiſmata, & audiebatur forni-catio, qualis nec inter gentes quidẽ, & propterea eis concedi-tur, vt poſt orationem ad idipſum redeant: ne tententur à ſa-tana: licet & ibi in conſequentibus, non iuxta voluntatem:

Act.20.f ſed iuxta συγκατάβασιν, ſe eis dicat ignoſcere. Epheſij verò, apud quos fecit triennium, & omnia eis Chriſti aperuit ſa-cramenta, aliter erudiuntur, & habet vnuſquiſque arbitrij

Luc.21.d liberam poteſtatem, vel Corinthios ſequi, vel Epheſios, & ſalutari aut ſeruitute Corinthij, aut Epheſij libertate. Væ, in-quit Saluator, *prægnantibus & lactantibus in die illa*, hoc eſt

Mat.24 iudicij: quæ vtiq; propriè opera nuptiarum ſunt. Vnde omni labore nitẽdum, vt magis Epheſios quàm Corinthios æmu-lemur: nec deprehendamur quaſi in diluuio ementes & ven-

F dentes, nubentes & matrimonio copulati: ſed accinctis lum-bis lucernas teneamus in manibus.

a ¶ *Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit*, &c.] Quamuis ſui inuicem maritus & coniunx amore te-neantur (qualis illa vxor memoratur Haſdrubalis, quæ ca-pto viro, in patriæ ſe iecit incendium, & cæteræ quæ viris mortuis ſuperuiuere noluerunt) Numquã tamen dilectio-nem illam vir ſapiens dilectioni Chriſti & eccleſiæ compa-rabit. Sanctus igitur hic intelligendus eſt amor, quo & Iſaac

Gen.24.g dilexit vxorem ſuam Rebeccam (quæ interpretatur patien-tia) & de terra Meſopotamiæ (quæ ſæculi huius ex omni par-te fluctibus cingitur) in terram eam repromiſſionis inducit, vt cõſolaretur pro morte matris ſuæ: Interitum quippe ſy-nagogæ, coniunctione eccleſiæ temperauit. Iſta dicẽtes oc-caſionem hæreticis damus, qui omnes omnino nuptias re-pudiandas putant, & hoc vel maximè vtuntur teſtimonio. Quibus breuiter reſpondendum, paſſiones hic & immun-ditiam & luxuriam ab Apoſtolo inter maritum & vxorem vetari, non ſanctam coniunctionem: alioquin ſi coniugium omnino prohibebat: quid neceſſe fuit dicere, vxores veſtras: cum potuerit dicere: Viri diligite mulieres vel vxores: Ve-ſtras enim, propriè matrimonium ſonat: Et rurſum in ſe-quentibus: & viri debent diligere vxores ſuas ſicut ſua cor-pora: & adhuc manifeſtius: qui vxorem ſuã diligit, ſeipſum diligit. Nemo enim vnquam ſuam carnem odit, ſed nutrit & fouet eam: quia ſecundum edictum legis antiquæ, & in-ſtaurationem euangelij, maritus & vxor vna caro efficiun-tur. Liberorum ergo, vt diximus, in matrimonio opera conceſſa ſunt. Voluptates autem, quæ de meretricum ca-piuntur amplexibus, in vxore damnatæ. Hoc legens omnis vir & vxor, intelligant ſibi poſt conceptum, magis orationi quàm connubio ſeruiendum. Et quod in animalibus & be-ſtiis ipſo naturæ iure præſcriptum eſt, vt prægnãtes ad par-tum vſque non coeant: hoc in hominib. ſciant arbitrio de-relictum: vt merces eſſet ex abſtinentia voluptatum. Quia vero ſecundum Tropologiam, viros animas, & vxores cor-pora dixeramus: ſic diligat anima carnem, quo modo Chri-ſtus eccleſiam: vt ſemetipſam tradat pro ſalute ipſius, & eam ſanctificet verbo doctrinæ: vt exhibeant ſibi eam non habentem maculam aut rugam aliquam vetuſtatis: maxi-

G mè cum ſciat illam in reſurrectione ſaluandam, & viſuram eſſe ſalutare Dei. Talis vir caput habet Chriſtum, & cũ pro-pter ſalutem carnis ſe humilians factus fuerit cum vxore ſua Eſa.40.b vna caro, retrahit eam ad ſpiritum, & domino copulatus, ca-ro eſſe deſiſtit. Pulchre quoque maculam aut rugam, quia de coniugio loquebatur, de exemplo mulierum ad deco-rem traxit eccleſiæ. Sicut enim ſolent in mulierum corpori-bus vel ſordere neui, vel ruga contrahi, vel lentigo variari, & hoc eſt omne ſtudium femina-rum, vt quod fœdare videtur abſtergant, & exhibeant mari-tis corporum venuſtatem: ita & animæ omni peccatorum ſorde purgandæ ſunt: vt ru-ga veteris hominis in iuuenit-tem tendatur, & renouetur in nouum hominem de die in diem.

b ¶ *Ita & viri*, &c.] Et in Geneſi ex perſona loquentis Adã ſcriptum eſt: *Hoc nunc os ex oſſib. meis, & caro ex carne mea:* Gen.2.d & idipſum in euangelio domino poſtea dicente firmatur: *Qui creauit ab initio, maſculum & feminam fecit eos, & dixit:* Mat.19.a *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.* Cum igitur vir & vxor vna caro ſint: ita vxoribus vt noſtris corporibus prouiden-dum. Nemo autem corpus ſuum turpiter amat, aut ſemetip-ſum propter coitum diligit, ſed quaſi vaſculum animæ ſuæ fouet corpus & nutrit: ne fracto vaſe, id quod cõtinebatur, effluat & erumpat. Nec non & iuxta literam, quàm diu mulier partui ſeruit & liberis, hanc habet ad virum differẽ-tiam, quam corpus ad animam: Sin autem Chriſto magis voluerit ſeruire quàm ſæculo: mulier eſſe ceſſabit, & dicetur vir: quia omnes in perfectum virum cupimus occurrere. H Quod ſi ad Tropologiam & hæc referimus, amabimus no-ſtrum corpus, & corporis ſenſus: vilioris quidem conditio-nis ab animo, ſed per quos ad mentem bonarum artium & virtutum tranſeant diſciplinæ.

c ¶ *Qui vxorem ſuam*, &c.] Quantum ad ſimplicem intelli-gentiam pertinet, ſancta inter virum & vxorem charitate præcepta, nunc iubemur vt nutriamus & foueamus como-ges, vt ſcilicet eis victum atque veſtitum & ea quæ ſunt ne-ceſſaria præbeamus. Sed opponi nobis poteſt, quod non ſit vera ſententia dicentis Apoſtoli. *Nemo enim vnquam carnẽ ſuam odit*, cum morbo regio laborantes, & phtiſi, & cance-re, & diſtillationibus, mortem vitæ præferant, & ſua ode-rint corpora. Magis itaque ad tropicam intelligentiam ſer-mo referatur, & dicamus, quod illam carnem quæ viſura ſit ſalutare Dei, anima diligat & nutriat & foueat, eam diſci-plinis erudiens, & cæleſti ſaginans pane, & Chriſti ſanguine irrigans, vt refecta & nitida, poſſit libero curſu virum ſe-qui, & nulla debilitate & pondere prægrauari. Pulchrè etiã in ſimilitudinem Chriſti nutrientis & fouentis eccleſiam, & dicentis ad Hieruſalem: *Quoties volui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti?* animæ quoque fouent corpora ſua, vt corruptiuum hoc in-duat incorruptionem, & aliarum leuitate ſuſpenſum, in aërem facilius eleuetur. Foueamus igitur & viri vxores, & animæ noſtra corpora, vt & vxores in viros, & corpora re-digantur in animas, & nequaquam ſit ſexuum vlla diuerſi-tas: Sed quomodo apud angelos, non eſt vir & mulier, ita & nos qui ſimiles angelis futuri ſumus iam nunc incipiamus eſſe quod nobis in cœleſtibus repromiſſum eſt.

d ¶ *Quoniam membra*, &c.] Quia membra ſumus corpo-ris Chriſti, & Chriſtus nutrit & fouet eccleſiam, ideo & nos nutrimus & fouemus carnem noſtrã, quam nemo vn-quam odio habuit. Membra autem ſumus corporis Chriſti, non ſecundum naturam diuinitatis æternæ, ſed iuxta id quod hominem eſt dignatus aſſumere: Quanquam & homo ipſe qui aſſumptus eſt, habeat naturam noſtrorum corpo-rum, ſed non habeat originem. Nos enim ex humano ſemi-ne coagulamur, ille de Spiritu ſancto natus eſt. Poteſt autem

A inenarrabilibus, vt ipſe Apoſtolus ait, neſcio quod, quid dicere non poſſumus, deprecemur Præſtabit igitur ſuper quã
Rom. 8. c petimus, aut intelligimus, ſecundum eam virtutem, quæ operatur in nobis: vt quomodo nunc non iuxta meritum noſtrum, ſed ſupra vota dat nobis aliqua, quæ nec petere auſi fuimus, nec ſi petiiſſemus, æſtimaremus nos mereri: ita & cætera tribuat, quæ nec mens poteſt cogitare, nec lingua proferre. Ipſi itaque Deo ſit gloria primũ in eccleſia, quæ eſt pura, non habens maculã neque rugam, & quę propterea gloriam Dei recipere poteſt, quia corpus eſt Chriſti. Deinde in Chriſto Ieſu, quia in corpore aſſumpti hominis, cuius ſunt vniuerſa membra credentium, omnis diuinitas inhabitet corporaliter. Quæ quidem gloria non in præſens tantum tempus extenditur, & futuris ſæculis terminatur, ſed in omnes generationes, & ſæculum ſæculorum ineffabili æternitate permanet, creſcit, augetur.

petimus aut intelligimus, ſecundum virtutem, quæ operatur in nobis, ipſi gloria in eccleſia, & in Chriſto Ieſu, in omnes generationes ſæculi ſæculorum. Amen.

CAPVT IV.

OBſecro[a] itaque vos ego vinctus in Domino, vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis: Cum [b] omni humilitate & manſuetudine, cum patientia. Sufferentes [c] inuicem in charitate. [d] Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus, in vin-

CAPVT IV.

OBſecro [a] *itaque, &c.*] Poteſt & in Chriſti vinculis, & in carcere pro martyrio conſtitutus hæc ſcribere, melius autem eſt, ſi vinctum Domini, in Chriſti charitate dicamus. Cuius rei & Clemens ad Corinthios teſtis eſt ſcribẽs: Vinculum charitatis Dei quis poterit enarrare? Et in primo Regnorum libro legimus: *Factum eſt poſt verba hæc, colligata eſt anima Ionathæ cum anima Dauid.* Et propheta de Apoſtolis: *Poſt te, inquit, ſequentur vinctis ferro manibus.* Qui
1. Reg. 18. a
Esa 41.
Ser 70.
enim Chriſtum diligunt, ſequuntur eum charitatis vinculis colligati. Eſt & alia expoſitio, quæ recipienda ſit, nec ne, erit in poteſtate lectoris. Vinculum animæ, corpus hoc dici, & quia Paulus ob miniſterium euangelij corpus hoc acceperit, conſequenter Chriſti vinctus ſit appellatus. Corpus
B hoc vinculum dici, & eos qui in corpore vincti ſunt, vin-
Thren. 3. a ctos terræ appellari, Hieremias quoque in tertio alphabeto teſtatur, dicens: Vt humiliaret ſub pedibus ſuis omnes vinctos terræ Et alibi hoc ipſum legimus ex Chriſti perſona, dicentis *his qui erant in vinculis, exite: & qui in tenebris tene-*
Esa. 49. c *lamini.* Poteſt quidem vinculum hic peccati, & tenebras ignorantiæ, aduentu & prædicatione Chriſti propheta oſtendere diſſolutas. Sed & ſuperior ſenſus habet locũ, quod vinculum, corpus ſit: & tenebræ, terrena hæc habitatio, vbi ſunt rectores tenebrarum, & montes tenebroſi, ad quos pe-
Psal. 90. c der prohibemur offendere, Quod autem ait: *Vt digne ambu-*
Ioan 14. a *letis vocatione qua vocati eſtis.* Digne vocatione ambulare
Psal 108 credẽdus eſt, qui ingreditur per eum qui dicit: *Ego ſum via,*
Psal. 36. d & non declinat, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram, & auertit pedem ſuum ab omni via mala, cõpleturque in eo: *A Domino greſſus hominis diriguntur.*

b ¶ *Cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia.*] Qui terram & cinerem eſſe ſe nouit, & poſt paululum in puluerem diſſoluendum, nunquam ſuperbia eleuabitur. Et qui Dei æternitate perſpecta, breue & pene ad puncti inſtar humanæ vitæ ſpacium cogitarit, ante oculos ſuos ſem-
Sap. 9. c per habebit interitum, & erit humilis atque deiectus. Corruptibile enim corpus aggrauat animam, & terrenum hoc tabernaculum, ſenſum opprimit multa curantem Propter quod cum omni humilitate dicamus: *Domine non eſt exalta-*
Psal. 13. d *tum cor meum, neque elati ſunt oculi mei.* Omnis autem humilitas, non tam in ſermone, quam in mente eſt: vt humiles non eſſe conſcientia nouerit, & nunquam nos vel ſcire, vel intelligere, vel eſſe aliquid æſtimemus. Manſuetudo quoque illa eſt, quæ nulla paſſione turbatur, & ſpecialiter ira & furore non rumpitur. Quam qui habuerit, beatitudinem, quæ Domini voce promiſſa eſt, conſequetur, vt poſſideat terram, id eſt, imperet corpori ſuo dominetur que ſubiecto: & hæc ſit eius prima hæreditas, in carne non carnaliter viuere. Nonnulli rugata fronte, demiſſo ſupercilio, verbiſque trutinatis, auctoritatem ſibi doctorum, & iudicium vendicant. Non quo ipſi dignum aliquid arrogantia nouerint, ſed quo ſimplices quoſque fratrum, ſui quædam videant comparatione neſcire. C

c ¶ *Sufferentes, &c.*] Si quis intelligit quid ſit, ſufferentes inuicem in charitate, non putabit in ſanctos viros hoc cõuenire mandatum, verum in eos qui ſunt in virtutum initiis conſtituti. Sancti quippe non habẽt quod inter ſe inuicẽ ſufferãt: ſed hi qui quaſi homines aliqua adhuc paſſione ſuperantur. Nec mirũ ſi Ephesij hæc audiant, cum in multitudine credentium ſint aliqui, qui adhuc inuicẽ ſufferre ſe debeant. Hoc ipſũ mihi videtur ſignificare & illud quod ad Galatas ſcribitur: *Alterutrũ onera veſtra por-* Galat. 6. A
tate. Poſſumus ergo vtrumque teſtimonium & aliter interpretari: vt vel alterutrum onera portare, vel ſufferre inuicẽ in charitate, & eos complere dicamus qui diuites ſuos & inopiam pauperum ſubleuant Si quis ægrotanti fratri præbet obſequium, ſuffert eum in charitate. Si quis in cælibatu beatam tranſigens vitam, alium qui & vxorem habet & liberos, & ſemetipſum vix poteſt paſcere, adiuuarit, & vtcumque poteſt, fuerit conſolatus: alienum onus portaſſe laudabitur Eſt qui matrem vel ſororem viduam egentem & egeſtate tabeſcere non poteſt adiuuare: huic ſi quis porrexerit manum, ſuſtinuit eum in charitate. Siue autem ſuperiorẽ ſenſum, ſiue poſteriorem ſequamur: nec peccantem fratrẽ, nec inopem conſolatur, qui non habet charitatem, & contemnit verba Apoſtoli commonentis: *Debemus autem nos* Rom. 15. a
qui fortiores ſumus, infirmitates imbecilliorum portare, & non nobiſmetipſis placere.

d ¶ *Soliciti ſeruare, &c.*] Epheſiis, qui iam vnitatem Spiritus ſancti fuerant conſecuti, recte dicitur: ſoliciti ſeruate vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Qui enim quid habet, ſeruandi illi ſolicitudo præcipitur. Qui autem non habet, ſtudium illi, vt habere valeat, imperatur. Hic locus vel maxime aduerſum hæreticos facit: qui pacis vinculo diſſipato atque corrupto putant ſe tenere ſpiritus vnitatem: cum vnitas ſpiritus, in pacis vinculo conſeruetur. Quando enim non id- D
ipſum omnes loquimur, & alius dicit: *Ego ſum Pauli, ego A-* 1. Cor. 1. b
pollo, ego Cephe, diuidimus ſpiritus vnitate, & eam in partes ac membra diſcerpimus. Nec ſtatim aliquis illud opponat. Quomodo ergo diuerſæ ſunt gratiæ, & varia chariſmata, cum vnitas cuſtodienda ſit ſpiritus? Sunt quidem variæ donationes, ſed in eodem ſpiritu: & diuerſa miniſteria, ſed idẽ Dominus & multiplices operationes, ſed ipſe Deus, qui operatur omnia in omnibus, Quod autem ait: *vnum corpus,*
& vnus ſpiritus: vel ſimpliciter vnum corpus Chriſti intel- 1. Cor. 12. a
ligitur quę eſt eccleſia: vel certe quod ex Virgine eſt dignatus aſſumere: ne illum quidem putent toties corporatum, quotiẽs in veteri apparuit teſtamento. Et vnus Spiritus ſanctus: vnus quippe largitor, & ſanctificator eſt omnium Vel certe vnum corpus ad vitã refertur & opera: quę Græce dicuntur πρακτικὸς βίος: & vnus ſpiritus, ad ſcientiam & contẽplationẽ, quæ proprie verſatur in corde, & ab illis appellatur θεωρία. Cum ergo membrũ quis fuerit eccleſiæ, nec ab vno eius ſpiritu ſeparatus, cõſequenter erit in vna ſpe vocationis. Quæritur quomodo vna ſpes vocationis ſit, cũ apud patrem diuerſæ ſint mãſiones. Ad quod, vnam ſpẽ vocationis, regnum cælorum, quaſi vnum bonum Dei patris eſſe dicemus, & in vna domo varias manſiones. Alia enim gloria 1 Cor 15. e
ſolis, alia lunæ, alia ſtellarũ. Aut certe illud ſubtilius indicatur: quod in fine & conſummatione rerum in priſtinũ ſtatũ reſtituenda ſint omnia: quando omnes vnũ corpus efficimur, & in virum perfectũ reformamur, & oratio pro nobis Saluatoris impletur: *Pater, da, vt quomodo ego & tu v-* Ioan. 17. a
num ſumus, ſic & iſti in nobis vnũ ſint. Nũ ignoro in eo quod nũc expoſui, ſoliciti ſeruate vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis: ſpiritũ à pleriſq; non ſanctũ accipi, ſed affectũ mentis atq; ſententiã: iuxta quã omniũ credentiũ erat anima & cor vnũ

Erab

E

1 Cor. 7. f Et ab Apoſtolo virgini præcipitur: *Vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu*: carnis videlicet opere, & mentis affectu. Sed & generalis explanatio ad ſpecialem interpretationem trahi poteſt: quod ſeruet vnitatem ſpiritus in vinculo pacis: qui non rapiatur omni vento doctrinæ: neque in motem ſtulti quaſi luna mutetur, nunc diabolo ſeruiens, nunc Deo. Habeat vero vnum corpus bonorum operum & ſemper carnem ſuam Deo templum exhibeat. Et vnum ſpiritum, eadem ſemper ſentiens: in vna ſpe vocationis: vt nequaquam de repromiſſionibus ambigens, in reſurrectione & reſtitutione omnium, ſolida mente. G

gno ſe corpore miſcet. Quidam hoc quod eſt ſcriptum: Super omnes & per omnes, & in omnibus: ad Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum, ſic æſtimant eſſe referendum: vt ſuper omnia pater ſit, quia auctor eſt omnium: per omnes filius, quia per filium creata ſunt omnia: in omnibus Spiritus ſanctus: ipſe enim credentibus datur, & templum ſumus Spiritus ſancti, & Pater & Filius habitantis nobis.

in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. [a] Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma: Vnus Deus & pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnes, & in omnibus. [b] Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. [c] Propter quod dicit:

b ¶ *Vnicuique autem noſtrū data eſt gratia ſecundum mēſuram donationis Chriſti.*] Licet Deus pater ſuper omnia ſit, & per omnes, & in omnibus: tamē gratia iuxta mēſurā credētib. datur. Nō quod ad mēſuram ſpiritum & gratiam tribuat Deus (magnificentiæ enim eius non eſt finis) ſed quod iuxta menſuram vaſculorum infundat liquorem: tantum muneris largiens, quantū poteſt ille, cui donatur, accipere. *Nec enim ad menſuram dat Deus ſpiritum*: aut poteſt habere menſuram, quod æqualiter vbique diffuſum eſt. Quod vt manifeſtius fiat, imperfectū licet & non implens ſimilitudinē: tamen per quod poſſit intelligi quod dicitur, ſumamus exēplum. Mare certe immenſum eſt, & capacitas eius Deo ſoli nota: ex hoc ſi quis velit multis hominibus, ſecundum id quod geſtare queunt, tradere: neceſſe eſt vt ad menſuram vnicuique tribuat, & partes eius menſuram recipiant: cuius ſolum immenſurabile eſt. Ita & Spiritus ſanctus, immenſus quidē eſt, & nullo fine concluditur: tamen vnicuique datur ſecūdum quod expedit. Et ſimul notandum, quod hæc eadem gratia, quæ nunc attributa perhibetur, ſecundum menſuram donationis Chriſti data ſit nobis. Ioan. 3. d

a ¶ *Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, &c.*] Quomodo alia eſt fides à baptiſmate, Deo & Domino: ſic baptiſma, Dominus & Deus, alia ſunt à tribus ſingulis, quæ pariter nominantur. Hoc autem dico propter Sabellium, qui eundem Deum patrem arbitratur & filium: confunditque perſonas dum eandem diuinitatem in vtroque deprehendit: Ecce manifeſtiſſime vnus Dominus filius, & vnus Deus pater vocantur. Quod ad Corinthios quoque plenius ſcriptū

1. Cor. 8. b eſt: *Sed nobis vnus Deus pater, ex quo omnia, & vnus Dominus noſter Ieſus Chriſtus per quem omnia: & nos per ipſum.* Sicut enim Deo patri non adimit filius, ne Dominus ſit cum Dominus ſolus ipſe dicatur: ita & filio non aufert pater, vt Deus ſit quia pater Deus tantummodo nominatur. Legimus & in alio loco: Scitote, *quoniam Dominus ipſe eſt*

Pſal. 99. a

Deut. 6. a *Deus*. Et alibi: *Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt*. Si enim vt exiſtimant Ariani, Deus pater ſolus eſt Deus: eadem conſequentia, ſolus erit Dominus Ieſus Chriſtus: & nec pater erit Dominus, nec filius Deus. Sed abſit vt non ſit vel in dominatione deitas, vel in deitate dominatio. Vnus eſt Dominus, & vnus eſt Deus: quia patris & filij dominatio, vna diuinitas eſt. Propterea & fides vna dicitur: quia ſimiliter in Patrem & in Filium & in Spiritum ſanctum credimus, &

F baptiſma vnum. Eodem enim modo & in Patrem, & in Filiū & in Spiritū ſanctū baptizamur: Et ter mergimur, vt Trinitatis vnū appareat ſacramentū. Et non baptizamur in nominib. Patris & Filij & Spirit⁹ ſācti, ſed in vno nomine, quod intelligitur Deus. Et miror qua cōſequētia in vno vocabulo, eodē opere, & eodē ſacramento, naturæ diuerſitatē, Arius, Macedonius, & Eunomius ſuſpicētur (cōcordāte in impietate diſcordia) & creaturæ in Filio & ſpiritu ſancto, cœnoſū fontē tenētes, diuerſos hæreſeos riuulos duxerint. Vnū baptiſma, & cōtra Valentinū facit, qui duo baptiſmata eſſe cōtēdit, & cōtra omnes hæreticos: vt ſciāt nō habere ſe baptiſmata, ſed in vna Chriſti eccleſia fontē eſſe vitalē. Poteſt vnū baptiſma & ita dici, quod licet ter baptizemur propter myſteriū Trinitatis: tamē vnū baptiſma reputetur. Vnū quoq; baptiſma eſt in aqua, in ſpiritu, & in igne. Et de quo Dominus loquitur: Baptiſma habeo baptizari. Et alibi: baptiſmate meo baptizabimini. Diuerſitas autē præpoſitionū in quib. dicitur: *vnus Deus & pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnes, & in omnib.*: diuerſā intelligentiā ſapit. Super omnes

Luc. 12. f

Mar. 10. f enim eſt Deus pater, quia auctor eſt omnium: per oēs filius: quia cūcta nāſcuntur vaditq; per omnia. in omnib. Spiritus ſanctus: quia nihil abſq; eo eſt. Nec vero putandū, vnū Deū & patrē omniū eſſe cōmuniter: vt ſcilicet ad irrationabilia iuncta, nomē patris poſſit aptari: ſed quo modo ſi in decem hominib. quinq; filiis & quinq; ſeruis pariter diceremus: horū decē, vnus eſt Dominus, & vnus eſt pater: non vtique omniū patrē, nec Dominū omniū vocaremus, ſic & in eo, quod ait: Vnus Deus & pater omnium, aliorum pater, aliorum Deus accipiendum eſt. Tale quid de creaturis & de Deo etiam Zeno cum ſuis Stoicis ſuſpicatur. Quem ſequutus Vergilius ait: *Deum namque ire per omnes, terraſque tractuſq; maris*, & reliqua. Et: *Principio cælum ac terras, campoſque liquētes: Lucentemque globū lunæ, Titaniaque aſtra: Spiritus intus alit: totamque infuſa per artus, Mēs agitat molem, & ma*

c ¶ *Propter quod dicit: &c.*] Quia ſupra dixerat; Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. vt confirmaret hæc ipſa dona, quæ poſt paululū quoque enumerat, dicens Et ipſe dedit quoſdā quidem Apoſtolos, quoſdam autem prophetas alios euangeliſtas, alios paſtores & reliqua à Saluatore eſſe donata, teſtimoniū de ſexageſimo ſeptimo pſalmo aſſumpſit: vt ſciamus illas eſſe manubias hominibus diſtributas, quas Chriſtus victor emeruit. *Aſcendens* quippe *in altum, captiuam duxit captiuitatem*. Nos qui nunc in Chriſto credimus de gentibus congregati: cum eſſemus creatura Dei, à diabolo capti ſumus, & eius ſatellitibus diſtributi. Venit igitur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſecundum Ezechielem, vaſa ſecum captiuitatis apportans, & operto capite (ne ab aduerſariis cognoſceretur) prædicauit his qui capti erant remiſſionem, & qui tenebantur in vinculis, ſolutionem, & nos de catenis hoſtium, & de compedibus liberauit: ſicut illam in euangelio mulierem, de qua ipſe commemorat: *Hanc autem filiam Abraham, quam ligauit Satanas iam decem & octo annis, non oportuit ſolui de vinculo hoc in die ſabbati?* Liberatoſque nos & per nouam captiuitatem, de captiuitate veteri erutos, ſecū duxit in cælum: & his ipſis, quos de inimicorum manu victor eripuit, diuerſa gratiarum dona largitus eſt. Et eleganter hic poſuit, *dedit dona in hominibus*, cum in pſalterio ſcriptum ſit, accepit dona in hominib. Verum ibi, quia necdum factum erat, ſed futurum promittebatur, propterea dicitur accepiſſe. Hic vero cum Apoſtolus ſcribit quia iam dederat, & in vniuerſo orbe eccleſiæ fundatæ erant: idcirco non accepiſſe ſcribitur, ſed dediſſe. Alij hūc locum ita ediſſerūt: quòd ob id Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad cælos victor aſcenderit: vt inde angelos cæteraſque virtutes ad cuſtodiam eccleſiarum ſuarum mitteret. Et dum indignus ſit locus iſte terrenus, ſublimium poteſtatum habere præſentiam: quodammodo illæ ſuſtinuerint captiuitatem. Ideo enim (inquiunt) aſcendit in altum: vt captiuans captiuitatem, dona hominibus largiretur. Hoc autem totum ideo Apoſtolus replicat: vt quia ſuperius dixerat: Sufferentes inuicem in charitate, ſolliciti ſeruare vnitatem

H Ezec. 12. e Luc. 13 d Pſal 97 d

A C

ſpiritus in vinculo pacis: doceret in diuerſis chariſmatibus eccleſiam eſſe concordem, & non ſtatim ſchiſmatum & diſſenſionum occaſionem dari: quia ſecundum menſuram donationis Chriſti vnuſquiſque noſtrum accepiſſet dona: Non eadem, ſed in vnum corpus, & in vnum ſpiritum omnes vocatos eſſe: id eſt, vt ſicut vnus Dominus eſt, & vna fides & vnum baptiſma, & vnus Deus pater: ita & nos in charitate idipſum ſimus: in pacis vinculo ſeruantes ſpiritus vnitatem.

Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona in hominibus. [a] Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit in inferiora terræ? [b] Qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcendit ſuper omnes cælos, vt impleret omnia. [c] Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos: quoſdam autem prophetas: alios vero euangeliſtas: alios autem paſtores & magiſtros, ad inſtructionem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec [d] occurramus omnes in vnitatem fidei & a-

a ¶ *Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit in inferiora terræ?*] Qui aſcendiſſe nunc dicitur: propterea aſcẽdit, quia ante deſcenderat: Hoc enim ſonat: quod autẽ aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit: Requirendum itaque ſuper eo quod alibi ſcriptũ eſt: *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui de cælo deſcendit, filius* Ioan.3 b *hominis*: quomodo aſcenderit ante deſcendens. Quando enim hæc loquebatur, poſt deſcenſionem è cælis, ſe quondã ad cælos aſcendiſſe monſtrabat. Necnon & illud pariter retractandum, quo modo ipſa deſcenſio & aſcenſio ſentienda ſit: Vtrum nam ſecundum corpus localiter, an ſupra corpus ſpiritualiter, vel certe vtroque modo. Inferiora autem terræ, infernus accipitur, ad quem Dominus noſter Saluator-Mat.27 f que deſcendit: vt ſanctorum animas, quę ibi tenebantur incluſæ, ſecum ad cælos victor abduceret. Vnde & poſt reſurrectionem eius, plurima corpora iuſtorum in ſancta ciuitate viſa ſunt. Quod autem infernus in inferiori parte terræ ſit, & pſalmiſta teſtatur dicens: *Aperta eſt terra, & deuorauit* Pſal.105.c *Dathan, & operuit ſuper congregationem Abiron.* Et ipNum.16.c ſum in Numerorum libro plenius explicatur. Alio quoque Pſal.54.c loco legimus. *Veniat mors ſuper eos, & deſcendant in infernum viuentes.*

B

b ¶ *Qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcendit ſuper omnes cælos, vt impleret omnia.*] Nunquid corporaliter omnes cælos, & vniuerſas ſublimitates, & cælorum circulos, quos philoſophi ſpheras vocant, tranſiens atque tranſcendens, ſtetit in ſummo cæli fornice, & vt ipſo verbo vtar, apſide? An certe omnia corporalia contemnens atque deſpiciens, & æterna cũtemplans, ſuper cælos, id eſt, ſuper inuiſibilia ſtetiſſe credẽdus eſt? quod ego melius puto. Deſcendit ergo in inferiora terræ, & aſcendit ſuper omnes cælos filius Dei: vt non tantum legem propheta ſque compleret, ſed & alias quaſdam occultas diſpenſationes, quas ſolus ipſe nouit cum patre. Neque enim ſcire poſſumus quomodo & angelis, & his qui in inferno erant, ſanguis Chriſti profuerit, & tamen quin profuerit, neſcire non poſſumus.

Deſcendit quoque ad inferos, & aſcendit ad cœlos: vt impleret eos, qui in illis regionibus erant, ſecundum id quod ſe capere poterant. Ex quo ſciendum, quod antequam Chriſtus deſcenderet & aſcenderet, vacua fuerint omnia, & plenitudine illius indiguerint. Hic locus aduerſum Ebionem, & Fotinum vel maxime facit. Si enim ipſe eſt aſcendens in cœlos, qui de cælis ante deſcenderat, quo modo Dominus noſter Ieſus Chriſtus non ante Mariam eſt, ſed poſt Mariã? Necnon & contra eos, qui duos filios inſano errore confingunt, filium videlicet Dei, & filium hominis. Ecce hic apertiſſime dicitur, quod ipſe ſit aſcendens atque deſcendẽs. Nec ſtatim iſta dicentes, locum alteri hæreſi damus, quæ dimidiatam Chriſti aſſerit diſpẽſationem, ſed ſic vnum & Dei & hominis filium confitemur, ut diſpenſationem aſſumpti hominis, qua ſaluati ſumus, ex parte credentes, in parte truncemus.

c ¶ *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos: quoſdam autem prophetas, &c.*] Et ex hoc loco maniſeſtiſſime comprobatur patris & filij vna diuinitas. Si quidem hoc quod nunc Chriſtus tribuiſſe deſcribitur, in prima e-1.Cor.12 d piſtola ad Corinthios, Deus pater dediſſe narratur. *Alios enim, ait, poſuit Deus in eccleſia, primo Apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, & dona ſanitatum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum.* Quod Sabellius non intelligens, patrem confundit & filium, dum eandẽ operationem eſſe non putat diuerſorum. Et ſimul notandum, quod hic Apoſtolos, prophetas, euãgeliſtas, paſtores, & magiſtros dediſſe Chriſtus: ibi vero eoſdem patrem poſuiſſe memoretur. Poſuit 1.Cor.12.c itaque ſiue dedit pater & filius primo Apoſtolos, ſecundo prophetas, non illos qui futura vaticinentur, quales in veteri legimus teſtamento: ſed qui infideles & imperitos arguant atque diiudicẽt. Tales quippe prophetas noui teſtamenti in alia epiſtola eſſe definit. Tertio euãgeliſtas, quorum ſpecioſi pe- Rom.10.c des ſunt ad annunciandum pacem. Nec vero putandum quod ſicut in ſuperioribus tribus, alios dixit eſſe Apoſtolos, alios prophetas, alios euangeliſtas: ita & in paſtoribus & magiſtri officia diuerſa poſuerit: Non enim ait: alios autem paſtores, & alios magiſtros: ſed alios paſtores & magiſtros: vt qui paſtor eſt, eſſe debeat & magiſter nec in eccleſiis quamuis ſanctus ſit, paſtoris ſibi nomen aſſumere, niſi poſſit docere quos paſcit. Vel certe aliter: vt vnus atque idem præſes eccleſiæ ſit paſtor & doctor: Paſtor ouium, magiſter hominum. Homines quippe & iumenta ſaluos facies Domine. Arbitror hodie quoque in eccleſiis, quemadmodum propheta & euãgeliſta, paſtor quoque inuenitur & doctor: ita poſſe & Apoſtolum reperiri, in quo apoſtolatus ſigna & indicia compleantur. Et è re- Pſalm.35.b gione eſſe plurimos tam foris, quam intus, tam in eccleſia quam in hæreſibus, qui pſeudoapoſtoli ſint & pſeudoprophetæ, & pſeudoeuangeliſtæ, & pſeudopaſtores, & pſeudomagiſtri. Et de hæreſibus quidem nulla dubitatio eſt, quin ſecundum falſam fidem, falſa vniuerſa poſſideant. In eccleſiis autem nonne vobis videntur falſi eſſe paſtores, qui non paſcunt oues cum diſciplina, ſed quaſi mercenarij nequaquam gregis ſalutem cogitant, quod errauit: non conuertẽtes, & quod periit non quærentes: ſed tantummodo de ouibus lac & lanam, cibos videlicet, & veſtimenta captantes? D Nec vero abſque ordine in hæc putemus Apoſtolum ſubito prorupiſſe: verum quia prætulerat eſſe Deum ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus, & vnicuique ſanctorum datam gratiam ſecundum menſuram donationis Chriſti: nunc addit alios Apoſtolos, alios prophetas, alios euangeliſtas, alios paſtores & magiſtros eſſe in eccleſia diſtributos, qui neceſſarij ſint ad perfectionem inſtructionẽque ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti. Quin cum corpus Domini eccleſia ſit, & eccleſia de viuis lapidibus cõſtruatur: hi quos ſupra memorauimus in eccleſia cõſtitutos, id habent operis vt ſecundum diſpenſationẽ & officia ſibi credita, eccleſiam Chriſti, id eſt, corpus eius ædificent. Si quis igitur non ædificat eccleſiam Chriſti, nec plebẽ ſibi ſubiectam inſtruit (vt de ſubiecto populo, Chriſti eccleſia conſtruatur) iſte nec Apoſtolus, nec propheta, nec euangeliſta, nec paſtor, nec magiſter eſt appellandus.

d ¶ *Donec occurramus omnes in vnitatem, &c.*] Quærendũ quos omnes dixerit occurrere in vnitatem fidei: Vtrumnã omnes homines, an omnes ſanctos an certe omnes qui rationis capaces ſunt. Videtur autem mihi de omnibus hominibus dicere: quia multi vẽti doctrinarum ſuor: Et flatu eorum fluctibus concitatis, huc atque illuc homines incerto curſu, & vario feruntur errore. Vnde omni ſtudio laborandum, primum in fidei occurrere vnitatem: deinde in eadem vnitate, habere agnitionem filij Dei. Quorum cum fuerit ſecura poſſeſſio, paruuli eſſe ceſſantes, & menſuram interioris hominis recipientes (quæ menſura plenitudinis, mẽſura Chriſti eſt) perfecti viri vocabulum ſortiuntur: ita tamen vt ad conſummatam ætatem plenitudinis Chriſti, omnis credentium turba perueniat, & nequaquam in dogmatibus fluctuãs ad inſtar paruulorum gurgite infidelitatis feratur

& agnitionis filij Dei, in virum perfectũ, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Vt vltra non ſimus paruuli fluctuantes, & circũlati omni vento doctrinæ, in fallacia hominum & aſtutia, ad circumuentionem erroris. Veritatem autẽ facientes in charitate, augeamus in ipſo omnia, qui eſt caput Chriſtus. [a] Ex quo totum corpus compactũ & conglutinatum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate. [b] Hoc ergo dico & conteſtor in Domino, vt non ampli-

E incerto, dum venti hinc inde perflantes hæreticorum videlicet ſiue ſapientium, ſæculi, diuerſæ compugnanteſque rationes, naufragium audientibus aut inferunt, aut minãtur: dum alij abſque voluntate fallaciæ (ea tamen quæ falſa ſunt) prædicant: alij vero omni calliditate erroris laqueos componẽtes, nos decipere & vincere feſtinant. Cum autem occurrerint atque peruenerint ſancti in menſurã ſupradicti viri: tunc intelligentes charitatem Chriſti, augebũt in eo omnia, quæ acceperãt ſemina veritatis, habẽtes corporis eccleſiæ caput Dominũ Ieſum. Quia vero ait: *Vt vltra non ſimus paruuli fluctuantes*, & reliqua: ſe quoq; fluctuantem & paruulum eſſe conteſtans, retractandum videtur, Vtrũne hæc ſecundũ humilitatem locutus ſit: An certe ex parte videns, & ex parte cognoſcens, intellexerit quantum a perfecta abſit ſcientia, & in vera cõſcientiæ ſuæ verba prorupẽrit. Si quis igitur vult eum hæc ſecundum humilitatem locutum, illo vtetur exemplo. *Quando eram paruulus loquebar vt paruulus, cogitabam vt paruulus, ſapiebã vt*
1.Cor.13.c *paruulus: Quando vero factus ſum vir, euacuaui ea quæ erãt paruuli*. Alius vero ad iſta reſpondeat: comparatione multorum in ætatem perfecti viri Apoſtolorum perueniſſe: ad ea vero quæ repoſita ſanctis ſunt, adhuc paruulorum nuncupari: Si quidem omnes Apoſtolos, qui in Chriſto credant paruulos propheta cõmemorat dicens: *Ecce ego, & paruuli,*
Eſa 8.d *quos dedit mihi Deus*. Poſt hæc attentius diſſerẽdum: ne forte vere iuxta humilitatem non ſolum paruulum Apoſtolus ſe eſſe dixerit, ſed fluctuantẽ, & omni doctrinarum flatu in diuerſa raptatum, in fallacia hominum, in nequitia, ad circũ-
F uentionem erroris. Qui autem vult hæc eum non de humilitate, ſed de conſcientia protuliſſe, dicit: Paulus Apoſtolus, homo erat acuti & acris ingenij, & qui ad primos quoſque diſputantium conatus, ſagaci mente quæ erant inferenda, prænoſceret. Videbat igitur ſæpe ex vtraque parte ſic dici, & tam veriſimilia in rebus contrariis aſſeri, vt ambigere facerẽt audientem, idcirco vt homo & adhuc in fragili corpuſculo conſtitutus, circumferabatur quidem omni vento doctrinę, ſed non elidebatur in ſaxa, nec nauis eius gurgitibus implebatur. Stabat quippe in puppi gubernaculum tenẽs, & ſpumantes hæreſæos fluctus, fidei ſecuritate frangebat. Non tamen intrepidus & ſecurus nec quietus & placidus, proſpiciebat vẽtos hinc inde perflantes, & ſolicita aure captabat, vincebatque contraria, ſed nõ erat illi ſecura victoria. Quia igitur aduerſariorum verba atque rationes, quibus veritatẽ euertere nitebãtur, videbat non facile poſſe ſuperari, & omni calliditate plenas, dialecticæ quoque, immo diaboli arte contextas, ſperabat Dei auxilium, vt omnem deliberationẽ de mente ſua propelleret, & certe atque defixe abſque vlla moleſtia crederet veritati, & augeret eã in dilectione Chriſti, quem ſciebat & ſui, & totius eccleſiæ corporis caput. Sciendum quod hic locus in Græco manifeſtior ſit, dum autem in Latinum è verbo transfertur ad verbum, ſenſus ſermonibus inuoluti, obſcurum facere quod dicitur.

a ¶ *Ex quo totum corpus compactum, & conglutinatum per omnem iuncturam, &c.*] In fine rerum, cum Deum facie videre cœperimus ad faciem, & in menſurã peruenerimus ætatis plenitudinis Chriſti (de cuius plenitudine nunc omnes accepimus, ita vt Chriſtus non ex parte ſit, ſed totus in nobis, & relictis initiis paruulorum creuerimus in eum virũ,
Zach 6.c de quo propheta dicit: *Ecce vir oriẽs nomẽ illi*. Et Ioãnes Ba-
Ioan.1.b ptiſta cõmemorat. *Poſt me veniet vir qui ante me factus eſt, quoniã ante me erat*) tũc in occurſu vniꝰ fidei, & vnius agnitionis filij Dei (quem nũc pro varietate mentiũ, non vna nec eadem fide & agnitione cognoſcimus) totum corpus, quod prius diſſipatũ fuerat, & in diuerſa laceratum, in ſuam compagem iuncturamque redigetur, ita vt vna ſubminiſtratio G eademque operatio, & vnius ætatis conſũmmata perfectio totum creſcere faciat corpus æqualiter, & omnia membra iuxta menſuram ſuam incrementum ætatis accipiant. Hæc autem tota ædificatio, per quam eccleſiæ per partes corpus augetur, mutua in ſe charitate complebitur. Totas rationabiles creaturas ſub vnius rationabilis animalis intelligamus exemplo, & quodcũque de huius membris dixerimus & partibus, hoc ſciamus eſſe referendum ad vnãquamque rationabilem creaturam. Putemus hoc animal ita per artus, venas, carneſque laceratum: vt nec os oſſi hæreat, nec neruus iungatur ad neruum: ſeparatim oculi iaceant, ſeorſum nares: manus alium locum teneãt, alio proiecti ſint pedes, & reliqua membra in hunc modum inter ſe diſperſa ſint & diuiſa. Finge aliquem venire tantę ſcientiæ medicum, qui iuxta fabulas ethnicorum, Æſculapium poſſit imitari, & in nouam figuram nouumque nomen Virbiũ ſuſcitare: hic neceſſe habebit vnumquodque membrũ ſuo loco reſtituere, & compagem copulari, compagi, & quodã glutino patribus reſtitutis, vnum corpus efficere. Hucuſq; nobis vna ſimilitudo proceſſerit: nunc in eandem ſimilitudinem ad id quod intelligi volumus, aliud trahatur exemplum. Paruulus creſcat, & occulto æuo in perfectam adoleſcat ætatem: ſuum manus augmentum habebit, ſua pedes ſentient incrementa: venter, dum neſcimus, impletur: humeri, dum fallunt oculi, dilatantur, & omnia membra per partes iuxta menſuram ſuam ſic creſcunt: vt tamen non ſibi, ſed corpori videantur augeri. Ita igitur & in reſtitutione omnium, quãdo corpus totius eccleſiæ nunc diſperſum atque laceratum, verus medicus Chriſtus Ieſus ſanaturus aduenerit vnuſquiſque ſecundum menſuram fidei, & agnitio- H nis filij Dei (quem ideo agnoſcere dicitur, quia prius nouerat, & poſtea noſſe deſiuit) ſuum recipiet locum, & incipiet id eſſe quod fuerat: Ita tamen vt non iuxta aliam hæreſim, omnes in vna ætate ſint poſiti id eſt, omnes in angelos reformentur: ſed vnumquodque membrum iuxta menſuram & officium ſuum perfectum ſit. Verbi gratia: vt angelus refuga id eſſe incipiat quod creatus eſt: & homo qui de paradiſo fuerat eiectus, ad culturam iterum paradiſi reſtituatur. Iſta autem vniuerſa ſic fient: vt inuicem inter ſe charitate iungantur: Et dum congaudet membrum membro, & in alterius prouectione lætatur Chriſti corpus, eccleſia primitiuorum habitet in cæleſti Hieroſalem: quam in alio loco Apoſtolus matrem ſanctorum vocat. Idcirco (vt ſupra diximus) hæc apud nos obſcuriora ſunt: quia μεταφορικῶς dicuntur in Græco: Et omnis metaphora ſi de alia in aliam linguã trãſferatur, ad verbum quibuſdam quaſi ſentibus, orationis ſenſus & germina ſuffocantur.

b ¶ *Hoc ergo dico & conteſtor in Domino, &c.*] Hoc ergo (ait) dico vobis ô Epheſij, voſque conteſtor: vt quia occurſuri eſtis in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti non ambuletis ſicut ambulant gentes: quæ idolis ſeruientes, & ſenſu, & mente abutuntur in praua. Quæ cum ideo acceperint animam & intellectum, vt cognoſcerent Deum, abalienati ſũt à vitia eius (quã aliã abſque Chriſto non nouimus) & in ſui cordis ambulant cæcitate. Atque vtinam peccaſſe ſufficeret, & vel ſero agerent pœnitudinẽ, damnarentq; vitia in quibus iugiter iuhiarunt: eſſet remedium reſipiſcere poſt errorem. Nunc vero deſperantes ſe, & in ritum irrationabilium beſtiarum, cœno voraginique mergentes, tradiderunt impudicitiæ atque luxuriæ: operantes quidquid corpus voluit mens deſiderauit, libido ſuggeſſit. Et cum nihil omnino prætermiſerint, quod immundum ſit, hoc totum fecere in auaritia: dum numquam luxuriando ſatiantur, nec eorum terminum habet voluptas. Aut certo vltra conceſſam

A

viri ad feminam coniunctionem, ad maiora conſcendunt: maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedē erroris ſui in ſemetipſis recipientes. Vanitas ſenſus, & mentis obſcuritas, bifariam diuiditur, in ſæculi huius negotia, & in ſapientiam ſecularem: quando aut in his quæ mundi huius ſunt, & cito tranſeunt, Rom. 5. d

amplius ambuletis, ſicut & gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, obſcurati mente, abalienati à vita Dei propter ignorantiam, quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis eorum. Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis in auaritia. b Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum, ſi tamen illum audiſtis, & in illo docti eſtis. a Sicut & veritas

detinemur: aut non profutura cognoſcimus. Nonne vobis videtur in vanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur: qui phyſicus perſcrutator, oculos trans cælū leuat, & vltra profundum terrarum & abyſſi in quoddam inane demergitur: qui Dist. 37. c Nonne. Iambum ſtruit, qui tantum metrorum ſyluam in ſuo ſtudioſus corde diſtinguit & congerit, & (vt ad alteram partem tranſeam) qui diuitias per fas & nefas quærit: qui adulatur regibus, hæreditates captat alienas, & opes congregat, quas in momento cui ſit relicturus, ignorat. Quod autem ait: *qui deſperantes ſemetipſos*, id eſt, οἵτινες ἀπηλγηκότες ἑαυτούς, multo aliud in Græco ſignificat quam in Latino: deſperātes quippe: ἀπηλγηκότες nominantur. ἀπηλγηκότες autem hi ſunt qui poſtquam peccauerint, non dolent: qui nequaquam ſentiētes ruinam ſuam, feruntur in pronum, & tamquam beſtiæ ferrum videntes, in mortem ruunt. Pone mihi duos in vno vitio deprehenſos: alterum qui intelligat, plangatque quod fecit: alterum qui delectetur in ſcelere, & non ſolum non doleat, verumetiam glorietur, & putet ſe quandam turpitudinum palmam & victoriam conſecutum: nonne tibi videtur ille dolere, & hic penitus non dolere? Exprimamus, ſi poſſumus, verbum de verbo, & dicamus ἀπηλγηκότες, indolētes, ſiue indolorios. Nam & quidam philoſophorum ἀναλγησίαν, id eſt indoloriam prædicant. Hi qui B naturas varias introducunt, ſciant propterea gentes in vanitate ſenſus obſcuratis mentibus ambulare: quia ignorantiæ ſe & cæcitati dediderint. Nemo enim imperitus appellatur & cæcus: niſi is qui cognoſcere poteſt & videre. Nec dicimus cæcum eſſe lapidem, & brutum animal ignorare: quia non ab eo quæritur, nec eius naturæ eſt vt cognoſcat & videat. Sin autem in natura gentium fuit, vt Dei vitam intelligerent & viderent: non choicorum & ſpiritualium natura varia, ſed voluntas. Dixeramus ſupra operationem immunditiæ omnis in auaritia, non ad auaritiam vt ſonat ſimpliciter pertinere, ſed ad libidinem atque luxuriam: Debemus hunc ſenſum alterius loci teſtimonio comprobare in prima ad Theſſalonicenſes epiſtola ſcribitur: *Hæc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque noſtrum ſuum vas poſſidere in ſanctificatione & honore: non in libidine deſiderij, ſicut & gentes quæ non nouerunt Deum: vt ne quis ſupergrediatur, & circumſcribat in negotio fratrem ſuum: quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus: ſicut & prædiximus vobis, & teſtificati ſumus, Non enim vocauit nos Deus in immundicia, ſed in ſanctificatione.* 1. Theſſ. 4. a Diligenter obſerua: quia ad caſtitatem nos prouocans, & nolens vxoribus tantum eſſe contentos, dixerit: Ne quis ſupergrediatur, & circumſcribat in negotio fratrem ſuum, id eſt, ne ſuam coniugem derelinquens, alterius polluere quærat vxorem.

Vbi nos habemus, & circumſcribat in negotio fratrem ſuum, in Græco legitur, καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ: πλεονεξία autem auaritia nuncupatur quam nos poſſumus vim verbi transferentes, ſic in præſenti loco exprimere: vt ne quis ſupergrediatur, & auarus fraudet in negotio fratrem ſuum. Quæ enim conſequentia eſt, vel in illo capitulo, quod nunc ad exemplū vocauimus: vel in hoc quod principaliter ad Epheſios conamur exponere: inter impudicitiam & immunditiam, caſtitatem quoque & affectum coniugalem, extraordinarie repente auaritiam nominari. Non vobis moleſtum ſit, ſi diu in obſcurioribus immoremur: cauſati enim in principio ſumus, inter omnes Pauli epiſtolas, hanc vel maxime & verbis & ſenſibus inuolutam.

C

a ❡ *Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum, ſi tamen illum audiſtis*, &c.] Si omnes Chriſtum audire videntur, audire eos numquam ad Epheſios, & certe illos quibus ſacramenta Chriſti reuelarat, Apoſtolos diceret: ſi tamen illum audiſtis. Diſcere autem Chriſtū, idipſum eſt, quod noſſe virtutem: & audire illum, non differt ab eo ſi diceret: audite ſapientiam, iuſtitiam, fortitudinem, temperantiam, & cætera quibus Chriſtus vocatur. Si quis ergo Chriſtum audiuit & didicit, non ambulabit in vanitate ſenſus ſui: nec obſcuratus mente gradietur: neque erit abalienatus à vita Dei: habebit etiam ſcientiam ignoratione diſcuſſa, & immiſſo tenebris lumine, omnis de oculis cordis eius cæcitas auferetur. Quod cum habuerit, non ſe tradet impudicitiæ. nec operabitur omnem immundiciam in auaritia, conceſſos fines prætergrediens nuptiarum.

Si autem aliquando contigerit, vt aliqua paſſione ſuperetur, dolebit ſuper vulnere ſuo, & conſcientiæ tormenta patietur: quia liberam frontem, & puritatem immaculatæ mētis amiſerit. Diſcamus igitur Chriſtum, & audiamus illum: ſi quis eſt qui poteſt dicere: *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus?* Curramus ad eum diebus ac noctibus, ad os eius & ad eloquium pendeamus. 2. Cor. 13. a Chriſtus nobis loquitur, Spiritus ſancti ſunt verba quæ promit. *Statuit enim Deus in eccleſia primum Apoſtolos, ſecundum prophetas, tertio doctores.* Sed nec illud eſt deſperandum, quod aliquādo ipſe in mentibus noſtris Chriſtus loquatur, & per ſemetipſum nos doceat, & organum oris non quærat alieni, tantum non ſimus ſubditi peccato, nec corpus noſtrum delicta poſſideant, & ingredietur in illud ſapientia. D

b ❡ *Sicut eſt veritas in Ieſu.*] Vocabulum, Ieſus, interdum eum hominem ſignificat: qui à Deo verbo eſt aſſumptus ex Virgine, iuxta illud: *Vocabis nomen eius Ieſum: Ipſe enim ſaluabit populum à peccatis eius.* Luc. 1. c Et alibi: *Ieſus ergo fatigatus de via*, & reliqua. Ioan. 4. a Interdum vero Deum verbum: *Nobis enim vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia.* 1. Cor. 8. b Si quando ergo dicit Ieſus. *Ego ſum via & veritas:* Ioan. 14. a iuxta id dicit, quod filius Dei eſt. Cum autem ſcribit Paulus: *ſicut eſt veritas in Ieſu*, de templo corporis loquitur, in quo habitat verbū Deus. *Verbum* enim *caro factum eſt, & habitauit in nobis.* Ioan. 1. Niſi forte vtrumque de Deo verbo intelligendum: quod quomodo habitet in eo vita, & ipſe ſit vita. Sicut enim habet pater vitam in ſemetipſo: ita & filio dedit habere vitam in ſemetipſo: Ibidem 5. d Sic & veritas dicatur filius, & ipſa in eo habitare monſtretur. Hæc autem dicimus, non Ieſum à Chriſto ſeparantes: nec rurſum Deum verbū, ab eo quem aſſumpſit, hominem alterum eſſe dicentes: ſed ſecundum intelligentias effectuum vel locorum, illū quē vnū eſſe credimus filium hominis & filiū Dei, & ante virginem, & poſt virginem, alium atque aliū nūcupantes. Poteſt autē & aliter intelligi: Sicut eſt veritas in Ieſu: In nullo patriarcharū, in nullo prophetarū, in nullo Apoſtolorū veritas fuit, niſi in ſolo Ieſu. Alij enim ex parte cognoſcebāt, & ex parte prophetabant, & per ſpeculū in ænigmate videbāt. In ſolo Ieſu veritas Dei apparuit, quæ loquitur confidenter. Ego ſum veritas quæ credentibus in ſe iuxta Analogiam fidei tribuit libertatem. Qui enim cognoſcit veritatem, à veritate libertate donatur. Ioan. 14. a Et ipſa veritas propterea formam ſerui aſſumpſit, *& humiliauit ſe, facta obediens patri vſque ad mortem*, Phil. 2. a vt ſeruum redderet liberum. Vbi enim ſpiritus Dei eſt, ibi libertas. 2. Cor. 3. d Si volumus formam liberi in Ieſu faciemque cognoſcere veritatis, aſcendamus cum eo in montem: videamus eum transfiguratum: vbi & veſtimenta eius, id eſt ſcripturæ, quæ de eo annunciant, immutantur, & Moyſes quoque & Elias, id eſt lex & prophetæ vidētur in gloria. Quamdiu Dominus for- Matth. 17. a
mam

manu ſeruus non mutat, nec aſcendit in montem: lex in ſordibus, prophetæ in ſqualore verſantur. Cum ille ad ſuperiora conſcenderit, & veſtimenta ſua voluerit immutare, intellectuſque de ſeruo fuerit clarus & liber: tunc Moyſi quoque & Eliæ, facies & veſtimenta mutantur.

ritas in Ieſu. ᵃ Deponere vos ſecundum priorem conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur iuxta deſideria erroris, Renouamini ᵇ autem ſpiritu ſenſus veſtri, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Propter ᶜ quod deponentes mendacium, loqui-

a ¶ *Deponere vos ſecundum priorem conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur iuxta deſideria erroris.*] Quia videtur iuxta ordinem textumque ſermonis ſcarere ſententia, ſic legendum eſt: *Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum (ſi tamen illum audiſtis, & in illo docti eſtis) deponere vos ſecundum priorem conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur iuxta deſideria erroris: ſicut eſt veritas in Ieſu.* Vt ſit ſenſus: Quo modo eſt veritas in Ieſu: ſic erit & in vobis, qui didiciſtis Chriſtum, & audiſtis illum, & docti eſtis deponere ſecundum priorem conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur iuxta deſideria erroris. Veterem autem hominem, quem præcipit deponendum, inueteratum à malitia arbitror appellari. Iſte enim ſecundum priorem conuerſationem & deſideria erroris, ſemper errans, & in opere corruptionis helluans, corrumpitur atque violatur. Et quia in deſyderiis indeſinenter verſatur erroris, & nunquam ceſſat à vitio: nequaquam corruptus dicitur, ſed corrumpi: quod per ſingulos dies, horas, puncta, atque momenta corrumpitur, intercipitur, violatur. Sermo vero Dei, qui ideo interficit, vt viuificet mortuum, & viuificatus Dominum requirat, quem ante mortuum neſciebat, non corrumpit, ſed interficit veterem hominem: Ego enim occido (ait) & viuifico, & cum interficeret illos, tunc quærebant eum. Nec putemus hoc quod nunc ait: *Qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris*, illi eſſe contrarium, quod in alio loco ſcri- F

Deut. 3. a 2.Cor. 4. ptum eſt: *Et ſi exterior noſter homo corrumpitur: ſed is qui interior eſt, renouatur de die in diem*: Quia corruptio exterioris hominis, interioris hominis renouatio eſt. Et contra: interioris hominis corruptio, exterioris eſt inſtauratio. Æſtimet aliquis ſimpliciter Paulum loqui: *Si quis templum Dei corrumpit, corrumpet illum Deus: Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.* Sed forte & ibi aliquid latitat, quod apud nos videtur abſconditum. Si templum Dei nos ſumus: ſecundum id quod ſcribitur: *Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos*: & alius eſt qui corrumpit templum Dei, aliud quod corrumpitur: Quærendum quis ſit ille qui templum corrumpat Dei. Si inueneris hoſtes Hieruſalem corrumpentes atque violantes templum ex lapidibus extructum, videbis pariter omnem corrumpentem & violantem templum Dei, quem corrumpet & violabit Deus, vlciſcens corruptionem templi ſui. Veruntamen & templum quod ſe præbuit (viuens quippe eſt atque ſenſibile) inſidiis corrumpentis luet pœnas, per hoc ipſum quod corruptum atque violatum ſpiritum incorruptionis amiſit.

1.Cor. 3. c Ibidem.

b ¶ *Renouamini autem ſpiritu ſenſus veſtri, &c.*] Nec in ſenſu renouamur abſque ſpiritu, nec in ſpiritu abſque ſenſu, ſed renouamur coniuncte in ſpiritu ſenſus noſtri, quo modo pſallimus ſpiritu, pſallimus & ſenſu: oramus ſpiritu, oramus & ſenſu, ſic in ſpiritu ſenſus noſtri renouemur: Vt cum ſenſus mundus fuerit atque purgatus, & ab omni macula ſordidæ concretionis alienus, tunc ei iungatur & ſpiritus, & ita quodam inter ſe vnitatis glutino compulentur, vt nequaquam ſimplex ſpiritus, ſed ſpiritus, ſenſus eſſe dicatur. Cum autem renouati fuerimus in ſpiritu, qui noſtri ſenſus eſt ſpiritus, tunc induemur nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt. Quod quidem aliis verbis idipſum puto eſſe quod in alio loco dicitur: Induite vos Chriſtum Ieſum. Iſte quippe eſt nouus homo, quo vniuerſi credentes debemus indui atque veſtiri. Quid enim in homine quià Saluatore noſtro aſſumptus eſt, non nouum fuit? Conceptus, natiuitas, partus, infantia, do-

1.Cor. 14. c Rom. 13. d

G

ctrina, vita, virtutes, & ad extremum, crux & paſſio, expolians in ea principatus, & contrarias fortitudines oſtentui habentis, reſurrectio quoque & aſcenſus ad cælum. Hic ergo vere creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis, quia Deus verus, Dei veri filius fuit, & tota in illo religio atque iuſtitia, Dei veritate completa eſt. Qui igitur conuerſationem illius imitari poteſt, & vniuerſas in ſe exprimere virtutes, vt ſit manſuetus, ſicut fuit ille manſuetus & humilis corde, & ponat animam ſuam pro amicis, vt ille poſuit pro ouibus ſuis, verberatus non reſpondeat, maledictus non remaledicat, ſed vincat in humilitate ſuperbiam, iſte indutus eſt nouum hominé, & dicere cum Apoſtolo poteſt: *Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Chriſtus*: Et, *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.* Poteſt quoque verba Ioannis aſſumere: *Qui dicit ſe in Chriſto credere: debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.* Quod autem ait: Qui ſecundum Deum creatus eſt, non idipſum ſonat in Latino ſermóne quod Græco. Creatio quippe apud nos, generatio vel natiuitas dicitur, apud Græcos vero ſub nomine creationis, verbum facturæ & conditionis accipitur. Et quod apud nos conditio, hoc apud Græcos creatio ſonat. Vnde & hæreſis natiuitatem Chriſti calumniatur, Salomonis vſurpat exemplum: *Dominus creauit me initium viarum ſuarum.* Cõſiderandum igitur, quia creatio atque cõditio, numquam niſi in magnis operibus nominentur. Verbi cauſa, mundus creatus eſt, vrbs condita eſt, domus vero quamuis magna ſit, ædificata potius dicitur, quam condita vel creata. In magnis enim operibus atque facturis, verbum creationis aſſumitur. Ex quo animaduertendum iſtum nouum hominem, qui iuxta Deum in Chriſto creatus eſt, magnum Dei opus eſſe, & eminere vltra cæteras creaturas, cum ſic conditus eſſe dicatur, vt mundus, & initium viarum Dei, & in exordio elementorum omnium ſit creatus. H

Galat. 2. d 1.Cor. 11. a 1.Ioan. 2. a Prouer. 8. c Ibidem.

c ¶ *Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo, quoniam ſumus, &c.*] Non ſimpliciter vt quidam putant, nec moraliter Apoſtolus præcipit mendacio derelicto, cum proximis veritatem loquendam. Alioquin ſi tantum cum proximis loquimur veritatem, quicumque non fuerit proximus, debet audire mendacium. Quod quidem & in lege præceptum eſt: *Non adulterabis vxorem proximi* tui: Si proximus tantum propinquus vel amicus accipitur, adulteria in alienos iure permittit: ſed proximum vocat omnem hominem, qui ex eodem nobiſcum parente generatus eſt. Quod quidem & parabola illa ſignificat, de Hieruſalem Hierico hominis deſcendentis, qui incidit in latrones, & ſacerdote & leuita prætereuntibus, à Samaritano curatus eſt, & ad ſtabularium reuectus.

Exod. 20. d Luc. 10. e

Affirmat autem poſt hæc dominus eum eſſe proximum, qui illi miſericordiam fecerit, volens oſtendere omnes homines, omnibus eſſe proximos. Et hoc quidem ſic intellectum ædificat audientes. Cæterum id quod ſequitur: Quoniam ſumus alterutrum membra, magis mihi videtur ſignificare myſterium, & de his dicere, qui nobis fide & virtute ſunt proximi. Membra quippe alterutrum non ſunt, niſi fideles fidelium, & Chriſtiani Chriſtianorum, & perfecti, eorum qui ſunt plenæ conſummatæque virtutis. Propter quod Paulus ipſe perfectus, in epiſtola alia loquebatur: *Sapientiam autem loquimur inter perfectos.* Ergo hoc iubet, vt vnuſquiſque myſtica quæque atque ſecreta, & ea quæ Dei veritate ſunt plena, loquatur cum proximo ſuo: & dies diei eructet verbum, & nox nocti indicet ſcientiam, hoc eſt, clara quæque & lucentia his indicet, qui merentur audire: *Vos eſtis lumen mundi.* Porro tenebroſa & inuoluta, & omni ſacramentorum nocte velata, his referat, qui & ipſi nox tenebræ, vel caligo ſunt, de quibus dicitur: *Et caligo ſub pedibus eius*, haud dubium quin Dei.

1.Cor. 2. b Pſal. 18. a Matth. 5. A Pſal. 17. b

A

Exod 10 c Pſal 17 b Nam & in monte Sina Moſes ingreditur in turbinem & caliginem, vbi erat Deus, & de ipſo Deo ſcriptum eſt: *Poſuit tenebras latibulum ſuum.* Loquatur itaque veritatẽ atque myſterium vnuſquiſque cum proximo ſuo, & non det ſanctum canibus, neque mittat margaritas ſuas ante porcos, ſed quicumque oleum habuerit veritatis, illos in thalamum ſponſi & penum regis inducat. Porro quod ait: *Loquimini veritatẽ vnuſquiſque cum proximo ſuo,* Zach.8.c ſciamus de Zacharia propheta ſumptum.

loquimini veritatem vnuſquiſque eum proximo ſuo: quoniam ſumus alterutrum membra. [a] Iraſcimini, & nolite peccare. Sol [b] non occidat ſuper iracundiam veſtram. Neque [c] locum detis diabolo. Qui [d] furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, vt habeat communicare ei qui indiget. Omnis [e] ſermo malus de ore veſtro non procedat:

a ¶ *Iraſcimini & nolite peccare.*] De quarto pſalmo hoc vſurpatum, nulli dubium eſt, & videtur illi eſſe contrariũ, quod alibi dicitur: *Nunc autem deponite & vos omnem iram, & indignationem, & malitiam, & blaſphemiam, & turpem ſermonem ex ore veſtro.* Col.3.b Sed & ſimpliciter intellectum nocet, dum putatur iræ fręna laxata. Duplex autem non ſolũ apud nos, verumetiam apud philoſophos iræ nomen accipitur. Vel cum iniuria laceſſiti, naturalibus ſtimulis concitamur, vel cum requieſcente impetu & furore reſtincto, poteſt mens habere iudicium, & nihilominus ſuper eo qui putatur læſiſſe, deſiderat vltionem. Arbitror itaque de priori ira nunc dictum, & nobis quaſi hominibus eſſe conceſſũ, vt ad indignæ alicuius rei faciem moueamur, tranquillitatemque mentis, velut lenis quædam aura conturbet, nequaquam tamen in tumentes gurgites, furoris impetu ſubleuemur. Firmianus noſter librum de ira Dei, docto pariter & eloquenti ſermone conſcripſit, quem qui legerit, puto ei ad iræ intellectum, ſatis abundeque poſſe ſufficere.

B

b ¶ *Sol non,* &c] Si ſimpliciter hũc ſolem intelligimus, qui oculis carnis aſpicitur, peccamus, quando iraſcimur, & occidente ſole, iracundia perſeuerat. Non peccamus autem, quando (verbi gratia) à prima hora vſque ad vndecimã iraſcentes, facimus quod indignatio, furor, ira ſuggeſſerint. Quo ſenſu nihil mihi videtur abſurdius, quaſi non queat quiſpiam ob ortu ſolis vſque ad occaſum, in tanta ſcelera debacchati, quanta tota vita ſua, non poſſit lacrymis expiare. Aut non magis ita locum in die habeat, cum vtique nox requies ſit furoris, & ſuccedente ſomno, etiamſi iraſcimur, in diem iracundiam differamus. Quia igitur verus ſol, ſicut occidit ſuper malos prophetas, iuxta illud quod ſcriptum eſt: *Occidet ſol ſuper prophetas veſtros meridie,* ita etiam ſuper omnes occidit peccatores: Amos.8.c nequaquam eis ortus ſui lumen indulgens: præcipit nunc Apoſtolus, ne talia faciamus furore ſuperati, per quæ nobis ſol occidat, & principale cordis tenebris inuoluatur. Quidam putant ſic accipiendum hoc eſſe ſimpliciter, quomodo & illud quarti pſalmi, vnde idipſum ſumptum videtur: *Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini:* id eſt, quæcunque in die, vel opere, vel ſermone, vel cogitatione peccatis, hæc ſuccedente pœnitentia purgate per noctem, & ira ſit breuis, nec in diem craſtinum differatur.

c ¶ *Neque locum detis diabolo.*] Diabolus Græcum verbũ eſt, quod Latine dicitur criminator, lingua vero Hebræa שטן Satan appellatur, id eſt, aduerſarius, ſiue contrarius, & ab 2 Cor 6.c Apoſtolo Belial, hoc eſt, abſque iugo, quod de collo ſuo Dei בליעל abiecerit ſeruitutem, quem Aquila apoſtatam tranſtulit. Et ſciendũ vbicunque in veteri lege filij peſtilentiæ ſcribãtur, ſicut ibi: *Filij autem Eli, filij peſtilentiæ:* ibi in Hebraicis vo- 1.Reg.2.c luminib., *Belial,* hoc eſt, diabolum pro peſtilẽtia nominari, licet plurimi pro belial corrupte in Apoſtolo belian legãt. *Nolite itaque,* ait, *dare locum diabolo,* qui tanquã leo rugiens, quærit aditum, per quẽ poſſit irrumpere. Quomodo enim pater & filius ſtant ante oſtium, & pulſant, vt introeant & Apoc.3.d cœnent cum eo, qui ſe receperit, ita & aduerſarius ſemper in nos eſt paratus irrumpere, & cum locũ dederimus, ingreditur. Solet autẽ antequã veniat, quædam iacula præmittere, & præcurſorem aduentus ſui facere cogitationem: hanc ſi nos in corde noſtro ſuſceptam nutrierimus intrinſecus, & creſcere fecerimus, cum in nobis prolem ſuam auctam viderit, & ipſe audebit intrare. Denique in Iudæ Iſcariot C Ioan.13.a cor, primam fecit ſagittam, vt traderet Saluatorem, quam ſi exceptam ille miſerabilis non fouiſſet, nunquam poſt intinctum panem in paropſide, intraſſet in illum Satanas. Simulque & hoc diligẽter attendite, quod non inuenerit diabolus locum introeundi in Iudam, cuius pectus iam ante percuſſerat, niſi in conuiuio Saluatoris, Quia tunc vel maxime in poteſtate ei damur, quando nec humanitate, nec clemẽtia, nec manſuetudine eius vincimur, quem odimus indigne. Huic quod nunc præcepit, neque locum detis diabolo, illud de Eccleſiaſtico comparamus: Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dederis ei: ille ſuperbus & temerarius vult aſcẽdere, vult ſubire, ſed etiam ſi te oppreſſum putauerit, & ſe extulerit, tu ne dederis locum. Poteſtas quippe diaboli, non in temeritate illius atque iactantia, ſed in tua eſt voluntate.

d ¶ *Qui furabatur,* &c.] Quia hi qui in vitæ iſtius negotiis conuerſantur, propter alimenta & vſus neceſſarios, coguntur aliqua vel emere, vel vendere, & lucra de negotiatione ſectari, & difficile eſt etiam eos qui à cæteris paſſionibus liberi ſunt, fornicatione videlicet, idololatria, adulterio & homicidio, hoc vitio non teneri, propterea nunc Epheſios monet, ne ſub occaſione emolumenti, furti crimen incurrant, furtum nominans, omne quod alterius damno quæritur. Iuſtum autẽ eſſe vt manibus ſuis vnuſquiſque operãs, & victum labore conquirens, impertiat non habentib. Neque vero ait: *Magis autem laboret operãdo manibus ſuis quod bonum eſt,* vt non indigeat, & habeat victum & nulli moleſtiam exhibeat: Sed laboret, inquit, manibus ſuis quod bonum eſt *vt habeat vnde communicet indigentibus.* Qui igitur ad hoc tantum laborat, vt ipſe non egeat, & à cæteris contrahit manum, quamuis applaudat ſibi, tamen Apoſtoli pręceptum non fecit. D Poteſt autem & aliud intelligi: qui furabatur, iam non furetur, & reliqua, propter illud quod ſcriptum eſt de pſeudoprophetis: *Qui furantur ſermones, vnuſquiſque à proximo ſuo.* Et in Euangelio: *Omnes qui venerunt ante me, fures fuerant & latrones.* Et ad Romanos: *Qui prædicas non furandum, furaris,* quod furta prohibeamur facere ſpiritualia. Neque enim hoc quod ſequitur. Magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, ad vitæ huius neceſſaria digne referri poteſt, vt bonũ dicatur quodcunque periturum eſt, & ad mammonam iniquitatis pertinet. Quamuis enim iuſtus labor opes habeat abſque tergiuerſatione quæſitas, ſatis habebit ſi non dicantur malum, cæterum bonum non valent appellari. Igitur bonum operatur, qui declinat à malo & facit bonum, & operatur in agro animæ ſuæ, vt ſpiritualibus panibus impleatur, & poſſit commodare eſurienti, & neceſſitatem ſuſtinenti, dans in tempore cibaria conſeruis ſuis. Si autem talis eſt qui operatur bonum, ergo & is qui furatur, conſequenter verba furatur & dogmata, de furto viuens, de furto ſibi ceruicalia conſuens, & ſcripturarum pannos hinc inde colligens, vt Hiere 23.f poſſit tunicam facere conſciſſam, quæ deorſum eſt, non de Ioan.19.b ſurſum. Tunica enim eccleſiæ, hoc eſt, corpus Chriſti, deſu- Rom.2.e per contexta eſt, & nulla ex parte conſutilis, quæ ne ab inimicis quidem ſcindi poteſt.

e ¶ *Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat: ſed ſi,* &c.] Bonus ſermo eſt ad ædificationem oportunitatis, dans gratiam audientibus, qui docet virtutes ſequendas, vitia fugiẽda. Malus, qui ad peccata prouocat, & pronos magis incitat ad ruinam. Pro eo autem quod nos poſuimus ad ædificationem oportunitatis, hoc eſt quod dicitur Græce τῆς χρείας, in Latinis codicibus propter euphoniam mutauit interpretes, & poſuit, ad ædificationem fidei. Quotienſcunque ex ſermone noſtro aliquis proficit, & iuxta oportunitatem loci, temporis & perſonæ ædificat audientes, bonus de ore

noſtro

E nostro ſermo proceſſit: Quotiens vero loquimur aut non in tempore, aut importuno loco, aut non vt conuenit audientibus, totiens ſermo malus procedit de ore noſtro ad deſtructionem eorum qui audiunt. Conſideremus itaque quid loquamur, quia pro omni otioſo verbo reddituri ſumus rationem in die iudicij. Et etiá ſi non lædamus, non tamen ædificemus, mali verbi nobis luenda ſit pœna.

Matth. 12. c

proceedat: ſed ſi quis bonus ad ædificationem opportunitatis, vt det gratiam audientibus. Et nolite [a] contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis.

a ¶ [*Et nolite contriſtare, &c.*] Mœror ſancti ſpiritus ſic intelligẽdus, quomodo ira Dei & ſonus, & ceteræ in humanam ſimilitudinem paſſiones. Non quo cõtriſtetur ſpiritus, & vllã perturbationem diuinitas ſentiat, ſed quo ex verbis noſtris, Dei diſcamus affectus: quod mœreat quotiẽſcũque peccam⁹, & defleat peccatores. Nã & Saluator in corpore cõſtitut⁹ fleuit Hieruſalẽ, & omne hominũ genus in propheta

Luc. 19. f
Matth. 7. a
Sec. 70.

deplorat, dicẽs: *Heu mihi anima quia perijt reuerẽs à terra: & qui corrigat inter homines nõ eſt.* Omnes in ſanguine iudicãtur. Et in Ezechiele opera quondam ſanctæ ciuitatis enumerans, ait: *In omnib. iſtis contriſtabas me.* Signati autem ſumus ſpiritu Dei ſancto, vt & ſpiritus noſter & anima imprimantur ſignaculo Dei, & illã recipiamus imaginẽ & ſimilitudinẽ, ad quam in exordio conditi ſumus. Hoc ſignaculum ſancti Spiritus, iuxta eloquium Saluatoris, Deo imprimẽte ſignatur. *Hunc enim,* ait, *Signauit pater Deus.* Signator ergo à patre, Spiritu ſancto, omnis, qui ex eo quod credidit Deo, ſignauit, quia verus eſt Deus. Qui idcirco ſignatur, vt ſeruet ſignaculum, & oſtẽdat illud in die redemptionis purum atque ſyncerum, & nulla ex parte mutilatum, & ob id numerari cum his valeat, qui redempti ſunt.

G
Eze. 9. 16. e
Sec. 70.
καὶ ἐλύπεις με ἐν πᾶσι τούτοις.
Ioan. 6. e

Commentarij ſecundi in Epiſtolam ad Epheſios Finis.

DIVI HIERRONYMI PRESBYTERI
IN TERTIVM LIBRVM COMMENTARIORVM AD EPHESIOS, AD PAVLAM, ET EVSTOCHIVM.

PROOEMIVM.

SAtis abundeque, ó Paula & Euſtochium, de argumento epiſtolæ Pauli ad Epheſios, in primi Libri præfatione diſſerui, & ſparſim, vbicumque occaſio data eſt, licet breuiter, oſtendi, quod B. Apoſtolus ad nullam eccleſiarum tam myſtice ſcripſerit, & abſcondita ſæculis reuelauerit ſacramenta. Nũc ergo, quoniam orationum veſtrarum, & ſanctæ Marcellæ fultus auxilio, tertium, id eſt, extremum, in eandem epiſtolam dicto Librum iuſtum mihi videtur, vt nominis quoque ipſius etymologiam cum

F

חפצית *ſenſu, quem ſupra expoſui, congruere doceam. Epheſus in Latinam linguam interpretatur voluntas, ſiue conſilium meum in ea, vel certe anima mea in ea. Voluntas & conſilium & anima Dei in eo eſt, qui poteſt dicere:* Ipſe enim mihi dedit *notitiam omnium, & cum incerta & occulta ſapientiæ Dei illi fuerint reuelata, teſtimonium conſequetur loquẽtis: Inueni Dauid de Bethlehem filium Ieſſe, virum ſecundum cor meum, qui faciat omnes voluntates meas. Iſtiuſmodi virum* H

Sap. 7. e
חפצי בה *& Oſee Propheta ſignificat, dicens:* Quis ſapiens, & intelliget hæc, prudens & agnoſcet iſta? *Porro vt ſciatis*

Psal. 50. d *multam eſſe diſtantiam iuſti ſimplicis iuſtique ſapientis, qualem in reſurrectione mortuorum ſinguli gloriam conſequã-*

Act. 13. d *tur, attendite.* Et multi dormientium de limo terræ exurgent: hi in vitam æternam, & hi in opprobriũ,

Oſee 14. d
Sec. 70. & confuſionem æternam: *Et intelligentes fulgebunt ſicut ſplendor firmamenti, & ex iuſtis multi ſicut ſtella in*

Dan. 12. b *æternum.* Fulgebunt, *inquit,* iuſti ſicut ſtellæ in æternum, & intelligentes, *id eſt, habentes ſcientiam ſcripturarum,* ſicut ſplẽdor cæli. *Non quo doctus vir, iuſtus quoque eſſe non debeat, ſed quo qui iuſtus eſt, niſi fuerit eruditus, tam procul ſit à ſapiente iuſto, quam eſt ſtellarum fulgor à lumine firmamenti. Quod ſi quis meditatione tantum legis inſtructus, vitam ſuam negligit, neque audet dicere:* A mandatis tuis intellexi, propterea ad omnia mãdata tua

Psal. 118. n
Ibidem. q dirigebar: *iſte quaſi æramentum ſonans, & cymbalum tinniens, & infatuatum ſal, in ſtercore conculcandus eſt. Si autem detur optio ſingulorum (ſepoſito eo qui habet ſapientiam atque iuſtitiam) magis ego velim ruſticitatem iuſtam, quam doctam malitiam. Quia in altero licet minor, tamen gloria eſt, ſtellarum eſſe lumini coæqualem: in altero iuxta,*

Sap. 6. a
Luc. 12. f *ſcientiæ profectum, maiora ſupplicia ſunt.* Potentes *quippe* potenter patientur tormenta. *Et:* Seruus qui ſcierit voluntatem domini ſui, & non fecerit eam, vapulabit multis. *Hæc idcirco vt docerem, quare animam & conſilium, & voluntatem Dei, Epheſiorum vocabulum ſonet, qui artium magicarum præſtigiis derelictis, erroris zelũ ad veritatis ſtudium tranſtulerunt. Ob quorum ſalutem tanto Paulus ſudore pugnauit, vt ad Corinthios ſcriberet:* Si

1. Cor. 15. e
Psal. 73. d
Ibid. 6. f
1. Pet. 5. d ſecundum hominem ad beſtias pugnaui Epheſi, quid mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt? *Quæ ſunt iſtæ beſtiæ? Nempe illæ, de quib. pſalmiſta precatur, dicens:* Ne tradas beſtiis animam confitentem tibi. *Et in alio loco:* Increpa feras calami. *Aduerſarius enim noſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, qui cum cerneret principẽ Aſiæ ciuitatem ad doctrinam Pauli de faucib. ſuis eripi totis ſatellitum ſuorum agminibus congregatis eum opprimere nitebatur, & improbe ſe extollens, volebat quaſi aquila ponere ſuper illum nidum ſuum. Quod Apoſtolus ſentiens, & omni cuſtodia ſeruans cor ſuum (quippe qui eius non ignoraret aſtutias) poſt victoriam quidem, ſed non incruentam vi-*

2. Cor. 1. b *ctoriam, loquebatur.* Non enim volumus vos ignorare fratres de tribulatione noſtra quæ facta eſt nobis in Aſia, quoniam ſupra modum grauati ſumus ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiã viuere. *Quod autem per Tychium epiſtola mittitur, valde eiuſdem epiſtolæ congruit ſacramentis. De quibus & noni pſalmi titulus præ-*

τυχικός.
Psal. 118. b *notatur,* pro arcanis filij. *Tychius enim ſilens interpretatur, non proiiciens margaritas ante porcos, nec dans ſanctum canibus, & libere ad Deum loquens:* In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi.

Omnis [a] amaritudo, & furor, & ira, & clamor & blaſphemia auferatur à vobis cum omni malitia.

Capvt V.

Estote [b] autem inuicem benigni, miſericordes, donantes vobiſmetipſis, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis. Eſtote [c] ergo imitatores Dei ſicut filij chariſſimi. Et [d] ambulate in

Omnis [a] amaritudo & furor, &c.] Amaritudo contraria dulcedini eſt, vnde amati vulgo appellantur & dulces, De qua & Hieremias loquitur, dicens: Et amaritudo tua aſcendit ſuper me. Furor vero incipiens ira eſt, & ferueſcens in animo indignatio. Ira autem eſt, cuius amaritudo, & furor ſpecies ſūt, quæ furore reſtrincto deſiderat vltionem, & eum quem nocuiſſe putat, vult lædere. Quæquidem licet in Deo ſæpe dicantur, ſecundum illud: [Pſal. 6. a] *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me*: non ſunt perturbationes animi computandæ ſicut in nobis, quia in illo moderata & ordinata ſunt omnia, & pœna, qua peccatores corriguntur, noſtris vocibus appellatur. Nos vero ſi iraſcimur, perturbamur, & furore rapti, noſtri eſſe deſinimus. Vnde à nobis omnis amaritudo, & furor, & ira penitus auferenda ſunt. Nam ad illud euangelij. *Quicunque iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit* [Matth. 5. c] *iudicio*, fruſtra eſt additum, ſine cauſa, quia nec cum cauſa nobis iraſci conceditur, maniſeſtiſſime Apoſtolo nunc dicente: *Amaritudo, & furor, & ira, tollatur à vobis.* Et triceſimoſexto pſalmo vniuerſam commotionem animi generaliter auferente: *Quieſce ab ira, & dimitte furorem.* Si enim ira deſiderat vltionem, omnis autem vltio rependere cupit ei malum à quo ſe læſam putat, & Chriſtianus non [B] debet malum pro malo reddere, ſed vincere in bono ma- [Rom. 12. d] lum, & *mihi vindictam & ego retribuam, dicit dominus,* [Deut. 32. f] omnis qui iraſcitur, peccat: *Ira quippe viri iuſtitiam Dei* [Iacobi 1. c] *non operatur.* Poſt amaritudinem, furorem & iram recte clamor quoque & blaſphemia prohibentur in nobis. Quia qui ſemel fuerit furore ſuperatus, neceſſe eſt vt proſiliat in clamorē, & turbide fremens, huc atque illuc in modum folij ventiletur & dicat: O rerum iniquitas, ô iniuſta iudicia Dei, & cætera quæ ſolent loqui, qui per indignationis furorem mentis iudicium perdiderunt. Porro blaſphemia non ſolum aperta eſt, & de ira naſcitur, ſed & abſque ira ſedata mente profertur, ſi aut de mundi iſtius quiſpiam gubernatione cauſetur, & dicat, Illud ſic eſſe non debuit, hoc vero eſſe ſic debuit: aut certe in eccleſia conſtitutus, & credens in Deū, labatur in dogmatibus, quæ ignorare non licitum eſt, aliter de Patre & Filio & Spiritui ſancto ſentiēs, quam rei ipſius veritas habet, non ita credens in reſurrectione mortuorum, vt ſcripturæ docent. Vel certe alienæ inuidens ſapientiæ, eum male ſentire commemoret, qui catholicæ fidei eſt, & rurſum hæreticum pro adulatione, qua ſibi obſequitur, catholicum eſſe conteſtans, *qui dicit dulce a-* [Eſa. 5. f] *marum, & amarum dulce*, Vnde omni ſtudio legendæ nobis ſcripturæ ſunt, & in lege domini meditandum die ac nocte, vt probati trapezitæ, ſciamus quis nummus probus ſit, quis adulter. Porro amaritudinem, furorem, iram, clamorem, atque blaſphemiam, ſic tollamus à nobis, vt cum omni malitia auferantur. Malitia autem vel contraria virtuti intelligenda eſt, quam alio nomine vitium nominamus: vel malignitas, & nequitia, quæ in tergiuerſatione & calliditate ſentitur.

Capvt V.

Estote [b] autem inuicem benigni, miſericordes, donantes vobiſmetipſis, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.] Supra amaritudini contrariam dulcedinem dixeramus, quā nunc Apoſtolus alio verbo [illegible], id eſt, ſuauitatem magis quam benignitatem vocauit: præcipens vt omnia amaritudine & furore, ira, clamore, & blaſphemia, & motu turbido, cum quadam frontis auſteritate damnatis, clementes ſimus & blandi, & ad familiaritatē noſtram vltro homines inuitemus, vt nullus ad nos formidet accedere: quæ familiaritas maxime ex miſericordia cōparatur. Nec ſtatim præſtantes alijs, ipſi quod dedimus habere deſiſtimus, ſequitur enim: donantes vobiſmetipſis: quia quod bene in alium fit, magis ei reponitur, qui præſtitit, quam cui datum eſt. Qui miſeretur pauperis, ipſe ſaturabitur: & qui dat ei, Deo fœnerat. Vel certe ita accipiendū, quod in eo quod ſuaues & miſericordes ſumus, & perturbationib., quæ non inquietabant relictis, ad manſuetudinē, tēperantiamque tranſiuimus, ipſi nobis datū ſit & donatū, dum de malis in bonos vertimur, & de hæc ipſa donamus nobis, quæ Deus pater donauit in Chriſto. Si enim omiſſis vitijs, virtutes ſequimur, omnes autē virtutes, ſapientia, veritas, iuſtitia, manſuetudo, & cætera ad Chriſtū intellecta referūtur, cum has virtutes habuerimus, ipſas nobis etiā noſtro ſtudio comparamus, & habere nos facimus, quas Deus nobis donauit in Chriſto. Alius vero quod ait, donātes vobiſmetipſis, ſimpliciter accipiet, vt quomodo ſupra dicitur: Eſtote autē inuicem ſuaues, ſic & nunc dicatur, donātes vobiſmetipſis, pro eo, quod eſt, donātes vobis inuicē: vt quomodo Deus nobis in Chriſto noſtra peccata donauit, ſic etiā nos eis, qui in nos peccauerint, dimittamus. Et ad probandū quod dimiſſio peccatorū in ſcripturis donatio nuncupetur: Illud ſumes exēplum, quod in Luca ſcribitur, [Luc. 7. f] vbi vni creditori alius debebat quingētos denarios, & alius quinquaginta, quos vtriſque cōceſſerit, & ad interrogationē Saluatoris ille qui interrogatus fuerat reſpōderit maiorē [D] gratiam illum habere, cui plus donatum ſit. Dicitur & in oratione dominica: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos* [Matth. 6. b] *dimittimus debitoribus noſtris.* Deus autem nobis donauit in Chriſto, non extra poſitus, ſed habitans in eo, quia pater in filio, & filius in patre. Nec ſtatim ille in quo donatur minor eſt ab eo, qui in ſe donat, quia & Apoſtolus dicit: *Et ego ſi* [2. Cor. 2. c] *quid donaui vobis, in facie Chriſti & Dei.*

c ¶ *Eſtote ergo, &c.*] Qui intelligit quomodo dictū ſit: *Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt*, iſte ſciet quomodo & nunc dicatur: *Eſtote imitatores Dei.* Et Corin- [Matth. 5. g] thus quidem ſcribens ait: *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego* [1 Cor. 4. d & 11. a] *Chriſti.* Non enim poterant ſtatim imitatores Chriſti fieri, ſed grande illis erat ſi imitatores poſſent imitatoris exiſtere. Epheſiis vero quaſi his quos iam myſteria tanta docuerat, nō ait, imitatores mei eſtote, nec imitatores Chriſti, ſed imitatores Dei, Nō quo minus ſit imitatorē Chriſti eſſe quam Dei (Deus quippe Chriſtus eſt) ſed quod aliud ſit ſecundū hominē imitari, aliud ſecundū Deū. Nā & ſi Chriſtū ſecun- [2. Cor. 5. a] dū carnē antea noueramus, nunc iam nequaquā eum nouimus ſecundū carnē. Loquitur & ipſe Sſluator, humilitatē diſpēſationis oſtendens: Quæcunque viderit patrē facientē, [Ioan 5. c] hæc eadē filius facit ſimiliter. Non quo aliud cælum, & aliā terram pater fecerit, & ad ſimilitudinem eorum, aliud cælū & alia terra & elementa à Chriſto facta ſint cætera, ſed quo quæcunque operetur pater, hæc eadē & filius operetur. In quo autē ſimiles Deo poſſumus fieri, ſupra teſtatus eſt, dicens: donātes vobis, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis. Noo enim puto quod in cæteris quoque quæcunque Deus fecit, homo Deum poſſit imitari: ſed verbi cauſa, vt quomodo ille clemens eſt, & pluit ſuper bonos & malos, & reliqua, ſic etiam nos bonitatem noſtram ſuper omnes homines effundamus. Quod cum fecerimus, erimus ſicut filij dilecti, ſiue ipſius Pauli: ſiue, quo melius puto, Dei.

d ¶ *Et ambulate, &c.*] Qui pro aliorum ſalute vſque ad ſanguinem contra peccatum dimicat, ita vt & animam ſuam tradat pro eis, iſte ambulat in charitate: imitans Chriſtum,

E Chriſtum, qui nos in tantum dilexit, vt crucem pro ſalute omniũ ſuſtineret. Quomodo enim ille ſe tradidit pro nobis, ſic & iſte, pro quibus poteſt libenter occubens, imitabitur eum, qui oblationem & hoſtiam in odorẽ ſuauitatis ſe patri tradidit: & fiet etiam ipſe oblatio, & hoſtia Dei in odorem ſuauitatis.

bræum ex Hebræis, verbo vſum eſſe vulgato, & ſenſum ſuum alterius ſignificatione verbi explicare voluiſſe, maximecum apud Hebræos gratioſus & gratias agens, vnu, vt aiunt, ſermone dicatur. Vnde & in Prouerbiis putoita ſcriptum, γυνὴ εὐχάριστος ἐγείρει ἀνδρὶ δόξαν mulier grata ſuſcitat viro gloriã. pro eo quod eſt, gratioſa: videremur vim facere ſcripturæ, & gratias agentem mulierem, pro gratioſa audacter accipere, niſi & cæteræ editiones noſtræ opinioni congruerent. Aquila enim & Theodotio & Symmachus ita poſuerunt: γυνὴ χάριτος, id eſt mulier gratioſa. & non εὐχάριστος, quod ad actionem pertinet gratiarum. G Prou. 11. b Sep. 70.

in charitate, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. [a] Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos: & turpitudo & ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinent: ſed magis actio gratiarum. Hoc [b] autem ſcitote, quia omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod eſt idolis ſeruiens) non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei. Nemo

a ¶ *Fornicatio autem*, &c.] Niſi philoſophorum quidam Cynicus extitiſſet, qui doceret omnem titillationem carnis, & fluxũ ſeminis ex qualicunque attritu tactuque venientem, in tempore non vitandum, & nonnulli ſapientes ſæculi in hanc turpem & erubeſcendam hæreſim conſenſiſſent, nunquam ſanctus Apoſtolus ſcribens ad Epheſios, ad fornicationem etiam omnem immunditiam copulaſſet, & ad immunditiam iunxiſſet auaritiam, non hanc qua pecuniam cupimus congregare, ſed illam de qua ſupra diximus. ne ſupergrediatur, & auarus fraudet in negotio fratrem ſuum: Quod ſcilicet inſatiabilis & inexpletus per omnia turpitudinum genera laſciuiæque diſcurrat. *Sicut decet*, inquit, *ſanctos*. Ex quo ſanctus non poteſt appellari, quicunque extra fornicationem in aliqua immunditia & auaritia voluptatum, quæ ſe delectauerint, inuenitur. Si quis autem arbitratur auaritiam, non in illo ſenſu accipiendam eſſe quo diximus, reddat cauſas quare inter fornicationem, & immunditiam, & turpitudinem, & ſtultiloquium & ſcurrilitatem, mediam auaritiam extraordinarie poſuerit. Porro ſtultiloquium eſſe exiſtimo, non ſolum eorum, qui aliqua narrant turpia, vt riſum moueant, & fatuitate ſimulata magis illudant eis, quibus placere deſiderant: ſed etiam eorum qui ſapientes ſæculi putantur, & de rebus phyſicis diſputantes, dicunt ſe arenas littorum, guttas oceani & cælorum ſpatium terræque punctum liquidò comprehendiſſe. Eſt & in eccleſia ſtultiloquium: Si quis cælum putet fornicis more curuatum, Eſaiæ quem non intelligit ſermone deceptus: Solium quoque in cælis poſitum, & ſuper eo ſedere Deum, & in throni Imperatoris & Iudicis, angelos ſtare in circuitu, qui verbis iubentis obtemperent. & in diuerſa mittantur officia. Sed quia ſequitur ſtultiloquium ſcurrilitas, magis ſtultiloquiũ ad fatuas & ineptas fabulas transferendum. Inter ſtultiloquium autem & ſcurrilitatem hoc intereſt, quod ſtultiloquium nihil in ſe ſapiens, & corde hominis dignum habet. Scurrilitas vero de prudenti mente deſcendit. & conſulto appetit quædam, vel vrbana verba, vel ruſtica vel turpia, vel faceta, quam nos iocularitatem alio verbo poſſumus appellare, vt riſum moueat audientibus. Verum & hæc à ſanctis viris penitus propellenda, quibus magis conuenit flere atque lugere, vt in Hebraico quoque euangelio legimus, Dominum ad diſcipulos loquentem: Et nunquam, inquit, læti ſitis: niſi cum fratrem veſtrum videritis in charitate. Videtur hucuſque nihil extra propoſitum & extra conſequentiam textumque ordinis intuliſſe. Verum hoc quod ſequitur, & in fine poſitum eſt: Sed magis gratiarum actio: Quærat aliquis & dicat, quid ſibi velit poſt fornicationem prohibitam & immunditiam, & laſciuiam, & turpitudinem, & ſtultiloquium, & ſcurrilitatem, actio gratiarum. Si enim ſemel ei liberum fuit ponere quamcunque virtutem, potuit dicere, ſed magis iuſtitia veritas, dilectio. Quomodo autem hoc inconſequens eſt, ita etiam illa inconſequentia eſſe potuiſſent, & eadem licentia ordinem non haberent. Forſitan igitur gratiarum actio in hoc loco non iſta eſt nominata, iuxta quam gratias agimus Deo, ſed iuxta quam grati ſiue gratioſi & falſi apud homines appellamur. Stultiloquum enim & ſcurram non decet eſſe Chriſtianũ. Decet autem ſermonem eius ſale eſſe conditum, vt gratiam apud audientes habeat. Et quia non eſt conſuetudinis niſi inter doctos quoſque apud Græcos εὐχαριστίαν ad diſtinctionem euchariſtiæ dicere, hoc eſt gratioſum eſſe, & agere gratias: Propterea puto Apoſtolum quaſi He-

1. Theſ. 4. b

F

Eſa. 40. e Sep. 70. Ibid. 6. a

b ¶ *Hoc autem*, &c.] Notandum quod ſex vitiis ſupra prohibitis fornicatione, immũditia, auaritia, turpitudine, ſtultiloquio ſcurrilitate, nunc tantum tria poſuerit, fornicationem, immunditiam, auaritiam, quibus qui fuerit obnoxius, hæreditatem in regno Chriſti & Dei habere non poſſit. Si enim ita ſtultiloquus & ſcurra alieni eſſent è regno Dei quomodo tres, quos ſpecialiter ſeparauit, videretur ſententia ſeueritudinis, non ignoſcere imbecillitati fragilitatis humanæ, cum etiam per locũ nos dicta damnarent. *Qui enim in ſermone non labitur, perfectus eſt.* Neque vero iſta dicentes, locum ſtultiloquio & ſcurrilitati damus, dum non excluduntur à regno, ſed quomodo apud patrem diuerſæ ſunt manſiones, & *ſtella à ſtella differt in gloria, ſic & reſurrectio mortuorũ*: Quamuis aliquis à fornicatione, immunditia atque laſciuia alienus ſit, tamen ſi ſtultiloquus & ſcurra fuerit, non tenebit eum locum, quẽ poſſeſſurus erat, ſi hæc vitia non haberet. Reſpondeat quis, eſto ſtultiloquium & ſcurrilitas non eundem habeant reatum quem fornicatio, immunditia, & auaritia, nunquid nõ & turpitudinem cum tribus ſuperioribus debuit nominare? Ad quod dicendum, turpitudinem hic ſignificare abſconditam cogitationem, cum inflammatur ſenſus noſter ad libidinem, & carnis titillationibus anima ignita ſuccenditur, & nihilominus Dei timore, & mentis iudicio refrenatur Daniquc etiam ſupra abſque turpitudine, tria pariter appellauit, dicens: *Fornicatio autem, & omnis immunditia, & auaritia, nec nominetur in vobis*. & deinceps turpitudo cum ſtultiloquio & ſcurrilitate numerata eſt Et quomodo ſtultiloquium & ſcurrilitas, ſic & iſta turpitudo non perdit, nec in perpetuum excludit à regno. Quia vero in ſuperioribus ex eo quod alibi legeramus: *Ne ſupergrediatur, & auarus fraudet in negotio fratrem ſuum*: dixeramus auaritiam pro adulterio poſitam: Quærimus id quod nunc dicitur, aut auarus, quod eſt idolis ſeruiens. vtrum cum illa, an cum vulgata interpretatione conſentiat. Inuenimus in locis plurimis prophetarum, idololatriam, fornicationem appellatam. *Fornicabantur*, inquit, *poſt idola ſua & ſpiritu fornicationis ſeducti ſunt*. Poteſt itaque fornicatio & ſuper idolatria intelligi. Sin vero auarus ille accipitur: qui pecuniam vtcumque conquirens nummos per fas & nefas habere deſiderat, & pleno ſacculo delectatur: iſte idololatres in eo eſt, quia ſculpturã ipſius nummi colit, & idola in eis cælata veneratur. Vt voracium Deus venter eſt, ita cupidorum quoque iuſtiſſime pecunia Deus dici poteſt: maxime cum in alio loco Apoſtolus cupiditatem idololatriam vocet. Ad hæc videndum quid ſentire voluerit, dicens: In regno Chriſti & Dei: vtrum nam aliud regnum Chriſti ſit, & aliud Dei: An idem regnum ſit patris & filij. Et ſi quidẽ dixiſſet, in regno filij & patris: per filium venimus ad patrem, & licet eſſet diuerſitas perſonarum: tamen eſſet regnantium vna maieſtas: nunc vero cum dixerit, in regno Chriſti, & Dei ipſum Deum & Chriſtum intelligamus: quia & *cum tradiderit regnum Deo & patri*, non erit pater omnia in omnibus, ſed *Deus in omnia omnibus*. Vbi autem Deus eſt, tam pater quã filius intelligi poteſt. Porro quod de patre & de filio dicimus: hoc idem & de Spiritu ſancto ſentiamus.

Iacobi 3. a

1. Cor. 15. e

H

1. Theſ. 4. b

Sup. eod. Col. 4. a

Ezec. 23. f Oſee. 4. c

Sep. 70.

1. Cor. 1. b

1. Cor. 15. d

& illuminabit te Chriſtus (ſiue, orietur tibi Chriſtus.) [a] Videte ergo quomodo caute ambuletis, non vt incipientes ſed vt ſapientes. [b] Redimentes tempus quoniam dies mali ſunt. [c] Propter quod nolite effici imprudentes: ſed intelligite quæ ſit voluntas Dei. [d] Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria: ſed impleamini ſpiritu. Loquentes [e] vobiſmetipſis in pſalmis & hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in

E Quęrat aliquis, quis nam ſit iſte qui dicat: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis*: aut cuius teſtimonio Apoſtolus ſit abuſus. Et quidem qui ſimplici reſponſione contentus eſt, dicet in recõditis eum prophetis, & his, quæ vocãtur apocrypha, hæc lecta in mediũ protuliſſe (ſicut in alus quoque locis illum feciſſe manifeſtum eſt) Non quod apocrypha comprobaret: ſed quo & Arati & Epimenidis & Menãdri verſibus ſit abuſus, ad ea quę voluerat in tẽpore comprobanda. Nec tamen Arati & Epimenidis & Menãdri tota quæ ſcripſere ſunt ſancta, quia eos vere aliquid dixiſſe teſtatus eſt. Alius vero quaſi, προσωποποιΐας Spiritus ſancti apoſtolus figurauerit, ad exhortationem pœnitentiæ hæc dicta memorabit. Ego certe ſecundum paupertatulam meam, omnes editiones veterum ſcripturarum, ipſaque Hebræorum volumina diligenter euentilans, numquam hoc ſcriptum repeti. Niſi forte & hoc dicamus: quomodo olim prophetæ in concione populi loquebantur: hæc dicit dominus, & quoniam dominus locutus eſt: ita & Apoſtolum Spiritu ſancto plenum, repente in verba, quæ in ſe Chriſtus loquebatur, erupiſſe atque dixiſſe, hæc dicit dominus. Necnon & illud eſt differendum, quo modo vni atque eidem dicatur quaſi viuenti, ſurge qui dormis, & quaſi mortuo, exurge à mortuis. Igitur quia & ſpiritus eſt hominis, quem ſemper in bonam partem ſcriptũ meminimus, & anima cuius & infirmitates & mortes legimus peccatorũ: id quod nunc dicitur, ſurge qui dormis, referatur ad ſpiritũ, & quod ſequitur, exurge à mortuis, animæ coaptetur: *Anima enim quæ peccauerit, ipſa morietur.* Spiritus autem mortem nunquam omnino legimus. Chriſtus ergo lux vera, orietur ei qui ſurrexerit de ſomno, & ex mortuis fuerit ſuſcitatus. Scio me audiſſe quendam de hoc

Ezech. 18.a

F loco in eccleſia diſputantem: qui in theatrale miraculum, nũquam ante viſam formam populo exhibuit, vt placeret: Teſtimonium hoc, inquiens, ad Adam dicitur in loco caluariæ ſepultum, vbi crucifixus eſt dominus. Qui caluariæ idcirco adpellatus eſt: quod ibi antiqui hominis eſſet conditũ caput: Illo ergo tempore quo crucifixus dominus, ſuper eius pendebat ſepulcrum, hæc prophetia completa eſt, dicens: Surge Adam qui dormis, & exurge à mortuis, & non vt legimus ἐπιφαύσει σοι ὁ χριστὸς, id eſt, orietur tibi Chriſtus, ſed ἐπιψαύσει, id eſt, continget te Chriſtus: Quia videlicet tactu ſanguinis ipſius & corporis dependentis viuificetur atque conſurgat, & tunc typum quoque illum veritate compleri, quando Eliſæus mortuus mortuum ſuſcitauit. Hæc vtrum vera ſint, nec ne, lectoris arbitrio derelinquo. Certe tunc in populo dicta placuerunt, & quodam plauſu ac tripudio ſunt excepta. Vnum quod ſcio loquor, cum loci iſtius interpretatione atque contextu ſenſus iſte non conuenit.

4.Reg. 13.d

a ¶ *Videte ergo, &c.*] Recte Epheſiis dicitur, vt caute ambulent, qui habebant exercitatos ſenſus ad diſcernendum bonum & malum: & probãtes omnia, id quod ſtatuerant bonum eſſe, retinebant. Qui autem videt quo modo ambulet, & quam caute figat gradum (ne forte ad lapidem offendat pedem ſuum) & dicit: *Lucerna pedibus meis verbum tuum domine*: vtique ſapiens eſt. Non enim puto ἰδιώτην quempiã, & ſi velit ambulare caute, poſſe hoc implere præceptũ: quia ſapientibus & non incipientibus imperatum eſt. Ex quo intelligimus & præcepta moralia (quæ plerique manifeſta arbitrantur, ex eo quod in octauodecimo pſalmo dicitur: *Mãdatum domini lucidum illuminans oculos*) indigere prudenti, & circumſpecta expoſitione: quia lucidum illud præceptum, eorum illuminat oculos, qui inſipientia derelicta, ſapientiæ ſtudiis ſe manciparint.

Pſal. 90.c & 118.c

b ¶ *Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.*] Qui ſapiens eſt, & idcirco caute ambulat, redimit tempus. Tempus autem redimit, quia dies mali ſunt. Quando in bono opere tempus conſumimus: emimus illud, & proprium facimus, quod malitia hominum venditum fuerat: Nemo autem vitæ huius quęrens neceſſaria, & de diuitiis & ſolicitudinib., quas euangeliũ ſpinas nũcupat, cogitans, poteſt ſibi tempus redimere. Redimentes autem tempus, quod in diebus malis eſt, quodammodo immutamus illud, & dies malos in bonos vertimus, & facimus illos non præſentis ſæculi, ſed futuri. Poteſt & aliter locus iſte ediſſeri: O vos Epheſii) quibus de ſomno ſæculi iſtius exurgẽtib. ſol iuſtitiæ ortus eſt Chriſtus) caute ambulare atque prudẽter & abiecta inſipientia, tenete ſapientiam: per quam poſſitis, non cum varietate temporũ commutari, ſed diuerſitatem temporum vobis vnum tempus efficere. Et quia ſunt plurimę perſecutiones, (In principio quippe fidei propemodum quotidie vexabãtur eccleſiæ) vnum tenete curſum, & hoc ſcitote ſeruandum: vt non in morem ſtulti, quaſi luna mutemini, ſed quod ſemel cœpiſtis, firma mente teneatis: ne videlicet ſi perſecutorem iudicem videritis, & vos cum iudicis voluntate mutemini. Rurſum ſi alius dogmatis veſtri laudator aduenerit: vos fateamini Chriſtianos: ſed quod eſtis, omni tempore reſeruate. Aliquod de ſcripturis ponamus exemplum: vt quod dicimus manifeſtius fiat. Ioſeph vnum habebat propoſitũ, placere Deo. Hoc nulla varietate temporis immutatum eſt: nec fratrum inuidia, nec conditione ſeruitutis: nec ætatis illecebris, nec dominæ repromiſſis, nec ſqualore carceris, nec poſtea tumore Ægyptiæ poteſtatis: ſed ſemper vnus fuit, & veritatem vt diximus temporum ſibi redimens, malos dies vertit in bonos. Hoc idem & de Iob ſentiendum eſt, quod per varia tentamenta vexatus: nec diuitiis, nec dãnis, nec orbitate, nec vulnere, nec exprobratione amicorũ, nec ſolitudine, nec poſtea bonorum omnium reſtitutione mutatus eſt. Redemerat enim ſibi tempus, & dies malos fecerat bonos.

G

c ¶ *Propter quod nolite, &c.*] Quia tempus malum eſt, & ſicut ſupra diximus, redimendum, appetenda ante ſapientia eſt, vt per illam intelligere valeamus quæ ſit voluntas Dei. Non enim poſſumus caute ambulare: niſi prius intellecta voluntate Dei. In omni ergo opere primum conſiderandũ quid velit Deus, & habito iudicio, id poſtea faciendũ, quod illi placere fuerit comprobatum. H

d ¶ *Et nolite inebriari vino, &c.*] Quo modo non poſſumus duobus dominis ſeruire, Deo & mammonæ: ſic non poſſumus ſpiritu impleri pariter & vino. Qui enim ſpiritu impletur, habet prudentiam, & manſuetudinem, verecũdiam, caſtitatem. Qui vino, habet inſipientiam, furorem, procacitatem, libidinem. Hoc quippe æſtimo vno verbo ſignificare luxuriam. Quod ſi quidam intelligerent, numquam me temeritatis & hæreſeos arguiſſent: quod in virginitate ſeruanda dixerim vinum adoleſcentulis declinandum, & non mittendum ſuper flammam oleum: nec naturalem carnis ardorem fomentis voluptatis augendum. Poteſt autem vinum, in quo eſt luxuria, & illud accipi, de quo in cantico Moyſi dicitur: *Furor draconum vinum eorum, & furor aſpidum inſanabilis*: quod omnes qui ſæculi iſtius cogitatione ſunt ebrii, bibunt & inſaniunt, & vomunt, & præcipites corruunt. Et iuxta Lapitharum, Centaurorumque fabulã, in mutuum feruntur exitium. Huic vino, illud vinum contrarium eſt: quod Dominus ſe nobiſcum in regno ſuo bibiturum eſſe promittit. Frequenter annotauimus, nomen ſpiritus abſque additamento, in bonam poſitum partem: quod quidem etiam nunc obſeruandum videtur.

Matth. 6.c

Deut. 32.d

Matth. 26.c

e ¶ *Loquẽtes vobiſmetipſis, &c.*] Qui ſe abſtinuerit ab ebrietate vini, in quo eſt luxuria, & pro hoc ſpiritu fuerit impletus: iſte omnia poteſt accipere ſpiritualiter, pſalmos, hymnos, & cãtica. Quid autẽ interſit inter pſalmũ & hymnum, & canticũ, in pſalterio pleniſſime diſcimus. Nunc autẽ breuiter hymnos eſſe dicendum, qui fortitudinem & maieſtatẽ prædicant Dei, & eiuſdem ſemper vel beneficia vel facta mirantur. Quod omnes pſalmi continent, quibus alleluia,

Epheſ. 5.b

A vel præpoſitum vel ſubiectum eſt. Pſalmi autem propriè ad ethicũ locum pertinent: vt per organum corporis, quid faciendum, & quid vitandum ſit nouerimus. Qui vero de ſuperioribus diſputat, & concentum mũdi, omniúque creaturarum ordinẽ atq; concordiam ſubtilis diſputator ediſſerit, iſte ſpirituale canticũ canit. Vel certe (vt propter ſimpliciores manifeſtius, quod volumus eloquamur) pſalmus ad corpus, canticũ refertur ad mentem. Et canere igitur & pſallere & laudare dominũ, magis animo quam voce debemus: Hoc eſt quippe quod dicitur: *Cantãtes & pſallentes in cordibus veſtris domino.* Audiant hæc adoleſcentuli: audiant hi quibus pſallendi in eccleſia officium eſt, Deo non voce ſed corde cantãdum: nec in Tragœdorum modum guttur & fauces dulci medicamine colliniendas: vt in eccleſia theatrales moduli audiantur & cantica, ſed in timore in opere, in ſcientia ſcripturarum. Quamuis ſit aliquis, vt ſolent illi appellare κακόφωνος, ſi bona opera habuerit, dulcis apud Deũ can-
1. Reg. 16. d tor eſt: Sic cantet ſeruus Chriſti, vt non vox canentis, ſed verba placeant quæ leguntur: vt ſpiritus malus, qui erat in Saule, eiciatur ab his qui ſimiliter ab eo poſſidẽtur, & non introducatur in eos, qui de Dei domo ſcenam facere populorum.

a ¶ *Gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, Deo & patri.*] Huic quid ſimile, & in epiſto-
1. Theſſ. 5. c la ad Theſſalonicenſes prima ſcriptum eſt: *Semper gaudete, ſine intermiſſione orate. in omnibus gratias agite.* Quod præ-
B ceptum ille ſolus cuſtodire poteſt, qui prouidentia Dei nouit etiam quinque paſſeres, qui venduntur dipõdio, gubernari, quorũ vnus non cadit in laqueum ſine patris voluntate. Quod autem ait: *Gratias agentes, & ſemper, & pro om-*
Luc. 12. a *nibus*: Dupliciter intuendum, vt & in omni tempore, & pro omnibus, quæ nobis accidunt Deo gratias referamus: vt nõ tantum pro his quæ bona putamus, ſed etiam quæ nos coartant, & contra noſtram veniunt voluntatem, in Dei præconium mens læta prorumpat, & dicamus: *Nudus exiui de*
Iob. 1. d *vtero matris meæ, nudus & redeam*: ſicut placuit domino, ita factum eſt: ſit nomen domini benedictum. Hæc actio gratiarum apud prudentes viros & generaliter, & ſpecialiter obſeruatur. Generaliter, vt gratias agamus Deo, quod nobis ſol oritur, dies currit, nox mutatur in requiem: ſplendore lunæ tenebræ temperantur, & ortu occaſuque ſtellarum tempora mutantur & redeunt: quod nobis ſeruiũt pluuiæ, terra parturit, elementa famulantur: quod tantæ animalium varietates, vel ad vehendum, vel ad operandum, vel ad veſcendum, vel ad tegmen, vel ad exemplum, vel ad miraculũ datæ ſunt, & ad extremum quod nati ſumus, quod ſubſiſtimus, quod in mundo quaſi in quadam domo potentiſſimi patris familias procurationem gerimus, & totum quidquid in mundo eſt, noſtri cauſa intelligimus procreatum. Specialiter vero, quando in Dei beneficiis, quæ nobis accedunt, gratulamur. Sed hoc & gentilis facit, & Iudæus, & publicanus, & ethnicus. Chriſtianorum propria virtus eſt etiam in in his, quæ aduerſa putantur, referre gratias creatori. Si domus corruerit, ſi amantiſſima vxor, & filij, vel captiuitate vel veneno vel naufragio intercepti ſint: ſi diuitias proſcriptione perdidimus: ſi ſanitatem innumerabiles morbi & ſemper expectanda miſeris podagræ debilitas fregerit: qui ſibi ſanctiores videntur, ſolent Deo referre gratias quod de periculis, vel de miſeriis liberati ſunt. Sed iuxta Apoſtolum hæc virtus eſt maxima, vt in ipſis periculis atque miſeriis, Deo gratiæ referãtur, & ſemper dicamus: Benedictus Deus, minora me ſcio ſuſtinere quam mereor: hæc ad mea peccata parua ſunt: nihil mihi dignũ redditur. Hic animus Chriſtiani eſt, hic crucem ſuam tollens, ſequitur Saluatorẽ, quẽ nec orbitas nec damnus debilitant. Quem vt Flaccus in lyrico carmine ait: *Si fractus illabatur orbis, impauidum ferient ruinæ.* Qui autem, ſicut diximus, gratias agit Deo & patri in mediatore Dei & hominum, referat eas Chriſto Ieſu: quia niſi per illum accedere non valemus ad patrem.

in cordibus veſtris domino. [a] Gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, Deo & patri. [b] Subiecti inuicem in timore Chriſti. [c] Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint ſicut domino: quomodo vir caput eſt mulieris, ſicut & Chriſtus caput eccleſiæ. [d] Ipſe eſt ſaluator corporis. [e] Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto

C b ¶ *Subiecti inuicem,* &c.] Audiant hæc epiſcopi, audiant presbyteri, audiant omnis ordo doctorum: ſubiectis ſuis ſe eſſe ſubiectos, & imitentur dicentẽ Apoſtolum: *Cum enim* 1. Cor. 9. d
eſſem liber ex omnibus, omnibus meipſum ſeruum feci, vt omnes lucrifacerem. Et in alio loco: *Per charitatem ſeruite inuicem.* Galat. 5. c
Vnde & ipſe eadem charitate omnibus gentium ſeruiuit eccleſiis. Saluator quoque formam ſerui accepit: vt Ioan. 13. b
ſeruiret diſcipulis ſuis, & pedes eorum lauit. Hoc intereſt inter gentium principes & Chriſtianorum: quod illi dominantur ſubditis, nos ſeruimus, & in eo maiores ſumus, ſi minimi omnium fuerimus.

Sed & hoc quod ait: In timore Chriſti, ſic accipiendum: vt ipſa ſubiectio non propter hominum gloriam, ſed propter timorem Chriſti fiat: dum illum timemus offendere. Alius vero ſic interpretabitur: ſubiecti inuicem in timore Chriſti: vt hanc ſententiam generalem in conſequentibus diuidat atque partiri: *Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint*: & *filij obedite parentibus*, & *ſerui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore*: vt non ſolum vxor viro, & filij parentibus, & ſerui dominis, ſed etiam viri mulieribus, iuxta officium quod præceptum eſt, & patres filiis, ne illos ad iracundiam prouocent, & domini ſeruis, vt remittant minas, & præbeãt his quæ habent neceſſaria, inuicem ſint ſubiecti, & hoc ex Chriſti timore faciãt: Vt quo modo ſeruis ſuis fuit ille ſubiectus: ſic & hi, qui maiores videntur, ſubiiciantur minoribus ſuis, reddendo officia quæ iubentur. Poſſumus hic timorem & pro εὐλάβεια, id eſt, reuerentia accipere, quæ magis vicina eſt charitati. Nequaquam enim conuenit Epheſiis, vt timore quid faciant, & non dilectione Chriſti.

c ¶ *Mulieres viris ſuis,* &c.] Hoc quod in Latinis exemplaribus additũ eſt, ſubditæ ſint: in Græcis codicibus non habe-
D tur: ſi quidem ad ſuperiora refertur, & ſubauditur: Subiecti inuicẽ in timore Chriſti: vt ἀπὸ κοινοῦ reſonet, ſubiectæ & mulieres viris ſuis ſicut Domino. Sed hoc magis in Græco intelligitur, quam in Latino. Quomodo itaque Chriſto ſubiecta eſt eccleſia: ſic ſubiecta ſit vxor viro ſuo: Quem enim habet principatũ & ſubiectionem Chriſtus & eccleſia: huic eidem ordini maritus & vxor aſtringitur. Sed videndum, vt quomodo in Chriſto & in eccleſia ſancta cõiunctio eſt: ita & in viro & in muliere ſancta ſit copula. Sicut autem non omnis cõgregatio hæreticorum Chriſti eccleſia dici poteſt: nec caput eorum Chriſtus eſt: ſic non omne matrimonium, quod non viro ſuo ſecundum Chriſti præcepta cõiungitur, rite cõiugium appellari poteſt: ſed magis adulterium: Alias Geneſ. 3. c
autem ſubiicitur vxor viro vt domino: quia ad ipſum conuerſio eius eſt, & ipſe illius dominabitur. Nam & Sara do- Ibid. 18. b
minum vocabat Abraham: quæ ſpontanea ſeruitus, quãto magis fuerit voluntate ſubiecta, tanto eſſe incipit eo æqualis: quinimo, obſequiis ſuis in ſeruitutem redigere dominãtem. Quidam hunc locum ſecundum Anagogen ita interpretãtur: vt dicant vxorem in corpore, virum accipi in animo. Et ſicut Chriſto ſubiecta eſt eccleſia: ita corpora ſubiici debere ſenſui, & in vnum ſpiritum redigi, ſi domino fuerint copulata. *Qui enim adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt.* 1. Cor. 6. d

d ¶ *Ipſe eſt ſaluator corporis.*] Quoniam propinquior atque inferior eſt à ſubſtantia Chriſti natura eccleſiæ: propterea eam corpus Chriſti æſtimo nominatam: cuius corporis Saluator eſt Chriſtus Ieſus, id eſt, verbum, ſapiẽtia, cæteræque virtutes, in quibus intelligitur filius Dei. Quære curioſius, ſicubi in diuinis voluminibus potueris inuenire, vocabulũ carnis pro eccleſia poſitum. Si quidem nunc nequaquam caro, ſed corpus Chriſti appellatur eccleſia. Porro manifeſtum, quod quidquid caro eſt, conſequenter & corpus ſit: non autem quidquid corpus, hoc conſequenter & caro.

e ¶ *Sed ſicut eccleſia ſubiecta,* &c.] Eccleſia Chriſti glorioſa eſt: non habẽs maculam neque rugam, aut quid iſtiuſmodi. Qui ergo peccator eſt, & aliqua ſorde maculatus, de eccleſia Chriſti

E Chriſtiani nō poteſt appellari, nec Chriſto ſubiect* dici. Poſ-
ſibile autem eſt vt quo modo eccleſia, quæ prius rugam ha-
buerat & maculam, in iuuentutem & munditiam poſtea re-
ſtituta eſt: ita & peccator currat ad medicum (quia non ha-
bent opus ſani medico, ſed malè habentes) & curentur vul-
Luc.5.f nera ipſius, & fiat de eccleſia,
quæ corpus eſt Chriſti. Satis
quoque eleganter & cautè ad
Epheſios loquens ait: vt eccle-
ſia ſubiecta eſt Chriſto: ita & v-
xores viris ſuis. Si. n. ita vxor
ſubiicienda viro eſt, vt Chriſto
eccleſia: inter virum & vxorem
erit ſancta cōiunctio, & nun-
quam corporis ſeruiēt paſſio-
nibus. Quod ſi nobis aliquis il-
1.Cor.7.a lud quod ad Corinthios ſcribi-
tur oppoſuerit, virum vxori de-
bitum reddere, & vxorē viro:
animaduertat magnam inter
1.Cor.3 & 5 Corinthios & Epheſios eſſe
diſtantiam. Illis quaſi paruulis atque lactentib. ſcribitur: in
quib. erant diſſenſiones, & ſchiſmata, & audiebatur forni-
catio, qualis ne inter gentes quidē, & propterea eis concedi-
tur, vt poſt orationem ad idipſum redeant: ne tententur à ſa-
tana: licet & ibi in conſequentibus, non iuxta voluntatem:
Act 20 f ſed iuxta *συγγνώμην*, ſe eis dicat ignoſcere. Epheſij verò,
apud quos fecit triennium, & omnia eis Chriſti aperuit ſa-
cramenta, aliter erudiuntur, & habet vnuſquiſque arbitrij
Lu. 21 d liberam poteſtatem, vel Corinthios ſequi, vel Epheſios, &
ſalutari aut ſeruitute Corinthij, aut Epheſij libertate. Væ, in-
quit Saluator, *prægnantibus & lactantibus in die illa*, hoc eſt
Mat.24 iudicij: quæ vtiq; propriè opera nuptiarum ſunt. Vnde omni
labore nitēdum, vt magis Epheſios quàm Corinthios æmu-
lemur: nec deprehendamur quaſi in diluuio ementes & ven-
F dentes, nubentes & matrimonio copulati: ſed accinctis lum-
bis lucernas teneamus in manibus.

ita & mulieres viris ſuis in omnib. [a]Viri diligite
vxores veſtras, ſicut & Chriſt* dilexit eccleſiā,
& ſemetipſum tradidit pro ea, vt eā ſanctifica-
ret, mūdans eam lauacro aquæ in verbo: vt ex-
hiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam nō habē-
tem maculam aut rugā, aut aliquid eiuſmodi:
ſed vt ſit ſācta & immaculata. [b]Ita & viri debēt
diligere vxores ſuas ſicut ſua corpora. Qui [c]v-
xorem ſuam diligit, ſeipſum diligit: nemo
enim vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed
nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus eccle-
ſiam. Quoniam membra [d] ſumus corporis
eius

a ¶ *Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit,
&c.*] Quamuis ſui inuicem maritus & coniunx amore te-
neantur (qualis illa vxor memoratur Haſdrubalis, quæ ca-
pto viro, in patriæ ſe iecit incendium, & ceteræ quæ viris
mortuis ſuperuiuere noluerunt) Numquā tamen dilectio-
nem illam vir ſapiens dilectioni Chriſti & eccleſiæ compa-
rabit. Sanctus igitur hic intelligendus eſt amor, quo & Iſaac
Gen.24 g dilexit vxorem ſuam Rebeccam (quæ interpretatur patien-
tia) & de terra Meſopotamiæ (quæ ſæculi huius ex omni par-
te fluctibus cingitur) in terram eam repromiſſionis inducit,
vt cōſolaretur pro morte matris ſuæ: Interitum quippe ſy-
nagogæ, coniunctione eccleſiæ temperauit. Iſta dicētes oc-
caſionem hæreticis damus, qui omnes omnino nuptias ce-
pudiandas putant, & hoc vel maximè vtuntur teſtimonio.
Quibus breuiter reſpondendum, paſſiones hic & immun-
ditiam & luxuriam ab Apoſtolo inter maritum & vxorem
vetari, non ſanctam coniunctionem: alioquin ſi coniugium
omnino prohibebat: quid neceſſe fuit dicere, vxores veſtras:
cum potuerit dicere: Viri diligite mulieres vel vxores: Ve-
ſtras enim, propriè matrimonium ſonat: Et rurſum in ſe-
quentibus: & viri debent diligere vxores ſuas ſicut ſua cor-
pora: & adhuc manifeſtius: qui vxorem ſuā diligit, ſeipſum
diligit: Nemo enim vnquam ſuam carnem odit, ſed nutrit
& fouet eam: quia ſecundum edictum legis antiquæ, & in-
ſtaurationem euangelij, maritus & vxor vna caro efficiun-
tur. Liberorum ergo, vt diximus, in matrimonio opera
conceſſa ſunt. Voluptates autem, quæ de meretricum ca-
piuntur amplexibus, in vxore damnatæ. Hoc legens omnis
vir & vxor, intelligant ſibi poſt conceptum, magis orationi
quàm connubio ſeruiendum. Et quod in animalibus & be-
ſtiis ipſo naturæ iure præſcriptum eſt, vt prægnātes ad par-
tum vſque non coeant: hoc in hominib. ſciant arbitrio de-
relictum: vt merces eſſet ea abſtinentia voluptatum. Quia
vero ſecundum Tropologiam, viros animas, & vxores cor-
pora dixeramus: ſic diligat anima carnem, quo modo Chri-
ſtus eccleſiam: vt ſemetipſam tradat pro ſalute ipſius, &
eam ſanctificet verbo doctrinæ: vt exhibeant ſibi eam non
habentem maculam aut rugam aliquam vetuſtatis: maxi-

ine cum ſciat illam in reſurrectione ſaluandam, & viſuram G
eſſe ſalutare Dei. Talis vir caput habet Chriſtum, & cū pro-
pter ſalutem carnis ſe humilians factus fuerit cum vxore ſua Esa.42.b
vna caro, retrahit eam ad ſpiritum, & domino copulatus, ca-
ro eſſe deſiſtit. Pulchre quoque maculam aut rugam, quia
de coniugio loquebatur, de
exemplo mulierum ad deco-
rem traxit eccleſiæ. Sicut enim
ſolent in mulierum corpori-
bus vel ſordere neui, vel ruga
contrahi, vel lentigo variari, &
hoc eſt omne ſtudium femina-
rum, vt quod fœdare videntur
abſtergant, & exhibeant mari-
tis corporum venuſtatem: ita
& animæ omni peccatorum
ſorde purgandæ ſunt: vt ru-
ga veteris hominis in iuuentu-
te tendatur, & renouetur in
nouum hominem de die in
diem.

b ¶ *Ita & viri, &c.*] Et in Geneſi ex perſona loquentis Adā
ſcriptum eſt: *Hoc nunc os ex oſſib. meis, & caro ex carne mea:* Gen.2.d
& idipſum in euangelio domino poſtea dicente firmatur:
Qui creauit ab initio, maſculum & feminam fecit eos, & dixit: Mat.19.a
*Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit
vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.* Cum igitur vir & vxor
vna caro ſint: ita vxoribus vt noſtris corporibus prouiden-
dum. Nemo autem corpus ſuum turpiter amat, aut ſemetip-
ſum propter coitum diligit, ſed quaſi vaſculum animæ ſuæ
fouet corpus & nutrit: ne fracto vaſe, id quod cōtinebatur,
effluat & erumpat. Nec non & iuxta literam, quàm diu
mulier partui ſeruit & liberis, hanc habet ad virum differē-
tiam, quam corpus ad animam: Sin autem Chriſto magis
voluerit ſeruire quàm ſæculo: mulier eſſe ceſſabit, & dicetur
vir: quia omnes in perfectum virum cupimus occurrere. H
Quod ſi ad Tropologiam & hæc referimus, amabimus no-
ſtrum corpus, & corporis ſenſus: vilioris quidem conditio-
nis ab animo, ſed per quos ad mentem bonarum artium &
virtutum tranſeant diſciplinæ.

c ¶ *Qui vxorem ſuam, &c.*] Quantum ad ſimplicem intelli-
gentiam pertinet, ſancta inter virum & vxorem charitate
præcepta, nunc iubemur vt nutriamus & foueamus coniu-
ges, vt ſcilicet eis victum atque veſtitum & ea quæ ſunt ne-
ceſſaria præbeamus. Sed opponi nobis poteſt, quod non ſit
vera ſententia dicentis Apoſtoli. *Nemo enim vnquam carnē
ſuam odit*, cum morbo regio laborantes, & phtiſi, & cance-
re, & diſtillationibus, mortem vitæ præferant, & ſua ode-
rint corpora. Magis itaque ad tropicam intelligentiam ſer-
mo referatur, & dicamus, quod illam carnem quæ viſura ſit
ſalutare Dei, anima diligat & nutriat & foueat, eam diſci-
plinis erudiens, & cæleſti ſaginans pane, & Chriſti ſanguine
irrigans, vt refecta & nitida, poſſit libero curſu virum ſe-
qui, & nulla debilitate & pondere prægrauari. Pulchrè etiā
in ſimilitudinem Chriſti nutrientis & fouentis eccleſiam,
& dicentis ad Hieruſalem: *Quoties volui congregare filios
tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti?*
animæ quoque fouent corpora ſua, vt corruptiuum hoc in-
duat incorruptionem, & alarum leuitate ſuſpenſum, in
aërem facilius eleuetur. Foueamus igitur & viri vxores, &
animæ noſtra corpora, vt & vxores in viros, & corpora re-
digantur in animas, & nequaquam ſit ſexuum vlla diuerſi-
tas: Sed quomodo apud angelos, non eſt vir & mulier, ita &
nos qui ſimiles angelis futuri ſumus iam nunc incipiamus
eſſe quod nobis in cæleſtibus repromiſſum eſt.

d ¶ *Quoniam membra, &c.*] Quia membra ſumus corpo-
ris Chriſti, & Chriſtus nutrit & fouet eccleſiam, ideo &
nos nutrimus & fouemus carnem noſtrā, quam nemo vn-
quam odio habuit. Membra autem ſumus corporis Chriſti,
non ſecundum naturam diuinitatis æternæ, ſed iuxta id
quod hominem eſt dignatus aſſumere: Quanquam & homo
ipſe qui aſſumptus eſt, habeat naturam noſtrorum corpo-
rum, ſed non habeat originem. Nos enim ex humano ſemi-
ne coagulamur, ille de Spiritu ſancto natus eſt. Poteſt autem

eius, ex carne eius & ex oſſibus eius. Propter[a]
hoc relinquet homo patrem & matrem, & erũt
duo in carne vna. Sacramentum[b] hoc magnũ
eſt, ego autem dico in Chriſto & in eccleſia.
Veruntamen[c] & vos ſinguli vnuſquiſque ſuam
vxorem ſicut ſe ipſum diligat. Mulier[d] autem
vt timeat virum.

CAPVT VI.

Filij obedite[e] parentibus veſtris in domino,
hoc enim eſt iuſtum. Honora patrem tuum
& matrem tuam (quod eſt mandatum primum
in

A & aliter dici: Quoniam corpus Chriſti eccleſia eſt, & eccle-
ſia de cunctis credentibus congregatur. Paulus & Epheſij
membra ſunt corporis, id eſt, eccleſiæ Chriſti.
a ¶ *Propter hoc, &c.*] Quod frequenter annotauimus, apo-
ſtolos & euangeliſtas non eiſdem verbis vſos eſſe teſtamen-
ti veteris exemplis, quibus in
propriis voluminibus conti-
nentur, hoc & hic probamus,
ſiquidẽ teſtimonium iſtud ita
in Geneſi ſcriptum eſt: *Pro-*
Gen. 2. d *pter hoc relinquet homo patrem*
ſuum & matrem ſuam, & ad-
hærebit vxori ſuæ, & erunt duo
in carne vna: nunc autem Apo-
ſtolus pro eo quod ibi habetur
ἕνεκεν τούτου, id eſt, propter
hoc, poſuit ἀντὶ τούτου, quod
Latinè aliis verbis dici non po-
teſt: deinde patre ſuo & matre
ſua, pronomina abſtulit, & pa-
trem tantum poſuit & matrem: & quod in medio dicitur,
& adhærebit vxori ſuæ, hic penitus prætermiſit, & tantum
quod ſequebatur hoc dictum, ſuperioribus copulauit, &
poſuit: & erunt duo in carne vna. Hoc autem totum nunc
idcirco obſeruauimus, vt etiam in cæteris locis, ſicubi teſti-
monia quaſi de prophetis & de veteri teſtamento ab apoſto-
lis vſurpata ſunt, & in noſtris codicibus non habentur, ne-
quaquam ſtatim ad Apocryphorum ineptias & deliramen-
ta curramus, ſed ſciamus ſcripta quidem ea eſſe in veteri te-
ſtamento, ſed non ita ab apoſtolis edita, & ſenſum magis v-
ſurpatum, nec facilè niſi à ſtudioſis poſſe vbi ſcripta ſint in-
ueniri. Igitur ad exhortationem mutui affectus inter vxorẽ
& virum, Adam & Euæ ſumpſit exemplum: Vt quomodo
coſta tollitur de Adam, & ædificatur in coniugem, & ipſa
rurſum coniunxio vnam viri carnem redigitur, quia qui v-
xorem diligit, ſeipſum diligit, ſic & nos noſtras amemus v-
xores. Idipſum autem per Allegoriam in Chriſto interpra-
B tatur & in eccleſia: vt Adam Chriſtum, & Eua perſiguraret
1. Cor. 15. e eccleſiam. Factus eſt enim nouiſſimus Adam in ſpiritum vi-
uificantem. Et quomodo de Adam & vxore eius omne ho-
minum naſcitur genus: ſic de Chriſto & eccleſia omnis cre-
dentium multitudo generata eſt. Quæ vnum eccleſiæ cor-
pus effecta rurſum in latere Chriſti ponitur, & coſtæ locum
replet, & vnum viri corpus efficitur, ipſo domino id in euã-
gelio poſtulante: *Pater da, vt quo modo ego & tu vnum ſu-*
Ioan 10. *mus, ſic & ipſi in nobis vnum ſint.* Interrogemus Marcionẽ,
qua conſequentia locum iſtum, qui de veteri vſurpatus eſt
inſtrumento, in Chriſtũ & in eccleſiam interpretari queat,
cùm iuxta illum ſcriptura vetus omnino non pertineat ad
Chriſtum.
b ¶ *Sacramentum hoc, &c.*] Non vt pleriqoe exiſtimant,
omnis hiſtoria quæ de Adam & de Eua in Geneſi ſcripta eſt,
ad Chriſtum & ad eccleſiam facilè referri poteſt, ſed tantũ-
modo quod in præſenti loco ponitur: *Id eſt, propter hoc re-*
linquet homo patrem ſuũ & matrẽ ſuam, & adhærebit vxori
ſuæ, & erunt duo in carne vna. Primus. n. homo & primus va-
tes Adam, hoc de Chriſto & eccleſia prophetauit, qood re-
liquerit dominus noſter atqoe Saluator patrẽ ſuum Deum,
& matrem ſuam cœleſtem Hieruſalem, & venerit ad terras
propter ſuum corpus eccleſiam, & de ſuo eam latere fabri-
catus ſit, & propter illam Verbum caro factum ſit. Et quia
non omnia æqualia ſacramenta ſunt, ſed eſt aliud ſacramen-
tum maius, & aliud minus, propterea nunc dicit: Sacramen-
tum hoc magnum eſt: ſimulque humilitatis eius indicium eſt
inferentis: *Ego autem dico in Chriſto & in eccleſia.* Grego-
rius Nazianzenus, vir valde eloquens, & in ſcripturis appri-
me eruditus, cum de hoc mecum tractaret loco, ſolebat di-
cere: Vide quantum iſtius capituli ſacramentum ſit, vt A-
poſtolus in Chriſto illud & in eccleſia interpretans, non ſe
ita aſſerat, vt teſtimonij poſtulabat dignitas, expreſſe:
ſed quodammodo dixerit, ſcio quia locus iſte ineffabili-
bus plenus ſit ſacramentis, & diuinum cor quærat interpre-
tis: Ego autem pro puſillitate ſenſus mei, in Chriſto inte-
rim illud & in eccleſia intelligendum puto, non quo ali-
quid Chriſto & eccleſia maius ſit, ſed quod totum quod de
Adam & de Eua dicitur, in Chriſto & in eccleſia interpreta- C
ri poſſe difficile ſit.
c ¶ *Veruntamen & vos, &c.*] Æſtimet aliquis eandem in-
ter maritum & vxorem iuberi ab Apoſtolo charitatem, quæ
in proximum præcepta eſt, ſic enim ſcriptum eſt: *Diliges*
proximum tuum ſicut teipſum:
& nunc dicitur, vnuſquiſque
ſuam vxorem ſicut ſe diligat.
Ergo eadem in proximum &
in vxorem charitas erit. Quod
ſi proximus, iuxta interpreta-
tionem Saluatoris, omnis ho-
mo eſt homini, nulla ergo erit
inter vxorem & quorumlibet
hominum dilectionem diffe-
rentia charitatis, quod dicere
valde abſurdum eſt. In Proxi-
mo enim ſimilitudo ponitur,
ſic eum diligas, ſicut te, & cu-
pias eſſe ſaluatum. In vxore
autem comparationis aduerbium, ſicut, non ſimilitudinem,
ſed approbationem & confirmationem, cum quodam pon-
dere ſonat, quomodo dicimus de viro, quaſi vir fecit, & de
ſaluatore ſcriptum eſt: *Vidimus gloriam eius, quaſi gloriam* Ioan. 1. a
vnigeniti. Non quo ipſe Saluator gloriam habuerit ad com-
parationem alterius vnigeniti, ipſe eſt enim vnigenitus: Et
vnigenitus, ſi & alter fuerit, vnigenitus non poteſt appella-
ri. Vnde alterius vnigeniti non indigebat exemplo, ſed quaſi
vnigenitum, hoc eſt, vt ſemetipſum decebat, gloriam habere
poſſedit. Hoc idem & ſeptuageſimi ſecundi pſalmi, iuxta
Græcos tamen exordium ſonat, ὡς ἀγαθὸς ὁ θεὸς τῷ Ἰσραὴλ
τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ, quod à noſtris tranſlatum eſt: *Quàm*
bonus Deus Iſrael rectis corde. Alioquin iuxta Græcos ὡς, id
eſt, ſicut ſimilitudinem magis videtur, quàm firmitatem ſi-
gnificare dictorum, ſi non vt confirmationem audieris, ſed
quaſi exemplum. Simul & hoc attendendum, quod vir dili-
gere iubetur vxorem, mulier verò timere virum. Congruit D
enim viro dilectio, mulieri timor: ſeruo verò non ſolũ me-
tus, ſed & tremor iungitur. Vnde & in conſequentibus ait:
Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore.
d ¶ *Mulier autem, &c.*] Si in Deum metus propter timorem
ſupplicij, non ſinit eum qui metuit eſſe perfectum, quanto
magis imperfecta erit mulier, non ſolum Deum, ſed etiam
virum metuens. Propter quod requirendum, an carnaliter
vxor intelligenda ſit, & vxoris timor, cum frequenter mul-
to meliores maritis inueniantur vxores, & eis imperent &
domum regant, & educent liberos, & familiæ teneant diſci-
plinam, illis luxuriantibus & per ſcorta currentibus. Hæ vi-
ros ſuos vtrum regere debeant an timere, lectoris arbitrio
derelinquo. Quod ſi iuxta Allegoriam, vt ſupra diximus,
vxor in corpore accipitur, vir in animo, nihil incongruum
eſt timere eam vt ancillam virum in ſecundo gradu, & in vi-
liori ſubſtantia conſtitutam. Animi quippe (vt ait Criſpus)
imperio, corporis ſeruitio magis vtimur. Qui verò ſimpli-
cem intelligentiam mulieris ſequitur & mariti, duas ſignifi-
cantias in verbo timoris eſſe monſtrabit. Et dicet vnam, de
qua Ioannes ait: Qui timet, pœnam habet, & qui timet, non 1. Ioan. 4. d
eſt perfectus: Iuxta quam & ſerui ſpiritum ſeruitutis habẽt
in timore, quem exiguntur à domino, dicente ad nos: *Et ſi* Malac. 1. b
pater ſum ego, vbi eſt gloria mea: & ſi dominus ſum ego, vbi eſt Sec. 70.
timor meus? Alteram verò, quæ apud philoſophos nomina-
tur εὐλάβεια, & apud nos, licet non plenè ſonet, reuerentia
dici poteſt. Scit quoque & prophetas perfectorum timo-
rem, quem qui timuerit, perfectus eſt, in triceſimo tertio
pſalmo, dicens: *Non eſt inopia timentibus eum.* Poteſt igitur
vxori ſimpliciter intellectæ, hic imperari metus, vt timeat,
hoc eſt, reuereatur virum ſuum.

CAPVT VI.

Filij e obedite *parentibus veſtris in domino, hoc enim eſt,*
&c.] Ambiguè dictum, vtrum in domino parenti-
bus ſuis filij debeant obedire, an certè parentibus ſuis filij
obediant in domino. Quod vtrumqoe faciendum, vt & his
parenti-

A parentibus, qui nos in domino genuere, qualis fuit Paulus & apoſtoli, obediamus: & ea faciamus, quæcunque præceperunt: & parentib. noſtris de quib. ſecundum carnem nati ſumus, obtemperemus in domino, implentes ea quæ non ſunt domini contraria voluntati. Simul & hæreticos coarctabimus, nolentes vetus teſtamentum eſſe Dei boni, cuius filius Chriſtus ſit: Qua ratione Apoſtolus Chriſti, boni Dei filij, ſcriptura creatoris vtatur, & obedientiam filiorum de veteri lege præſumat. Quod teſtimonium de Exodo ſumptum,
Exod.20. ita ibi contexitur: *Honora patrem tuum & matrem tuam, vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi*: de quo núc vltima verba ſubtraxit, quod mandatum in decalogo quintum eſt. Vnde quærendum, quare nunc dixerit, quod eſt mandatum primum, cum primum mandatum ſit: *Non erũt tibi dij alij præter me*. Quamobrem nonnulli ita legunt, quod eſt mandatum primum in promiſſione: quaſi quatuor alia mandata, quæ ante hæc dicta ſunt, non habeant promiſſiones, & in hoc ſolo pollicitatio feratur adiuncta, vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram, quã dominus Deus tuus dabit tibi. Sed videntur mihi non obſeruaſſe ſubtilius, & in
Exod.20.a ſecundo mandato repromiſſionem eſſe ſociatam. Ait enim: *Non facies tibi idolum, neque omnem ſimilitudinem eorum quæ in cælo ſurſum, & quæ in terra deorſum, & quæ in aquis ſubtus terram: non adorabis ea, & non immolabis illis: Ego enim ſum dñs Deus tuus, Deus zelotes: qui reddo peccata patrum in filios vſque ad tertiam & quartam generationem, his qui me oderunt: & facio miſericordiam in millia his qui diligunt me, & cuſtodiunt mandata mea*. Obſerua enim quod verba ſint ſpõſionis: *Faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me, & cuſtodiunt mandata mea*. Forſitan ergo, quia decalogus exeũti de Ægypto populo, prima lex data eſt, vnumquodque
B mandatum decalogi, primum mandatum eſt appellandum, ad comparationem eorum præceptorum, quæ poſtea in lege conſcripta ſunt. Qui vero expoſitionem ſuperiorem tenere conabitur, in eo quod diſtinxerat quod eſt mandatum primum in repromiſſione, dicet ſeparatim eſſe mandatum: Honora patrem tuum: & matrem tuam, & poſtea repromiſſionem ſuo loco poſitã, vt ſis longæuus ſuper terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi. In hoc vero mandato, id eſt, non facies tibi idolum, neque omnem ſimilitudinem, non ſeorſum, ſed ſub vno textu atque ſermone, nõ tam promiſſionem datam quàm ſententiam in laudes Dei eſſe textam, faciens miſericordiam in millia his qui eum diligunt, & cuſtodiunt mandata eius. Rurſum is qui tota decalogi mãdata, primum mandatum eſſe contendit, repromiſſionem, in qua ſcriptum eſt, vt ſis longæuus ſuper terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi, non ſolum ad eos pertinere monſtrabit, qui parentibus obſequantur, ſed etiam ad alia innumerabilia præcepta, & neceſſe habebit cuncta replicare mandata, in quibus merces hæc, & præmium promittatur, vt ſint longæui ſuper terram, quam dominus Deus ſuus dederit eis. A quo diuerſus ille exigere debebit interpres, vt doceat ante hoc mandatum, illa quæ ab eo prolata ſunt, ſcripta eſſe mandata. Quod ſi non potuerit approbare fruſtra & in aliis præceptis hanc repromiſſionem adiunctam eſſe memorabit. Poſt hæc tetractandum, pro honore patris & matris, non Iudaicum & carnale eſſe promiſſum vt longæui ſint filij ſuper terram, quam dominus Deus ſuus dederit eis. Multos enim fuiſſe credendum, qui & parentibus obſequentes cito mortui ſint, & in parentes impij, vſque ad extremam venerint ſenectutem. Reſpondeant enim Iudæi & ſimiles Iudæorum ſi vitæ iſtius longitudo eſt in repromiſſis, & diu in corpore permanere felicitas eſt, quid ſi-
Pſal.119. bi vult in pſalmis, *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus*
Eccl.4.a *eſt, habitaui cum habitantibus Cedar*: Et hoc Salomonis in Eccleſiaſte: *Laudaui* ego omnes *mortuos*, qui olim mortui ſunt, *ſuper viuentes* qui viuunt vſque in præſens: & melior eſt ſuper hos duos, qui necdum natus eſt, & non vidit omne opus malum, quod factum eſt ſub ſole. Et poſt paululum: *Si ge-*
Ibid.6.a *nuerit vir centum filios, & annos plures vixerit, & multi fuerint dies annorum eius, & anima illius repleatur bonis, & ſepultura non ſit ei: dixi melius eſt ſuper eum abortiuum, quia in vanitate venit, & in tenebris nomen eius aperietur, & quidem ſolem non vidit*, & cætera. Si enim laudãtur ſuper viuos mortui (& iuxta quoſdam, qui antequam in corpora iſta deſcẽdant, animas degere in cæleſtibus arbitrantur, melior eſſe dicitur duobus, qui necdum natus eſt, & omnis iſta vita tentatio eſt: Et ſecundum Iob: Mors viro requies. Et iuxta eundem, & Hieremiam: Maledicta eſt dies in qua naſcimur) quomodo nunc repromittitur honorantibus patrem & matrem, quod longæui ſint ſuper terram, quam dominus Deus ſuus dederit eis? Quærenda eſt ergo terra, quam dominus repromittit, & tribuit his qui ſpiritualem Ægyptum reliquerint, & cum omni patientia, magna & terribilia vitæ iſtius deſerta tranſierint, & vicerint reges magnos, quos percutit dominus, & tranſierint in Iudæam, quæ lacte & melle fluit. Et ſub Ieſu duce, Hiericho corruente, atque vaſtata, Hai, quæ interpretatur abruptum, Hieruſalem venerint, & ædificetur eis templum ſub Salomone rege pacifico, & poſſideant terram quæ manſuetis eſt præparata: *Beati quippe mites, quoniam ipſi poſſidebunt terrã*: quæ vere eſt terra viuentium, pſalmiſta quoq; dicente: *Credo videre bona domini in regione viuentium*: Huius vitæ longitudinem & ſapientia habet in manu dextera, in ſiniſtra tenens diuitias & gloriam. C Iob.3.a Sir.10. Ibid.a Hier.20.d Ioſu.6.& 8. Mat.5.a Pſal.26.d Prou.3.b

in promiſſione (vt bene ſit tibi. & longæuus ſis ſuper terra). Et [a] patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros, ſed educate illos in diſciplina & & conuerſatione dñi. Serui [b] obedite dominis carnalibus, cum timore, & tremore, &

a ¶ *Et patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros, ſed educate illos in diſciplina & conuerſatione*, &c.] Peccatũ filiorum eſt, non obedire parentibus, & quia poterant parentes aliquid imperare peruerſum, adiunxit, in domino: Peccatum vero parentum, paruulos filios atque lactentes ad iracundiam prouocare, aut certe iam adoleſcentibus & maturioris ætatis, ea imperare quæ grauia ſunt. Sicut igitur in filiis obſequium, & ſubiectionis merces eſt demonſtrata, ita
D parentibus moderatum iubetur imperium, vt non quaſi ſeruis, ſed quaſi filiis præeſſe ſe nouerint. Nec hoc præcepti fine cõtentus eſt, ſed & illud adiunxit: Educate illos in diſciplina, & correptione domini. Quam correptioné nos legimus, melius in Græco dicitur νουθεσία, quæ admonitionem magis & eruditionem quàm auſteritatem ſonat. Legãt epiſcopi atque presbyteri qui filios ſuos ſæcularibus literis erudiunt, & faciunt illos comœdias legere, & mimorum turpia ſcripta cantare, de eccleſiaſticis forſitan ſumptibus eruditos: & quod in corbonam pro peccato virgo vel vidua, vel totam ſubſtantiam ſuam effundens, quilibet pauper obtulerat, hoc in Calendariam ſtrenam, & Saturnalitiam ſportulam, & Mineruale munus, grammaticus & orator, aut in ſumptus domeſticos, templi ſtipes, aut in ſordida ſcorta cõuertit. Eli ſacerdos ipſe ſanctus fuit, ſed quia filios ſuos non erudiuit in omni diſciplina & correptione, ſupinus cecidit, & mortuus eſt: Non enim poterat ad priora extendi, ſed retrorſum ruit, & opiſthotonu inſanabili lapſus in tergum, ad Sodomam cum Loth vxore reſpexit: & certe corripuerat filios ſuos, dicens: Quare facitis verba hæc quæ ego audio de vobis mala ab omni populo: *Nolite filii mei: quoniam non eſt bona fama, quam ego audio de vobis*. De iſtiuſmodi patribus, & Eſaias lacrymabili voce cauſatur, dicens: Et filij alienigenarum nati ſunt eis. Quod ſi hoc Epheſiis laicis, & pleriſque, vt in populo ſolet, vitæ huius negotiis occupatis, præcipit, vt filios ſuos erudiant in omni diſciplina, & admonitione domini, quid de ſacerdotibus æſtimandum eſt, de quorum ordine ad Timotheum ſcribit, dicens: *Filios habentẽ in obſequio, cum omni honeſtate*. Et idipſum ad Titum inculcat & repetit: Filios habentem fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos: & quaſi vitia filiorum parentibus imputentur, coniunctionem cauſalem interſerens, ait: Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe, tanquam Dei diſpenſatorem: Non eſt ergo ſine crimine epiſcopus, cuius filius non fuerit ſubditus, & in accuſatione luxuriæ. Deſ.37.legam. 1.Reg.2.4 Eſa.1.b 1.Tim.3.a Titum 1.b 1.Tim.3.a

b ¶ *Serui obedite dominis carnalibus cum*, &c.] Propheta loquente ad Hieruſalem: *Qualis tu timuiſti ab homine mor-* Eſa.51.e

& ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto: Non ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti, faciẽtes volũtatem Dei ex animo, cum fidelitate ſeruiẽtes, ſicut domino & nõ hominibus, ſcientes quod vnuſquiſque quod fecerit boni, hoc recipiet à domino, ſiue ſeruus ſiue liber. Et domini, [a] eadem facite ad illos, remittentes minas, ſcientes quia & ipſorum & veſter dominus eſt in cælis, & perſonarum non eſt acceptio apud eum. De [b] cætero confortamini in domino, & in potentia virtutis eius. Induite [c] omnia arma Dei, vt poſſi-

E tali, & à filio hominis, & Petro in epiſtola ſua: Timorem eorum ne timeatis, ſed dominum Ieſum Chriſtum ſanctificate in cordib. veſtris: (1. Pet. 3. c) Et Saluator eadem concinente: *Nolite timere eos qui poſſunt occidere corpus, & plus nõ habent quod vobis faciant: ſed timete eum qui poteſt & animam & corpus occidere in gehennã* (Mat. 10. c): Salomone quoque paria teſtante: *Fili honora dominum, & confortaberis: præter illum autem ne timeas aliũ.* (Prou. 7. a) Videtur Apoſtolus diuerſa præcipere, vt ſerui cum timore & tremore obediant dominis carnalibus, & vxor vt timeat virum. Atque qui ſimplicius reſpondebit, hæc dicet: non perfectis ſeruis, & eis qui ſapientiæ ſecreta cognouerint, hæc præcepta cõſtitui, ſed his qui principia habebant fidei, & doctrinis humilioribus indigebant. Alius vero aſſerat eum, qui non habeat ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, nequaquam huic ſubiacere ſententiæ, vt cum timore & tremore obediat dominis carnalibus, hoc idem & de vxore dictum, quæ iubetur vt timeat virum. Porrò tertius, in hoc quoque loco ſicut in muliere, timorem pro reuerentia dictum putabit, ſed arctabitur ex eo quod additus eſt timori tremor. Poteſt enim vxori reuerentia conuenire, vt reuerens timeat virum. Vbi autem tremor eſt, metus non ſonabit reuerentiam, ſed timorem. Neceſſariò itaque in ſeruis additum eſt, vt poſt timorem domini habeant & tremorem, & ad diſtinctionem domini ſpiritualis, nunc carnalis dominus appellatur: ita vt ſeruo quicunque crediderit in Deum, & necdum ad ſcientiæ ſummam peruenerit, non indecorum ſit domino ſeruire carnali cum timore & tremore in ſimplicitate cordis ſui, & ſic ei ſeruire fideliter vt Chriſto. *Nõ ad oculum ſeruiens*, vt hi faciunt qui hominibus placere deſiderant:
F ſed vt neceſſitatem in voluntatem vertat, & faciat de ſeruitute mercedem, maximè cum dominus carnis, à domino ſpiritus diuerſa non imperet. Hoc eſt enim quod ait: *Non ad oculum ſeruientes, vt hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatem Dei.* Sed & ipſam fidelitatem non coactam ſeruus habeat, ſed ſpontaneam, & ex animo, ſic ſeruiens domino ſuo ſicut Chriſto, à quo recepturus eſt fidelis præmium ſeruitutis, non minus quàm ſi liber voluntate ſeruiſſet. Simul & hoc notandum, quod obedientiæ filiorum atque ſeruorum diuerſa ſubiunxerit. Ad filios enim dicit: *Obedite parentibus veſtris in domino*: ad ſeruos verò, *Obedite dominis carnalibus cum timore & tremore*: Vt ſicut inter ſeruum & vxorem habet metus diuerſitatem, ita & inter filios & ſeruos obedientia diſcreparet. Et pulchrè imperans ſeruis vt obediant dominis, adiecit, quaſi Chriſto: & iterum, vt ſerui Chriſti, facientes voluntatem Dei: vt ſcilicet non audiat ſeruus carnalem dominum, ſi contraria Dei præceptis voluerit imperare.
1 Cor. 7. b Quomodo autem ad Corinthios ſecundum tempus reſcripſerat, ne per occaſionem fidei in Chriſtum inter maritos & vxores diuortia fierent, ſi è duobus vnus credere voluiſſet: ita ad Epheſios & ad Coloſſenſes, quia plurimi inter initia fidei putabant gentiles dominos contemnendos, nunc conditionum moderatè præcepta conſtituit, vt & ſeruitia non videatur contra dominos concitare, & rurſum nequaquam dominos doceat audiendos, ſi vitioſa & nephanda præcipiant.

a ¶ *Et domini eadem facite ad illos*, &c.] Quænam ſunt hæc quæ ſeruis ſuperius imperauit, vt diceret dominis eadem facienda quæ ſeruis? Puto illa quæ dixerat, in ſimplicitate cordis, & facientes voluntatem Dei, & ex animo, & cum fidelitate ſiue beneuolentia in ſeruos, quia *εὔνοια* vtrumque ſonare poteſt. Vnuſquiſque enim quod fecerit boni, hoc recipiet à domino, ſiue famulus ſeruierit, ſicut dictum eſt, ſiue liber dominatus fuerit, vt oportet: vt non ſit terribilis, non promptus ad verbera, ſciens quia & ipſe habeat dominum in cælis, apud quem non eſt acceptio perſonarum, & qui ſolus tantùm iudicet voluntates, & iuxta eas deteriori præferat meliorem, eligens facta, non nomines. G

b ¶ *De cætero confortamini*, &c.] Scio in Græco pro virtute, fortitudinem poſitam, id eſt, *ἰσχὺν*: quia virtus apud eos *ἀρετὴ* appellatur. Sed hæc apud nos conſuetudo eſt ſcripturarum, vt indifferenter *ἰσχὺν* & *ἀρετὴν* virtutem nominent, maximè quia fortitudo corporis, virtus animi exiſtimatur. Quanquam & apud philoſophos inter quatuor virtutes fortitudo ſit poſita, quam vtique animi, & non corporis eſſe manifeſtum eſt. Quod igitur ait, *Confortamini in domino, & in potentia virtutis eius*, totum ſentitur in Chriſto, vt in omnibus virtutibus, quæ ſuper eo intelliguntur, qui crediderint, confortentur. Et prudenter poſt ſpecialia mandata, quid viris & vxoribus, patribus & filiis, dominis & ſeruis obſeruandum ſit, nunc generaliter omnibus in commune præcipit, vt in domino & in eius potentia confortati, præparent ſe aduerſum diabolum. De quo in conſequentibus ſcribit.

c ¶ *Induite omnia arma Dei, vt poſſitis ſtare contra verſutias*, &c.] Ex his quæ infra legimus, & his quæ in ſcripturis omnibus de domino Saluatore dicuntur, manifeſtiſſime comprobatur, omnia arma Dei, quibus nunc indui iubetur, intelligi Saluatorem: vt vnum atque idem ſit dixiſſe, induite vos omnia arma Dei, quaſi dixerit, induite dominum Ieſum Chriſtum. Si enim cingulum veritas eſt, & lorica iuſtitia eſt: Saluator autem & veritas & iuſtitia nominatur, nulli dubium quin ipſe & cingulum ſit & lorica. Itaque iuxta hæc, ipſe erit & præparatio euangelij pacis, & ſcutum fidei, & galea ſalutaris, & gladius ſpiritus, quod eſt verbum Dei: & viuus ſermo & efficax, & acutus ſuper omnem gladium ex vtraque parte acutum. Quæ autem alia
H arma Dei poſſumus exiſtimare, quibus induendus eſt, qui habet aduerſum diaboli dimicare verſutias, excepta virtute, quæ Chriſtus eſt? Hunc enim, qui iuxta omnia quæ ſuper eo intelliguntur, fuerit indutus, potens erit cõtra vniuerſas inſidias diaboli repugnare: & ſecundum id quidem quod veritate præcinctus eſt non facile ad falſitatis dogmata deducetur. Iuxta hoc vero quod loricam indutus eſt iuſtitiæ, iniquitatis iaculis non poterit perforari. Nec non cum calciatus fuerit calciamentis pulcherrimis, in præparatione euangelij pacis, quaſi is qui præparauit in fine opera ſua, & idcirco pacis homo factus eſt, nec bellicum aliquid & tumultuoſum agit: nec cum his qui impræparati ſunt condemnabitur. Infidelitas quoque, quæ inimica eſt fidei, vbi ſcutum eſt fidei, nihil valebit. Caput etiam & principale cordis & animæ, in quo ſenſus omnes locati ſunt, ſalutis galea circundatum, non quaſſabitur. Ad extremum quaſi vir bellator & fortis, omnes ſectas contrarias veritati concidet, interficiet, iugulabit, gladium ſpiritus, id eſt, verbum Dei manu tenens. Volens ergo Apoſtolus multimoda diaboli ingenia oſtendere, quibus nos capere nititur, per ea loca, in quibus non omni cuſtodia ſeruemus cor noſtrũ, *μεθοδείας* eius, id eſt, adinuentiones vel verſutias nominauit. Si enim abſtinuerimus nos à corporum voluptate, parum cautos in auaritia capit. Quod ſi & auaritiam cum voluptate contemnamus, per luxuriam irrepit, & facit nobis ventrem eſſe Deum, & per hanc etiam illa, quæ fortia eſſe videbantur, expugnat. Et quomodo ſolent ſapientes exercituum principes, ea vel maxime oppugnare vrbium loca, quæ parum munita ſunt, vt cum per illa irruperint, facile munita capiantur: ita & diabolus, per ea quæ patere videt, aut certe non firmiter clauſa, quærit irrumpere, & ad ipſam arcem cordis & animæ peruenire. Et quid me neceſſe eſt de pluribus eius inſidiis dicere, cum ex his & cæteræ verſutiarum eius ſpecies cognoſcantur. Diabolus autem, nomen Græcum eſt, quod interpretatur criminator. Iuxta Hebræi vero ſermonis proprietatem, quia & tribus

E ritibus Zabulon quandam ſimilitudinem huius vocabuli habet, κατάρρυων, id eſt, deorſum fluens, dici poteſt, quod ſcilicet paulatim de virtute ad vitium fluxerit, & de cœleſtibus ad terrena corruerit.

a ¶ *Quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem*, &c.] Non puto Paulum ſcribentem ad Corinthios dicere potuiſſe, non eſt vobis colluctatio aduerſus carnem & 1.Cor. 10.c ſanguinem, quibus ait: *Tentatio vos non apprehendat niſi humana. Fidelis autem Deus qui non permittet vos tentari ſupra* Gala.5.d *id quod poteſtis*. Exiſtimo quippe aduerſus carnem & ſanguinem eſſe certamina, quæ ibi tentationes appellantur humanæ: quando caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & prouocat nos facere opera ſua, fornicationem, immũditiam, luxuriam, idololatriam, inimicitias, contentiones, æmulationes, iras, rixas, diſſenſiones, hæreſes, inſidias, ebrietates, comeſſationes, & reliqua his ſimilia. Porro non eſt humana tentatio, nec aduerſus carnem & ſangui- 2.Cor.11.c nem pugna: quando aut ipſe Satanas transfiguratus in angelum lucis perſuadere nititur, vt eum angelum lucis arbitremur, aut aliquid horum ſimile facit, in omni virtute, ſignis & portentis mendacibus, in omni deceptione iniquita- 2.Theſſ. 2.c tis. Nam cum aliquem illaquearit inimicus vt recipiat ſe, & loquatur in eo, hæc dicit dominus: Non quaſi caro & ſanguis eum decipit, aut quaſi humana tentatio, ſed quaſi principatus & poteſtas, rector tenebrarum & nequitia ſpiritualis. Quamobrem non demus locum diabolo: ſed & ſi ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper nos (iuxta quod ſcriptum eſt) locum non demus ei. Dicat quiſpiam hoc Ephe.4.f quod ait: *Non eſt nobis colluctatio aduerſus ſanguinem & car-* Eccl 10.a *nem, ſed aduerſum principatus & poteſtates*, & cætera quæ ſequuntur, ideo dici, vt doceamur, ne ea quidem quæ nobis miniſtrari vitia putamus ex carne, carnis eſſe vel ſanguinis, ſed à quibuſdam ſpiritualibus nequitiis ſuggeri. Sunt F enim quidam dæmones amoribus & amatoriis canticis ſer- Oſe.4.c uientes, vt propheta quoque commemorat dicens: *Spiritu fornicationis ſeducti ſunt*. Nam & barbara quædam nomina eorum eſſe dicuntur (vt ſępe confeſſi ſunt hi quos vere vulgus maleficos vocat) & incantationes, & preces, & colores varij, & diuerſa vel metallorum genera vel ciborum, ad quæ inuocati aſſiſtere dæmones & infelices animas capere memorantur. Alij vero iracundias & furores & bella committere: alij præeſſe inimicitiis, & inter homines odia concitare. Quia vult ergo, aiunt, Apoſtolus nos docere, non ex natura corporis, & de materia carnis & ſanguinis, hæc vitiorum genera procreari, ſed inſtincto dæmonum, propterea ait: *Non eſt nobis colluctatio aduerſus ſanguinem & carnem: ſed aduerſus principatus & poteſtates*, & reliqua. Ideo autem nunc eorum qui magicis infelices artibus ſeruiunt, & facere iſta perlibenter, in medium exempla protulimus, vt retundamus eorum opinionem, qui putant omnia vitia eſſe carnis & ſanguinis, & nullam habere dæmones poteſtatem, Gen. 32.f vt nos incitent ad peccatum: Talem luctationem & Iacob putamus fuiſſe: quod ſcilicet non aduerſum carnem & ſanguinem contenderit, quando remanſit ſolus & luctabatur cum eo homo, adiuuans eum & corroborans aduerſum alium ſudore nimio dimicantem. Et ſimul vide, ne forte ridiculi ſint qui arbitrantur in ritum luctantium, tota Iacob nocte luctatum. Quid enim grande, ſi vt illi aiunt, luctans aut ſuperarit, aut victus ſit? Sed iuxta rationabilem & conuenientem patriarchæ luctam, talem illi colluctationem fuiſſe credendum eſt, qualem hi habent qui poſſunt dicere: *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem*. Non neceſſe eſt totum nunc loci illius excutere ſacramentum, cum in ſuo loco, ſi vixero, plenius diſſerendum ſit. Quærimus autem vbi in veteri Teſtamento Paulus hæc legerit, aut qua auctoritate, quæ minime ſcripta ſunt, publicarit. Et conijcimus ex his quæ de prælijs & ſingulari certamine: verbi cauſa, Dauid aduerſum Goliam, & filiorum Iſraël contra alienigenas, & cæteras gentes, ſcripta ſunt in lege & Ieſu, & libro iudicum, & Regnorum, & Paralipomenon, alius intellexiſſe Apoſtolum, & ſpirituale

poſſitis ſtare contra verſutias diaboli. Quoniam non a eſt nobis colluctatio aduerſus ſanguinem & carnem, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cæle-

G bellum ſenſiſſe de carneo, quo pugnantes victi ſint ſiue ſuperarint, & ſatrapas quidem vniuſcuiuſque loci, ſupernarum fuiſſe indicia poteſtatum: Reges autem gentium ſingularum, imagines eorum qui nunc rectores mundi, tenebrarumque dicuntur: Malos vero homines ſpiritualia nequitias in cæleſtibus demonſtraſſe. Et videtur nobis Apoſtolus aliis verbis hæc dicere. O Epheſij, quæ de prælijs Iſraelis aduerſum nationes legitis, videntur quidem carnem ſonare vel ſanguinem: Verbi gratia, Ægyptiorum, Idumæorum, Amonitarum, Moabitarum, & gentium cæterarum: Sed ſi vere vultis ſcire, cognoſcite, quia illa vniuerſa figuraliter contingebant illis. *Scripta ſunt au-* 1.Cor.10.c *tem propter nos, in quos fines ſæculorum decurrerunt*: vt intelligamus ex illis, non eſſe nobis pugnam aduerſum carnem & ſanguinem, ſed aduerſus ſpirituales quaſdam, & inuiſibiles poteſtates: aduerſus rectores earum tenebrarum, quæ huic mundo incubant, & errorem hominibus incredulitatis offundunt: & aduerſum ſpiritualia nequitiæ, quæ habitant in cœleſtibus: Non quo dæmones in cœleſtibus commorentur, ſed quo ſupra nos aër, hoc nomen acceperit. Vnde & aues, quæ volitant per aërem, volucres cœli eſſe dicuntur, Nam & in alio loco de dæmonibus, quod in aëre iſto vagentur, Apoſtolus ait: *In quibus ambulaſtis aliquando iuxta ſæ-* Ephe 2.a *culum mundi iſtius, ſecundum principem poteſtatis aeris ſpiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ*. Hæc autem omnium doctorum opinio eſt, quod aër iſte qui cælum & terram medius diuidens, inane appellatur, plenus ſit contrariis fortitudinibus. Poſt hæc retractandum à quo principatus, & poteſtates, & rectores tenebrarum mundi, & ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus, vt hoc ſint, acceperint poteſtatem. Et quidem dicat alius, apoſtatam diabolum, ſatellitibus ſuis diuerſa officia commiſiſſe, & non eſſe harum diſtributionum auctorem Deum. Cui poteſt illud diligens lector opponere, & quomodo ſcriptum eſt: *Non eſt enim poteſtas, ni-* Rom.13.a *ſi à Deo*? Quod ſi de hominibus dicitur, quanto magis de H his qui ſunt ſubtilioris meliorisque naturæ? Nec ſtatim qui hoc ſentiat blaſphemiæ eum crimen incurrere, quia vnuſquiſque iuxta ſuam voluntatem, diuerſa miniſteria ſortitus ſit. Quomodo enim in vrbibus eos qui aliquid commiſere flagitij, videmus vel beſtias alere, vel ſecare marmora, vel mundare ſpurcitias cloacarum, vel præeſſe gladiatoribus, & fundendo reorum ſanguini deſtinari: Ita & dæmones ex proprij arbitrij libertate, inſidiarum, fraudium, ſcelerum, atque periurij, & reliquam vitiorum prouinciam eſſe ſortitos: vt ſint rectores tenebrarum, quia eſſe lucis principes noluerunt. Hi ergo rectores mundi atque tenebrarum, cum aduerſum aliquem colluctantes ſupplantauerint eum, feceruntque corruere, ſtatim illum ſuo mundo, & ſuis tenebris, quibus principantur, annectunt. Ob quam cauſam fortius laborandum, vt qui ſemel audiuimus: *Ego elegi vos de i-* Ioan.15.c *ſto mundo: iam non eſtis de iſto mundo ſi enim eſſetis de mundo, mundus quod ſuum eſſet, amaret*: non redeamus ad mundum, nec ſubiiciamur ei: ſed crucifigatur nobis mundus, & nos ei, vt rector lucis Ieſus proprio mundo nos copulet, & ſub patris eſſe faciat ditione, erutos de ſpiritualis nequitiæ poteſtate, & de cælo eorum quod tranſiturum eſt, nec Dei ſedes appellari poteſt. Impium quippe eſt, vt ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus, eum cęlum tenere credantur, de quo loquitur Deus: *Cælum mihi thronus eſt*. Itaque qui intelli- Eſa.66.a git quanta in iſto mundo, nobis & præſentibus & abſentibus fiant (dum ea videre non poſſumus, ſiue propter corpus humilitatis noſtræ hoc fragile atque terrenum, quo anima inuoluitur: ſiue quia carnalibus oculis ſubtilior natura non panditur) hic videbit quæ ſint tenebræ, quæ ab Apoſtolo nunc dicantur: quod ſcilicet aut tota vita iſta terrena, tenebræ nuncupentur. (*Lux quippe lucet in tenebris,* Ioan. 1.b *& tenebræ eam non comprehenderunt*.) Aut animæ lumen & ſenſum, terrenum corpus, & corpus mortis & humilitatis obumbret, operiat, & obcæcet. Sciamus autem quod excepto præſenti loco, nec in veteri, nec in nouo teſtamento, κοσμοκράτορες, id eſt, mundi rectores, vnquam legerimus:

cæleſtibus. Ideo [a] ſumite omnia arma Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & vniuerſa operati ſtare. State [b] ergo ſuccincti lũbos veſtros in veritate. Et [c] induti lorica iuſtitiæ. Et calciati [d] pedes, in

A quo 1 nomen idcirco Paulus Apoſtolus finxit: quia neceſſe habebat ad Epheſios diſputans rebus nouis & inuſitatis, noua nomina coaptare. Adhuc propter hoc quod ait, in cæleſtibus, quia videtur ambiguum: dicendum ſubaudiri poſſe illud ad omnia, vt ſit ſenſus: Non eſt nobis colluctatio aduerſus poteſtates in cæleſtibus, & rectores tenebrarum iſtarũ in cæleſtibus, & ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus: maxime ſi intelligimus (vt iam ſupra expoſitum eſt) quomodo cæleſtia nominentur propter volucres cæli, & quod in vſu dicitur, pluuiam venire de cælo: Nõ quo pluuia è cælo veniat: Philoſophi quippe aiunt, non amplius, quam duobus millibus paſſuum à terra diſtare nubes: ex quibus fundantur pluuiæ, & imber irrorat. Iuxta quem
Gen. 7. b ſenſum cataractæ quoque cæli in diluuio apertæ eſſe feruntur. Veruntamen quanto quis peior fuerit, tanto vicinior erit terræ locis, & pinguiori ſubſtantiæ. Siquidem & terra, & circumdatus nobis aër, habent pinguedinem ſuam. Aiũt quidam & animas corporibus liberas, ſi attenuatæ fuerint in præſenti vita, & lima, vt ita dicam ἀσκήσεως atque virtutũ, in ſubtile corpus attritæ, non habitaturas in pinguioribus locis, ſed Deo qui incorporeus eſt, vicinas fore. Si vero tales
Pſal. 4. a fuerint, de quibus dici poſſit: *Filij hominum vſquequo graui,*
Eſa. 6. & Act. 28. *ſiue pingui corde*: ſecundum craſſitudinis ſuæ pondus ad infima detrahi, & pinguedini prægrauari. Poſt hoc & illud pariter differendum, an hac terra & aëre aliquis pinguior locus ſit, quia à pleriſque appellatur infernus, in quo hi qui dicũtur inferi, commorentur. Quinam vero iſti ſint, & quam vel cognationem, vel diuerſitatem habeant, ad eos qui ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus appellantur, non eſt præſentis temporis diſputare. Reliquum eſt, vt quid inter colluctationem carnis & ſanguinis, & inter rectores tenebrarum iſtarum, & ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus ſit, in duobus apud Apoſtolum manifeſtius diſcamus agminibus. Quando enim vult humanas tentationes, hoc eſt, colluctationem carnis & ſanguinis indicare, deſpiciens eas atque contemnens
Rom. 8. g loquitur: *Quis nos ſeparabit à charitate Dei? tribulatio, an an-*
B *guſtia, an perſecutio, an fames, & nuditas, & periculum, &*
Pſal. 43. d *gladius? Iuxta quod ſcriptum eſt. Propter te mortificamur tota die, reputati ſumus vt oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos.* Quando vero docere nos volt de aduerſariis poteſtatibus, & rectoribus tenebratũ, & ſpiritualibus nequitiæ in cæleſtibus, ab alio quaſi capite ſu-
Rom. 8. g mit exordium, & dicit. *Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque præſentia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque alia quælibet creatura poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro.* Prolixius fortaſſe quam lector voluerit, de hoc capitulo diſputatum ſit: ſed quæſo det veniam difficultati ipſius loci, & perſonæ Epheſiorum: qui poſt artes magicas ſcire debuerant, à quibus fuiſſent aliquandiu decepti.

πανοπλίαν a ¶ *Ideo ſumite omnia arma* Dei: &c.] Diem malam aut præſens tempus oſtendit (de quo ſupra dixerat: Redimentes tempus, quia dies mali ſunt) propter anguſtiam & vitæ huius labores: quia non abſque ſudore & certamine peruenimus ad palmam: aut certe conſummationis atque iudicij: quando diabolus inimicus & vindex, in ſua nos cupiet par-
Pſal. 40. te retinere: De qua liberabitur, *qui intelligit ſuper egenum & pauperem: In die enim mala liberabit eum dominus.* Hæc eſt
Eſa. 13. b dies, de qua & in alio loco ſcriptum eſt: *Ecce venit dies iræ*
Amos 5. c *domini*: Et alibi: *Dies enim domini inſanabilis veniet, furoris & iræ.* Et rurſum: *Væ deſiderantibus diem domini: Vt quid vobis dies domini? & hæc eſt tenebræ, & non lux.* Quemadmodum ſi fugiat homo à facie leonis, & incurrat in vrſũ: & introeat in domum ſuam, & reclinet manus ſuas ſuper parietem, & mordeat eum coluber: *Nonne tenebræ dies domini, & non lux, & caligo non habens ſplendorem?* Quomodo enim non mala eſt hæc dies, quæ tenebris, & caligine inuoluitur? De qua Ioel
Ioel 2. a quoque propheta commemorat dicens: *Canite tuba in Sion: prædicate in monte ſancto meo, & confundantur omnes qui habitant terram: quoniam adeſt dies domini: quia prope eſt, dies tenebrarum & turbinis, dies nebulæ & caliginis.* Et Sophonias de eadem die loquitur dicens: *Prope eſt dies domini* C Soph. 1. c Sap. 70.
magna, prope & velox nimis. Vox diei domini amara, & dura, & fortis: dies iræ dies illa, dies anguſtiæ & neceſſitatis, & reliqua. Poſt quæ infert: *Et affligam homines, & ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt.* Vt igitur poſſit quis in Apoc. 12. a
hac die diabolo reſiſtere (quia ipſe eſt accuſator fratrum noſtrorum) aſſumat omnia arma Dei (Hoc enim ſonat πανοπλία: non vt in Latino ſimpliciter, armatura tranſlata ſunt) & omnibus telis armiſque ſuccinctus (de quibus in ſequentibus explicatur) ſciat tunc ſe ſtare poſſe, ſi vniuerſa fuerit operatus: vt plenus cunctis virtutibus, ſtabilem figat gradum, & non moueatur de acie: ſitque ex his de quibus dominus ait: Sunt quidam de hic ſtantibus. Et in alio loco: *Etenim fide ſtatis.* Et pſalmiſta: *Sta-* Matt. 16. g
tuit (inquit) *ſupra petram pedes meos.* Tertia quoque à qui- 2. Cor. 1. d
buſdam interpretatio ſubinducitur, dicentibus, non omne Pſal. 39. a
aduerſum diabolum prælium morte finiri: ſed cum de iſto ſæculo exierimus, tunc nobis fortius & apertius, præſentibus contra præſentes futurũ eſſe certamen, & ſic illud quod paulo ante poſuimus exponent: neque præſentia, neque futura: vt futura hæc dicant eſſe, quæ poſt vitam iſtam ſunt ineunda certamina. Necnon & illud: *Quapropter contendimus,* 2. Cor. 5. b
ſiue in præſenti, ſiue in futuro placere illi: vt præſens tempus, hãc vitam, futurum, poſt mortem ſignificari putent. Hoc quoque quod nunc dicitur: Et omnia operati, ſtare, ad eundem ſenſum referent: quaſi non poſſit aliquis omnia in præſenti vita operari, ſed ex parte quid faciat: ſicut ex parte videt, & ex parte prophetat, & tunc perfecte ſtare valeat, cum vniuerſa fuerit operatus. καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι. Alius vero ſimplicius hæc exponit dicens Epheſios ad futuras tentationes, & perſecutiones quas eis Paulus Apoſtolus poſt hanc epiſtolam prophetico videbat ſpiritu prouenire, cohortari & monere, vt omnia faciant, per quæ poſſint in fide ſtare euangelij, nec in perſe- D
cutione corruere. Diem autem malam, proprie de quadrageſimo octauo pſalmo, arbitramur eſſe nunc ſumptam.

b ¶ *State ergo,* &c.] Quod iuxta membra carnis & corporis, omnia membra animæ in ſcripturis vocentur, nulli dubiũ eſt: de quibus vnum puto eſſe nunc membrum, lumbos: quos vt accingamus veritate præcipitur. Scriptum eſt quoque in euangelio κατὰ Λουκᾶν. *Sint lumbi veſtri præcincti, &* Luc. 12. d κοιλίας.
lucernæ ardentes in manibus veſtris. Quia igitur lumbi in generatione ſemper accipiuntur & ſemine, ſecundum illud: *De fructu lumbi tui ponam ſuper thronum tuum.* Et alibi: *Ad-* Pſal. 131. b Heb. 7. b
huc in lumbis erat Leui patris ſui Abraham, quando obuiauit ei Melchiſedech: Videtur nobis accinxiſſe lumbos ſuos, qui nequaquam vxori debitum reddit, nec ſeruit libidini: ſed imitatur ingenitum Deum, generationis negotiis non miniſtrans. Hoc idem reor & illud ſignificare, quod Ioannes Matt. 3. a
zonam pelliceam habebat circa lumbos ſuos, & non erat de immundis, qui propter fluxum ſeminis extra caſtra proiecti, cum arca domini habitare non poſſunt: Nec ex his de quibus in Numeris ſcribitur: *Sint veſtimenta eius diſſuta.* Leui. 13. f Num. 5.
Qui autem Chriſto accinctus eſt veritate, hæc veſtimenta in alium colligit & ſurſum trahit, & nudorum laterum fœditatem, baltheo ſpirituali valeat, ſtringit, includit, & paratus ad prælium eſt, & opera habet lucentia, quæ lucernæ dicuntur ardentes.

c ¶ *Et induti loricam iuſtitiæ.*] Sicut difficile vulneratur, in his vel maxime locis quæ vitam tenent, qui conſertam hamis, & ferreis inuicem circulis ſe tenentem loricam virtutis indutus eſt: ita qui eſt circumdatus multiplici veſte iuſtitiæ, nec ad ſimilitudinem cerui in iecur accipiet ſagittam, nec in deſideria corruet & furores: ſed erit mundo corde, habens artificem huius loricæ Deum: qui vnicuique ſanctorum omnia arma fabricatur, & non ſinit eum à iaculo volante per diem, & à ſagittis ardentibus percuti pariter & exuri. Pſal. 90. b

d ¶ *Et calciati pedes, in præparatione,* &c.] Diligẽti' obſeruate,

quod

G

in præparatione euangelij pacis. a Super omnia accipientes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia iaula maligottgnita extinguere. Et b galeã ſalutis accipite. c Et gladiũ ſpiritus, quod eſt verbuo Dei. Per omnem orationẽ & obſecrationeoi, orantes in omni tempore in ſpiritu, & in ipſo vigilantes in omni inſtantia & prece: pro omnib. ſanctis & pru me. e Vt mihi detur ſermo in apertione oris mei: cõfidentia notum facere myſteriũ euangelij, pro quo legatiune fungor in catena, ita vt in ipſo audeã vt oportet me loqui. e Vt autem ſciatis & vos quæ circa me ſint, quid agam: omnia nota vobis faciet Tychicus dilectus frater, & fidelis miniſter in domino, quem miſi ad vos io hoc ipſum, vt cognoſcatis quæ circa nos ſunt, & conſoletur corda veſtra.

b Pax

quod virtutem quandam animæ appellauerit pedes, quibus ingredimur in eo qui dicit: *Ego ſum via*, & quos nos oportet calciare in præparatione euangelij pacis. In horum calciamentorum figuram, & illa calciamenta in Exodo præceſſerunt, quæ habere paſcha veſcentibus imperatur, & his qui ad faciendum iter parati ſunt. Sic enim (ait) *manducabitis illud: lumbi veſtri accincti, & calciamenta veſtra in pedibus veſtris, & baculi veſtri in manib. veſtris, & comedetis illud cum feſtinatione, paſcha eſt enim domini.* Signum ſiquidem præparationis eſt, cum feſtinatione & calciatis pedibus comedere: vt corroborati paſchali cibo, latam & horribilem poſſint eremum pertranſire. Qui ergo adhuc ambulat, calcietur: Qui verò iam Iordane tranſmiſſo terram repromiſſionis intrauit, nudet pedem. *Solue* (ait) *calciamentum de pedibus tuis: locus enim in quo tu ſtas, terra ſancta eſt.* Si quis non eſt Ieſus Naue, nec Apoſtolus, calciet pedes ſuos in præparatione euangelii pacis. Si quis autem apoſtolus eſt, & inter duodecim numerari poterit: nequaquam tollat in via calciamentum ſuum: nec ad ſcorpiones & colubros declinandos, calcaneum tegat: ſed iam conſummatus, atque perfectus, ſtet in terra ſancta, & viuat in Chriſto, & ſequatur agnum quocunque vadit. Quæritur vtrumnam ad diſtinctionem euangelij alterius, nunc dixerit, pacis euangelium? An certè proprium ſit hoc euangelij, vt pacis euangelium nominetur? Qui igitur habet pacem, calciatus eſt Chriſti euangelio, & cum calciatus fuerit, præparatus eſt, & præparatus non ſe putet eſſe perfectum: ſed ad hoc præparetur, vt pergat, & pergens veniat ad finem.

Ioan.14.a · *Exod.12.b* · *Exod.3.b* · *Ioſue 5.d* · *Apoc.14.a*

F

a ¶ *Super omnia*, &c.] Quaſi dixerit: in omni opere portate clypeum fidei, vt poſſitis tecti atque muniti excipere venientes ſagittas, & huc atque illuc arte eas bellica declinate. Hæc eſt fides, ſuper qua & Abraham poſt multa opera atque virtutes, vix potuit promereri, vt de eo ſcriptura diceret: *Credidit autem Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.* Perſpicua ſunt autem iacula maligni, quæ vult mittere in corda noſtra per cogitationes peſſimas: de quibus vnum iecit in cor Iudæ, vt traderet Saluatorem. Itaque ne principiũ quidem habere poterit inimicus animæ vulnerandæ, ſi tenuerimus ſcutum fidei: in quo non ſolum venientia tela franguntur, ſed etiam telorum ipſe ignis extinguitur, de quo & propheta complorat dicens: *Omnes adulterantes, quaſi clibanus corda eorum.* Qui hunc vmbonem fidei manu forti tenuerit, & confiſus in domino, ſciret ſe à venientibus iaculis eſſe ſecurum, loquetur intrepidus: In domino confido: quo modo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montem ſicut paſſer? *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: parauerunt ſagittas ſuas in pharetris, vt ſagittent in obſcuro rectos corde.* Cum ergo (inquit) confidam in domino, qua mihi datis ratione conſilium, vt non ſtem aduerſum inimicorum impetus, & iacula quæ contra me in pharetris præpararunt, volentes non ſolum me, ſed etiam omnes rectos corde percutere? Ecce enim ſto ſuper petram, & non tranſmigro in montes tenebricoſos, & omnia tela hoſtium repulſa in ipſos qui dirigunt conuertuntur.

Gen.15.b · *Oſee.7.a* · *Pſal.10.a*

b ¶ *Et galeam ſalutis*, &c.] Propter hanc galeam ſalutaris, omnes in capite noſtro ſenſus integri perſeuerant, & maximè oculi, de quibus in Eccleſiaſte Salomon ait: *Sapientis oculi in capite eius.* Sciebat enim quod eſſet viri caput, & qui nam iſti oculi in viri capite collocati. Si enim *caput viri Chriſtus eſt*, & oculi ſapientis in capite eius ſunt: ſequitur vt omnis noſter ſenſus, mens, cogitatio, ſermo, conſilium, ſi tamen ſapientes fuerimus, in Chriſto ſint. In Chriſto autem verbo, lumine, iuſtitia, veritate, cunctiſque virtutibus.

Eccl.2.b · *1.Cor.11.a*

c ¶ *Et gladium ſpiritus*, &c.] Dei ſermo de Spiritu ſancto fluit: contrarius vero de terra loquitur, & inde ſumit exordium. *Qui enim de terra eſt, de terra loquitur. Qui de cælo venit, ſuper omnes eſt*: Et quod vidit & audiuit, hoc teſtatur. Porro ſermo Dei, gladius ſpiritus eſt: de quo nunc Paulus ait. *Gladius ſpiritus, quod eſt verbũ Dei. Viuens* quippe *ſermo Dei & efficax & acutus ſuper omnem gladium ancipitem, & penetrans vſque ad artus animæ, & oſſium & medullarum.* Qui ſpiritus præcidit & diuidit, multum proficiens per orationem & obſecrationem eorum, qui in omni tempore dominum deprecantur in ſpiritu, iuxta illud: Orabo ſpiritu, orabo & mente. Et in hoc proficiens, vt per vigilias & inſtãtem precem, Apoſtolus in Dei verbo doctrinaque ditetur. Et hæc omnis opulentia ad aliorum proficiat ſalutem: vt eis quoque ipſis profit, qui pro eo obſecrant. Simulque Apoſtoli humilitas admiranda, petẽtis Epheſios, vt pro ſe faciant obſecrationes. Ait quippe: *In omni inſtantia & prece pro omnibus ſanctis*, & pro me: Vt ſeorſum ſanctorum, & ſeorſum ſui facerent mentionem.

Ioan.3.a · *Heb.4.a* · *1.Cor.4.a*

d ¶ *Vt mihi detur*, &c.] Hoc quod nunc ait: in apertione oris mei: Et alibi: *Os meum ad vos apertum eſt o Corinthij*: Et, *aperiens os ſuum, docebat diſcipulos ſuos dicens*: Et, *os meum aperui, & attraxi ſpiritum*: Et, *aperiam in parabolis os meum* & cætera his ſimilia, ſic accipiendum quaſi dixerit: aperiantur theſauri, & abſcondita à ſæculis ſacramenta pandantur, vt Spiritus ſanctus introeat ad ea proferenda quæ latitant. Nam quod huius teſtimonii, id eſt, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei, iſte ſit intellectus, ſequentia probant. In confidentia (inquit) notum facere myſterium euangelii: Nequaquam in parabolis & prouerbiis: ſicut & prophetæ, & ipſe dominus adhuc conſtitutus in corpore loquebatur dicens: *Venit hora quando nequaquam vobis in prouerbiis loquar: ſed confidenter de patre annunciabo vobis.* Hunc confidentiæ ſermonem, ſolus poterit obtinere, qui non habuerit cor ſe reprehendens: Si enim cor noſtrum nos non reprehenderit, confidentiam habemus ad Deum, & quodcunque petierimus, accipiemus ab eo. Rarus itaque eſt qui in confidentia notum faciat myſterium euãgelij: quia rarus eſt qui confidentiam habeat ad Deum. *Quis enim gloriabitur caſtũ ſe habere cor: aut quis ſtabit dicens, mundum ſe eſſe à peccatis?* Poſt hæc quid ſit hoc quod ait: Pro quo legatione fungor in catena: vt notum videlicet facerem myſterium euangelij, breuiter perſtringendum. Et quidem qui ſimiliter intelligit, dicet propter teſtimonium Chriſti eum de carcere & de catenis hæc Romæ poſitum ſcripta, miſiſſe. Alius verò propter corpus humilitatis & catenam iſtam qua circundamur, & necdum ſcimus ſecundum quod oportet nos ſcire, & per ſpeculum videmus in ænigmate, iſta eum dixiſſe contendet, & tunc verè poſſe in confidentia euangelij aperire myſteria, cum catenam depoſuerit, & de carcere liber exierit: niſi fortè & in vinculis abſque vinculis computandus eſt, qui conuerſationem habet in cælis, & de quo dici poteſt. *Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu: ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis.*

2.Cor.6.a · *Mat.5.a* · *Pſal.115.a* · *Ibid.77.a* · *Ioan.16.e* · *1.Ioan.3.d* · *Prou.20.b* · *Rom.8.b*

H

e ¶ *Vt autem ſciatis & vos*, &c.] Dupliciter accipite: vel ideo Tychicum miſſum Epheſum, vt nunciaret eis vincula apoſtoli Pauli nota facta eſſe in omni prætorio, & catenam illius ad fidem euangelij profeciſſe eo tempore quo & ad Coloſſenſes ſcripſit, dicens: *Quæ circa me ſunt, omnia nota vobis faciet Tychicus frater dilectus, & miniſter, & conſeruus in dño, quẽ miſit ad vos ob hoc ipſũ, vt cognoſcatis quæ circa nos ſunt, & cõſoletur corda veſtra cum Oneſimo chariſſimo & fideli fratre, qui eſt ex vobis: qui omnia quæ hic aguntur, nota faciet vobis.* Grandis. n. conſolatio erat, audire Paulum Romæ in domina vrbium, & in arce Romani imperij, de carcere &

Coloſ.4.b

A de vinculis triumphantem. Vel certè ob id Tychicum miſſum eſſe, vt vitam & conuerſationem Pauli, quam ignorabant, annunciaret eis, & quaſi quoddam exemplar viuendi daret diſcentibus geſta apoſtoli atque virtutes, & cum imitari volentibus. Nec parua eſſe poterat conſolatio æmulari cupientium, quæ apoſtolum egiſſe cognouerant.

[a] Pax fratrib. & charitas cum fide à Deo patre & Domino Ieſu Chriſto. Gratia [b] cum omnib. qui diligunt dominum Ieſum Chriſtum in incorruptione. Amen.

a ¶ *Pax fratribus*, &c.] Si qua alia dona ſunt, quæ tribuuntur à Deo patre & Domino Ieſu Chriſto, inter hæc pax nõ minimum poſſidet locum, quę ſuperat omnem ſenſum, & cuſtodit corda intellectuſque ſanctorum: ſerenitas quædam atque tranquillitas animæ quieſcentis, & vniuerſam tempeſtatem & turbinem perturbationum fugans. Huic ſimilis eſt charitas cum fide, quam & ipſam ſimul Deus pater donat & filius: vt diligamus Deũ de toto corde, & proximos ſicut noſmetipſos, & pro inimicis noſtris precemur. Hanc pacem & charitatem, quam credentibus Apoſtolus imprecatur, hi tantum habent, qui fratrum nomine merentur vocari. Pax quippe fratribus & charitas cum fide & pace. Igitur & charitatem & fidem ſic pater præſtat vt filius: Et hæreſis obmuteſcat, quæ non vult eadem filium poſſe quæ patrem.

b ¶ *Gratia cum*, &c.] Nonnulli hoc ita interpretati ſunt, vt cum putarent diligere dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui ab operibus corruptionis alienos ſit, opera corruptionis in coitu ſentientes. Vnde & conſuetudo & ſermo vulgatis incorruptos, virgines vocat, eoſque qui coitum neſciant fœminarum. Corruptos vero qui iſtiuſmodi deguſtauerint voluptatem. Illud quoque teſtimonium coaptantes: *Si quis templum Dei corrumpit, corrumpet illum Deus.* 1.Cor.3.i Sed neſcio an hoc valeãt explanate quod ſcribitur: *Vnuſquiſque proprium habet donum à* Deo, *alius quidem ſic, & alius ſic.* Ibid 7.A Videamus igitur ne fortè melius ſit omne peccatum corruptionem animæ intelligere, & eos qui à peccato liberi ſunt, incorruptos vocari: ita vt diligentes Dominum Ieſum Chriſtum, in incorruptione ſint, dum peccati vinculis non tenentur, & cum eis eſt gratia Dei. Simulque arbitror ad diſtinctionem eorum qui diligunt dominum Ieſum Chriſtum, ſed non in incorruptione, nunc poſitum, eos gratiam habere Chriſti, qui diligant eum in incorruptione. Quanti enim diligunt dominum parati exilia, parati martyria, parati inopiam, & omnia pro eo contumeliarum genera ſuſtinere, & nihilominus carnis paſſione ſuperantur: ſed his non imprecatur Apoſtolus gratiam: quia gratia domini eſt cum omnibus qui diligunt eum in incorruptione.

Commentariorum in Epiſtolam ad Epheſios Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI

B

IN EPISTOLAM AD TITVM, AD PAVLAM, ET EVSTOCHIVM

D

PROOEMIVM.

LIcet non ſint digni fide, qui fidem primam irritam fecerunt, Marcionem loquor & Baſilidẽ, & omnes hæreticos, qui vetus laniant teſtamentum: tamen eos aliqua ex parte ferremus, ſi ſaltem in nouo continerent manus ſuas, & non auderent Chriſti (vt ipſi iactitant) boni Dei *filij, vel euãgeliſtas violare, vel Apoſtolos.* Nunc *vero cum & euangelia eius diſputauerint, & apoſtolorum epiſtolas, non apoſtolorũ Chriſti fecerint eſſe, ſed proprias: miror quo modo ſibi Chriſtianorum nomen audeant vindicare. Vt enim de cæteris epiſtolis taceam, de quibus quidquid contrarium ſuo dogmati viderant, eraſerunt: nonnullas integras repudiãdas crediderũt: ad Timotheum videlicet vtramque, ad Hebræos, & ad Titum, quam nunc conamur exponere. Et ſi quidem redderent cauſas, cur eas apoſtoli non putarent, tentaremus aliquid reſpondere, & forſitan ſatis facere lectori. Nunc vero cum hæretica auctoritate pronuncient & dicant: Illa epiſtola Pauli eſt, hæc non eſt: ea auctoritate refelli ſe pro veritate intelligant, qua ipſi non erubeſcunt falſa ſimulare. Sed Tatianus Encratitarum patriarches, qui & ipſe nonnullas Pauli epiſtolas repudiauit, hanc vel maxime, hoc eſt, ad Titum, apoſtoli pronunciandam credidit, paruipendẽs Marcionis & aliorum, qui cum eo in hac parte conſentiunt, aſſertionem. Scribit igitur Apoſtolus, ô Paula & Euſtochium, de* Nicopoli, *quæ in Actiaco littore ſita, nunc poſſeſſionis veſtræ pars vel maxima eſt: & ſcribit ad Titum diſcipulum ſuum, & in Chriſto filium, quem Cretæ reliquerat ad eccleſias inſtruẽdas: præcepitque ei vt cum è duobus Artemas ſeu Tychicus Cretam fuerit appulſus, ipſe Nicopolim veniat. Iuſtum quippe erat, vt ille qui dixerat,* Solicitudo mea omnium eccleſiarum, *& qui euangelium Chriſti vſque ad Illyricum de Hieroſolymis proficiſcens fundauerat, non pateretur & ſui & Titi abſentia Cretenſes eſſe deſertos, à quibus primum idololatriæ ſemina pullularunt: ſed mitteret eis pro ſe & Tito Arteman vel Tychicum, quorum doctrina & ſolatio confouerentur.* 2.Cor.11.g Rom.15.c

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN EPISTOLAM AD TITVM,

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

PAulus [a] ſeruus Dei, Apoſtolus autem Ieſu Chriſti, ſecũdum fidem [b] electorum Dei & cognitionem veritatis, quæ eſt iuxta pietatem in ſpe vitæ æternæ: quam promiſit non mendax Deus ante ſæcula æterna: manifeſtauit autem temporibus ſuis

Paulus a ſeruus Dei, &c.] In epiſtola ad
Romanos ita exorſus eſt: Paul' ſeruus
Ieſu Chriſti, vocatus Apoſtolus.
In hac autem ſeruum ſe
Dei dicit: Apoſtolum verò Ieſu
Chriſti. Si enim pater & filius
vnum ſunt, & qui crediderit in filiũ, credit & in patrẽ,
ſeruitus quoque indifferenter Apoſtoli Pauli vel ad patrem
eſt referenda, vel ad filium. Hæc autẽ ſeruitus non eſt illa, de
Rom. 8. c qua ipſe Apoſtolus ait: *Nec. n. accepiſtis ſpiritum ſeruitutis
iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in
Pſal. 115. b quo clamamus, Abba pater:* verùm nobilis ſeruitus, de qua &
Luc. 1. d David ad Deum loquitur: *Ego ſeruus tuus, & filius ancillæ
tuæ.* Et beata Maria ad Angelum: *Ecce ancilla Domini, fiat
Ioſu. 1. a mihi ſecundum verbum tuum.* Hanc ſeruitutem habuit &
Moyſes, de quo Dominus ad Ieſum filiũ Naue: *Moyſes* (inquit)
Deut. 34. b *famulus meus mortuus eſt.* Et in alio loco: *Mortuus eſt
Moyſes famulus Domini in terra Moab per verbum Domini.*
Abſit quippe vt ſpiritum ſeruitutis Moyſen & Mariam in
timore, & non in dilectione Dei habuiſſe credamus. Nec
mirum quamuis ſanctos homines, tamen Dei ſeruos, nobiliter
Eſa. 49. b appellari, cum per Eſaiam Prophetam pater loquatur
Sec. 70. ad filium: *Magnum tibi eſt vocari te puerum meum*: quod
Græcè dicitur: *μέγα σοί ἐστι τοῦ κληθῆναί σε παῖδά μου.* Puer autẽ,
hoc eſt, *παῖς*, quia poteſt ſecundum Græcos & famulum &
filium ſignificare: in Hebræo quæſiuimus, & inuenimus nõ
i. Abdi. filium meũ ſcriptum eſſe, ſed ſeruũ meum, id eſt, עבדי. Vnde
& Abdias propheta, qui interpretatur ſeruus Domini, ex
F famulatu Dei nomen accepit. Si moueat quẽpiam, Dominum
Saluatorem, qui vniuerſitatis eſt conditor, ſeruũ Dei
Mat. 20. d dici: nõ mouebitur, ſi ipſum ad Apoſtolos audiet loquentẽ:
Ioan. 13. b *Qui voluerit inter vos eſſe maior, ſit omnium ſeruus.* Et filius
hominis venit non vt miniſtraretur ſibi, ſed vt miniſtraret:
Ibid. quod ne docere tantum verbis videretur, monſtrauit exemplo.
Aſſumpto quippe linteo, accinxit ſe, & aqua peluim replens
diſcipulorum pedes lauit. Non eſt itaque impium, credere
eum, qui formam ſerui aſſumpſerat, hæc feciſſe quæ
ſerui ſunt, vt paternæ voluntati ſeruiſſe dicatur, cum ſeruus
iuſsi ipſe ſeruierit. Hæc autem ſeruitus, charitatis eſt, per quã
[illegible] nobis inuicem ſeruire præcipimur. Et ipſe Apoſtolus, cum
1. C[illegible] eſſet liber ex omnibus, omniũ ſe ſeruũ fecit. Et in alio loco:
Veſter (inquit) *ſeruus propter Chriſtum.* Seruus Dei ille eſt,
qui non eſt ſeruus peccati. *Omnis* enim *qui facit peccatũ, ſeruus
Ioan. 8. d *eſt peccati.* Apoſtolus igitur qui peccati non fuit ſeruus,
rectè Dei patris vocatur ſeruus & Chriſti. Porrò quod ait:
Apoſtolus autem Ieſu Chriſti: tale mihi videtur, quale ſi dixiſſet:
Præfectus prætorio Auguſti Cæſaris, magiſter exercitus
Tiberij imperatoris. Vt enim iudices ſæculi huius, quo nobiliores
eſſe videantur, ex regibus quibus ſeruiunt, & ex dignitate
qua intumeſcunt, vocabula ſortiuntur: ita & Apoſtolus
grandem inter Chriſtianos ſibi vendicans dignitatẽ,
Apoſtolorũ ſe Chriſti titulo prænotauit, vt ex ipſa lecturos
nominis auctoritate terreret, indicãs oẽs qui in Chriſto crederẽt,
debere ſibi eſſe ſubiectos. Nec nõ quod paulò antè ſcriptũ
poſuimus ad Romanos: Seruus Ieſu Chriſti, nõ differt ab
eo ſi dixiſſet, ſeruus ſapientiæ, ſeruus iuſtitiæ, ſeru' ſanctificationis,
ſeruus redemptionis. Chriſtus quippe *factus eſt no-*
1. Cor. 1. d *bis à Deo patre ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio.*
b ¶ *Secundum fidem*, &c.] Qui non iuxta humilitatem, vt
2. Cor. 11. b plerique æſtimant, ſed verè dixerat: *Et ſi imperitus ſermone,
non tamen ſcientia*: Hebræus ex Hebræis, iuxta legem Phari-
Philip. 3. a ſæus, profundos ſenſus Græco ſermone non explicat, &
quod cogitat, in verba vix promit. Iuxta ordinem igitur
ſenſuum, & textum rerum, potius quam verborum de ſingulis
vt ſcripta ſunt diſſeramus. Secundum fidem (inquit) electorum
Dei: refert ad ſuperiora, quod intulit: *Paulus ſeruus
Dei: Apoſtolus autem Ieſu Chriſti, ſecundum fidem electorum*

Dei: id eſt, eorum qui non tãtũ
vocati ſũt, ſed & electi. Electorũ
quoq; ipſorũ, magna diuerſitas
eſt pro varietate operum,
ſẽſuum, atq; ſermonũ. Nec ſtatim
qui electus Dei eſt: vel
iuxta electionem poſſidet fidẽ,
vel iuxta fidem habet ſcientiã
veritatis. Vnde & Saluator ad Iudæos, qui in eum crediderant,
eſt, locutus: *Si permanſeritis in verbo meo, cognoſcetis* Ioan. 8. d
veritatem, & veritas liberabit vos: Et Euangeliſta teſtatur, Ibid.
quod hæc credentibus quidem dixerit, ſed neſcientib. veritatem:
quam conſequi poſſent, ſi in ſermone ipſius permanerent,
& liberi effecti, ſerui eſſe deſinerent. Quæritur quare
ad id quod ait: ſecundum fidem electorum Dei, & cognitionem
veritatis, iunxerit, quæ iuxta pietatem eſt: vtrum nã
ſit aliqua veritas, quæ non in pietate ſit poſita, & nunc ad
diſtinctionem illius inferatur cognitio veritatis, quæ iuxta
pietatem eſt: Eſt plane veritas, quæ non habet pietatem. Si Cap. Si
quis Grammaticam artem nouerit vel Dialecticam: vt ratio- quis.
nem rectè loquendi habeat, & inter falſa & vera diiudicet. Diſt. 7.
Geometria quoque & Arithmetica, & Muſica habẽt in ſua
ſciẽtia veritatẽ: ſed non eſt ſcientia illa ſciẽtia pietatis. Sciẽtia
pietatis, eſt noſſe legem, intelligere prophetas, Euangelio
credere, & Apoſtolos non ignorare. Et è contrariò multi ſũt
qui habent pietatis veram cognitionem, ſed non ſtatim &
cæterarum artium, & earum, de quibus ſupra mentionẽ fecimus,
veritatem. Hæc igitur veritas, cuius cognitio iuxta
pietatem eſt, in ſpe vitæ æternæ poſita eſt quia ſtatim ei qui
ſe cognouerit, præmiũ tribuit immortalitatis. Abſque pietate
vero notitia veritatis delectat ad præſens, ſed æternitatẽ
non habet præmiorum: quam promiſit non mendax Deus
ante ſæcula æterna, & manifeſtauit eam temporibus ſuis in H
Chriſto Ieſu. Cui autem promiſit ante, & poſtea fecit eſſe
perſpicuam, niſi ſapientiæ ſuæ (quæ erat ſemper cum patre,
cum lætaretur orbe perfecto, & gauderet ſuper filiis homi- Prou. 8. b
num, & repromiſit eos quicũque in illa credituri eſſent, habituros
eſſe vitam æternam? Antequam orbis iaceret fundamenta,
antequam maria diffunderet, montes ſtatueret, cælum
ſuſpenderet, terram detecta mole ſolidaret, hæc repromiſit
Deus, in quo mendacium non eſt: Non quia poſſit mẽtiri,
& nolit in falſitatis verba prorũpere: ſed quia qui pater
ſit veritatis, nullum in ſe habeat mendacium, ſecundũ illud:
Fiat autẽ *Deus verax: omnis autem homo mendax.* Propterea Rom. 3. a
autem non mendax Deus dicitur, & cum iureiurando quæ- γινέσθω
dam in prophetis pollicetur: vt nos ſecuriores effecti, magis δὲ ὁ θεὸς
ſperemus futura eſſe quæ prædicta ſunt, & tota mẽte credẽ- ἀληθής.
tes, ad conſequenda ea quæ ventura ſunt, præparemur. Non
ab re videtur breuiter perſtringere: cur Deus ſolus verax, &
omnis homo mendax, Apoſtoli voce dicatur. Et niſi fallor, Ibid.
quo modo ſolus habere dicitur immortalitatem (cum & an- 1. Tim. 6. a
gelos & multas rationabiles fecerit creaturas, quibus dederit
immortalitatem) ita & ſolus dicitur eſſe verax: non quod
& cæteri nõ immortales, & veritatis ſint amatores. Sed quod
ille ſolus naturaliter ſit, & immortalis, & verus. Cæteri vero
immortalitatem & veritatem ex largitione illius conſequãtur:
& aliud ſit verum eſſe, & quid habere per ſemet: aliud
in poteſtate donantis eſſe quod habeas. Sed nec hoc ſilentio
prætereundum puto, quo modo non mendax Deus ante æterna
ſæcula, æternam ſpoponderit vitam: ex quo: iuxta hiſtoriam
Geneſeos, factus eſt mundus, & per vices noctium Geneſ. 1.
ac dierum, menſium pariter & annorum, tempora conſtituta
ſunt. In hoc curriculo & rota mundi, tempora labuntur &
veniunt, & aut futura ſunt, aut fuerunt. Vnde quidã philoſophorum
non putant eſſe tempus præſens: ſed aut præteritum,
aut futurum: quia omne quod loquimur, agimus, cogitamus:
aut dum fit, præterit, aut ſi nondum factum eſt,
expectatur. Ante hæc igitur mundi tempora, æternitatem
quandam ſæculorum fuiſſe credendum eſt: quibus ſemper

ſuis verbum ſuum in prædicatione: quæ credita eſt mihi ſecundum imperium Saluatoris noſtri Dei, Tito chariſſimo filio iuxta communem fidem: Gratia & pax à Deo patre, & Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro. [a]Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deerant, corrigeres. Et [b] cõſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut ego diſpoſui tibi

Si

A cum filio & Spiritu ſancto fuerit pater, & vt ita dicam, vnũ tempus Dei, eſt omnis æternitas: imò innumerabilia tẽpora ſunt, cum infinitus ſit ipſe qui ante tempora omne tempus excedit. Sex millia necdum noſtri orbis implentur anni, & quantas prius æternitates, quanta tempora, quantas ſæculorum origines fuiſſe arbitrandum eſt: in quib. angeli, throni, dominationes, cæteræque virtutes ſeruierint Deo, & abſque temporum vicibus abſque menſuris, Deo iubente ſubſtiterint. Ante hæc itaque omnia tempora, quæ nec ſermo eloqui, nec mens comprehendere, nec cogitatio tacita audet attingere, promiſit Deus pater ſapiẽtiæ ſuæ verbũ ſuum, & ipſam ſapientiam ſuam, & vitam eorum qui credituri erant mundo eſſe venturam. Diligenter attendite textum & ordinem lectionis: quoniam vita æterna, quam non mendax
Ioan. 1. Deus ante ſæcula æterna promiſit, non ſit abſq; verbo Dei. Manifeſtauit enim, inquit, temporibus ſuis verbum ſuum: Ergo quam promiſerat vitam æternam, ipſa eſt verbũ ſuum, quod in principio erat apud patrẽ, *& Deus erat verbum, & verbũ caro factum eſt, & habitauit in nobis*. Quod autẽ verbũ
Ioan. 14 Dei, hoc eſt, Chriſtus ipſe ſit vita, in alio loco teſtatur dicẽs: ego ſum vita. Vita vero non breuis, non aliquibus circumſcripta temporibus, ſed perpetua, ſed æterna: quæ manifeſtata eſt in nouiſſimis ſæculis: in prædicatione, quæ credita eſt Paulo doctori gentium & magiſtro: vt annunciaretur in mũdo, & hominibus nota fieret: iuxta imperium Saluatoris Dei qui nos ſaluos eſſe voluit, id quod pollicitus fuerat implendo. Scribit autem Apoſtolus Tito chariſſimo filio, q. Græce dicitur Τίτῳ γνησίῳ τέκνῳ, & Latino ſermone non poteſt explicari: γνήσιος .n. hoc potius ſonat, cum quis fidelis & proprius, &, vt ita dicam, legitimus ſiue Germanus
B abſque comparatione alterius appellatur. Ex quo intelligi-
Gal. 4. a mus fuiſſe & in filiis Pauli plurimam differentiam: quod alios haberet γνησίους, id eſt, germaniſſimos, ſibiq. cõiunctos, & de vero matrimonio, ac de libera procreatos: alios vero quaſi ex ancilla & ex Agar, qui non poſſunt hæreditatẽ accipere cum liberæ filio Iſaac. Sermo quippe & ſapientia & doctrina, qua Titus Chriſti eccleſias inſtruebat, efficiebant eum proprium Apoſtoli filium, & ab omni aliorum conſortio ſeparatum. Videamus poſt hæc quod ſequitur: Secundum communem fidem: vtrum nam omnium qui in Chriſto credebant, communem dixerit fidem, an communem, ſuam tamen & Titi? Quod quidem mihi melius videtur, Apoſtoli Pauli & Titi fidem fuiſſe communem, quam omnium credentiũ, in quibus pro varietate mentium, fides quoque communis eſſe non poterat, ſed diuerſa. Ad extremum præfatio epiſtolę, & ſalutio præfationis Apoſtoli ad Titum, tali fine completur. Gratia & pax à Deo patre & Chriſto Ieſu Saluatore noſtro, ſiue quod & gratia & pax tam à Deo pa-
1. Pet. 1. a tre ſit quam à Chriſto Ieſu, & vtrumque ab vtroque datum poſſit intelligi. Siue quod gratia ad patrem, & pax referatur
Gen. 6. b ad filium. Non abſque ſcrupulo tranſeũdum eſt quod quibuſdam Apoſtolus imprecatus eſt, vt eis gratia & pax multi-
Exod. 33. a plicarentur: nunc vero ad Titum pax & gratia ſine multiplicatione ſint poſitæ. Noë vir iuſtus & naufrago orbe ſolus
Mat. 13. f ſeruatus, nõ dicitur plures gratias, ſed vnam gratiam inueniſſe in conſpectu Dei. Et Moyſes ad Dominũ: Si inueni, inquit, *gratiã apud te*: Et ſicubi alibi in perſona ſanctorũ gratia poſita eſt, quære & inuenies, nõ eos gratias inueniſſe, ſed gratiam. Mercator ille de euangelio, qui plures habuit margaritas, ad extremũ vnã pretioſam reperit, quam de multis margaritis ſolam emit. Perfectorum quippe eſt vnam margaritam, & vnum theſaurum omnibus margaritis, & totius ſubſtantiæ ſuæ emere commercio. Incipientium vere & adhuc in itinere poſitorum, necdum vnam & ſolam, ſed plures habere margaritas.

a ¶ *Huius rei gratia reliqui te*, &c.] Apoſtolicæ dignitatis eſt
1. Cor. 3. b eccleſiæ iacere fundamentum: quod nemo poteſt ponere, niſi architectus. Fundamentum autem non eſt aliud præter Chriſtum Ieſum. Qui inferiores artifices ſunt, hi poſſunt æpes ſuper fundamenta conſtruere. Paulus itaque vt ſapiens
Rom. 15. c architectus (& hoc omni labore cõtendẽs, ne in præparatis gloriaretur, ſed vbi necdũ Chriſtus fuerat euangelizatus) poſtquam dura Cretenſium ad fidem Chriſti corda mollierat & C
tam ſermone quam ſignis edomuerat, & edocuerat eos, non in vernaculum Iouem, ſed in Deum patrem, & in Chriſtum credere, reliquit Titum diſcipulum Cretæ, vt rudimẽta naſcentis eccleſiæ confirmaret, & ſi quid videbatur deeſſe, corrigeret, ipſe pergẽs ad alias nationes, vt rurſum in eis Chriſti iaceret fundamentum. Quod autem ait: vt ea quæ deerant, corrigeres: oſtendit necdũ eos ad plenam veniſſe ſcientiã veritatis: & licet ab Apoſtolo correcti fuerint, tamen adhuc indigere correctione. Omne autem quod corrigitur, imperfectum eſt. Nam & in Græco præpoſitionis adiectio, qua ſcribitur ἐπιδιορθώσῃ, non idipſũ ſonat q. διορθώσῃ, id eſt, corrigeres: ſed vt ita dicam ſuper corrigeres: vt ſcilicet ea quæ à me correcta ſunt, necdum ad plenam veri lineam ſunt retracta, à te corrigantur, & normam æqualitatis accipiant.

b ¶ *Et conſtituas*, &c.] Audiant epiſcopi qui habent cõſtituendi presbyteros per vrbes ſingulas poteſtatem, ſub quali lege eccleſiaſticæ conſtitutionis ordo teneatur, nec putent Cap. qui vos ſpernit. 8. q. 1.
Apoſtoli verba eſſe, ſed Chriſti, qui ad diſcipulos ait: *Qui vos ſpernit, me ſpernit: qui autẽ me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit*. Sic & qui vos audit, me audit: qui autem me audit, audit eum qui me miſit. Ex quo manifeſtum eſt, eos qui Apoſtoli lege contempta, eccleſiaſticum gradum non merito voluerint alicui deferre, ſed gratia, contra Chriſtum facere: qui qualis in eccleſia presbyter conſtituẽdus ſit, per Apoſtolum Cap. Moyſes. 8. q. 1.
ſuum in ſequentib. executus eſt. Moyſes amicus Dei, cui facie ad faciem Deus locutus eſt, potuit vtiq; ſucceſſores principatus, filios ſuos facere, & poſteris propriam relinquere dignitatem: ſed extraneus de alia tribu eligitur Ieſus, vt ſciremus principatum in populos, non ſanguini deferendum D
eſſe, ſed vitæ. At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere, vt non quærant eos in eccleſia columnas erigere, quos plus cognoſcant eccleſiæ prodeſſe: ſed quos vel ipſi amant, vel quorum ſunt obſequiis deliniti, vel pro quib. maiorum quiſpiam rogauerit, & (vt deteriora taceam) qui vt clerici fierent, muneribus impetrarunt. Diligenter Apoſtoli verba attendamus dicentis: *Vt conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut ego tibi diſpoſui*. qui qualis presbyter debeat Epiſt. 85. Euagrio.
ordinari, in conſequentib. diſſerens, hoc ait: *Si quis eſt ſine crimine, vnius vxoris vir*, & cætera: poſtea intulit. *Oporte. n. epiſcopum ſine crimine eſſe, tanquam Dei diſpenſatorem*. Idem eſt ergo presbyter, qui & epiſcopus, & antequam diaboli in- 1. Cor. 1. b
ſtinctu, ſtudia in religione fierent, & diceretur in populis: *Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ*: communi presbyterorum conſilio, eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam vero vnuſquiſque eos, quos baptizauerat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti: in toto orbe decretum eſt, vt vnus de presbyteris electus ſuperponeretur cæteris ad quem omnis eccleſiæ cura pertineret, & ſchiſmatum ſemina tollerentur. Putet aliquis non ſcripturarũ, ſed noſtram eſſe ſententiam, epiſcopum & presbyterum v- Philip. 1. a
num eſſe, & aliud ætatis, aliud eſſe nomen officii: relegat Apoſtoli ad Philippenſes verba dicentis: Paulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti, omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis, cum epiſcopis & diaconis, gratia vobis & pax, & reliqua. Philippi vna eſt vrbs Macedoniæ, & certè in vna ciuitate plures, vt nuncupantur epiſcopi eſſe non poterant. Sed quia eoſdem epiſcopos illo tempore quos & presbyteros appellabant, propterea indifferenter de epiſcopis quaſi de presbyteris eſt locutus. Adhuc hoc aliqui videatur ambiguum, niſi altero teſtimonio comprobetur. In Actibus Apoſtolorum ſcriptum eſt, quod cum veniſſet Apoſtolus Miletum, miſerit Epheſum, & vocauerit pres- Act. 20. e
byteros eccleſiæ eiuſdem, quibus poſtea inter cætera ſic locutus: *Attendite vobis, & omni gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos paſcere eccleſiam Domini, quam acquiſiuit per ſanguinem ſuum*. Et hoc diligentius obſeruate, quo modo vnius ciuitatis Epheſi presbyteros vocans, poſtea Heb. 13. a
eoſdem epiſcopos dixerit. Si quis vult recipere eam epiſtolam, quæ ſub nomine Pauli ad Hebræos ſcripta eſt, & ibi æqualiter inter plures eccleſiæ cura diuiditur. Siquidem

E

ad plebem ſcribit: Parete principib⁹ veſtris, & ſubiecti eſtote: ipſi enim ſunt qui vigilāt pro animabus veſtris, quaſi rationem reddentes, ne ſuſpirantes hoc faciāt: Si quidam hoc vtile vobis eſt. Et Petrus qui ex fidei firmitate nomen accepit, in epiſtola ſua loquitur dicens: presbyteros ergo in vobis obſecro compresbyter, & teſtis Chriſti paſſionum, qui & eius gloriæ, quæ in futuro reuelāda eſt, ſocius ſum: Paſcite eum qui in vobis eſt gregem Domini, nō quaſi cum neceſſitate, ſed voluntarie. Hæc propterea, vt oſtenderemus apud veteres eoſdem fuiſſe presbyteros quos & epiſcopos: paulatim verò vt diſſenſionum plātaria euellerentur, ad vnum omnem ſolicitudinem eſſe delatam. Sicut ergo presbyteri ſciunt ſe ex eccleſiæ conſuetudine, ei qui ſibi præpoſitus fuerit eſſe ſubiectos, ita epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine quam diſpoſitionis dominicæ veritate, presbyteris eſſe maiores, & in commune debere eccleſiam regere, imitantes Moyſen: qui cum haberet in poteſtate ſolus præeſſe populo Iſrael ſeptuaginta elegit, cum quibus populum iudicaret. Videamus igitur qualis presbyter ſiue epiſcopus ordinandus ſit. 1.Pet.5.a Num.11.d

Si [a] quis eſt ſine crimine, vnius vxoris vir, filios habens fideles: non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos. Oportet [b] enim epiſcopum ſine crimine eſſe, tanquam Dei diſpenſatorem: non proteruum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri appetitorem: Sed

a ¶ *Si quis eſt ſine crimine, vnius vxoris, &c.*] Primùm itaq; ſine crimine ſit: quod puto alio verbo ad Timotheum irreprehenſibilem nominatum: non quòd eo tantùm tempore, quo ordinandus eſt, ſine vllo ſit crimine, & præteritas maculas noua conuerſatione diluerit: ſed ea eo tépore quo in Chriſto renatus eſt, nulla peccati cōſcientia remordeatur. Quomodo enim poteſt præſes Eccleſiæ auferre malum de medio eius, qui in delicto ſimili corruerit? Aut qua libertate corripere peccantem, cum tacitus ſibi ipſe reſpondeat, eadem admiſiſſe, quæ corripit? Itaque qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Opus inquit, non honorem, non gloriam. *Oportet autē illum & teſtimoniū habere bonum ab his qui foris ſunt: vt non in opprobriū incidat, & in laqueū diaboli.* [illegible] 1.Tim.3.a

F Quod autem ait, vnius vxoris vir: ſic intelligere debemus, vt non omnem monogamum digamo putemus eſſe meliorem: ſed quo is poſſit ad monogamiam & cōtinentiam cohortari, qui ſui exemplum præferat in docendo. Eſto quippe aliquem adoleſcentulum coniugem perdidiſſe, & carnis neceſſitate ſuperatum, accepiſſe vxorem ſecundam quam & ipſam ſtatim amiſerit, & deinceps vixerit continenter: alium verò vſque ad ſenectam habuiſſe matrimonium & vxoris vſum, & vt plerique exiſtimant felicitatem, nunquam à carnis opere ceſſaſſe: quis vobis è duobus videtur eſſe melior, pudicitior, continentior? Vtique ille qui infelix etiam in ſecundo matrimonio fuit, & poſtea pudicè & ſanctè conuerſatus eſt. & non is qui ab vxoris amplexu nec ſenili eſt ſeparatus ætate. Non ſibi ergo applaudat, quicunque quaſi monogamus eligitur, quod omni digamo ſit melior: cum in eo magis ſit electa felicitas quàm voluntas. Quidam de hoc loco ita ſentiunt: Iudaicæ (inquiunt) conſuetudinis fuit vel binas vxores habere, vel plures: quod etiam in veteri lege de Abraham & Iacob legimus: & hoc nunc volunt eſſe præceptum, ne is qui epiſcopus eligendus eſt, vno tempore duas pariter habeat vxores. Multi ſuperſtitioſius magis quàm verius, etiam eos qui cum gentiles fuerint, & vnam vxorem habuerint (qua amiſſa, poſt baptiſmum Chriſti alteram duxerint) putant in ſacerdotio non legendos: cum vtiq; ſi hoc obſeruandum ſit, illi magis ab epiſcopatu arceri debeant, qui vagam per meretrices ante exercentes libidinem, vnam regenerati vxorem acceperint, & multò deteſtabilius ſit fornicatum eſſe cum pluribus, quàm digamum reperiri: quia in alio infelicitas matrimonij eſt, in alio ad peccandum prona laſciuia. Montanus, & qui Nouati ſchiſma ſectantur, nomē ſibi munditiæ præſumpſere: putārque ſecunda matrimonia ab eccleſiæ cōmunione prohibenda: cum Apoſtolus de epiſcopis & presbyteris hoc præcipiens, vtique in cæteris relaxauit: nō quod hortetur ad ſecunda matrimonia, ſed quod neceſſitati carnis indulgeat. Scripſit & Tertullianus de Monogamia librum hæreticum: quem Apoſtolo contraire, nemo qui Apoſtolum legerit, ignorabit: Et quidem eſſe ſine crimine epiſcopum ſiue presbyterum, & vnam vxorem habere, in noſtra eſt poteſtate. Cæterùm illud quod ſequitur: habere filios fideles, non in accuſatione luxuriæ, ac non ſubditos, extra noſtram eſt voluntatem. Eſto quippe parentes bene inſtituiſſe liberos ſuos, & à prima ætate ſemper dominicis erudiſſe præceptis, hi ſi poſtea ſe luxuriæ dederint, & ſuperati vitiis, libidini frena permiſerint: nunquid culpa ad parentes redundabit, & ſanctitatem patris, filii peccata maculabūt? Si quis bene erudiuit filios ſuos, in his puto fuiſſe & Iſaac: qui vtique Eſau filium ſuum bene inſtituiſſe credendus eſt. Verū Eſau fornicarius & prophanus, & pro vna eſca vendidit primogenita ſua. Samuel quoque, qui talis fuit, vt inuocaret Dominum, & Dominus exaudiret eum, & in tempore meſſis pluuiam hyemis impetraret, habuit filios qui declinauerunt poſt auaritiam, & accipiebant munera, & tam iniqui iudices exterunt, vt populus nequaquam ferens, regem ſibi in ſimilitudinem cæterarum gētium poſtularet. Ergo ſi electio ſacerdotum fieret, & Iſaac propter Eſau, & Samuel propter filios ſuos indigni ſacerdotio putarétur. Et cum peccata parentum filiis non imputentur, nequaquam iam illa vigente ſentétia, parentes vuam acerbam comederunt, & dentes filiorū obſtupuerunt, filiorum vitia parentibus præiudicabunt? Primum itaque dicendum eſt, quod tam ſanctum nomen ſit ſacerdotij, vt nobis etiam ea quæ extra nos ſunt poſita reputentur: non quo propter vitia noſtra epiſcopi non fiamus, ſed quod propter filiorum incontinentiam ab hoc gradu arcendi ſimus. Qua enim libertate poſſumus alienos filios corripere, & docere quæ recta ſunt: cum nobis ſtatim poſſit qui fuerit correptus ingerere: ante doce filios tuos. Aut qua fronte extraneum corripio fornicanté, cum mihi conſcientia mea ipſa reſpondeat. Exhæreda ergo fornicantem filium: abiice filios tuos vitiis ſeruientes. Cum autem nequam filius in vna tecū conuiuat domo, tu audes de alterius oculo feſtucam detrahere, in tuo trabem non vidés? Non itaque iuſtus polluitur ex filiorum vitiis: ſed libertas ab Apoſtolo eccleſiæ principi reſeruatur, vt talis fiat qui non timeat propter vitia liberorū extraneos reprehendere. Deinde etiam illud eſt inferendum, aduerſum eos qui de epiſcopatu intumeſcunt, & putant ſe non diſpenſationem Chriſti, ſed imperium cōſecutos, quia non ſtatim omnibus his meliores ſint, quicunque epiſcopi non fuerint ordinati, & ex eo quod electi ſunt, ipſi ſe magis exiſtiment comprobatos: ſed intelligant propterea quoſdā à ſacerdotio remotos, quia eos vitia liberorum impedierint. Si autem peccata filiorum iuſtum ab epiſcopatu prohibent, quanto magis vnuſquiſq; ſe conſiderans, & ſciens, quia potentes potenter tormenta patientur, retrahent ſe ab hoc nō tam honore quàm onere, & aliorum locum qui magis digni ſunt non ambiet occupare. Ad extremum hoc dicēdum eſt, in ſcripturis per filios λογισμούς, id eſt, cogitationes, per filias verò, πράξεις id eſt, opera intelligi: & eum nunc præcipi debere epiſcopum fieri, qui & cogitationes & opera in ſua habeat poteſtate, & vere credat in Chriſto, & nulla ſubrepentium vitiorum labe maculetur.

G Gen.25.d 1.Reg.12.d Ezec.18.a

H c.8. illud inferendum x.q.r. Sap.6.a

b ¶ *Oportet enim epiſcopū ſine crimine eſſe, tanquā Dei diſpenſatorem.*] Quæritur ergo inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur, & non comedēs & bibens cum ebrioſis, percutiat ſeruos & ancillas, ſed incertum Dei expectet aduentum, & det conſeruis in tempore cibaria. Inter villicum autem & familiam hæc ſola diſtantia eſt: quod conſeruus præpoſitus eſt conſeruis ſuis. ſciat itaque epiſcopus & presbyter, ſibi populum conſeruum eſſe, non ſeruum. Cætera quæ ſequuntur, in nobis poſita ſunt. Non proteruum, id eſt, non tumentem & placentem ſibi quod epiſcopus ſit: ſed quaſi bonum villicum, id requirentem, quod pluribus proſit. Non iracundum. Iracundus eſt, qui ſemper iraſcitur, & ad leuem reſponſionis auram atque peccati, quaſi à vento folium commouetur. Et re vera nihil eſt fœdius præceptore furioſo: qui cum debeat eſſe manſuetus (& ſecundum illud quod ſcriptum eſt: *Seruum autem domini non oportet rixari: ſed humilem eſſe ad omnes, doctorem, patientem, in manſuetudine erudientem eos qui contra veniunt*) Ille à 1.Cor.4.a. Mat.24.d 2.Tim.2.d

A diuerſo toruo vultu, trementibus labiis, rugata fronte, effrenatis conuiciis faciem inter pallorum ſuboremque variata, clamore perſtrepat, & errantes non tam ad bonum retrahat, quàm ad malũ ſua ſæuitia præcipitet. Inde eſt quod & Salomon ait: Ira perdit etiam ſapientes. Et, *ira viri iuſtitiam Dei non operatur.* Neque vero qui aliquando iraſcitur, iracundus eſt: ſed ille dicitur iracundus, qui crebrò hac paſſione ſuperatur. Prohibet quoque Epiſcopum eſſe vinolentum, de quo ad Timotheum ſcribitur: non multo vino deditum. Quale eſt autem epiſcopum videre vinolentum: vt cenſu occupato, vel exaltet riſum contra grauitatis decorem, & labiis diſſolutis cachinnet: vel ſi paululum triſtis cuiuſdam rei fuerit recordatus, inter pocula in ſingultus prorumpat & lacrymas. Longum eſt ire per ſingula, & inſanias, quas ebrietas ſuggerit, explicare. Videas alios pocula in tela vertentes, ſcyphum in faciem iacere conuiuæ: alios ſciſſis veſtibus in vulnera aliena proruere: alios clamare, alios dormitare: qui plus biberit, fortior computatur: accuſationis occaſio eſt, adiuratum per regem frequentius non bibiſſe. Vomunt vt bibant: bibunt vt vomant. Digeſtio ventris & gutturis, vno occupantur officio: Hoc nunc dixiſſe ſufficiat, quod ſecundum Apoſtolum, in vino luxuria eſt, & vbicunque ſaturitas, atque ebrietas fuerint, ibi libido dominetur. Specta ventrem & genitalia, pro qualitate vitiorum ordo membrorum. Nunquam ego ebrium caſtum putabo, qui & ſi vino conſopitus dormierit, tamen potuit peccare per vinum. Miramur autem Apoſtolum in epiſcopis ſiue presbyteris damnaſſe vinolentiam, cũ in veteri quoque lege præceptum ſit. Sacerdotes cum ingrediuntur templum miniſtrare Deo, vinum omnino non bibere: & Nazaræum, quàm diu ſanctam comam nutriat, & nihil contaminatum, nihil mortale conſpiciat, & à vino abſtinere, & ab vua paſſa & à delicatiori quæ ſolet ex vinaceis fieri potione, omnique ſicera, quæ mentem ab integra ſanitate peruertit. Dicat quiſque quod volet, ego loquor conſcientiam meam: ſcio mihi abſtinentiam, & nocuiſſe intermiſſam, & profuiſſe repetitam. Poſt vinolentiam autem hoc præcipit, ne percuſſor ſit: quod quidem & ſimpliciter intellectum ædificat audientem, ne facilè manum porrigat ad cædendum, ne in os alterius verberandum, inſanos erumpat. Melius autem eſt, vt non percuſſorem illum dicamus eſſe, qui manſuetus & patiens, ſcit in tempore quid loquendum ſit quidve tacendum: nec ſermone inutili, conſcientiam percutit infirmorum. Non enim Apoſtolus Eccleſiæ principem formans, vetat eſſe pugilem, & pancraſtem, quod etiam in plebeio & quocunque gentili ſi fuerit, reprehenditur: ſed hoc vt dixi: ne contumelioſus & garrulus perdat eum, quem potuit modeſtia & lenitate corrigere. Turpis quoque lucri appetitus ab eo qui epiſcopus futurus eſt, eſſe debet alienus. Sunt enim multi *docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia: qui totas domos ſubuertunt, & putant quæſtũ eſſe pietatẽ.* Melior autem eſt iuxta Salomonem, modica acceptio cum iuſtitia, quàm multa genimina cum iniquitate: & magis eligendum in paupertate nomen bonum, quàm in diuitiis nomen peſſimum. Epiſcopus qui imitator Apoſtoli eſſe cupit, habens victum & veſtitum, his tantùm debet eſſe contentus. *Qui altario ſeruierint, de altario viuant.* Viuant, inquit, non diuites fiant. Vnde & æs nobis excutitur de zona, & vna tantùm tunica induimur, nec de craſtino cogitamus. Turpis lucri appetitio, eſt plus quàm de præſentibus cogitare. Huc uſque quid non debeat habere epiſcopus ſiue presbyter, Apoſtoli ſermone præceptum eſt: nunc è contrario quid habere debeat, explicatur.

Prou. 14. d
Eu. 70
Iacob. 1. a
1. Tim. 3. a
Ephes. 5. d
Leuit. 10. b
Num. 6. a
B
Inf. eod
Prou. 16. b
Sec. 70.
1. Tim. 6. b
1. Cor. 9. b
Mat. 10. b

Sed [a] hoſpitalem, bonorum amatorem, caſtum, iuſtum, ſanctum, continentem, ſiue abſtinẽtem, obtinentem eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, vt potens ſit conſolari in doctrina ſana, & contradicentes arguere.

Sunt

b ¶ *Sed hoſpitalem*, &c.] Ante omnia hoſpitalitas futuro epiſcopo denunciatur. Si enim omnes illud de Euangelio audire deſiderant: Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me: quanto magis epiſcopus, cuius domus, omnium commune eſſe debet hoſpitium? Laicus enim vnum aut duos, aut paucos recipiens implebit hoſpitalitatis officium. Epiſcopus niſi omnes receperit, inhumanus eſt. Sed vereor ne quomodo regina Auſtri veniens à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, iudicatura eſt homines temporis ſui: Et viri Niniuitæ acta pœnitentia ad prædicationem Ionæ, condemnabunt eos qui maiorem Iona Saluatorem audire cõtempſerunt. Sic plurimi in populis epiſcopos iudicent, ſubtrahentes ſe ab eccleſiaſtico gradu, & ea quæ epiſcopo non conueniunt exercentes, de quibus puto & Ioannem ad Gaium ſcribere. *Chariſſime fideliter facis, quodcunque operaris in fratribus, & hoc peregrinis, qui teſtimonium dederunt dilectioni tuæ coram eccleſia, quos optime facis, ſi præmiſeris* Deo *digne: pro nomine enim Domini exierũt, nihil accipientes à gentilibus.* Et vere ſancto Spiritu in ſe loquente, quod futurum erat in eccleſiis, iam tunc reprehẽdit dicens: *Scripſi etiam eccleſiæ, ſed qui primatus agere cupit eorũ Diotrephes, non recipit nos. Propterea cum venero, admonebo eius opera quæ facit, malis verbis detrahens de nobis, & non ſufficit ei quod ipſe nõ recipit fratres, ſed & volentes prohibet, & de eccleſia eiicit.* Vere nunc eſt cernere quod prædictum eſt in pleriſque vrbibus, epiſcopos ſiue presbyteros ſi laicos viderint hoſpitales, amatores bonorum, inuidere, fremere, excommunicare, de eccleſia expellere, quaſi non liceat facere quod epiſcopus non faciat, & tales eſſe laicos damnatio ſacerdotum ſit. Graues itaque eos habent, & quaſi ceruicibus ſuis impoſitos, vt à bono abducant opere, variis perſecutionibus inquietant. Sit autem epiſcopus & pudicus, quem Græci σώφρονα vocant, & Latinus interpres verbi ambiguitate deceptus, pro pudico prudentem tranſtulit. Si autem laicis imperatur vt propter orationem abſtineant ſe ab vxorum coitu: quid de epiſcopo ſentiendum eſt, qui quotidie pro ſuis populique peccatis illibatas Deo oblaturus eſt victimas? Relegamus Regum libros, & inueniemus ſacerdotem Abimelech de panibus propoſitionis noluiſſe prius dare Dauid & pueris eius, niſi interrogaret, verum mundi eſſent pueri à muliere, non vtique aliena, ſed coniuge. Et niſi eos audiſſet ab heri & nudiuſtertius vacaſſe ab opere coniugali, nequaquam panes, quos prius negauerat conceſſiſſet. Tantum intereſt inter propoſitionis panes & corpus Chriſti, quantum inter vmbram & corpora, inter imaginem & veritatem, inter exemplaria futurorum, & ea ipſa quæ per exemplaria præfigurabantur. Quomodo itaque manſuetudo, patientia, ſobrietas, moderatio, abſtinentia lucri, hoſpitalitas quoque & benignitas, præcipue eſſe debent in epiſcopo, & inter cunctos laicos eminentia: ſic & caſtitas propria, & (vt ita dixerim) pudicitia ſacerdotalis, vt non ſolum ab opere ſe immundo abſtineat, ſed etiam à iactu oculi, & cogitationis errore mens Chriſti corpus confectura ſit libera. Iuſtus quoque & ſanctus epiſcopus eſſe debet, vt iuſtitiam in populis, quibus præeſt exerceat, reddens vnicuique quod meretur: nec accipiat perſonam in iudicio. Inter laici autem & epiſcopi iuſtitiam hoc intereſt: quod laicus poteſt apparere iuſtus in paucis: epiſcopus vero in tot exercere iuſtitiam poteſt, quod & ſubditos habet. Sanctus autem quod Græce ἅγιος dicitur, magis id ſignificat, cum ipſa ſanctitas eſt mixta pietati, & ad Deum refertur. Quem enim nos ſanctum, Græci ἅγιον vocant: quem autem illi ὅσιον, nos pium in Deum poſſumus appellare. Sit quoque epiſcopus & abſtinens, non tantum (vt quidam putant) à libidine & ab vxoris amplexu, ſed ab omnibus animi perturbationibus, ne ad iracundiam concitetur, ne illum triſtitia deiiciat, ne terror exagitet, ne lætitia immoderata ſuſtollat. Abſtinentia autem in fructibus ſpiritus, ab Apoſtolo numerata eſt. Et ſi exigitur ab omnibus, quanto magis ab epiſcopo, qui patiens & manſuetus debet vitia ferre peccantium: conſolari puſillanimes: ſuſtentare infirmos: nulli malum pro malo reddere, ſed vincere in bono malum? Ad extremum obtineat eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt quomodo ſermo Dei fidelis eſt, *& omni acceptione dignus*, ſic & ille talem ſe præbeat: vt omne quod loquitur, fide dignum exiſtimetur, &

verb

Matt. 25. c
Cap. vereor. 1. q. 2
C
Matt. 12. d
Ioan. 3. b
1. Cor. 7. a
1. Reg. 21. b
D
Gal. 5. e
1. Petr. 3. b
1. Tim. 1. a

A verba ipſius ſint regula veritatis. Potens quoque ſit eos, qui ſæculi iſtius turbinibus exagitantur, conſolari, & per ſanam doctrinam infirma præcepta deſtruere. Sana autem doctrina dicitur ad diſtinctionem languidæ infirmæque doctrinæ. Talis quoque ſit, vt contradicentes arguat hæreticos, ſiue Iudæos, & ſæculi iſtius ſapientes.

Sunt ᵃ enim multi & non ſubditi, vaniloqui, & mentium deceptores, maxime qui de circunciſione ſunt, quibus oportet ſilentium indici qui vniuerſas ſubuertunt domos, docentes quæ nõ oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidã ex illis proprius eorum propheta: Cretenses ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Teſtimonium hoc verum eſt ob quam cauſam increpa illos

Et ſuperiora quidem, quæ in epiſcopi virtutibus poſuit, ad vitam pertinent. Hoc vero quod ait: vt potens ſit conſolari in doctrina ſua, & contradicentes arguere, referendum eſt ad ſcientiam. Quia ſi epiſcopi tantum ſit ſancta vita, ſibi poteſt prodeſſe ſic viuens. Porro ſi & doctrina & ſermone fuerit eruditus, poteſt ſe, cæteroſque inſtruere: & non ſolum inſtruere & docere ſuos, ſed & aduerſarios repercutere, qui niſi refutati fuerint atque conuicti, facile queunt ſimplicium corda peruertere. Hic locus aduerſus eos facit, qui inertiæ ſe & otio & ſomno dãtes, putant peccatum eſſe ſi ſcripturas legerint, & eos qui in lege Domini meditantur die ac nocte, quaſi garrulos, inutileſque contemnunt, non animaduertentes Apoſtolum poſt catalogum cõuerſationis epiſcopi, etiam doctrinam ſimiliter pręcepiſſe.

a ¶ *Sunt enim multi*, &c.] Qui eccleſiæ futurus eſt princeps, habeat eloquentiam cum vitæ integritate ſociatam, ne opera abſque ſermone ſint tacita, & dicta factis deficientibus erubeſcant, maxime cum ſint non pauci, ſed plures: nec ſubditi, ſed proterui, qui non curent illud Pſalmiſtæ dicere: *Nõne ſubiecta eſt Deo anima mea?* Sed bonarum mentium ſemẽrem, quæ naturaliter habet notitiam Dei, inani perſuaſione

Pſal. 61. a

peruertant. Hoc quippe mihi Paulus videtur ſenſiſſe, cum dicit φρεναπάται non vt ſimpliciter Latinus interpres trãſtulit, deceptores, ſed mentium deceptores. Et quidem ſine

B ſcripturarum auctoritate garrulitas non haberet fidem, niſi viderentur peruerſam doctrinam etiam diuinis teſtimoniis roborare. Hi ſunt de circunciſione Iudæi, qui tunc temporis naſcentem Chriſti eccleſiam ſubuertere nitebantur, & introducere præcepta legalia: de quibus & ad Romanos & ad Galatas plenius Paulus exequitur. Et nos ante paucos menſes, tria volumina in epiſtolæ ad Galatas explanatione dictauimus. Tales homines doctor eccleſiæ, cui animæ populorum creditæ ſunt ſcripturarum debet ratione ſuperare, & ſilentium illis teſtimoniorum pondere imponere: qui non vnam aut paucas domos, ſed vniuerſas cum dominis familiiſque ſubuertunt: docentes de ciborum differentiis, de ſabbathi iam olim abolitione, de circunciſionis iniuria: atque vtinam hoc ipſum zelo fidei facerent, ex parte aliqua poſſet ignoſci dicente Apoſtolo: *Confiteor, Zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam.* Verum quia Deus eſt venter ipſorum,

Rom. 10. a

turpis lucri gratia volunt proprios facere diſcipulos: vt quaſi magiſtri à ſectatoribus ſuis alantur. Poſſumus autem & aliter interpretari hoc quod dictum eſt, turpis lucri gratia: vt putemus Apoſtolum communi verbo vſum, quo omnes hæretici cum peruerſa docent, ſe hominum ſolent aſſerere lucratores: cum non lucrum ſit, ſed perditio animas interficere deceptorum. Contra qui errantem fratrem ſuum iuxta Euangelium corripuerit: ſi fuerit ille conuerſus, lucratus eſt eum: Quod enim maius lucrum poteſt eſſe: aut quid pretioſius, quam ſi humanam animam quis lucretur? Omnis igitur doctor eccleſiæ, qui ad fidem Chriſti recta ratione perſuadet, honeſtus lucrator eſt. Et omnis hæreticus, qui quibuſdam præſtigiis homines fallit & fallitur, loquitur quæ non oportet, turpis lucri gratia.

Mat. 18. b

a ¶ *Dixit quidam ex illis proprius eorum propheta*, &c.] Quantum ad textum ſermonis, & ad continentiam loci pertinet, hoc quod ait: *Dixit quidam ex illis proprius eorum propheta*, videtur ad eos referri, de quibus ſuperius eſt locutus: maximè qui de circunciſione ſunt, quos oportet refrenari: qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes, quæ non oportet turpis lucri gratia, vt ſequatur: dixit quidam ex illis proprius eorum propheta. Quia vero in nullo prophetarum, qui apud Iudæam vaticinati ſunt, hic hexameter

C verſiculus reperitur: videtur mihi dupliciter legendum: vt hoc quod ait: *Dixit quidam ex illis proprius eorũ propheta*, cũ ſuperioribus copuletur: huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deerant, corrigeres, & ſequatur: dixit quidam ex illis proprius eorum propheta id eſt, Cretenſium. Sed quia multa in medio ſunt, & hoc abſurdum videtur, & forte nemo recipiat: propterea cũ ſuperioribus, quæ magis vicina ſunt, aliter aptandum eſt, vt legamus: Sunt enim multi & non ſubditi, vaniloqui, & mentium deceptores: maxime autem qui de circunciſione ſunt: quos multos, & non ſubditos, vaniloquos, & mentium deceptores, cum his qui ex circumciſione ſunt, oportet refrenari, qui vniuerſas domos ſubuertunt: docentes quæ non oportet turpis lucri gratia: dixit quidam ex illis proprius eorum propheta: vt id quod ait, *proprius eorum propheta*: nõ ſpecialiter ad Iudæos, & eos maxime qui de circuncisione ſunt, ſed ad multos referatur, qui non ſubditi ſunt, & vaniloqui, & mentium deceptores, qui vtique, quia in Creta erant, Cretenſes fuiſſe credendi ſunt. Dicitur autem iſte verſiculus in Epimenidis Cretenſis Poëtæ oraculis reperiri: quem in præſentiarum, ſine illudens prophetam vocauit (quod ſcilicet tales Chriſtiani, tales habere mereantur prophetas: quomodo & prophetæ erant Baal, & prophetæ confuſionis, & alij offenſionum, & quoſcũque vitioſos prophetas ſcriptura commemorat:) Siue verè, quia de oraculis ſcripſerit atque reſponſis, quæ & ipſa futura prænuncient, & ea quæ ventura ſunt multo ante prædicant. Denique ipſe liber, oraculorũ titulo prænotatur: quem quia videbatur diuinum aliquid repromittere: propterea Apoſtolum arbitror inſpexiſſe, vt videret quid gentilium diuinatio polliceretur, & in tempore abuſum eſſe verſiculo, ſcribentem ad Titum qui erat Cretæ, vt falſos Cretenſium doctores, proprio inſulæ doctore conuinceret.

κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί,

a

D Hoc autem Paulus non ſolum in hoc loco, ſed etiam in aliis feciſſe deprehenditur. In actibus quippe Apoſtolorum, cum concionaretur ad populum, & in Areopago, quæ eſt curia Athenienſium diſputaret, inter cætera ait: Sicut & quidam de veſtris poëtis dixerũt. *Ipſius enim & gen⁹ ſumus*: quod hemiſtichium in Phænomenis Arati legitur, quem Cicero in Latinum ſermonem trãſtulit, & Germanicus Cæſar, & nuper Auienus, & multi, quos enumerare perlongum eſt. Ad Corinthios quoque, qui & ipſi Attica facundia expoliti, & propter locorum viciniam Athenienſium ſapore conditi ſunt: de Menandri comœdia verſum ſumpſit iambicum: *Corrũpunt mores bonos colloquia mala*. Nec mirum ſi pro opportunitate temporis, gentilium poëtarum verſibus abutatur: cum etiam de inſcriptione aræ aliqua commutans, ad Athenienſes locutus ſit: Pertranſiens enim (inquit) & contemplans culturas veſtras, inueni & aram in qua ſuperſcriptũ eſt: *Ignoto Deo*. Quod itaque ignorantes colitis, hoc ergo annuncio vobis. Inſcriptio autẽ aræ non ita erat vt Paulus aſſeruit, ignoto Deo: ſed ita: *Diis Aſiæ & Europæ, & Aphricæ, diis ignotis & peregrinis*. Verum quia Paulus non pluribus diis indigebat ignotis, ſed vno tantùm ignoto Deo, ſingulari verbo vſus eſt: vt doceret illum ſuum eſſe Deum, quem Athenienſes in aræ titulo prænotaſſent, & rectè eum ſcientes, colere deberent, quẽ ignorantes venerabantur, & neſcire non poterant. Hoc autẽ Paulus faciebat raro, & vt loci potius quàm oſtentationis opportunitas exigebat, in morem apium, quæ de diuerſis floribus ſolent mella componere, & fauorum cellulas coaptare. Sunt qui putent hunc verſum de Callimacho Cyrenenſi poëta ſumptum, & aliqua ex parte non errant. Siquidem & ipſe in laudibus Iouis aduerſus Cretenſes ſcriptitans: qui ſepulcrum eius ſe oſtendere gloriabantur, ait: *Cretenſes ſemper mendaces: qui & ſepulcrum eius ſacrilega mente fabricati ſunt*. Verum (vt ſupra diximus) integer verſus de Epimenide poëta ab Apoſtolo ſumptus eſt, & eius Callimachus in ſuo poëmate eſt vſus exordio. Siue vulgare prouerbium, quo Cretenſes fallaces appellabantur, ſine furto alieni operis in metrum re-

Act. 17. a

τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

1 Cor. 15. d

φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί.

ἀγνώστῳ θεῷ.

E

tulit. Putant quidam Apoſtolum reprehendendum, quod imprudenter lapſus ſit, & dum falſos doctores arguit, illum verſiculum comprobarit, quod propterea Cretenſes dicunt eſſe fallaces, quod Iouis ſepulcrum inane conſtruxerint. Si enim, inquiunt, Epimenides, ſiue Callimachus propterea Cretenſes fallaces, & malas beſtias arguunt, & ventres pigros, quod diuina non ſentiant, & Iouem qui regnet in cælo, in ſua inſula fingant ſepultum, & hoc quod illi dixerunt, eſſe verum, Apoſtoli ſententia comprobatur: ſequitur Iouem non mortuum eſſe, ſed viuum. Imperite igitur Paulus idololatriæ deſtructor, dum aduerſus peruerſos doctores agit, deos quos impugnabat, aſſeruit. Quibus breuiter reſpondendum eſt, ſicut in eo quod ait: *Corrumpunt mores bonos colloquia praua.* Et in illo: *Ipſius enim & genus ſumus*: non ſtatim totã Menandri Comœdiam, & Arati librum probauit, ſed opportunitate verſiculi abuſus eſt: ita & in præſenti loco non totum opus Callimachi, ſiue Epimenidis, quorum alter laudes Iouis canit, alter de oraculis ſcriptitat, per vnũ verſiculum confirmauit: ſed Cretenſes tantum mendaces vitio gentis increpauit, non ob illam opinionem, qua ſunt arguti à poëtis, ſed ob ingentem mentiendi facilitatem, de proprio eos gentis auctore confotans. Qui autem putant totum librum debere ſequi

Iude d. eum qui libri parte vſus ſit, videntur mihi & apocryphum Enochi, de quo Apoſtolus Iudas in epiſtola ſua teſtimonium poſuit, inter eccleſiæ ſcripturas recipere, & multa alia quæ Apoſtolus Paulus de reconditis eſt locutus. Poſſumus enim hoc argumento dicere: quia apud Athenienſes: ignotum Deum colere ſe dixit, quem illi in ara annotauerant, debere Paulum & cætera quæ in ara ſcripta fuerant ſequi, & ea quæ Athenienſes faciebant, facere: quia cum Athenienſibus in cultura ignoti Dei ex parte cõſenſerat. Abſit vt argu-

F

mentum & ſcholaſticam elegantiam in calumniam traham. Nemo eſt tam ſicarius, & tam parricida, tam veneficus, qui non aliquid boni aliquando fecerit. Ergo ſi vnum bonum illius videns probauero, & in cæteris mihi incumbet neceſſitas, quæ mala fuerint approbandi? Si inimicus aduerſus nos inſurgerit & clamitet, nonne inter verba ſimultatis & rixæ aliquid loquetur veritatis? quod & à nobis quoque aduerſus quos loquitur, non vſquequaque reprehenditur. Itaque & Callimachus & Epimenides non ideo vera dixerunt Iouem Deum eſſe, & reliqua quæ in eorum carminibus continentur, quia Cretenſes fallaces ſunt: ſed in eo tantummodo verum locuti ſunt, quia ingenitum Cretenſium vinum expreſſere mendacij, qui quia fallaces ſunt, non ſtatim & verum non aliquando dixerunt. Nec enim Iupiter Deus idcirco non eſſet, ſi Cretenſes vera loquerentur: ſed illis tacentibus, qui mortuus erat, Dei vocabulum non haberet. Denique vt ſciamus Apoſtolum non fortuito, & vt liber tranſitoriè (vt illi arbitrantur) ſed conſiderate & circumſpecte, & ex omni parte ſe protegentem aduerſus Cretenſes locutum: *Teſtimonium* (inquit) *hoc verũ eſt*: non totum carmen de quo teſtimonium ſumptum, non vniuerſum opus, ſed tantum hoc teſtimonium, hic verſiculus, quo mendaces vocantur. Et vtique qui in vna tantum poëmatis parte conſenſit, cætera cunſuraſſe credendus eſt. Quomodo autem vel Cretenſes mendaces, & ſtulti Galatæ, vel dura ceruice Iſrael, vel vnaquæque prouincia proprio vitio denotetur, in epiſtola Pauli ad Galatas diſſeruimus. Et quia nihil amplius eſt quod hic poſſimus afferre, illo contenti ſumus. *Quamobrem, increpa*, ait, *illos acriter*. Mendaces quippe ſunt, & malæ beſtiæ, & vẽtres pigri, qui falſa perſuadent, qui ferarum ritu ſanguinem ſitiunt deceptorum, & non cum ſilentio operantes, ſuum panem manducant: quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum, & increpa vt ſani ſint in fide. De qua fidei ſanitate & in conſequentibus loquitur: *Senes ſobrios eſſe, honeſtos, pudicos, ſanos in fide, & charitate, & patientia*: ad quam fidei ſimilitudinem, doctrinæ quoque ſanitas appellatur. *Erit* (ait) *tempus quando ſanæ doctrinæ non acquieſcent.* Sunt & ſermones ſani-

1. Tim. 6. a tatis, de quibus ad Timotheum in prima epiſtola loqui-

G

tur: *Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ.* Et in ſecunda: *Exemplum habẽs ſanorum verborum, quæ à me audiſti.* 2. Tim. 1. d Qui hanc habent fidei & doctrinæ ſanitatem atque verborum, non attendent Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auerſantium ſe à veritate. Acquieſcamus paulisper Iudæis, & eorum qui apud eos ſapientes vocantur, patienter ineptias audiamus, & tunc intelligemus quæ ſint Iudaicæ fabulæ ſine auctoritate ſcripturæ, ſine vlla aſſertione rationis, anilia quædam & fabuloſa figmentium, de quibus Eſaias prophetauit dicens: *Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe eſt à me. Sine cauſa* Eſa. 29. d *autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.* Quod teſtimonium Saluator in Euangelio comprobans, arguit eos legi Dei mandata hominum prætuliſſe. Deus quippe ait: *Honora patrem & matrem.* Illi vero tradiderunt: quia Matt. 15. a quicunque dixerit patri & matri: Munus, quodcunque eſt ex me, tibi proderit: non honorificauit patrem ſuum & matrẽ. Si quis poſt aduentum Chriſti conciditur, & non circunciditur, Iudaicis ſeruit fabulis, & mandatis hominum auerſantium veritatem. *Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, ſed qui in occulto: & circumciſio cordis in ſpiritu, non litera.* Si quis paſcha agit non in azymis ſinceritatis & veritatis, vt exterminet ex anima ſua omne vetus fermentum malitiæ & nequitiæ, iſte attendit fabulas, & vmbras ſequitur, veritate neglecta. Si quis non reſurgens cum Chriſto, nec quærens ea quæ ſurſum ſunt, ſed quæ deorſum, dicit: *Ne tetigeris, ne* Col. 2. b *guſtaueris, ne tractaueris, quæ ſunt in corruptione ipſo vſu ſecundum præcepta & doctrinas hominum*, iſte ſequitur iuſtitias non bonas, & præcepta non bona. Vbi autem eſt veritas & lex ſpiritualis, ibi iuſtificationes bonæ, & præcepta ſunt optima, quæ qui fecerit, viuet in eis.

H

a ¶ *Omnia, &c.*] Quia ſuperius dixerat: Sunt enim multi, & non ſubditi, vaniloqui, & deceptores, maxime qui de circumciſione ſunt, & de his qui ab eis decepti fuerant, conſequenter addiderat: *Increpa illos acriter, vt ſani ſint in fide, non* Gal. 2. e *intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auerſantiũ* Rom. 14. a *veritatem.* Et quomodo ad Galatas & ad Romanos pleniſſime diſputatur, putabant inter cibos eſſe diſtantiam, cum aliqui mundi, aliqui viderentur immundi: propterea nunc in- 1. Tim. 4. b fert, *Omnia munda mundis*, his videlicet qui in Chriſto credunt, & ſciunt omnem creaturam bonam eſſe, *& nihil abiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum: quia polluta eſt eorum & mens & conſcientia*: propterea etiam quæ munda ſunt per naturam eis immunda fiunt. Non quod vel mundum ſit aliquid vel immundum: ſed pro qualitate veſcentium & mundum mundis, & immundum contaminatis fiat. Alioquin infideles quoſque atque pollutos, etiam panis benedictionis, & calix Dominicus non iuuat: quia qui indigne 1. Cor. 11. e comederit de pane illo, & de calice biberit, iudicium ſibi manducat & bibit. Aduentu Chriſti purgata ſunt omnia. Quæ ille mũdauit, nos communicare non poſſumus. Sed Act. 10. conſiderandum ne iſta tractantes, occaſionem illi hæreſi demus, quæ iuxta Apocalypſin, & ipſum quoque Apoſtolum Paulum ſcribentem ad Corinthios, putat de idolothytis eſ- Apoc. 2. f ſe veſcendum: quia omnia munda ſunt mundis. Nunc enim 1. Cor. 8. b Apoſtolo non fuit propoſitum de his quæ immolantur dæmonibus diſputare: ſed aduerſus Iudæos, qui ſecundum legis abolitæ diſciplinam, quædam munda, quædam arbitrabantur immunda. *Non enim* (inquit) *poſſumus menſæ Do-* 1. Cor. 10. e *mini participare, & menſæ dæmoniorum: nec valemus ſimul bibere calicem Domini, & calicem dæmoniorum.* In nobis itaque eſt comedere vel munda vel immunda. Si enim mundi ſumus, munda nobis eſt creatura. Si autem immundi & infideles, fiunt nobis vniuerſa communia, ſiue per inhabitantem in cordibus noſtris hæreſim, ſiue per conſcientiam delictorum. Porro ſi conſcientia noſtra nos non reprehenderit, & habuerimus fiduciam pietatis ad Dominum: orabimus ſpiritu, orabimus & mente: pſallemus ſpiritu, pſallemus & mente, & procul erimus ab his, de quibus nunc

illos acriter: vt ſani ſint in fide non attendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auerſãtium ſe à veritate. Omnia a munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum: ſed polluta eſt eorum & mens, & conſcientia. Con-

B

nunc ſcribitur: Polluta eſt eorum & mens & conſcientia.

a ¶ *Confitentur ſe noſſe*, &c.] Hi quorum polluta eſt mens & conſcientia, Deum ſe noſſe confitentur, factis autem negant: ſecundum illud quod in Eſaia dicitur: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.* [Eſa.29.d] Quomodo igitur labiis quis honorat, & & corde procul recedit: ita Deum ſermone quis confitens, operib. negat. Negans autem operibus Deum, confeſſione ſimulata, rectè execrabilis, & prophanus eſt, & nulla veritatis ratione perſuaſus, inobediens & incredulus appellatur. Vnde euenit vt ad omne opus bonum reprobus ſit, quod ſcilicet etiam ea quæ naturali bonitate ſuperatus fortè bona fecerit, non ſint bona, dum mentis peruerſitate ſunt reproba. Exiſtimant quidam in eo tantùm Deum negari, ſi in perſecutione quis à gentibus comprehenſus, ſe renuerit eſſe Chriſtianum. Sed ecce Apoſtolus omnibus quæ peruerſa ſunt factis, Deum aſſerit denegari. Chriſtus ſapientia eſt, iuſtitia, veritas, ſanctitas, fortitudo. Negatur per inſipientiam ſapientia, per iniquitatem iuſtitia, per mendacium veritas, per turpitudinem ſanctitas, per imbecillitatem animi fortitudo. Et quotieſcunque vincimur vitiis atque peccatis, totiens Deum negamus. Et econtrariò: quotiens bene quid agimus, Deum confitemur. Nec arbitrandum eſt in die iudicii illos tantùm à Dei filio denegandos, qui in martyrio, Chriſtum denegarunt. ſed per omnia opera, ſermones cogitationes Chriſtus vel negatus negat, vel confeſſus confitetur. De hac puto confeſſione & diſcipulis præcepit dicens: [Act.1.a] *Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad extremum terræ*: vt in omnibus bonis operibus [Ioan.2.c] atque ſermonibus mens Chriſtum ipſi dedita confiteatur. Eſt & quædam laudanda negatio, de qua & ipſe Apoſtolus ait: *Vt abnegantes impietatem, & ſecularia deſideria. caſte, & iuſte, & pie viuamus in præſenti ſeculo, expectantes beatam ſpem, & aduentum Saluatoris noſtri* Dei: quam negationem [Luc.9.c] qui negauerit, &: ſequi voluerit Saluatorem loquentem: Quicunque voluerit venire ad me, abneget ſemetipſum, exutus veterem hominem cum operibus eius, & indutus nouum, ſequetur Deum ſuum. Quomodo autem ſe quis abneget, contemplandum eſt. Pudicus fornicatorem, quod prius fuerat, negat: ſapiens imprudentem iuſtus iniuſtum, fortis infirmum. Et vt in commune de omnibus loquar, totiens negamus nos, quotiens priora vitia calcantes, deſinimus eſſe quod fuimus, & incipimus eſſe quod ante non fuimus.

F

Confitentur [a] ſe noſſe Deum, factis autem negant, execrabiles & inobedientes, & ad omne opus bonum reprobi.

CAPVT II.

TV [b] verò loquere quæ decet ſanam doctrinam. Senes [c] ſobrios eſſe, honeſtos, pudicos, ſanos, in fide & charitate, & patientia.

CAPVT II.

TVb *vero loquere*, &c.] Aliud eſt ſanam doctrinam loqui, aliud ea quæ ſanæ conueniunt docere doctrinæ: quia in altero ſimplex tantum inſtitutio eſt: in altero cum [Mat.5.e] eo quod doces, vitæ quoque correctio eſt. *Qui enim ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum*: Domino præcipiente diſcipulis, non ſolum in meditatione ſcripturarum eos laborare debere, vt quæ ſcripta ſunt, replicent & condant in memoriæ theſauro, ſed prius faciant quæ præcepta ſunt. Quicunque vero fecerit & docuerit, ille vocabitur magnus in regno [Mat.23.a] cælorum. Niſi enim ſupergreſſa fuerit noſtra iuſtitia ſcribarum iuſtitiam & phariſæorum, non poſſumus ingredi regna cælorum. Qui ſupra Moyſi cathedram ſedentes dicunt, & non faciunt, & alligant onera importabilia, quæ ceruicibus hominum imponunt, & ipſi minimo digito nolunt ea contingere. Hoc igitur nunc Apoſtolus Titum filium in Chriſto, & diſcipulum ſuum docet, vt ea loquatur quæ ſanæ doctrinæ conueniant: quia tunc doctrinæ ſit ſanitas, cum doctoris doctrina pariter & vita conſentiant.

c ¶ *Senes ſobrios eſſe, honeſtos, pudicos, ſanos in fide, & charitate, & patientia*, &c.] Generaliter Tito ante præcipiens quid ipſe loqui deberet ad cunctos, in eo quod ait: *Tu vero loquere quæ decet ſanam doctrinam*: nunc per ſingulas ſpecies quid vnamquamque ætatem deceat, exponit. Primum ſenibus viris conuenientia: deinde anus quid deceat: tertiò quæ adoleſcentibus apta ſint, tam maribus videlicet, quàm fœminis: licet in præcepto mulierum vetularum de adoleſcentibus fœminis mãdata ſubiecerit, vt non tam ipſe doceret adoleſcentulas, quàm quid à vetulis docerentur, exponeret. Extremo de ſeruis, & per ſingulas ætates, & cõditiones, ſic decenter præcepta cõſtituit: vt ſermo eius, vitæ morumque ſit regula. Senes igitur ſobrios eſſe præcipit ſiue vigilãtes: quia *νηφάλιος* apud Græcos vtrunque ſonat: honeſtos, vt ætatis grauitatem, morum grauitas decoret. Pudicos, ne in aliena ætate luxurient: ne iam frigido ad libidinem ſanguine, exemplo ſint adoleſcentibus ad ruinam. Sanos in fide: de fidei qua ſanitate ſupra diximus. Sanos autem non tantùm in fide, verum & in charitate & in patientia: vt cum primum fidei habuerint ſanitatem, audiant à Saluatore: *Fides tua te ſaluum fecit*. Et alibi: [Mat.10.g] *Neque in Iſrael tantã fidem inueni*. Et propter eandẽ fidei ſa- [Mat.8.b] nitatẽ, fiant filij Abrahæ, de quo ſcriptum eſt: *Credidit Abra-* [Gen.15.b] *ham Deo, & reputatũ eſt ei ad iuſtitiam*. Et Habacuc de hac fidei ſanitate commemorans ait: Iuſtus autẽ ex fide mea viuet. [Habac.2.a] Relege ad Hebræos epiſtolam Pauli Apoſtoli (ſiue cuiuſcunque alterius eam eſſe putas: quia iam inter eccleſiaſticas eſt recepta) totum illum catalogum fidei enumera, in [Heb.11] quo ſcriptũ eſt: *Fide maius ſacrificiũ Abel à Cain obtulit Deo*: & Enoch tranſlatus eſt ne videret mortem: & Noe de his quæ needum videbat, Deo credens, fabricatus eſt arcam: & Abraham in terram quam neſciebat, egreſſus eſt. Et ne videretur ſcriptura nullum mulieribus fidei exemplum dare, in eadem epiſtola ſcribitur: quia & Sara acceperit virtutem ad recipiendum ſemen alieno iam ætatis ſuæ tempore: quia fidelem eum qui repromiſerat, arbitrata eſt. Laudatur ibi fides Iſaac, & Iacob, & Ioſeph. Moyſi quoque & Rahab, & cæterorum, quos melius poteſt ſcire, qui ipſam epiſtolam legerit. Quomodo eſt igitur fidei ſanitas: ita eadem ſanitas & in charitate eſt. Quis autem ſanitatem poſſidet charitatis. niſi ille qui primum Deum dilexerit ex tota anima ſua, & ex toto corde ſuo, & ex totis viribus ſuis? Dein- [Mat.22.g] de Chriſti præceptum audiens in proximum: *Diliges proximũ tuum ſicut teipſum*, diuiſerit charitatẽ: quia *in his duobus* [Ibid.22.d] *mandatis pendet omnis lex & prophetæ*. Qui habet ſanitatem charitatis, non æmulatur, non inflatur, non agit perperam, [1.Cor.13.b] non inhoneſte, non ad iracundiam concitatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati: omnia ſuſtinet, omnia credit, omnia ſperat: omnia præſtolatur. Et quia *charitas nũquam excidit*: qui in charitatis eſt ſanitate, nunquam & ipſe corruit. Siquidem nec tri- [Rom.8.f] bulatio eum, nec anguſtia, nec fames, nec perſecutio, nec nuditas, nec periculum, nec gladius, ſeparare poterit à ſanitate charitatis quam habuerit in Chriſto Ieſu. Quid de gladio & cæteris minoribus loquar: quæ non poſſunt eum diuidere, qui ſanitatis poſſidet charitatem: cum nec mors, nec vita, nec angeli, nec principatus, nec præſentia, nec futura, nec fortitudo, nec altitudo, nec profundum, nec alia quælibet creatura poſſit ſeparare eum qui habet charitatem ſanitatis in Chriſto Ieſu? Si intellecta eſt à nobis ſanitas charitatis, de ſcriptoris aliquod ſumamus exẽplum, eorum qui in infirmitate ſunt charitatis. Ait Saluator de extremis tẽporibus: *Quia cum multiplicata fuerit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum*. [Mat.24.b] Calida quippe eſt charitas in his qui feruẽt in ſpiritu: frigens autem & glacialis & gelida, in his qui flatus aquilonis duriſſimos ſuſcepere. *Ab aquilone. n. exardeſcent mala ſuper omnes inhabitantes terram*. [Hier.1.c] De hoc frigore charitatis & Ammon in ſorore ſua Thamar obriguerat. Timen- [2.Reg.13.a] dum ergo ne forte & nos hac infirmitate charitatis aliquando ſuperemur. Nonnunquam enim euenit, vt primum à nobis in virginem ſiue in quamlibet fœminam ſit ſancta dilectio, & cum mollita mens fuerit in affectu, paulatim ſanitas charitatis languore palleſcat, & infirmari incipiat, & ad extremam mortem diligentem ferat, Vnde &

G

H

A Apoſtolus cautè & prudĕter Timotheo præcipit, vt exhortetur adoleſcentulas in omni caſtitate. Omnis autĕ caſtitas,
1.Tim.5.a in carne, & ſpiritu, & anima eſt ne ſcandalizetur oculus, ne in pulchritudine vultus fœminæ hærentes pendeamus: ne blanda nos audire verba delectet: ne ad ſimulatos ſermones mens prius dura marceſcat. Caueant ergo (vt diximus) tam iuuenes quàm ſenes: tam adoleſcentulæ, quàm vetulæ, & omni diligentia cuſtodiant cor ſuum: ne ſanitatem dilectionis, morbus charitatis introeat, & per amorem ſanctũ fiat non ſancta dilectio, quæ illos pertrahat ad gehennam. Qui ſanus eſt in fide, qui ſanus in charitate, ſanus quoque ſit in patientia, & patientia quæ maximè in tentationibus comprobatur: quia nihil prodeſt habuiſſe quæ ſupra enumerauimus, niſi omnes diuitiæ & mercimonia quibus onuſta nauis eſt, in tempeſtate ſeruentur, & perflantibus hincinde ventis, abſque naufragio ea quæ bene parta ſunt, liberentur.
Mat.10.c *Qui enim perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.*

cus, & virtus eius omnis contra feminas in vmbilico ventris eſt: deinde vt ament viros ſuos, diligant filios. Quæ doctrina eſt amare viros: cum hoc non in eloquio docentis, ſed in corde amantis ſit conſtitutum? Vult eas amare viros ſuos caſtè: vult inter virum & mulierem eſſe pudicam dilectionem: vt cum pudore & verecundia & quaſi neceſſitate ſexus, reddat potius debitum viro, quàm ipſa exigat ab eo, & opera liberorum ante oculos Dei, & Angelorum, perpetrare ſe credat: Ita ne illa erubeſcat etiam ſecretum cubile, & noctis tenebras, & clauſum cubiculum ſuum: cum omnia patere Dei oculis cogitarit. Filios autem ita diligunt, ſi eos in Dei erudiãt diſciplina. Cæterùm nolle eos contriſtare docendo quæ bona ſunt, & libertatem tribuere peccandi, non eſt amare filios, ſed odiſſe. Erudiantur quoque adoleſcentulæ, vt domus habeant diligentiam. Et quia poterat euenire, vt diligentia domus cum auſteritate regeretur, & per hoc Apoſtoli præceptum, matrona ſeuerior fieret in ſeruulos: ideo copulauit, benignas, vt tunc ſe crederet mariti bene domum regere, ſi cum benignitate imperet ſeruulis, non in terrore. Necnon & ſubditas viris ſuis: ne forte diuitiis & nobilitate perflatæ, Dei ſententiæ non meminerint: per quam ſubiectæ ſunt viris. Ait quippe ad mulierem: *Ad virum tuum conuerſio tua, & ipſe tui dominabitur.* Gen.3.d Sec.70. In quo ſanctæ Scripturæ conſideranda prudentia eſt: quia non viro hoc dominus ſit locutus, & dixerit: Dominaberis vxori tuæ, ſed ipſi mulieri: vt illi præmium relinqueret obſequelæ, dũ in poteſtate eius eſt, ſi Dei velit obedire præceptis, ſeruire viro & marito eſſe ſubiecta: vt quodammodo eſſe libera ſeruitus, & dilectione plena: ideo ſeruiens eſt viro, dum enim metuit offendere. *Etenim non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum.* D 1.Cor.11.b Et cum caput mulieris vir ſit: caput autem viri, Chriſtus: quæcunque vxor non ſubiicitur viro ſuo, hoc eſt, capiti ſuo: eiuſdem criminis rea eſt, cuius & vir ſi non ſubiiciatur Chriſto capiti ſuo. Verbum autem Domini blaſphematur: vel cum contemnitur Dei prima ſententia, & pro nihilo dicitur: Vel cũ Chriſti infamatur Euangelium: dum contra legem, fidemque naturæ, ea quæ Chriſtiana eſt, & ex Dei lege ſubiecta, viro imperare deſiderat: cum etiam gentiles feminæ viris ſuis ſeruiant communi lege naturæ.

C

tientia. Anus,[a] ſimiliter in habitu ſancto, nõ incentrices, non vino multo ſeruientes, bene docentes: vt ad caſtitatĕ erudiant adoleſcentulas: vt ament viros ſuos, vt amĕt filios: pudicas, caſtas, habentes domus diligĕtiã, benignas, ſubditas viris ſuis, vt verbũ Dei non blaſphemetur.[b] Iutienes ſimiliter exhortare vt pudici ſint in omnib[9]: teipſum exĕplum præbens bonorum operum: in doctrina, in integritate & caſtitate, in ſermone ſano & irreprehĕſibili: vt qui ex aduer-

1.Pet.3.a a ¶ *Anus ſimiliter, &c.*] Tametſi Apoſtolus Petrus præceperit: vt viri vxoribus ſuis, tanquam infirmiori vaſculo honorem tribuant: Non tamen arbitrandum eſt, quòd vxor quæ corporis vaſculum habet infirmum, ſtatim & anima infirmior ſit. Vnde dunc præcipitur eis: vt in ipſis quoque il-
2.Cor.12.e lud Apoſtoli compleatur: *Virtus in infirmitate perficitur*: & dicitur, vt & omnia habeant, quæ ſenibus viris, ſunt præcepta communiter, in eo ſcilicet quod ait: Anus ſimiliter, hoc eſt ita vt viri ſenes in omnibus honeſtæ, ſobriæ, pudicæ, ſanæ in fide & charitate, & patientia, & pro ſexu ſuo hoc habeant proprium: vt ſint in habitu ſancto: ſiue vt melius legi-
B tur in Græco ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς: vt ipſe quoque earũ inceſſus & motus, vultus, ſermo, ſilentium, quandã decoris ſacri præſerant dignitatem. Et quia hoc genus mulier-
2.Tim.3.b διαβόλους, culatum eſſe ſolet garrulum, iuxta illud: *Simul autem & otioſæ diſcunt circumire domos: non ſolum autem otioſæ, ſed & verboſæ & curioſæ, loquentes quæ nõ oportet*: propterea eas vult eſſe non incentrices: id eſt, non accuſatrices: non tales quæ vt aliis placeant, de aliis detrahant: Aut certè quia ipſe adoleſcentiam iam tranſgreſſæ ſunt, de adoleſcentularum ætatibus diſputent, & dicant: illa ſic ornatur: illa ſic comitur: ſic illa procedit: amat illum: amatur ab illo: cum etiam ſi hæc vera ſint, non tam apud cæteros debeant accuſare, quàm ipſam ſecretè Chriſti charitate corripere, & magis docere ne faciat, quàm in publico accuſare quod fecerit. Solent hæ ætates, quia corporis frixere luxuriam (licet ſint plurimæ, quæ nec canos ſuos erubeſcant, & ante gregem nepotum, trementes virgunculæ componantur) vino ſe dedere pro libidine, & cum inter pocula ſibi prudentes viſæ fuerint & facundæ: & morum quaſi auſteritatĕ aſſumere: loquentes hoc quod ſibi videntur eſſe, & non recordantes illud quod fuerunt. A vini ergo nimio potu anus prohibeantur: quoniam quod in adoleſcentibus libido, hoc in ſenibus ebrietas eſt, Aut quo modo poteſt docere anus adoleſcentulas caſtitatem: cum ſi ebrietatĕ vetulæ mulieris adoleſcentula fuerit imitata, pudica eſſe non poſſit. Signanter autem expreſſit, non vino multo ſeruientes. Seruitus enim quædam eſt & extrema conditio, vino ſenſus hominis occupari, & non ſuum eſſe, ſed vini. Quia igitur docuit quales primò anus deberĕt eſſe, & poſt illa quæ cum ſenibus viribus habeot communia, etiam propria earũ expoſuit, vt honeſto & ſancto habitu & omni decore ſint plenæ: nec accuſatrices, nec aliis detrahentes, nec vino ſenſib. occupatis: Nunc conſequenter doctrinæ eis frena permittit: vt cum tales fuerint, docendi habeant libertatem: vt ſcilicet doceant ea quæ bona ſunt. Licet enim in alio loco dixe-
1.Tim.2.d rit: *Docere autem mulieribus non permitto*; ſic intelligendum eſt, vt in viros ſit illis doctrina ſublata. Cæterum adoleſcentulas doceant quaſi filias ſuas. Primum caſtitatem: quia aduerſus hanc magis in ætate florenti pugnat inimi-

b ¶ *Iuuenes ſimiliter exhortare, vt pudici ſint in omnibus: teipſum exemplum præbens, &c.*] Sicut in eo quod ſupra præceperat dicens: *Anus ſimiliter in habitu ſancto*: ſimilitudinem anuum dixeramus ad ſenes eſſe referendam: Ita nunc in eo quod intulit: Iuuenes ſimiliter hortare vt pudici ſint: ſimilitudinem iuuenum ad anus, & per anus ad ſenes arbitramur aptandam: vt ſenum habeant ſobrietatem, & honeſti ſint & pudici, & ſani in fide, & charitate, & patientia. Anuum autem in habitus ſanctitate, vt non ſint accuſatores, non vino multo ſeruientes, bene docentes, &c. Proprium autem adoleſcentulorum hoc poſuit, vt pudici ſint in omnibus, tam ſcilicet mente, quam corpore: tam opere, quam cogitatione: vt nulla ſit in adoleſcente ſuſpicio turpitudinis. Et licet quidam de Latinis ita exiſtiment legendum: *Iuuenes ſimiliter hortare vt pudici ſint*, & poſtea inferant. *In omnibus teipſum formam præbens bonorum operum*: tamen ſciamus, in omnibus, ad ſuperiora eſſe referendũ: id eſt, hortare vt pudici ſint in omnibus. Sciendum quoque eſt, quod continentia non ſolum in carnis opere & animi concupiſcentia, ſed in omnibus rebus neceſſaria ſit: ne honores indebitos appetamus: ne accendamur auaritia: ne vlla paſſione ſuperemur. *Teipſum*, inquit, *formam præbens bonorum operum.* Nihil prodeſt aliquam exercitatum eſſe in dicendo, & ad loquendum triuiſſe linguam: niſi plus exemplo docuerit quam verbo. Denique qui impudicus eſt, quamuis diſertus ſit: ſi ad caſtitatem audientes cohortetur, ſermo eius infirmus eſt, & auctoritatem non habet cohortãdi.

Et

E Et econtrario quamuis ſit ruſticanus & tardus ad loquendum: ſi caſtus fuerit, exemplo ſuo homines poteſt ad vitæ ſimilitudinem impellere. Quod autem ait, in incorruptione, ſic accipiendum, quòd incorruptio propriè virginitatem ſonet. Denique qui virgines ſunt, vulgo incorrupti appellari ſolent, & qui virgines eſſe deſierint, corrupti nominantur, & dicimus, illa quæ fuit olim virgo, corrupta eſt. Vnde & Titum exiſtimo priuſquã carnis opere occuparetur, euangelio credentem accepiſſe baptiſma, & virginem permanſiſſe, & nunc ab Apoſtolo, vt in incorruptione formam ſui præbeat commoneri. quam quidem incorruptionem in Timotheo non videmus. Nam cum ei diceret: *Nemo adoleſcentiam tuam contemnas*: ſed forma eſto fidelium in ſermone, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate: de incorruptione tacuit, & tantum poſuit, caſtitatem. Caſtitas autem & in cœlibatu abſque virginitate intelligi poteſt: niſi forte caſtitatem accipiamus in mente, incorruptionẽ vero in corpore: iuxta illud quod alibi in virginis definitione ſcribitur: vt ſit ſancta corpore & ſpiritu: Et ipſe nũc conſequẽter adiunxit: *In doctrina: in incorruptione: in pudicitia*: Poſſumus & pudicitiæ incorruptionem etiam in doctrinæ integritate interpretari, niſi quod ſpecialiter ſequitur: ſermone ſano & irreprehenſibili, proprium haberet ſuper doctrinæ inſtitutione præceptum. Quod autẽ ait, ſermone irreprehenſibili: non quod vllus tantæ facundiæ & prudentiæ ſit, vt à nemine reprehendatur (reprehenduntur quippe & apoſtoli & euãgeliſtæ ab hæreticis & gentibus) ſed quod nihil dignum reprehenſione dicat aut faciat: licet aduerſarij ſint ad reprehendendum parati. Et quia ſunt multi non ſubditi, vaniloqui, & mentium deceptores, qui oderunt in portis arguentẽ, & ſermonem ſanctum abominantur, propterea exemplum nos in omnibus præbeamus, in doctrina, in

F integritate, in pudicitia, in ſermone ſano & irreprehẽſibili: Vt aduerſarij vitæ & doctrinæ noſtræ ſanitate perterriti, nõ audeant accuſare. Hoc eſt, nihil veriſimile in accuſatione confingere. Et reuera vſque hodie videmus nonnullos in eccleſiis (quanquam hæc rara auis ſit) tantæ grauitatis continentiæque eſſe, vt etiam ab aduerſariis habeant teſtimonium, & dicatur: vir magnus eſt ille, & ſanctæ conuerſationis, probiſque moribus, niſi eſſet hæreticus. Nemo eſt enim tam immoderatæ impudentiæ, vt ſolis radios poſſit accuſare tenebroſos, & clarum lumen caligine noctis offundere. Vnde & Apoſtolus hæc eadem præcauens ait: *Vt auferam occaſionem his qui volunt occaſionem*. Poteſt autem is qui ex aduerſo eſt & diabolus intelligi, qui accuſator eſt fratrum noſtrorum, vt Ioannes euangeliſta prædicat: qui cum nihil habuerit mali quod nobis obiiciat, erubeſcit, & criminator non poterit criminari. Diabolus autem in Latina lingua criminatorem ſonat.

(1. Tim. 4. c) (1. Cor. 7. f) (2. Cor. 11. c) (Apoc. 12. c)

aduerſo eſt, reuereatur nil habens de nobis dicere mali. [a] Serui dominis ſuis ſubditi ſint in omnibus, ſint placentes, nõ cõtradicentes, nõ furantes: ſed omnem fidem oſtendentes bonã, vt doctrinã Saluatoris noſtri Dei ornẽt in omnibus

a ¶ *Serui dominis ſuis ſubditi ſint in omnibus, ſint placentes, non, &c.*] Quoniam dominus & Saluator noſter, qui in euangelio ait: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos*: nullam conditionem, ætatẽ, ſexum, à beatitudine arbitratur alienum: propterea nunc Apoſtolus & ſeruis præcepta conſtituit, ſcilicet vt parti eccleſiæ, membriſque corporis Chriſti. Et quo modo ſuperius ſenes, anus, adoleſcentulas, iuuenes, quid Titus erudire deberet, edocuit: ita nunc ſeruis apta præcepta conſtituit. Primum vt ſubditi ſint dominis ſuis in omnibus. In his autem omnibus, quæ non ſunt contraria Deo: vt ſi dominus ea iubet quæ non ſunt aduerſa ſcripturis ſanctis, ſubiiciatur ſeruus domino. Sin vero cõtraria præcipit, magis obediat ſpiritus quàm corporis domino. Diligenter attendite quo modo cõgrua perſonis præcepta decernat. *Serui*, inquit, *dominis ſuis ſubditi ſint in omnibus*. In alio loco diſputans de filiis ait: *Filij obedite parentibus*. Filios quippe decet parentibus obedire: ſeruos vero imperanti domino eſſe ſubiectos. Nec illud putemus eſſe contrarium, quod in alia epiſtola, *Mulieres* (ait) *ſubiectæ ſint viris*, & in hac ſubiectas viris ſuis

(Matt. 11. d) (Ephe. 6. a) (Col. 3. a) (Eph. 5. c) (Col. 3. c)

aſſerunt vxores: quaſi eodem verbo & in ſeruis & in vxoribus vſus ſit. Quodãmodo.n. maritus vxoris eſt Dñs: *Ipſe*, inquit, *dominabitur tui*. Erat & Saluator ſubiectus parentib. ſed cum adhuc duodecim eſſet annorum, & nihil differret à ſeruo, dominus omnium: necdũ. n. ad perfectam viri ætatẽ, quæ poſſet hæreditatem capere, peruenerat. Sed & alibi de eo ſcriptum eſt: *quia cum ſubiecta ei fuerint omnia, tunc & ipſe filius ſubiicietur ei qui ſibi ſubiecit omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus*. Subiicientur autem ei omnia, cum dixerit Dominus Domino meo: *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*. In ſubiectis ſeruis dominus ſubiicitur. Et quo modo pro nobis dicitur eſſe maledictum, cum non ſit maledictum, ſed vera benedictio: ita pro nobis vel ſubiectus ſcribitur, vel non ſubiectus: ſi aut ſubditi fuerimus Deo, aut non ſubditi. Quidam hunc locum ita legunt, *Serui Dominis ſuis ſubditi ſint*. Et poſtquam huc vſque diſtinxerint, inferunt: in omnibus placentes: cum in Græco alius ſit ordo lectionis, id eſt, ſerui dominis ſuis ſubditi ſint in omnibus: vt ſequatur [illegible] quod nos, licet non plene, tamen ex parte aliqua interpretari poſſumus, vt complaceant ſibi: ne videlicet ſuper conditione ſua videatur eis Dei iniqua ſententia. Sed quo modo pauper iuxta menſuram ſuam ſaluari poteſt & mulier in ſexus infirmitate à regno Dei non excluditur, & omnis conditio ſecundum ordinem ſuum beatitudinem capere poteſt: ita & ſerui complaceant ſibi quod ſerui ſint, & non idcirco putent Deo ſe ſeruire non poſſe, quia ſubiecti ſint hominibus: ſed in eo magis placere voluntati Dei, ſi & Dominis ſuis ſubditi fuerint in omnibus, & complacuerint ſibi in conditione ſua, & quod deinceps Apoſtolus præcipit exequãtur: vt non ſint contradicentes, non furantes. Vel maximum ſeruorum vitium eſt, dominis contradicere, & cum aliquid iuſſerint, ſecum muſſitare. Itaque Titum commo- H
net, vt per doctrinam ſanam ab his qui Chriſtiani ſerui ſunt, iſtiuſmodi auferat paſſionem. Si enim quæ dominus imperat, neceſſe habet ſeruus implere: cur hoc ipſum non cum bona faciat voluntate: ſed & dominum offendat, & tandem faciat quod iubetur, maxime cum & Deus ad aquam contradictionis offenſus ſit. Et in alio loco de murmurante populo loquatur: Deſinat à me murmuratio eorum, & non morientur. Poſt contradictionem, & aliud ſeruorum vitium doctrina Chriſti corrigat, ne fures ſint. Fur autem non ſolum in maioribus, ſed etiam in minoribus iudicatur. Non enim id quod furtò ablatum eſt, ſed mens furantis attenditur. Quo modo in fornicatione & adulterio, non idcirco diuerſa ſit fornicatio, aut adulterium, ſi pulchra vel diues, deformis aut pauper, meretrix vel adultera ſit: ſed qualiſcumque illa fuerit, vna eſt fornicatio vel adulterium: Ita & in furto, quantumcunque ſeruus abſtulerit, furti crimen incurrit. Vnde & in Moyſi lege fures nonnunquam ſeptuplum, nonnunquam quadruplum reddere compelluntur: & interdum obtruncatur, interdum venditur fur ipſe pro furto: de quibus nuper vobis in Leuitico expoſuiſſe me memini. Si autem hoc prohibetur in ſeruo, quanto magis in libero: ne aut iudex rapiat: aut miles non contentus ſtipendiis ſuis aliena deuaſtet? Pulchre quidam vir apprime grauis cum ei cuiuſdam iudicis laudaretur integritas, & diceret, de eo ille qui laudabat: non eſt fur: Reſpondit, optimum ſeruum faceret, ſi nec fugitiuus eſſet: in tantum furti ſuſpicio ab omni libero debet eſſe aliena. Sint itaque ſerui ſubditi dominis ſuis in omnibus: ſint complacentes conditioni ſuæ, vt non ferant asperè ſeruitutem: non contradicant dominis: non furentur, & poſt hæc in omnibus fidem bonam oſtendant: vt doctrinam Saluatoris Dei noſtri ornent in omnibus. Si enim apud carnales dominos in minimo fideles fuerint: incipient eis apud Deum maiora committi. Ornat autem doctrinam Domini, qui ea quæ conditioni ſuæ apta ſunt faciat. Et e diuerſo confundit eam, qui non eſt ſubiectus in omnibus, cui conditio ſua diſplicet: qui contradictor atque fraudator in nullo fidem bonam oſtendit,

(Gen. 3. d) (Luc. 2. g) (Gal. 4. a) (1. Cor. 15. d) (Pſal. 109. a) (Gal. 3. b) (Num. 20. d) (Exod. 22.) (Ibid.) (Leu. 19.)

A Quomodo enim poteſt fidelis eſſe in ſubſtãtia Dei, qui carnali domino fidem exhibere non potuit?

nib⁹. ᵃ Illuxit enim gratia Dei ſaluatoris omnibus hominibus: erudiens nos, vt abnegãtes impietatem & ſæcularia deſideria: pudice & iuſte & pie viuamus in hoc ſæculo: expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti: qui dedit ſemetipſum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum egregium, æmulatorem bonorum operum. ᵇ Hæc loquere & exhortare & increpa cum omni imperio. ᶜ Nemo te contemnat.

CAPVT

a ¶ *Illuxit enim gratia Dei ſaluatoris omnibus hominibus: erudiens nos, vt abnegantes impietatem,* &c.] Poſt catalogum doctrinæ ad Titum: quid ſenes, quid anus, quid adoleſcentulas & iuuenes, quid ad extremum ſeruos erudire deberet, recte nunc intulit, Illuxit enim gratia Dei ſaluatoris omnibus hominibus. Non eſt enim aliqua differentia liberi & ſerui: Græci & barbari: circumciſi & habentis præputium: mulieris & viri. Sed cuncti in Chriſto vnũ ſumus: vniuerſi ad Dei regnũ vocamur: omnes poſt offenſam patri noſtro reconciliandi ſumus: non per merita noſtra, ſed per gratiam Saluatoris. Vel quod Dei patris viuens & ſubſiſtens gratia ipſe ſit Chriſtus: vel quod Chriſti ſaluatoris hæc ſit gratia, & non noſtro merito ſaluati ſimus: ſecundum illud quod in alio loco dicitur: *Pro nihilo ſaluabis eos.* Quæ gratia omnibus hominibus ideo illuxit: vt erudiret nos, abnegantes impietatem & ſæcularia deſideria, pudice & iuſte & pie viuere in hoc ſæculo. (Pſal. 55 b) Quid ſit autem abnegare impietatem, & ſæcularia deſideria: ex eo quod ſupra expoſuimus: *Deum confitentur ſe noſſe, factis autem negant*: intelligi poſſe confido, & per contraria diſſerta contraria. (Sup. 1.) Sæcularia ergo deſideria ſunt, quæ à mundi iſtius principe ſuggeruntur, & cum ſint ſæculi, cum ſæculi huius nube pertranſeunt. Nos autem cum pudice & iuſte, nec corpore ſcil. nec mente peccantes, vixerimus in Chriſto, pie quoq; viuemus in hoc ſæculo: quæ pietas expectat beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Sicut enim impietas, magni Dei reformidat aduentum: ita ſecura de opere ſuo, & de fide illum pietas præſtolatur. (B) Vbi eſt ſerpens Arius? vbi Eunomius coluber? Magnus Deus Ieſus Chriſtus, ſaluator dicitur, non primogenitus omnis creaturæ, non verbum Dei & ſapientia, ſed Ieſus Chriſtus: quæ vocabula aſſumpti hominis ſunt. Neq; vero aliũ Ieſum Chriſtũ, alium verbum dicimus: vt noua hæreſis calũniatur: ſed eundem & ante ſæcula, & poſt ſæcula, & ante mundũ & poſt Mariam: imo ex Maria, magnũ Deum appellamus ſaluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum: qui dedit ſemetipſũ pro nobis; vt pretioſo ſanguine ſuo nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum περιούσιον, ita quippe habetur in Græco, & bonorum operum faceret æmulatorẽ. Sæpe mecum conſiderans quid ſibi vellet verbũ περιούσιον, & a ſapientibus ſæculi huius interrogans ſi forte alicubi legiſſent: nũquã inuenire potui qui mihi quid ſignificaret exponeret. Quamobrem compulſus ſum ad vetus inſtrumentum recurrere: vnde arbitrabar & Apoſtolum ſumpſiſſe quod dixerat. Hebræus enim ex Hebræis, & ſecũdum legem Phariſæus, vtique id ponebat in epiſtola ſua, quod in veteri teſtamento legiſſe ſe nouerat. In Deuteronomio itaq; reperi: *Quoniam populus ſanctus tu domino Deo tuo: & inte complacuit Domino Deo tuo: vt eſſes ei in populum περιούσιον ex omnibus populis qui ſunt ſuper faciem terræ.* (Deut. 7 a, Sec. 70.) Et in centeſimotrigeſimoquarto pſalmo, vbi nos habemus: *Pſallite nomini eius quoniam ſuaue eſt: quoniam Iacob elegit ſibi dominus, Iſrael in poſſeſſionem ſibi*: pro eo quod eſt, poſſeſſionem, in Græco ſcriptũ eſt, εἰς περιουσιασμόν: quod quidem Aquila & quinta editio εἰς περιούσιον, expreſſerunt. LXX. vero & Theodotio περιουσιασμόν trãsferentes, commutationem ſyllabæ fecere, non ſenſus. Symmachus igitur pro eo quod eſt in Græco περιούσιον, in Hebræo a סגלה expreſſit ἐξαίρετον: id eſt, egregium vel præcipuum: (a Segolla.) pro quo verbo in alio volumine Latino ſermone vtens, peculiarem, interpretatus eſt. Recte igitur Chriſtus Ieſus, magnus Deus noſter atque Saluator redemit nos ſanguine ſuo: vt ſibi Chriſtianum populum peculiarem faceret: qui peculiaris tunc eſſe poſſet, ſi bonorum operum æmulator exiſteret. Vnde & illud quod in euangelio ſecundum Latinos interpretes ſcriptum eſt: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*: melius in Græco habetur, panem noſtrum ἐπιούσιον: id eſt, præcipuum, egregium, peculiarem: eum videlicet qui de cœlo deſcendens ait: *Ego ſum panis qui de cœlo deſcendi.* (Mat. 6 b; Ioan. 6.) C Abſit quippe, vt nos qui craſtinum cogitare prohibemur, de pane iſto, qui poſt paululum concoquendus & abiiciendus eſt in ſeceſſum, in prece dominica rogare iubeamur. Nec multum differt inter ἐπιούσιον & περιούσιον: præpoſitio enim tantummodo eſt mutata non verbum. Quidam ἐπιούσιον exiſtimant in oratione dominica panem dictum, quod ſuper omnes οὐσίας ſit: hoc eſt, ſuper vniuerſas ſubſtantias. Quod ſi accipitur, non multum ab eo ſenſu differt quẽ expoſuimus. Quidquid enim egregium eſt, & præcipuum extra omnia eſt, & ſuper omnia.

b ¶ *Hæc loquere, & exhortare,* &c.] Tria poſuit: loquere, exhortare, & increpa. Et quidem in eo quod ait, loquere: ad doctrinam videtur eſſe referendum. Quod vero intulit, exhortare: id eſt, παρακάλει: aliud quoddam in Græco ſignificat quam in Latino: παράκλησις quippe magis cõſolationem quam exhortationem ſonat. Hoc verbum & ſuperius de adoleſcentibus eſt locutus: Iuuenes ſimiliter conſolare, pudicos eſſe in omnibus. De quo nos in ſuo loco ita vt in Latino legitur, quaſi exhortare ſcriptum eſſet expreſſimus. Cõſolatur igitur audientem, qui dicit: *Rogamus pro Chriſto reconciliamini Deo,* & ſeipſum humiliat & ſubiicit, vt lucrifaciat quem conſolatur. (2. Cor. 5 d) Quod vero tertium eſt, increpa: conſolationi mihi videtur eſſe contrarium, vt quicumque conſolationem contempſerit, increpatione ſit dignus, & mereatur audire: *Obliti eſtis conſolationis: quæ vobis vt filiis loquitur.* (D) Ad Timotheum quoque alteram conſolationem, & increpationem alteram legimus, dicente Apoſtolo: *Inſta opportune, importune, argue, increpa, conſolare.* (2. Tim. 4 a) Et ibi quidem increpatio ante aſſumitur, & poſtea conſolatione ſeueritas tẽperatur. Hic vero ante vult diſcipulos conſolari, & ſi non profecerint conſolando, tunc corripi, & corripi cum omni imperio. Sic enim intelligo hoc quod dictum eſt: Increpa cum omni imperio, vt ſpecialiter ad increpationem, & non ad duo ſuperiora in commune referatur. Neque enim conuenit dicere: conſolari cum omni imperio, & loquere cum omni imperio: ſed tantummodo increpa cum omni imperio.

c ¶ *Nemo te contemnat,* & cæt.] Faiſtimet aliquis hoc ipſum nunc ac Titum ſcribi quod ad Timotheum dictum eſt: *Nemo adoleſcentiam tuam contemnat.* (1. Tim. 4 b) Nos vero iuxta Græci ſermonis differentiam, aliud putamus ſignificare περιφρονείτω, quod hic ſcribitur, & aliud καταφρονείτω quod ad Timotheum dictum eſt, & præpoſitiones περὶ vel κατὰ ſenſũ facere diuerſum. Quod autem non fortuito, & vt liber, Paulus Apoſtolus, non ſolum nominibus & verbis, verum etiam præpoſitionibus diuerſis vtatur pro varietate cauſarum: perſpicuum fieri poterit ex eo quod ait: Mulier enim ex viro: vir vero per mulierem. Et alibi, *Quia ex eo & per eum & in ipſo ſunt omnia.* (1. Cor. 11 b; Rom. 11 d) Nec non & illud, Paulus Apoſtolus non ab hominibus, neque per hominem. (Gal. 1 a) Exiſtimamus itaque περιφρόνησιν ad contemptum proprie pertinere: vel cum quis inter eculeum laminaſque diſtentus, contemnit dolorem, & nec iudicis comminationem, nec circumſtantis populi fremitum pertimeſcit: ſed pro confeſſione martyrii, vniuerſa ſupplicia contemnit & deſpicit. E contrario autem eſt & malus cõtemptus, de quo & Habacuc Spiritu ſancto in ſe loquente teſtatur: *Videte contemptores, & inſpicite, & admiramini mirabilia & diſperdimini.* (Abac. 1 b; Sec. 70.) Iuxta quod ad Timotheũ quoque ſcriptum dicimus: *Nemo adoleſcentiam tuam contemnat*: id eſt nolo te talem exhibeas, vt poſſis ab aliquo merito contemni. (1. Tim. 4 a) καταφρόνησις autem illud ſonat, ſicut Stoici tamẽ aſſerunt, qui diſtinguunt inter verba ſubtiliter, cum quis confidens ſibi ſe alio eſſe meliorem, deſpicit eum

quem

E quem inferiorem putat, & ſuper, id eſt plus ſapiens, humiliorem exiſtimat dignum eſſe contemptu. Tale quid intumeſcens ſuperbiæ vanitate, & cœlum ipſum ſolemque deſpiciens apud Græcos quidam dixiſſe deluditur: ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον, quod nos Latinè poſſumus dicere: ſcando per aërem, & pluris me noui eſſe quàm ſolem. αὐθάδης ergo quæ nunc ad Titum ponitur, illum ſenſum habet: Nemo eorum qui in eccleſiis ſũt, ſe ſegniter agente ſic viuat, vt
Cap. Quæſt. 8.q.1. ſe ſe putet eſſe meliorem. Qualis enim ædificatio erit diſcipuli, ſi ſe intelligat magiſtro eſſe maiorem. Vnde non ſolum epiſcopi, preſbyteri, & diaconi, debent magnopere prouidere, vt cunctum populum cui præſident, conuerſatione, ſermone, ac ſcientia præcedant: verùm & inferior gradus exorciſtæ, lectores, æditui, & omnes omnino qui domui Dei ſeruiunt. Quia vehementer eccleſiam Chriſti deſtruit, meliores laicos eſſe quàm clericos.

CAPVT III.

ADmoneª illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe: neminem blaſphemare: non litigioſos eſſe: eſſe modeſtos, omnem oſtendentes mãſuetudinem ad omnes homines. Fuimus enim aliquando & nos ſtulti, inobediẽtes, errantes, ſeruientes deſideriis & voluptatibus variis

CAP. III.

ADmone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, &c.*] Tale quid & ad Romanos ſcribitur: *Omnis*
Rom. 13.a *animæ poteſtatibus ſuperioribus ſubdita ſit: Non eſt enim poteſtas niſi à Deo.* Quod quidem præceptum, & hic & ibi propterea puto editum: quia Iudæ Galilæi per illud tempus dogma adhuc vigebat, & habebat plurimos ſectatores,
Act. 5.f cuius & in Actis apoſtolorum fit mentio, ſcriptura referente: Ante hos enim dies ſurrexit Theodas dicens quendam ſe eſſe magnum cui appoſiti ſunt viri quaſi tria millia. Et poſt
F hunc ſurrexit in diebus cenſus Iudas Galilæus: qui inter cætera hoc quaſi probabile proferebat ex lege: nullum debere dominum niſi ſolum Deum vocari, & eos qui ad templum decimas deferrent, Cæſari tributa non reddere. Quæ hæreſis in tantum creuerat, vt etiam Phariſæorum & multã partem populi conturbaret: ita vt ad dominum quoque noſtrũ referretur hæc quæſtio: *Licet Cæſari dare tributum, an non?* Quibus dominus prudenter cauteque reſpondens ait: *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei* Deo. Cui reſpõſioni Paulus apoſtolus cõgruens, docet principatib. & poteſtatibus credentes debere eſſe ſubiectos, ἀρχαῖς quippe quæ leguntur in Græco, magis principatus quã principes ſonãt, & ipſam ſignificant poteſtatem: non eos qui in poteſtate ſunt homines. Sed quia dixerat: admone illos principatibus & poteſtatibus ſubditos eſſe: poterat his qui tormenta formidant occaſio ad negandum dari, dum iuxta Apoſtoli dictum ſe aſſererent principatibus & poteſtatibus eſſe ſubiectos, & facere quod iuberent: propterea ſubiecit: Obedire ad omne opus bonum. Si bonum eſt quod præcipit imperator & præſes, iubẽtis obſequere voluntati. Sin vero malum & contra Deum ſapit: reſponde ei illud de actibus apoſtolo-
Act. 5.e rũ: *Obedire oportet Deo magis quàm hominibus* Hoc ipſum & de ſeruis intelligamus apud dominos, & de vxoribus apud viros, & de filiis apud parentes: quod in illis tantum debeant dominis, viris, parentibus eſſe ſubiecti, quæ contra Dei mãdata non veniunt. Quod vero ſequitur: *Paratos eſſe*, dupliciter legẽdum: vt vel ſubaudiatur, ad omne opus bonum paratos eſſe: vel certe cum ſuperioribus, copulato hoc quod ait, obedire ad omne opus bonum, & hucuſque finito: quaſi aliud proprium & ſpeciale præceptum ſit, paratos
Leu. 16.b eſſe: iuxta illud quod in Leuitico ſcriptum eſt: Hircum qui emittitur maledicta populi ſuſtinentem, tradito manus hominis parati. Si quis ergo paratus eſt vt ἀποπομπαῖον teneat & educat illum in deſertum, & ibi eum diſperdat, & quantum in ſe eſt, ſorte maledictionis exterminet: is cum obedierit omni operi bono etiam paratus erit. Poteſt autem & aliter accipi paratos eſſe: vt omnia quæcumque euenire poſſunt ſibi in animo præfigerent, & cum acciderint, nihil quaſi nouum ſuſtineant: ſed eis præparata ſint omnia,

G Neminem quoque blaſphemare, non ſimpliciter accipitur. Nec enim ait: Neminem hominem blaſphemare, ſed abſolute neminem: non angelum, non aliquam creaturam Dei. Omnia quippe quæ à Deo facta ſunt, valde bona ſunt. Quã-
do Michaël archangelus cum diabolo diſputabat de Moyſi Iudæ. corpore: non fuit auſus inferre iudicium blaſphemiæ: ſed dixit, imperet tibi Deus. Si igitur Michaël non fuit auſus diabolo, & certè maledictione digniſſimo, iudicium inferre blaſphemiæ: quanto magis nos ab omni maledicto puri eſſe debemus? Merebatur diabolus maledictum: ſed per archãgeli os blaſphemia caire non debuit. Relege veteres libros, & vide quæ tribus in mõte Garizin conſtitutæ ſint, vt benedicerent populo, & quæ in monte altero vt maledicerent: Ruben, qui maculauerat thorum Deu. 27.b parentis & Zabulon nouiſſimus filius Leæ, & ancillarum liberi, in monte Ebal ponuntur: vt maledicãt eis qui maledictione ſunt digni. Longum eſt ſi nunc enumerem quo mo- Gen. 49.a do Iacob, qui ad benedictionem vocauerat filios dicens: vt benedicam vobis, poſtea quaſi in benedictione conſociet: maledictus furor eorum, quia proca: & ipſe Dominus loquatur in Geneſi: *Maledicta terra in operib. tuis.* Hoc nunc Ibid. 3.d tãtum dixiſſe ſufficiat: quod blaſphemare Chriſti diſcipulos non oportet: nec, quod additur, eſſe litigioſos. Si enim ſumus filij pacis, & volumus ſuper nos pacem requieſcere, & acceſſimus ad Hieruſalem cœleſtem, quæ ex pace nomẽ ac- Pſal. 119.b cepit: cum his qui oderunt pacem habeamus pacem, & quã- Rom. 12.b tum in nobis eſt, cum omnibus hominib. pacati ſimus, non H ſolum cum modeſtis, ſed etiã cum rixoſis: quia nulla virtus eſt ferre manſuetos: locumque demus iræ, omnẽ oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines: non quod vanæ gloriæ deſiderio nos eſſe manſuetos omnibus hominibus oſtendere debeamus: ſed dum omnes ferimus, iniuriæ vicem non rependimus, ipſa opera notiora vniuerſis fiant. Poteſt aliquis ob iactantiam & opinionem vulgi auramque popularem, ſimulare apud quoſdam manſuetudinem, & fingere bonitatem. Sed vbi non eſt vera & genuina & ſolida manſuetudo, neſcio an eum eſſe manſuetum poſſit omnibus perſuaderi.

b ¶ *Fuimus enim aliquando & nos ſtulti, inobedientes, errantes, &c.*] Quærat aliquis quo modo Paulus fuerit ſtultus, incredulus, errans, & ſeruiens variis deſideriis & voluptatibus, in malitia, & in inuidia, odioſus, & odiens, antequam Saluatoris noſtri bonitas atque clementia per lauacrum ſecundæ regenerationis eum ſaluum faceret: non ex iuſtitiæ operib. quæ fecerat: ſed ex miſericordia ſua, effuſo abundanter & large ſuper Apoſtolos atque credẽtes per Ieſum Chriſtum Spiritu ſancto: vt hæreditatem gratiæ conſecuti, ſpem vitæ in perpetuum poſſiderent. Et certe legimus eum ſecundum iuſtitiam, quæ in lege eſt, ſine querela fuiſſe Phil. 3.a circumciſum octaua die: Hebræum ex Hebræis ſecundum legem Phariſæum, de tribu Beniamin, eruditum ad pedes Gamalielis, & ab infantia ſacris literis inſtitutum. Ad quod Act. 22.a reſpondetur, Iudæos qui ante aduentum Saluatoris & paſſionem eius & reſurrectionem in lege verſati ſunt, licet non plenam, attamen aliqua ex parte habuiſſe iuſtitiam: ſicut Symeon quoque & Anna propheteſſa in templo Dei ſeruiens eſt reperta. Poſtquam vero populus conclamauit, Luc. 2.c. crucifige, crucifige eum: *non habemus regem niſi Cæſarem:* & 23.c *& ſanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros:* & ablatum eſt Mat. 21.d ab eis regnum Dei, & traditum genti facienti fructus eius: ex eo tempore, qui in Chriſtum non credidit, fuit ſtultus, errabundus, incredulus, & ſeruiens variis voluptatibus. An non vobis videtur Paulus fuiſſe ſtultus, quando habebat zelum Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, & perſequebatur eccleſiam, & lapidantium Stephanum veſtimenta ſeruabat? cum in tantum odij contra Saluatorem inſtigatus exarſerit, vt literas à ſacerdotibus acciperet: pergens Damaſcum ad eos qui in Chriſtum crediderant vinciendos? Act. 9.a

varijs in malitia & in inuidia agentes, odioſi, odientes alterutrum. Cum autẽ bonitas & humanitas illuxit Saluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos: ſed ſecũdum miſericordiam ſuã ſaluauit nos, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus ſancti quẽ effudit ſuper nos opulenter per Ieſũ Chriſtũ Saluatorẽ noſtrũ: vt iuſtificati illius gratia, hæredes efficiamur ſecũdum ſpẽ vitæ æternæ. Fidelis [a] ſermo, & de his volo te confirmare vt curam habeant bonis operibus præeſſe qui credunt in domino. Hæc bona ſunt & vtilia hominibus. Stultas [b] autem quæſtiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas, quæ veniunt ex lege, deuita. Sunt quippe inutiles & vanæ.

A Aut vllas poterat habere virtutes ſine virtute Dei Chriſti Ieſu: aut æſtuantem flammam reſtringere voluptatem, cum non eſſet templum Dei? Quæ autem maior poteſt eſſe malitia & inuidia, quam cõtra abſentes epiſtolas ſumere, & vbique Chriſti vaſtare diſcipulos? nolle ipſum ſaluum fieri, & cæteri qui ſalui eſſe poterãt, inuidere: odiſſe Chriſtianos, & conſequenter ab omnibus odium promereri. Quis autem maior error & inobedientia & vecordia, quam poſtquam reſpirauit dies, & præterierunt vmbræ, legem abolitam velle ſeruare, & dicere: ne attrectaueris, ne contigeris, ne guſtaueris, & apparente ſolido cibo & virili, infantiæ lacte cupere potari. Diligentius attẽdamus, & inueniemus in præſenti capitulo manifeſtiſſimam trinitatem. Benignitas quippe atque clemẽtia Saluatoris noſtri Dei non alterius quam Dei patris, *per lauacrum regenerationis & renouationem Spiritus ſancti, quem effudit ſuper nos abunde per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum, iuſtificauit nos in vitam æternam* Salus credentium myſterium trinitatis eſt. Alij hunc locum ita intelligunt, vt non de Paulo & Apoſtolis, ſed ſub Apoſtolorum perſona de alijs dictum putent: vt quomodo ſub perſona ſua & Apollo & Cephæ de diſſenſione & ſchiſmate quod agebatur in Corinthiis eſt locutus: ita etiam in præſenti loco, ſe & Apoſtolos nominans, omnes qui in Chriſto crediderant, quales fuerint ante regenerationem lauacri vitalis oſtenderit. Simul autem & humilitas eius eſt admirãda, quod qui omnem vtilitatem iuſtitiamque legis quaſi quiſquilias & purgamenta contempſit, recte ſe ſine Chriſto vitiis omnibus ſeruiſſe memorarit. 1. Cor. 3 b

B a ¶ *Fidelis ſermo*, &c.] Hoc quod ait, fidelis ſermo, ad ſuperiora iungendum eſt, in quibus præmiſerat, vt iuſtificati ipſius gratia, hæredes efficiamur ſecundum ſpem vitæ æternæ. Dignus enim fide ſuper hæreditate Dei ſermo, & ſuper ſpem vitæ æternæ. Vnde oportet de his non dubium, non timentem, & ipſum credere, & vt credant cæteri confirmare. Non ſolum autem hoc, ſed & hoc cum cæteris his qui voluerint credere confirmandum eſt, quapropter ait. *Et de his volo te confirmare.* Qui autem iſta vera eſſe crediderint, neceſſe eſt vt curam habeant bonorum operum, per quæ hęreditas Dei & ſpes vitæ præparatur æternæ. Et pulchre vt maiorem fidem faceret, non dixit: qui credunt hominibus, ſed qui credunt Deo. Neceſſe eſt enim vt curam bonorum operum habeant, quæ adimpleta & omni ſtudio perpetrata, ſunt bona vtiliaque credentibus.

b ¶ *Stultas autẽ quæſtiones & genealogias*, &c.] Quia multiplices & diuerſæ ſunt quæſtiones, propterea Salomon de his qui quærunt Deum locutus eſt, dicens. Recte autem quærentes eum inuenerunt pacem. Qui igitur Deum nõ recte quærunt, pacem inuenire non poſſunt. Plurima exempla ſunt quærentium non recte Deum. Iudæi praue quærũt Deum, ſperantes ſe eum inuenire poſſe ſine Chriſto Hæretici vano ſermonum ſtrepitu concrepantes, quærunt quem inuenire non poſſunt Philoſophi quoque & barbari de Deo varia ſentientes, quæſierunt Deum: ſed quia non recte quæſierunt, fuerunt eorum fatuæ quæſtiones, putãtium Deum humanis ſenſibus poſſe comprehendi. Ab his igitur Paulus nos reuocat quæſtionibus. Cæterum ad ſapientes, & quæ ſcripturarum auctoritate ſunt fultæ, magis cohortatur, & prouocat, præceptorum non neſcius Saluatoris, in quibus ait: *Quærite & inuenietis: pulſate & aperietur vobis: petite & dabitur vobis: Omnis enim qui quærit inueniet & qui petit accipiet, & qui pulſat aperietur ei*, modo non ſit corpus noſtrũ ſubditum peccatis, & ingredietur in nos ſapientia. Exerceatur ſenſus, mens quotidie diuina lectione paſcatur, & quæſtiones noſtræ ſtultæ nõ erunt quæſtiones. Quod autem ait: Pr. 8. b Luc. 11. b

C genealogias & contentiones & rixas, quæ veniunt ex lege, deuita: proprie pulſat Iudæos, qui in eo ſe iactant, & putant legis habere notitiam, ſi nomina teneãt ſingulorũ, quæ quia barbara ſunt, & etymologias eorum non nouimus, plerumque corrupte proferũtur à nobis. Et ſi forte errauerimus in accentu, in extenſione & breuitate ſyllabæ, vel breuia producentes, vel producta breuiantes ſolent irridere nos imperitiæ, maxime in aſpirationibus & quibuſdam cum raſura gulæ literis proferendis. Hoc autem euenit quod Lxx. interpretes, per quos in Græcũ ſermonem lex diuina tranſlata eſt, ſpecialiter ח heth literam, & ע ain, & cæteras iſtiuſmodi (quia cum duplici aſpiratione in Græcam linguam transferre non poterant) alijs literis additis expreſſerunt. Verbi cauſa: vt Rahel, Rachel dicerent, & hieriho, hiericho, & hebron chebron, & ſeor, ſegor. In alijs vero eos conatus iſte defecit. Nam nos & Græci vnam tantum literam s, habemus: illi vero tres, ס ſamech, צ ſade, & ש ſin, quæ diuerſos ſonos poſſident. Iſaac & Sion per צ ſade ſcribuntur, Iſrael per ש ſin, & tamẽ non ſonat hoc quod ſcribitur. Seon rex Amorræorum per ס ſamech literam & pronunciatur & ſcribitur. Si igitur à nobis hæc nominum & linguæ idiomata, vt videlicet barbara, non ita fuerint expreſſa, vt exprimuntur ab Hebræis, ſolent cachinnum attollere, & iurare ſe penitus neſcire quod dicimus. Vnde & nobis curæ fuit omnes veteris legis libros, quos vir doctus Adamantius in exempla digeſſerat, de Cæſarienſi bibliotheca deſcriptos, ex ipſis authenticis emendare, in quibus & ipſa Hebræa proprijs ſunt characteribus verba deſcripta, & Græcis literis tramite expreſſa vicino. Aquila etiam & Symmachus. Lxx. quoque & Theodotio ſuum ordinem tenent. Nonnulli vero libri, & maxime hi qui apud Hebræos verſu compoſiti ſunt, tres alias editiones additas habent, quam quintam & ſextam & ſeptimam tranſlationem vocant, auctoritatem ſine nominibus interpretum conſecutas. Hæc immortale illud ingenium ſuo nobis labore donauit: vt non magnopere pertimeſcamus ſupercilium Iudæorum, ſolutis labijs, & obtorta lingua, & ſtridẽte ſaliua, & raſa fauce gaudentium. Eſt & illis alia occaſio ſuperbiæ: quoniam ſicut nos qui Latini ſumus, Latina nomina & origines de lingua noſtra habentia, facilius memoriæ tradimus: ita illi à parua ætate, vernacula ſui ſermonis vocabula, penitiſſimis ſenſibus imbiberunt, & ab exordio Adam vſque ad extremum Zorobabel, omniũ generationes ita memoriter velociterque percurrunt, vt eos ſuum putes referre nomen. Hoc nos qui aut alias literas didicimus: aut certe ſero credidimus in Chriſtum: aut etiam ſi infantes ſumus eccleſiæ mancipati, magis ſcripturarum ſenſum quam verba ſectamur: ſi forte non ita nouimus, putant ſe in nominibus referendis, & in ſupputatione annorum, & in nepotibus & abnepotibus, auis, proauis, & attauis doctiores. Audiui ego quendam de Hebræis, qui ſe Romæ in Chriſtum credidiſſe ſimulabat, de genealogijs Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ ſcripta ſunt in Matthæo & Luca facere quæſtionem, quod videlicet à Salomone vſque ad Ioſeph nec numero ſibi, nec vocabulorum æqualitate conſonarent: qui cum corda ſimplicium peruertiſſet, quaſi ex adytis & oraculo deferebat quaſdam, vt ſibi videbatur, ſolutiones: cum magis debuerit iuſtitiam & miſericordiam & dilectionem Dei quærere, & poſt illa ſi forte occurriſſet, de nominibus & numeris diſputare. Satis forſitan de Hebræorum ſupercilio, & plus quam neceſſe fuerit diximus: ſed occaſio nobis data eſt de genealogijs & contentione & rixis, quæ ex lege veniunt, diſſerendi. Dialectici, quorum Ariſtoteles princeps eſt, ſolent argumentationum retia tendere, & vagã rhetoricæ libertatem in ſyllogiſmorum ſpineta concludere. Hi ergo qui in eo totos dies & D

A noctes terunt, vt vel interrogent, vel reſpondeant: vel deut
propoſitionē vel accipiant, aſſumant, confirment, atque cō-
cludant, quoſdam contentioſos vocant, qui vt libet, non ra-
tione ſed ſtomacho diſputent litigantium. Si igitur illi hoc
faciunt (quorum propriè ars contentio eſt) quid debet face-
re Chriſtianus, niſi omnino fu-
gere contentionem? Riæ quo-
que legales penitus reſpuendæ
ſunt, & Iudæorum ſtultitiæ re-
linquendæ. Sunt enim inutiles
& vanæ, quæ ſimilem ſpeciem
ſcientiæ habent: cæterum nec
dicentibus, nec audientibus
proſunt. Quid enim mihi pro-
deſt ſcire quot annos vixerit
Mathuſalem: quoto ætatis ſuæ
anno Salomon ſortitus ſit cō-
iugem: ne forſitan Roboan vn-
decimo ætatis illius anno natus eſſe credatur? & multa iſtiu-
ſmodi, quæ aut difficile eſt inuenire propter librorum varie-
tatē, & [dum paulatim de inemendatis inemendata ſcribū-
tur] errores inoliros, aut etiam ſi inueniremus magno ſtu-
dio & labore, nihil profutura cognouimus. Frequenter ac-
cidit vt habeamus pugnas legis non ob deſiderium veritatis,
ſed ob iactantiam gloriæ, dum apud eos qui audiunt, docti
volumus æſtimari: aut certe ex hoc rumuſculo torpia ſecta-
mur lucra. Quid enim prodeſt ſpumantibus labiis, & latra-
tu garrire canum: cum ſimplex & moderata reſponſio aut
poſſit te placare ſi vera eſt: aut ſi falſa, leniter à te & placa-
biliter emendari?

vanæ. [a] Hæreticū hominem poſt vnam & alte-
ram correptionem deuita, ſciens quod ſubuer-
ſus eſt eiuſmodi, & delinquit qui eſt á ſemetipſo
damnatus. Cum miſero [b] ad te Artemam aut
Tychicum, feſtina venire ad me Nicopolim:
ibi enim ſtatui hyemare. Zenā legis [c] doctorem
& Apollo ſolicite præmitte, vt nihil illis deſit.
Diſcant [d] autē & noſtri bonis operibus præeſſe
in neceſſariis vſibus, vt non infructuoſi ſint.
Salu-

a ¶ *Hæreticum hominem* &c.] Nomen Hæreſeos & in epi-
1. Cor. 11. d ſtola ad Corinthios ponitur. *Oportet enim & Hæreſes in vo-*
bis eſſe, vt probati quique manifeſti fiant. Et ad Galatas inter
Gal. 5. e carnis opera numeratur: *Manifeſta autem ſunt opera carnis,*
quæ ſunt fornicatio, immunditia, luxuria, idololatria, veneficia,
inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſentiones,
hæreſes, inuidiæ, ebrietates, comeſſationes, & cætera his ſimi-
lia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi: quoniam qui hæc agunt,
regnum Dei non poſſidebunt. In quibus diligenter eſt obſer-
B uandum, quod quomodo cætera vitia, quæ inter carnis ope-
ra numerata ſunt, excludunt nos à regno Dei: ita etiam no-
bis hæreſes auferant regnum Dei, & non intereſt quomo-
do quis, dum tantum excludatur à regno. Quod autem ma-
gis mirum ſit, etiam illud de Actibus apoſtolorum videtur
eſſe relegendum fidem noſtram in Chriſtum, & eccleſiaſti-
cā diſciplinā, iam tunc à peruerſis hominibus hæreſim nū-
Act. 28. c cupatā. *Nos enim*, inquiunt, Iudæi ad Apoſtolum Paulum,
nec literas à te accepimus de Iudæa: nec veniens quis de fratri-
bus annunciauit nobis, aut locutus eſt aliquis de te in malum.
Petimus autē vt audiamus à te quid ſentias: de hæreſi enim iſta
notū eſt nobis, quia vbique & contradicitur. Et licet nomē hæ-
reſeos Mileti non dicatur, à Paulo tamen opera nominātur,
Ibid. 20. f loquente ad presbyteros eccleſiæ. *Ego ſcio quoniam venient*
poſt abſceſſum meū lupi graues in vos, non parcentes gregi: &
ex vobis ipſis conſurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant
diſcipulos poſt ſe. Hæc in trāſitu dicta ſint, vbi & alibi hæreſis
appelletur: nunc ipſum nomen videtur pleniſſime ventilan-
dum: Hæreſis Græce ab electione dicitur, quod ſcilicet vnuſ-
quiſq; id ſibi eligat quod ei melius eſſe videatur. Philoſophi
quoque, Stoici, Peripatetici, Academici, Epicurei, illius vel
illius hæreſeos appellantur. Superfluum eſt ire per ſingula,
& Marcionem, Valentinum, Apellem, Ebionem, Montanū,
& Manichæum cum ſuis enumerare dogmatibus, cum per-
facile ſit vnicuiq; cognoſcere quibus ſinguli ducantur erro-
ribus Arius & Eunomius, & nouæ auctor hæreſeos, vtinam
tam noti non eſſent, minus forſitan plurimos decepiſſent.
Hæreticū igitur hominē poſt vnā correptionē: ſiue, vt in Græco
melius habetur, νουθεσίας deuita, νουθεσία autē commonitio-
nem magis & doctrinā abſque increpatione ſignificat. Legi-
tur in Latinis codicibus quod verum Papa quoque Athana-
ſius approbabat. *Poſt vnam & alteram correptionē*, quod ſci-
licet non ſufficiat tantum ſemel eum corripi, vel cōmoueri,
qui aliquo ſit deprauatus errore, ſed & ſecunda ſit ei adbi-

bēda doctrina: vt in ore duorum aut trium teſtium ſtet om- C
ne verbum. Quare autem poſt primam & ſecundam corre- Matt. 18. b
ptionem deuitandus ſit, reddit cauſas, dicens: *quod ſubuerſus*
eſt eiuſmodi, & peccat, cū ſit à ſemetipſo damnatus. Qui enim
ſemel biſque correptus, audito errore ſuo non vult corrigi,
errare æſtimat corrigentem,
& econtrario ſe ad pugnas &
iurgia verborum parans, eum
vult lucrifacere à quo docetur.
Propterea vero à ſemetipſo di-
citur eſſe damnatus: quia for-
nicator, adulter, homicida, &
cætera vitia, per ſacerdotes de
eccleſia propelluntur. Hæreti-
ci autem in ſemetipſos ſenten-
tiam ferunt, ſuo arbitrio de ec-
cleſia recedentes: quæ receſſio,
propriæ conſcientiæ videtur
eſſe damnatio. Inter hæreſim & ſchiſma hoc intereſſe arbi-
tramur, quod hæreſis peruerſum dogma habeat: ſchiſma Cap. inter 24. q. 2
propter epiſcopalem diſſenſionem ab eccleſia pariter ſepa-
ret: quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi poteſt
diuerſum. Cæterum nullum ſchiſma non ſibi aliquam con-
fingit hæreſim, vt recte ab eccleſia receſſiſſe videatur.

b ¶ *Cum miſero ad te Arteman aut Tychicum feſtina venire*
ad me Nicopolim: ibi enim ſtatui hyemare, &c.] Legimus in
exordio iſtius epiſtolæ: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt
ea quæ deerant corrigas, & conſtituas per ciuitates presby-
teros, ſicut ego tibi diſpoſui: vt quia Cretenſes ſuper cre-
diderant, recedente Paulo, & ad alias eccleſias tranſeunte,
non dimitterentur orphani, ſed haberent apoſtolicum vi-
rum, qui ea quæ videbantur deeſſe, corrigeret. Quia ergo
poſt fundamentum aliarum eccleſiarum neceſſarius erat
Titus, qui ædificium ſuperſtrueret, ſcribit ei. vt cum Arte- D
man, vel Tychicum (vnum ſcilicet è duobus qui ſecum fue-
rant. Cretam miſiſſet, impleturus locum eius ipſe Nicopo-
lim veniret, ibi ſe hyematurum eſſe conteſtans, ex quo pa-
ternos Pauli in Cretenſes probemus affectus. Neceſſarium
habet Titum in euangelii miniſterium, tamen non eum an-
te ad ſe vult venire, niſi in locum eius Artemas vel Tychi-
cus ſucceſſor aduenerit. Nicopolis ipſa eſt, quæ ob victo-
riam Auguſti, quod ibi Antonium Cleopatramque ſupera-
rit, nomen accepit.
c ¶ *Zenam legis doctorem*, &c.] Iſte eſt Apollo, de quo &
ad Corinthios ſcribitur: *Vnuſquiſque veſtrum dicit: Ego ſum* 1. Cor. 1. b
Pauli: ego autem Apollo: ego vero Cephæ. Fuit autem vir A-
lexandrinus ex Iudæis, valde eloquens & perfectus in lege,
epiſcopus Corinthiorum; quem propter diſſenſiones, quæ
in Corintho erant, ad vicinam inſulam Cretam cum Zena
legis doctore putandum eſt transfretaſſe, & Pauli epiſtola
diſſenſionibus quæ Corinthi ortæ fuerant temperatis, rur-
ſum Corinthum reuertiſſe. Zenam vero legis doctorem, de
alio ſcripturæ loco quis fuerit, non poſſumus dicere, niſi
hoc tantum, quod & ipſe apoſtolicus vir id operis quod A-
pollo exercebat habuerit, Chriſti eccleſias extruendi. Præ-
cipit itaque Tito, vt quoniam de Creta ad Græciam naui-
gaturi erant, non eos faciat ſtrateciis indigere, ſed habere ea
quæ ad viaticum neceſſaria ſunt.

d ¶ *Diſcant autem & noſtri bonis operibus præeſſe in neceſſa-*
riis, &c.] Supra dixerat, Zenam legis doctorem & Apollo
ſolicite præmitte, vt nihil illis deſit. Quia ergo poterat ſub-
oriri occulta reſponſio, vt non tam Titus, quam quicunque
epiſtolæ lector hoc diceret: & vnde Tito, vt viaticum non
habentibus largiretur? Soluit hanc quæſtionem, & quaſi ni-
hil ſibi opponatur elidit, dicendo: Diſcant autem & noſtri
bonis operibus præeſſe in neceſſariis vſibus, vt nō infructuo-
ſi ſint. Noſtros, ſuos vocat, qui in Chriſto crediderant: qui
quia Chriſti erant, recte & Pauli & Titi appellari mereban-
tur. Habes, inquit, in diſcipulos poteſtatem: doce eos nō eſ-
ſe infructuoſos, ſed euāgeliſtis & apoſtolicis viris, qui bonis
operibus ſeruiunt, miniſtrare: & miniſtrare nō in quibuſcū-
que cauſis, ſed in neceſſariis vſibus. *Habentes* quippe *victum*

Salutant [a] te qui mecũ ſunt omnes. Saluta eos [b] qui nos amant in fide. Gratia Domini [c] noſtri cum omnibus vobis.

E *& veſtimentum, his contenti ſimus.* Et qui altario ſeruiunt,
1. Tim. 6. b de altario viuant: & qui participes ſpiritualium noſtrorum
1. Cor. 9. b facti ſunt, debent nobis ſua participare carnalia. Et ne forſi-
Rom. 15. f tan vel epiſtolam Pauli, vel præceptum Titi facile contem-
nerent, infructuoſos vocat, quicumque euangeliſtis non
Prou. 3. miniſtrauerint. Dicit & Salo-
Galat. 5. b mon in Prouerbiis: *Fructus*
Matt. 3. c *vero eleemoſyna.* Et ipſe Paulus
primum ſpiritus fructum cha-
ritatem vocat. Charitas autem
in communicatione, & in mi-
2. Cor. 9. b niſterio vel maxime comprobatur. *Vt non,* inquit, *infructuo-
ſi ſint. Omnis* enim *arbor, quæ non facit fructum bonum, exci-
detur & in ignem mittetur.* Hoc autem dico: quia qui parce
ſeminat, parce & metet. Apoſtolicis viris & euangelizatori-
bus Chriſti in neceſſariis vſibus nolle tribuere, ſterilitatis
ſeipſum eſt condemnare.

a ¶ *Salutant te,* &c.] Vel ſolita conſuetudine vſus eſt, vt Ti-
tum ab omnibus qui ſecum erant diceret ſalutari: vel certe
propter in Titum, quod talis eſſet, vt amorem eorum qui
cum Paulo erant omnium mereretur. Magna vero laus Ti-
ti per Paulum ab omnibus ſalutari.

b ¶ *Saluta eos qui nos amant in fide,* &c.] Si omnis qui
F amat, amaret in fide, & non eſſent alii qui abſque fide dili-
gerent: numquam Paulus ad amorem, fidem appoſuiſ-
ſet, dicens: Saluta eos qui nos amant in fide. Amant

G quippe & matres filios, ita vt mortem pro eis oppetere ſint
paratæ, ſed non amant in fide: & vxores maritos quibus
frequentiſſime commoriuntur, ſed amor ille non fidei eſt.
Sola ſanctorum dilectio in fide diligit in tantum, vt etiam ſi
ille qui diligitur infidelis ſit, tamen ſanctus in fide eum dili-
gat, ſecundum illud: *State in fi-* 1. Cor. 16. c
de: Omnia veſtra in charitate Luc. 6. d
fiant. Et alibi: *Diligite inimicos
veſtros.* Diligit ſanctus inimi-
cos ſuos, & ideo in fide diligit:
quia credit in eum qui pollici-
tus eſt ſe pro expletione mandati retributurum eſſe merce-
dem.

c ¶ *Gratia Domini,* &c.] Sciendum quod in Græcis codici-
bus ita ſcriptum eſt: Gratia cum omnibus vobis, vt nec Do-
mini, nec noſtri, in libris feratur authenticis. In commune
itaque ſanctis atque credentibus, Tito & cæteris qui cum
eo erant, imprecatur gratia. Et quomodo Iſaac patriarcha Gen. 17. e
benedixit filium ſuum Iacob, & ipſe duodecim patriarchas: & 49.
Apoſtoli quoque ingredientes domum dicebant: *Pax huic* Matt. 10. b
domui & ſi digna erat domus, requieſcebat pax eorum ſuper H
eam: ſi vero exhibebat ſe indignam, reuertebatur ad eos qui
eam fuerant imprecati: ita & nunc in fine epiſtolæ ſuæ Apo-
ſtolus gratiam credentibus imprecatur, quæ cum voto ha-
bebat effectum, & erat in poteſtate credentium, ſi talem ſe
benedictus, qualem benedicens præbere voluiſſet.

Commentariorum Hieronymi in Epiſtolam ad Titum, Finis.

COM-

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM, AD PAVLAM, ET EVSTOCHIVM

PROOEMIVM.

QVI nolunt inter epiſtolas Pauli eam recipere quæ ad Philemonem ſcribitur, aiunt non ſemper
Apoſtolum, nec omnia, Chriſto in ſe loquente, dixiſſe: quia nec humana imbecillitas unum te-
norem ſancti Spiritus ferre potuiſſet: nec huius corpuſculi neceſſitates ſub præſentia Domini
ſemper complerentur: velut diſponere prandium, cibum capere, eſurire, ſaturari, ingeſta di-
gerere, exhauſta complere: taceo de cæteris, quæ exquiſite & coacte replicant. vt affirment
fuiſſe aliquod tempus, in quo Paulus dicere non auderet: Viuo iam non ego, viuit vero in Galat.2.d
me Chriſtus. *Et illud:* An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chri- 2.Cor.13.
ſtus? *Quale, inquiunt, experimentum Chriſti eſt audire:* Penulam quam reliqui Troade
apud Carpum, veniens tecum affer. *Et illud ad Galatas:* Vtinam & excidantur qui vos conturbant. *Et* 2.Tim.4.d
in hac ipſa Epiſtola: Simul autem & præpara mihi hoſpitium? *Hoc autem non ſolum Apoſtolis, ſed prophetis* Gal.5.b
quoque ſimiliter accidiſſe. Vnde ſæpius ſcriptum feratur: factum eſt verbum Domini ad Ezechiel, ſiue ad quemlibet
alium prophetarum: quia poſt expletum vaticinium, rurſum in ſemet reuertens, homo communis fieret è propheta: &,
excepto Domino noſtro Ieſu Chriſto, in nullo ſanctum Spiritum permanſiſſe. Quod ſignum & Ioannes Baptiſta accepe- Ioan.1.d
rat: vt ſuper quem vidiſſet Spiritum ſanctum deſcendentem, & manentem in eo, ipſum eſſe cognoſceret. Ex quo oſtē-
dit ſuper multos quidem deſcendere Spiritum ſanctum: ſed proprium hoc eſſe Saluatoris inſigne, quia permaneat in eo.
His & cæteris huiuſmodi, volunt aut epiſtolam non eſſe Pauli, quæ ad Philemonem ſcribitur, aut etiam ſi Pauli ſit,
nihil habere quod ædificare nos poſſit, & à pleriſque veteribus repudiatam: dum commendandi tantum ſcribatur officio,
non docendi. At econtrario qui germanæ auctoritatis eam eſſe defendunt, dicunt nunquam in toto orbe à cunctis eccle-
ſiis fuiſſe ſuſceptam, niſi Pauli Apoſtoli crederetur, & hac lege ne ſecundam quidem ad Timotheum & ad Galatas
eos debere ſuſcipere, de quibus & ipſi humanæ imbecillitatis exempla protulerit: Penulam quam reliqui Troade apud
Carpum veniens tecum affer: Et vtinam excidantur qui vos conturbant. Inueniri plurima & ad Romanos & ad cæ-
teras eccleſias, maximeque ad Corinthios, remiſſius, & quotidiano pene ſermone dictata, in quibus Apoſtolus loqua- 1.Cor.7.d
tur: Cæteris autem ego dico, non Dominus: Quas & ipſas, quia aliquid tale habeat: aut Pauli epiſtolas non putandas: D
aut ſi iſta recipiuntur, recipiendam eſſe ad Philemonem ex præiudicio ſimilium receptarum. Valde autem eos & ſim-
pliciter errare, ſi putent cibum emere, hoſpitium præparare, veſtimenta conquirere, eſſe peccatum, & aſſerere fugari
Spiritum ſanctum, ſi corpuſculi paulisper neceſſitatibus ſeruiamus. Nolite, *inquit Apoſtolus,* contriſtare Spiri- Ephes.4.g
tum ſanctum, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. *Quibus operibus Spiritus ſanctus contriſtetur, prophe-*
ta commemorat, multis in ordine vitiis peccatiſque digeſtis, ad extremum inferens: In omnibus iſtis contriſtabas me.
Alioqui calicem aquæ frigidæ porrigere, pedes lauare, immolare vitulum, prandium præparare, peccatum ſit: cum ſcia- Ezech.16.e
mus ex his rebus in Dei quoſdam filios adoptari. Non eſt huius temporis ad omnia reſpondere: quia nec omnia quæ illi Sec.70.
proponere ſolent, intulimus. Quod ſi non putant eorum eſſe parua, quorum & magna ſunt: alterum mihi conditorem,
iuxta Valentinum, Marcionem, & Appelem, formicæ, vermium, culicum, locuſtarum, alterum cæli, terræ, maris
& angelorum debent introducere. An potius eiuſdem potentia eſt, ingenium quod in maioribus exercueris, etiam in
minoribus non negare. Et quoniam Marcionis fecimus mentionem, Pauli eſſe epiſtolam ad Philemonem, ſaltem Mar-
cione auctore doceantur. Qui cum cæteras epiſtolas eiuſdem, vel non ſuſceperit: vel quædam in his mutauerit atque cor-
roſerit, in hanc ſolam manus non eſt auſus mittere: quia ſua illam breuitas defendebat. Sed mihi videntur dum epiſtolam
ſimplicitatis arguunt, ſuam imperitiam prodere, non intelligentes quid in ſingulis ſermonibus virtutis ac ſapientiæ la-
teat, quæ orantibus vobis, & ipſo nobis Sancto ſpiritu ſuggerente, quo ſcripta ſunt, ſuis locis explanare conabimur. Si
autem breuitas habetur contemptui, contemnatur Abdias, Nahum, Sophonias, & alii duodecim prophetarum, in quibus
tam mira & tam grandia ſunt quæ feruntur, vt neſcias vtrum breuitatem ſermonum in illis admirari debeas, an magni-
tudinem ſenſuum. Quod ſi intelligerent hi qui epiſtolam ad Philemonem repudiant, numquam breuitatem deſpicerent, Rom.9.f
quæ pro laciniosis legis oneribus, euangelico decore conſcripta eſt, tum breuiatum conſummatumque ſermonem facit
Dominus ſuper terram. Sed iam ipſa Apoſtoli verba ponenda ſunt, quæ ita incipiunt.

IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM,

LIBER VNVS.

PAulus vinctus Ieſu Chriſti, & Timotheus, &c.] Præpoſtero ordine atq; peruerſo in epiſtolas Pauli dictari à me vobis placuit. Nam rum id crebro à Paula & Euſtochium peteretis vt facerem, & ego obnixè ne facerem recuſarem: ſaltem paruam, & quę vobis vt numero verſuum, ita ſenſu quoque & ordine videbatur extrema, vt differerem coegiſtis. Rem itaque principij in fine tentabo, & quod alius in exordio ſtatim Apoſtol. quæreret: quare, aut quo tempore, vel quo cognominante è Saulo Pauli nomẽ acceperit: hoc ego nunc facere compellor: ne moth quidẽ (vt dicitur) ante hanc diem in eum facere auſus. Neque vero putandum eſt [vt à ſimplicioribus latinis legitur] Saulum ante dictum eſſe, & non Saul: quia & de tribu Beniamin erat: in qua hoc nomẽ familiarius habebatur. Siquidem & ille Saul, rex Iudææ, perſecutor Dauid, de tribu Beniamin fuit. Quod autem Saulus à nobis dicitur: non mirum eſt Hebræa nomina ad ſimilitudinem Græcorum & Romanorũ caſuum declinari, vt ſicut pro Ioſeph Ioſephus, pro Iacob Iacobus: ita pro Saul quoque Saulus in noſtra lingua ac ſermone dicatur. Quæritur igitur, cur, aut quo iubẽte, vel antiquum nomen amiſerit, vel nouum ſumpſerit. Vt ex Abram Abraham diceretur, Dei iuſſione perfectum eſt: vt ex Sarai Saræ vocabulum fieret: æque Dei imperium fuit. Et vt ad nonum inſtrumentum veniam: vt Simon, Petri nomen acciperet, & filij Zebedæi בני רגש bene reges: hoc eſt filij tonitrui vocarentur: Domini noſtri Ieſu Chriſti voce præceptũ eſt. Quare autem è Saulo Paulus dictus ſit, nulla ſcriptura memorat. Audacter itaque faciam, ſed forte vere, de Actib. Apoſtolorũ ſuſpiciones meas affirmãs. Legimus in eis quod Sanctus ſpiritus Antiochiæ dixerit: *Separate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod aſſumpſi eos.* Tunc ieiunantes, & orantes, imponenteſque eis manus, dimiſerunt illos. Qui cũ Seleuciam Syriæ deſcendiſſent, & nauigantes Salaminam Cypri, quæ nunc Conſtantia dicitur, perueniſſent: haberẽtque ſecum in miniſterio Ioannem [propter quem poſtea ædificatorũ eccleſiæ iurgium concitatũ eſt] & omni inſula peragrata Paphum vſque veniſſent: inuenerunt *quendam magum pſeudoprophetam nomine Bar Ieſu cum proconſule Sergio Paulo viro prudente. Qui accitis Barnaba & Saulo, deſiderabat Dei ſermonem ab eis audire.* Reſiſtente itaque magno, & à fide recta Sergiũ deprauante, *Saulus* [ait ſcriptura] *qui & Paulus, repletus Spiritu ſancto intuens in eum dixit. O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas? Et nunc ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus non videns ſolem vſque ad tempus. Confeſtimque cecidit in eum caligo & tenebræ, & circuiens quærebat, qui ei manus daret. Tunc proconſul cum vidiſſet factum, credidit, admirans ſuper doctrina Domini. Et cum à Papho nauigaſſent Paulus, & qui cum eo erant, venerunt Pergen Pamphyliæ.*

Gen 17. a
Ioan. 1. f
Mar. 3. b
Contr. ijr.
Act 13. a
F
Ibid.

Diligenter attende, quod hic primum Pauli nomen acceperit. Vt enim Scipio ſubiecta Aphrica, Aphricani ſibi nomen aſſumpſit, & Metellus Creta inſula ſubiugata, inſigne Cretici ſuæ familiæ reportauit, & Imperatores nunc vſque Romani ex ſubiectis gentibus, Adiabenici, Parthici, Sarmatici nuncupantur: ita & Saulus ad prædicationem gentiũ miſſus, à Primo eccleſiæ ſpolio proconſule Sergio Paulo, victoriæ ſuæ trophea retulit, erexitque vexillum, vt Paulus diceretur è Saulo. Si autem & interpretatio nominis quæritur, Paulus in Hebræo mirabilem ſonat: Reuera mirum vt poſt Saul qui interpretatur, expetitus [eo quod ad vexandum eccleſiam fuiſſet à diabolo poſtulatus] de perſecutore vas fieret electionis. Plus forte quam oportuit, ſed neceſſarie diſputatum eſt. Quod autem ſequitur: *vinctus Ieſu Chriſti*: in nulla epiſtola hoc cognomine vſus eſt: licet in corpore epiſtolarum, ad Epheſios videlicet, & Philippenſes & Coloſſenſes, eſſe ſe in vinculis pro cõfeſſione teſtetur.

פלא
שאול
Ephe 3. a
Phil. 1. b
Col. 4. d

CAPVT I.

PAulus [a] vinctus Chriſti Ieſu, & Timotheus frater, Philemoni dilecto, & cooperatori noſtro, & Appiæ ſorori, & Archippo commilitoni noſtro, & eccleſiæ quæ in domo tua eſt. Gratia vobis, & pax à Deo patre noſtro & dño noſtro, Ieſu Chriſto.

Gratia

Maioris autem mihi videtur ſupercilij, vinctũ ſe Ieſu Chriſti dicere, quam Apoſtolum. Gloriabantur quippe Apoſtoli, quod digni fuerant, pro nomine Ieſu Chriſti contumeliã pati. Sed neceſſaria auctoritas vinculorum. Rogaturus pro Oneſimo, talis rogare debuit: qui poſſet impetrare, quod poſceret. Felix nimirum, qui non in ſapientia, non in diuitiis, non in eloquentia, & potentia ſæculari, ſed in Chriſti paſſionibus gloriatur. Tali & ad Galatas epiſtolam ſermone concludens: *De cætero* [ait] *nemo mihi moleſtus ſit: ego. n. ſtigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore meo porto.* Non omnis autẽ qui vinctus eſt, vinctus eſt Chriſti: ſed quicunque pro Chriſti nomine & pro eius confeſſione vincitur, ille vere vinctus dicitur Ieſu Chriſti, & ſanguis effuſus is tantum martyrem facit, qui pro Chriſti nomine funditur. Scribit igitur ad Philemonem Romæ vinctus in carcere: quo tempore mihi videntur ad Philippenſes, Coloſſenſes, & Epheſios, epiſtolæ eſſe dictatæ. Ad Philippenſes illa ex cauſa: primum, quod cum ſolo Timotheo ſcribit, quod & in hac epiſtola facit. Dehinc quod vincula ſua manifeſta dicit facta pro Chriſto in omni prætorio. Quid ſit autem prætorium, in ipſius epiſtolæ fine ſignificat. *Salutant vos omnes ſancti, maxime autem qui de Cæſaris domo ſunt.* A Cæſare miſſus in carcerem, notior familiæ eius factus, perſecutoris domum, Chriſti fecit eccleſiam. Deinde ait: *Quidam autem ex contentione Chriſtum annunciant, non ſincere, exiſtimantes preſſurã ſe ſuſcitare vinculis meis.* Porro & ad Coloſſenſes principium ſimile, *Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei, & Timotheus frater.* Et in conſequentibus: *Cuius factus ſum ego Paulus miniſter: qui nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore eius, quod eſt eccleſia.* Et in fine, *Salutatio mea manu Pauli memores eſtote vinculorum meorum.* Hoc ideo, vt ſciamus has quoque epiſtolas de carcere, & inter vincula fuiſſe dictatas. Illud autem proprie habet ad Coloſſenſes: quod idem Oneſimus, qui nunc Philemoni commendatur, etiam perlator eiuſdem ſermonis fuit. Denique ait: *Quæ circa me ſunt, omnia vobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater & miniſter fidelis, & conſeruus in Domino: quem miſi ad vos, ad hoc vt cognoſcat quæ circa vos ſunt, & conſoletur corda veſtra cum Oneſimo chariſſimo, & fideli fratre, qui eſt ex vobis.* Si autem Philemon, ad quem hæc epiſtola ſcribitur, Oneſimi Dominus eſt [imo frater eſſe cœpit in Domino] & ad Coloſſenſes refertur quod Oneſimus ex eis ſit: ratio nos ipſa & ordo deducit, quod & Philemon Coloſſenſis ſit, & eo tempore communem ad omnem eccleſiam Oneſimus epiſtolam tulerit: quo priuatas & ſui commendatrices ad Dominum literas ſumpſerat. Eſt & aliud indicium, quod in hac eadem epiſtola & Archippus nominatur, cui hic cum Philemone ſcribitur: *Dicite* [inquit]. *Archippo: vide miniſteriũ quod accepiſti à Domino, vt illud impleas.* Quod eſt miniſterium quod Archippus accepit à domino? Ad Philemonem legimus: *Et Archippo cõmilitoni noſtro, & eccleſiæ quæ in domo tua eſt.* Ex quo puto aut epiſcopum eum fuiſſe Coloſſenſis eccleſiæ: cui admonetur ſtudioſe & diligenter præeſſe, vt euangelij prædicatorem. Aut ſi ita non eſt, illud mihi in præſentiarũ ſufficit, quod & Philemon & Archippus & Oneſimus ipſe, qui litteras perferebat, fuerint Coloſſenſes, & eodem tempore quatuor [vt ante diximus] epiſtolæ ſcriptæ ſunt.

Act 5. g
Gal. 6. d
Philip. 1. & Ibidem b
Ibid. 4. d
Ibidem 1. b
H
Col 1. a
Ibid d
Ibid 4. d
Ibid. b
Ibid. 4. d

Ad Epheſios vero illam ob cauſam, quod pro Chriſto & hic vinctum ſe eſſe dicat, & eadem quæ ad Coloſſenſes iuſſerat, in huius quoque epiſtolæ fine præcipiat: vt vxores ſubiiciantur viris & viri vxores diligant: vt filij obediant parẽtibus, vt patres non prouocent ad iracundiam filios ſuos: vt ſerui obediant dominis carnalibus: vt domini relictis minis, ea ſeruis quę iuſta ſunt præbeant, & ad extremũ epiſtolã ſuam hoc fine concludat: *Quid agam, notum vobis faciet Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter in domino: quem*

Ephes. 3. a
Ibid. 5. & 6

miſi

A *miſi ad vos in hoc ipſum vt cognoſcatis quæ circa me ſunt. & conſoletur corda veſtra.* Tychicus autem is eſt, qui & ad Coloſſenſes cum Oneſimo mittitur, & eo tempore Oneſimum habuit comitem: quo Oneſimus ad Philemonem literas perferebat. *Et Timotheus frater.* In alijs epiſtolis Soſthenes & Siluanus, interdum & Timotheus aſſumitur: in quatuor tamen Timotheus: quia vel eodẽ tempore, vel præſente Timotheo cæteriſque dictatæ ſint. Quod ego duplici ex cauſa factũ puto: vt & epiſtola maiorem haberet auctoritatem, quæ non ab vno ſcribebatur, & quia nulla æmulatio erat inter apoſtolos, ſi quid forte Paulo dictante, alij ſpiritus ſuggeſſiſſet, abſq; vlla triſtitia
1.Cor.14.f addebat Paulus in literis quas dictabat. Secundum id quod ipſe Corinthijs præcepit, vt ſi alio prophetãte, alij fuerit reuelatum, taceat ille qui prios prophetabat: Ita ipſe quoque præceptum ſuum opere cõplebat: & propter pauca, quæ alio addiderat ſuggerẽte, vt ſuam, ita alterius quoque epiſtolam perſcribebat. Philemoni (inquit) dilecto. Nõ habetur in Græco ἀγαπητῷ quod dilectus dicitur, ſed ἀγαπητῷ id eſt, diligibili. Inter dilectum autem & diligibilem hoc intereſt, quod dilectus appellari poteſt & ille qui dilectionẽ non meretur. Diligibilis vero is tãtũ qui merito diligitur. Deniq; & inimicos noſtros diligere præcipimur, qui ſunt dilecti, ſed non diligibiles: Amamus quippe illos, non quia amari merentur, ſed quia præcipitur eos odio non habendos. Illud vero quod in quadrageſimi quarti pſalmi titulo prænotatur, pro dilecto: melius habet in Græco, pro diligibili. qui locus manife-
1.Reg.12. ſtiſſime de Chriſto intelligitur: Licet enim Iudæi Ie-didia, hoc eſt, amatum Dei. Salomonem dici putent, quod ei a Deo ſit ob ſapientiam nomen impoſitum: tamen amatus Dei quis
B magis dici poteſt, niſi is de quo in euangelio pater loquitur:
Matt.17.a *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, hunc*
Iſa.5.d *audite.* Denique & in Eſaia ita ſcriptum habet: *Cantabo dilecto canticum diligibilis vineæ meæ: Vinea facta eſt dilecto.* Et hoc circumciſio de populo Iudaico accipiendum putãs, impegit in lapidem offenſionis & petram ſcandali: non recogitans vineam quæ de Ægypto tranſlata eſt, eſſe domum Iſrael. & Chriſtum hic dici vel diligibilem, vel dilectum, dum & ipſe diligi meretur à ſanctis, & ſancti eum diligunt: offerentes ei magis charitatem, quam vlla charitatis præmia poſtulantes. Scribunt igitur Paulus & Timotheus Philemoni chariſſimo & cooperatori: qui ideo chariſſimus dictus eſt, quod in eodem Chriſtũ opere verſetur. Appiæ quoque ſorori non habẽti in ſe falſæ aliquid & fictæ germanitatis, & Archippo commilitoni: quem arbitror cum Paulo & Timotheo contra aduerſarios pro Chriſti nomine dimicãtẽ extitiſſe victorẽ, & propterea nunc cõmilitonem dici, quod in eodem certamine belloque ſuperauerit. Scribitur etiam eccleſiæ, quæ in domo eius eſt. Verum hoc ambiguum, vtrũ eccleſiæ quæ in domo Archippi ſit, an ei quæ in domo Philemonis. Sed mihi videtur non ad Archippi, ſed ad Philemonis referendum eſſe perſonam, cui ipſa quoque epiſtola deputatur. Nam licet Paulus & Timotheus pariter ſcribant ad Philemonem, Appiam, Archippum, & eccleſiã. tamen in ſequentib. approbatur, Paulum tantũmodo ad Philemonẽ ſcribere, & vnum cum vno ſermocinari. Gratias ago Deo meo ſemper memoriã tui faciens. Hunc autẽ morem ſcribendi in nonnullis epiſtolis eius inuenire poteritis: quod cũ plures & ad plures in præfatione ponantur, poſtea per totum corpus epiſtolæ, vnus diſputans inducatur. Illud quod
Gal.3.d ad Galatas ſcribens Apoſtolus ait: In Chriſti fide nihil referre, gentilis ſit aliquis, an Iudæus: vir an mulier: ſeruus an liber, etiam in hoc loco perſpicuum fit. Inter duos quippe viros & apoſtolicos, inter cooperatorem Pauli, & commilitonẽ eius, medium Appiæ nomen ſeritur: vt tali ex vtroque latere fulta comitatu, non videatur ordinẽ ſexus habere, ſed meriti. Quod autem ait: Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto: adhuc à duobus ad plures ſcribitur, & in omnibus pene epiſtolis æquale principium eſt: vt gratiam eis, & pacem à Deo patre & Chriſto domino imprecetur. Ex quo oſtenditur vnam

filij patriſque eſſe naturam: cum id poteſt filius præſtare C
quod pater, & dicitur id pater præſtare quod filius. Gratia
autem eſt (qua nullo merito nec opere) ſaluamur. Pax qua 2.Cor.5.
reconciliati Deo per Chriſtum ſumus, vt ibi: *Obſecramus pro Chriſto reconciliamini Deo.*

Gratias ^a ago Deo meo ſemper, memoriam tui faciens in orationibus meis: audiens charitatẽ tuam, & fidem quam habes in domino Ieſu, & omnes ſanctos eius, vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis boni, quod in vobis

a ¶ *Gratias ago Deo meo, &c.*] Hæc iam non vt Paulus & Timotheus, Philemoni & cæteris: ſed vt ſolus Paulus, ad ſolum Philemonem loquitur: *Gratias, inquiens, ago Deo meo ſemper, memoriam tui faciens in orationibus meis.* Ambigue vero dictum, vtrum gratias agat Deo ſuo ſemper, an memoriam eius faciat in orationibus ſuis ſemper. Et vtrumque intelligi poteſt. Qui enim præcipit alijs, vt in omnibus gratias agant Deo, nullus anguſtijs poterit coartari, vt gratias ſemper Deo ipſe non referat. Si autem pro ſanctis & melioribus quibuſque Paulus ſemper orabat (Sanctus autem & Philemon eſt, tantam habens in ſe fidem & charitatem: vt non ſolum audiret, ſed etiam opere noſceretur) & pro Philemone ſemper oraſſe Paulum, credibile eſt: quo ſcilicet fides & charitas quam habebat in Chriſto, & in omnes ſanctos eius, per communicationem fidei & operationẽ agnitionis in omni bono, Chriſti miſericordia ſeruaretur: Et de charitate quidem quã habebat in Chriſto Ieſu, & in omnes ſanctos eius, nõ difficilis interpretatio eſt, qua poſt Deum diligere iubemur & proximos. Nunc hoc quæritur, quomodo eandem fidẽ in Chriſto Ieſu habere quis poſſit, & in ſanctos eius: ἀπὸ κοινοῦ enim reſonat charitatem, quam habes in Domino Ieſu, & in omnes ſanctos eius. Ad expoſitionem huius loci de Exodo ſu-
mimus exemplum: *Credidit populus Deo, & Moyſi ſeruo eius:* Exod.19.b
Vna atque eadem credulitas in Moyſeo refertur & in Deũ: vt populus qui credebat in Dominum, æque credidiſſe dicatur in ſeruum. Hoc autem non ſolum in Moyſe, ſed in omnibus ſanctis eius eſt, vt quicunque credidit Deo, aliter
eius fidem recipere non queat, niſi credas & in ſanctos eius. D
Non eſt enim in Deum perfecta dilectio & fides, quæ in miniſtros eius odio & infidelitate tenuatur. Quod autem dico, tale eſt: Credit quiſpiam in conditorem Deum, non poteſt credere, niſi prius crediderit de ſanctis eius vera eſſe quæ ſcripta ſunt: Adam à Deo plaſmatum: Euam ex coſta illius & latere fabricatam: Enoch tranſlatum: Noe naufragium ſolum orbe ſeruatum: Quod primus Abraham de terra ſua & cognatione iuſſus exire, circumciſionem quam in figuram futuræ prolis acceperat, poſteris dereliquit: Quod Iſaac oblatus, victima ſit, & pro illo aries immolatus, coronatuſq; ſentibus, paſſionẽ Domini deformarit: Quod Moyſes & Aarõ decẽ plagis Ægyptum afflixerint: Quod ad vocem Ieſu filij Naue preceſq; ſteterit ſol in Gabaon, & luna in valle Ailon. Longum eſt diuerſa Iudicum geſta percurrere, & totam Samſun fabulam, ad veri ſolis (hoc quippe nomen eius ſonat) trahere ſacramentum. Ad Regum libros veniã, quando in tempore meſſis obſecrante Samuele, pluuiæ de cælo & flumina repente manarunt, & Dauid vnctus in regem eſt, & Nathan & Gad prophetauerũt myſteria, cum Elias igneo raptus eſt curro, & Eliſeus ſpiritu duplici, mortuus mortuũ ſuſcitauit. Hæc & cætera quæ de ſanctis ſcripta ſunt, niſi quis vniuerſa crediderit, in Deum ſanctorum credere non valebit; nec adduci ad fidem veteris teſtamenti, niſi quæcũque de patriarchis & prophetis & alijs inſignibus viris narrat hiſtoria, vera comprobarit: vt ex fide legis, ad fidem
veniat euangelij: & iuſtitia Dei in eo reueletur ex fide in fidẽ: Rom.1.b
ſicut ſcriptum eſt: *Iuſtus autem ex fide viuit.* Præcipitur
& in alio loco: *Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum di-* Hab.2.a
cit Dominus Deus veſter. Eadem ſanctitas ſeruis debetur Leuit.19.a
& domino: & ſanctificans quippe & ſanctificati ex vno Heb.2.
omnes. Non putemus leuem Philemonis prædicationem, ſi eandem fidem habeat in ſanctos, quam & in Deum. Qui credit Deum ſanctum eſſe, vtique non errat. Quod ſi quis hominem qui ſanctus non eſt, ſanctum eſſe crediderit, & Dei eum iunxerit ſocietati, Chriſtum violat: cuius corporis omnes membra ſumus. *Qui dicit*, inquit, *iuſtum iniuſtum, & iniuſtum iuſtum, abominabilis vterque*

E *apud Deum eſt*: ſimiliter qui ſanctum dicit eſſe non ſanctum, & ruſſum non ſanctum aſſerit ſanctum, abominabilis apud
1.Cor.6.c Deum eſt. Omnes credentes (ſecundum Apoſtolum) Chriſti corpus efficiuntur. Qui in Chriſti corpore errat & labitur: aſſerens membrum eius vel ſanctum eſſe, cum non ſit; vel non ſanctum eſſe, cum ſanctum ſit, vide quali crimine ob-
Eſa.5.c noxius fiat: *Væ*, ait Eſaias, *qui dicunt dulce amarum, & amarũ, dulce: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.* Dulce puto eſſe ſanctimoniam, amarum quod ſanctimoniæ cõtrarium eſt: æque lux ſanctimonia intelligi poteſt, tenebræ contrariæ ſanctitati. Quis putas è nobis probandis numiſmatibus, callidus trapezita, non errabit in diſcretione ſanctorum. Qui cum in Deum vel in ſanctos eius æqualem charitatem habuerit & fidem, ipſius fidei cõmunicationem debet habere non diſparem: vt ſicut credit & diligit, ita dilectionem ſuam & fidem opere conſummat. Vnde ait: Euidens fiat in agnitione omnis boni: ſiue vt in Græco melius habetur, efficax. ἐνεργὴς enim proprie transferri poteſt, efficax ſiue operatrix: vt non ſolum fidem nobis & charitatem in Deum & in ſanctos eius ſufficere poſſe credamus: ſed id quod credimus, opere compleatur. Poteſt autem accidere, vt quis habeat fidem, & eam opere conſummet, verum ſimpliciter & nude, non habens agnitionem, nec ſcientiam eius iuxta illud Apo-
Rom.10.a ſtoli: *Confiteor, Zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam.* Sunt hodie plerique ſimplicium, qui faciunt opera iuſtitiæ, & non habent eorum quæ ipſi operantur ſcientiam. Vnde addidit: Vt communicatio fidei meæ operatrix fiat in agnitione omnis boni. Quantis gradibus, quantiſque ſaltibus, apoſtolicus in altiora ſermo ſe tẽdit. Habet quiſpiam charitatem & fidem, in Deum, & in ſancto eius: ſed forſitan non æquali eam in omnes lance communicet. Communicet forſitan in cunctos, ſed opere non expleat: voluntate impleat aliquis & opere: ſed geſtorum ſuorum perfectam habere nõ poteſt notionem. Sit talis quoque qui & opus habeat & ſcientiam: ſed non omnis agnitionem habet boni. Multa enim iuſte, manſuete, ſtudioſeque perpetrans, impar eſt ſuis in aliqua parte virtutibus. At non talis Philemon: Habet quippe communicationem operatricis fidei & charitatis in agnitione omnis boni. Quæ cum in apoſtolis ſit, non eam putemus ob id tantum eſſe perfectam, ſi in illis ſit: ſed in eo totam eſſe, quia Chriſti eſt: vt quidquid boni & in Philemone laudatur, & de apoſtolorum exemplo ſumitur: inde bonum ſit, quia de fonte Chriſti ducatur.

vobis eſt in Chriſto. Gaudium [a] enim magnum habuimus & conſolationem in charitate tua, quia viſcera ſanctorũ requieuerunt per te frater. Propter [b] quod multam fiduciam habẽs in Chriſto Ieſu, imperandi tibi quod prodeſt propter charitatem, magis obſecro, cum ſis talis vt Paulus ſenex, nunc autem & vinctus Ieſu Chriſti. Obſecro [c] te de meo filio quẽ genui in vinculis Oneſimo: qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & tibi & mihi vtilis eſt, quẽ remiſi tibi. Tu autem illum, id eſt, mea viſcera ſuſcipe, quem ego volueram mecum detinere, vt pro te mihi miniſtraret in vinculis euangelij. Sine [d] conſilio autem tuo nihil volui facere: vt non quaſi ex neceſſitate bonum tuum eſſet, ſed

a ¶ *Gaudium enim, &c.*] Plenius inculcat & edocet, quare dixerit: gratias ago Deo meo, ſemper memoriam tui faciens in orationibus meis. Dignum ſiquidem erat agere gratias Deo ſuper charitate Philemonis: qui internum cordis affectum, & profundos animi ſanctorum receſſus ſuſcipiendo refecerat. Et hoc idioma apoſtolicum eſt, vt ſemper viſcera vocet, volens plenam mentis oſtendere charitatem. Vnde gaudens cum gaudentibus, & cum his requieuerant, refectum eſſe credens: habet lætitiam non tranſitoriam & leuem, & quæ fortuito poſſit accidere: ſed magnam, & prout erat in Philemone charitas, eminentem: quam augebat conſolatio ſuper Philemonis charitate deſcendens, plena à patre miſericordiarum, & Deo totius conſolationis.

b ¶ *Propter quod multam fiduciam habens in Chriſto Ieſu, imperandi tibi quod prodeſt, &c.*] Multis in Philemone laudibus ante præmiſſis: cum res talis ſit, pro qua rogaturus eſt, quæ & præſtãti ſit vtilis & roganti, poterat Paulus magis imperare, quã petere. Et hoc ex fiducia iſta veniebat, quod qui tanta ob Chriſtũ opera perpetrarat, vtique impar ſui in cæteris eſſe non poterat. Sed vult magis petere quam iubere grandi petẽtis auctoritate propoſita, per quam & Apoſtolus

G obſecrat, & ſenex & vinctus Ieſu Chriſti. Totum autem pro quo rogat, illud eſt: Oneſimus ſeruus Philemonis, fugã furto cumulans, quædam rei domeſticæ compilarat: hic pergẽs ad Italiam, ne in proximo facilius poſſet apprehendi, pecuniam Domini per luxuriam prodegerat. Hoc ne quis putet temere, & vt liber, à nobis fictum, in ſequentibus diſcat. Nunquam enim Paulus diceret: *Si quid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa: Ego Paulus ſcripſi manu mea, ego reddam.* Nec ſponſor rei fieret ablatæ, niſi eſſet id quod ablatum fuerat diſſipatum. Hic igitur cum ob confeſſionem Chriſti, Paulus Romæ eſſet in carcere, credidit in Chriſtum, & ab eo baptizatus, digna pœnitentia, maculas vitæ prioris abſterſit, Gal.2.a intantum vt is Apoſtolus conuerſionis eius teſtis fieret: qui quondam Petrum increpauerat, non recto pede in euangelij veritate gradientem. Quantum igitur ad peccatum & ad facinus pertinet, quo Dominum læſerat, veniam non meretur: quantum vero ad Apoſtoli teſtimonium, qui ſcit eum plene eſſe conuerſum, grandi pondere premitur qui rogatur: vt qui è ſeruo fugitiuo atque raptore, miniſter Apoſtoli factus erat. (Quod autem aliud habebat Apoſtolus miniſterium, niſi euangelij Chriſti Ieſu? iam non quaſi à Domino, ſed quaſi à conſeruo & coeuangeliſta, ignoſceretur ei, qui ſeruus eſſet Chriſti, ſimiliter & miniſter.

c ¶ *Obſecro te, &c.*] Volens impetrare quod poſtulat, iam non pro ſeruo Philemonis, ſed pro filio ſuo ſe aſſerit depre- H cari, & illo filio quem genuerit in vinculis euangelii, hoc eſt, quæ pro Chriſti euangelio ſuſtinebat: qui cum ante inutilis domino ſuo tantum fuerit (nec enim ſeruus fur atque fugitiuus alteri nocuit, niſi Domino ſuo) nunc econtrario vtilitatis compenſatione, qua ipſi domino & Paulo vtilis eſt, cæteriſque per Paulum, plus charitatis meretur, quam odii ante meruerat. Vnde ait: *Qui tibi aliquando inutilis fuit.* Tibi, inquit, ſoli non cæteris: nunc autem & mihi & tibi vtilis domino in eo, quia poſſet & Paulo ſeruire pro domino ſuo. Paulo vero in eo vtilis, quia illo in carcere in vinculiſq; detento, poſſet ei in euangelio miniſtrare. Simul autẽ admirandum de magnanimitate Apoſtoli, & in Chriſtum mente feruentis. Tenetur in carcere, vinculis ſtringitur, ſqualore corporis, charorum ſeparatione, pœnalibus tenebris coarctatur, & non ſentit iniuriam, non dolore cruciatur, nihil nouit aliud, niſi de Chriſti euangelio cogitare. Sciebat ſeruum, ſciebat fugitiuum, ſciebat aliquando raptorẽ ad Chriſti fidem eſſe conuerſum. Grandis laboris eſt talem hominẽ in eo perſeuerare quod cœpit. Idcirco filium ſuum & filium vinculorum, & miniſtrum euangelii in vinculis conſtituti, inculcat ac replicat: vt Philemon ille prudenter & diſpenſatorie tantum in præfatione laudatus, nõ auderet negare, ne ſuis laudibus videretur indignus. Quod autẽ ait: *Tu autẽ illũ, id eſt, mea viſcera ſuſcipe*, hoc eſt, quod paulo ante dixi, viſcera ſignificare internum cordis affectum, & plenam ex animo voluntatem: cum totum quidquid in nobis eſt, ſuſcipitur à rogato: Alias autem omnes liberi, viſcera ſunt parentum.

d ¶ *Sine conſilio autem tuo nihil, &c.*] Hoc quod à pleriſque quæritur, & ſæpiſſime retractatur, quare Deus hominem faciens, non eum bonum rectumque condiderit: de præſenti loco ſolui poteſt. Si enim Deus voluntarie, & non ex neceſſitate bonus eſt, debuit hominẽ faciens, ad ſuam imaginẽ & ſimilitudinem facere, hoc eſt, vt ipſe voluntarie, & non ex neceſſitate bonus eſſet. Qui autem aſſerunt ita eum debuiſſe fieri, vt malũ recipere nõ poſſet, hoc dicunt: talis debuit fieri qui neceſſitate bonus eſſet, & non voluntate. Quod ſi talis fuiſſet effectus, qui bonum non voluntate ſed neceſſitate perficeret, nõ eſſet Deo ſimilis, qui ideo bonus eſt, quia vult, non quia cogitur. Ex quo manifeſtũ eſt, tẽ eos inter ſe poſtulare cõtrariã. Nam ex eo quod dicunt, debuit homo Deo ſimilis

A ſimilis fieri: illud petunt, vt liberi fieret arbitrij, ſicut Deus ipſe eſt. Ex eo autem quod inferunt, talis debuit fieri, qui malum recipere non poſſet: dum neceſſitatem ei boni important, illud volunt, vt homo Deo ſimilis non fieret. Ponit itaque & Apoſtolus Paulus abſque voluntate Philemonis, Oneſimum ſibi in miniſterium retinere. Sed ſi hoc ſine voluntate Philemonis feciſſet, bonum quidem erat, ſed non voluntarium: Quod autem nõ erat voluntarium, alio genere arguebatur non eſſe bonum. Nihil quippe bonum dici poteſt, niſi quod vltroneum eſt. Ex quo Apoſtoli conſideranda prudentia eſt: Qui idcirco fugitiuum ſeruum remittit ad dominum, vt proſit domino ſuo: qui prodeſſe non poterat, ſi domino teneretur abſente. Superior ergo quæſtio ita ſoluitur: potuit Deus hominem ſine voluntate eius facere bonum. Porro ſi hoc feciſſet, non erat bonum voluntarium, ſed neceſſitatis: Quod autem neceſſitate bonum eſt, non eſt bonum, & alio genere malum arguitur. Igitur proprio arbitrio nos relinquens, magis ad ſuam imaginem & ſimilitudinem fecit. Similem autem Deo eſſe, abſolute bonũ eſt.

a ¶ *Forſitan enim*, &c.] Nonnunquam malum occaſio fit bonorum, & hominum praua conſilia, Deus vertit ad rectũ, Quod dico manifeſtius exemplo fiet. Ioſeph fratres, ſui zeli (Gen. 38. f. Sec. 70. εἴκοσι χρυσῶν.) ſtimulis incitati, Iſmahelitis viginti aureis vẽdiderunt. Hoc initium & patri & fratribus & omni Ægypto bonorum omnium fuit. Denique ipſe poſtea ad fratres: *Vos, inquit, cogitaſtis de me mala, & Deus cogitauit de me bona.* (Gen. 50. d.) Simile quid & in Oneſimo poſſumus intelligere, quod mala principia occaſiones fuerint rei bonæ. Si enim dominum non fugiſſet, nunquam veniſſet Romam vbi erat Paulus vinctus in carcere. Si Paulum in vinculis non vidiſſet, non recepiſſet fidem in Chriſtum. Si Chriſti non habuiſſet fidem: nunquam Pauli effectus filius, in opus euangelij mitteretur. Ex quo B paulatim & per gradus ſuos, reciprocante ſententia, ideo miniſter euangelij eſt factus Oneſimus, quia fugit à domino. Pulchre autem addens, forſitan, ſententiam temperauit. Occulta ſunt quippe iudicia Dei, & temerarium eſt quaſi de certo pronunciare quod dubium eſt. Forſitan, inquit, ideo diſceſſit, caute, timide, trepidanter, & non totum fixo gradu, vt ſi non poſuiſſet forſitan, omnibus ſeruis fugiendum eſſet, vt apoſtolici fierẽt. Quod autem ad horam iunxit: horam pro tempore debemus accipere. Ad comparationem enim æternitatis, omne tempus breue eſt. Vt æternum illum reciperes. Nullus æternus dominus ſerui ſui: poteſtas quippe eius & vtriuſque conditio, morte finitur. Oneſimus vero, qui ex fide Chriſti factus æternus eſt: æterno Philemoni, quia in Chriſtum & ipſe crediderat, ſpiritu libertatis accepto, iam non ſeruus ſed frater cœpit eſſe de ſeruo: frater chariſſimus, frater æternus, æterno & ipſi apoſtolo dominoque ſuo: cui Oneſimum, vt carnis ante conditio, ita poſtea ſpiritus copulabat. Et tunc quidem quando erat ei ſubiectus in carne, non erat ei iunctus in domino: nunc autem ei, & in carne iunctus eſt, & in domino. Ex quo intelligimus ſeruum qui crediderit Chriſto, duplici domino ſuo lege conſtringi, vt ei & carnis neceſſitate iungatur ad tempus, & in æternum ſpiritu copuletur.

b ¶ *Si ergo habes me ſocium, ſuſcipe*, &c.] Philemon Paulum ſocium habere cupiebat, & in Chriſtum credens, tales vtique volebat habere profectus, vt Paulo ſimilis fieret, & ei communicaret in vinculis. Conſideremus ergo quãtum hic laudetur Oneſimus, quantum profeciſſe dicatur: cum ita recipiendus ſit vt Apoſtolus, & ſic eius dominus vt Pauli debeat deſiderare conſortium. Breuiter quod dicit tale eſt. Si me vis habere conſortem, habeto & Oneſimum, quem ego conſortem & filium meum & viſcera mea habeo: quem ſi non ſuſceperis, nec habere volueris, & ipſe intelligis quod me habere non poſſis.

ſed voluntarium. Forſitan [a] enim ideo diſceſſit ad horam à te, vt æternum illum reciperes. Iam non ſicut ſeruum, ſed plus ſeruo, fratrem chariſſimum, maxime mihi, quanto magis autem tibi & in carne & in domino. Si [b] ergo habes me ſociũ, ſuſcipe illum ſicut me. Si [c] autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego [d] Paulus ſcripſi manu mea Ego reddam, vt non dicam tibi, quia & ipſum te mihi debes, Ita [e] frater ego te fruar in Domino: Refice [f] viſcera mea in Chriſto, Cõfidens [g] de obediẽtia tua ſcripſi tibi: ſciens quoniam ſuper id quod dico facies. Simul [h] autẽ & præpara mihi hoſpitium. Spero

c ¶ *Si autem aliquid*, &c.] Imitator Domini ſui & Chriſtum C in ſe loquentem habens, ea iuxta vires ſuas debet facere, quæ Chriſtus. Si enim iſte infirmitates noſtras portauit, & plagas noſtras doluit, iuſte Apoſtolus pro Oneſimo ſe opponit, & ſpondet quæ ille debebat. Vt autem ſupra diximus, totum illud eſt, quod ablatum (Eſa. 53. b.) furto, & per luxuriam perditum, nõ poterat abſolui: quod Philemon grandi pretio compenſabat, dum pro ſeruo fugitiuo, & pecunia perdita & fratrem chariſſimum, & fratrem reciperet æternum, & per eum ſibi Apoſtolum faceret debitorem.

d ¶ *Ego Paulus ſcripſi manu mea: Ego reddam, vt non dicam*, &c.] Quod dicit tale eſt: Quod Oneſimus furto rapuit, ego me ſpondeo redditurum: cuius ſponſionis, epiſtola hæc & manus teſtis eſt propria, quam non ſolito more dictaui, ſed mea manu ipſe conſcripſi. Crede igitur mihi pro Oneſimo pollicenti. Hoc autem dico quaſi ad extraneum loquens. Cæterum ſi ad ius meum redeam, propter ſermonem Chriſti, quem tibi euangelizaui, & Chriſtianus effectus es: te ipſum mihi debes. Quod ſi tu meus es, & tua omnia mea ſunt, Oneſimus quoque qui tuus eſt, meus eſt. Poteram igitur eo vti vt meo: ſed voluntati tuæ relinquo, vt mercedem habeas ignoſcendo.

e ¶ *Ita frater*, &c.] Proprietatem Græcam Latinus ſermo nõ explicat. Quod enim ait *ναὶ ἀδελφέ*: *ναὶ* quoddam quaſi aduerbium blandientis eſt. Nos autem interpretantes, ita frater aquanus & dilutius neſcio quid magis aliud quã id quod eſt ſcriptum ſonamus. Sicut enim אנא ana illud Hebraicum (pro quo frequenter LXX. interpretes *δὴ* tranſtulerunt) in lingua ſua ſignificat deprecantis affectum: vnde nonnunquam Symmachus pro ana *δέομαι*: hoc eſt, obſecro, tranſtulit: Ita & nos eandem in Græca lingua vim patimur, quam Græci ſuſtinent in Hebræa. quod autem ait: *Ego te fruar in Domino*: aliud multo intelligitur quam putatur. Apo- D ſtolus non fruitur niſi eo qui multas in ſe habet concinnenteſque virtutes. Et totum quod Chriſtus dicitur pro varietate cauſarum: ſapientiam videlicet, iuſtitiam, continentiã, manſuetudinem temperantiam, caſtitatem: has imprecatur Philemoni: vt cum his abundauerit, ipſe eo perfruens impleatur. Et ne putes illam fruitionem dici qua nos ſæpe noſtri inter nos præſentia delectamur: addidit, in domino: vt ex eo quod Domini nomen adiunctum eſt, intelligeretur & alia eſſe fruitio: qua quis abſque domino perfruatur.

f ¶ *Refice viſcera*, &c.] Sicut ipſe frui vult Philemone in Domino, ita viſcera ſua Oneſimum (quem & ſuperius eodem nomine appellauit) refici vult per Philemonem. Et ambigue dictum: vtrum viſcera Pauli in Chriſto Oneſimus ſit: an viſcera Pauli Oneſimus per Philemonem in Chriſto reficienda ſint. Si ſuperius accipere volueris: recte Pauli in Chriſto viſcera dicentur Oneſimus: quem in vinculis Chriſto genuit. Si poſterius: in Chriſto reficiendus eſt Oneſimus à Philemone, dum eius in Chriſto ſermonibus eruditur.

g ¶ *Confidens de obedientia*, &c.] Qui præſumit de eo quem rogaturus eſt: ipſa quodammodo præſumptione præiudicat, ne ei negare liceat quod rogatur. Porro ſi ſcit ille qui poſtulat pluſquam rogatum eſſe facturum: ideo minora petit, vt habeat rogatus voluntariam, & maiorem præſtatione mercedem. Si autem Philemon hæc ad hominis præceptum facit: quanto magis faciet ob dilectionem Dei? Vnde merito Apoſtoli voce laudatur: quod mandata eius opere præuertat, & poſſit dicere: *Voluntaria oris mei complaceant tibi domine*: (Pſal. 118.) pluſque faciens quam præceptum eſt, vincat eos qui tantummodo imperata fecerunt, & iubentur dicere: *Serui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus.* (Luc. 17.) Virginitas quoque propterea maiori præmio coronatur: quia præceptum Domini non habet, & vltra imperata ſe tendit.

h ¶ *Simul autem & præpara mihi hoſpitium*, &c.] Non puto

F tam diuitem fuiſſe Apoſtolum, & tantis ſarcinis occupatum, vt præparato egeret hoſpitio, & non vrbis contentus cellula, breues corporis ſui ſpacio ædes, ampliſſimas æſtimaret: Sed vt dum eum exſpectat Philemon ad ſe eſſe venturum: magis faciat quod rogatus eſt. Si autem hoc non diſpenſatorie, ſed vere quis exiſtimat imperatũ: vt ſibi hoſpitium præpararet: Apoſtolo magis quam Paulo hoſpitium præparandum eſt. Venturus ad nouam ciuitatem, prædicaturus crucifixum, & inaudita dogmata delaturus, ſciebat ad ſe plurimos concurſuros, & neceſſe erat primum, vt domus in celebri eſſet vrbis loco, ad quam facile conueniretur: Deinde vt ab omni importunitate vacua, vt ampla, quæ plurimos caperet audientium ne proxima ſpectaculorum locis, ne turpi vicinia deteſtabilis: poſtremo vt in plano potius eſſet ſita, quam in cænaculo. Quam ob cauſam eum exiſtimo etiam Romæ in conducto manſiſſe biennium. Nec patria, vt arbitror erat manſio, ad quam Iudæorum turbæ quotidie confluebant.

Act. 18 g

Spero [a] enim per orationes veſtras donari me vobis. Salutat [b] te Epaphras concaptiuus meus in Chriſto Ieſu: Marcus, Ariſtarchus, Demas, Lucas, cooperatores mei. Gratia [c] Domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro.

a ¶ *Spero enim, &c.*] Filium patri Deus rogatus indulget, & frater ſæpe fratris oratione ſeruatur. Apoſtolus autem totius eccleſiæ precibus conceditur, ob eorum qui eum audituri ſunt vtilitatem. Et hoc donum, non tam in eum dicitur eſſe qui differtur à martyrio ad martyrium præparatus: quam in eos ad quos Apoſtolus mittitur. Quod autem crebro Paulus in carcere fuerit, & de vinculis liberatus ſit, ipſe in alio loco dicit: *In carceribus frequenter*: de quibus nonnumquam Domini auxilio, crebro ipſis perſecutoribus nihil dignum in eo morte inuenientibus, dimittebatur. Nec dum enim ſuper nomine Chriſtiano ſenatusconſulta præceſſerant, nec dum Chriſtianorum ſanguinem Neronis gladius didicerat. Sed pro nouitate prædicationis, ſiue à Iudæis inuidentibus, ſiue ab his quæ ſua videbant idola deſtrui, ad furorem populis concitatis, miſſi in carcerem, rurſum impetu & furore depoſito laxabantur. Et hoc ita eſſe verdicimus, Apoſtolorum Acta teſtantur, in quibus & Felix loquitur ad Agrippam, potuiſſe dimitti Paulum, ſi nó appellaſſet Cæſarem. Et quia nullam inuenerit cauſam præter quæſtiones quaſdam de religione propria, & de quodam Ieſu quem Paulus viuere prædicabat. Ex quo animaduertimus, & à cæteris iudicibus ſimiliter eos potuiſſe dimitti, id agente domino, vt toto orbe noua prædicatio diſſeminaretur.

2. Cor. 11. c

F

Act. 25 d

Col. 4.

b ¶ *Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Chriſto Ieſu: Marcus, &c.*] Id quod in principio dicebamus, quoniam ad Coloſſenſes epiſtola eodem in tempore, & per eundem eſſet ſcripta baiulum literarum, quo ad Philemonem quoque ſcripta eſt, etiam eorum, qui ſalutantes inducuntur, nomina docent. Nã & in ipſa ita ſcribitur: *Salutat vos Ariſtarchus concaptiuus meus, & Marcus conſobrinus Barnabæ, & Epaphras qui eſt ex vobis ſeruus Chriſti.* Et paulo inferius: *Salutat vos Lucas medicus chariſſimus, & Demas*: & dicite *Archippo: vide miniſteriũ quod accepiſti in Dño, vt illud impleas, & memores eſtote vinculorum meorum.* Si autem ex eo aliquis non putat pariter ſcriptas, quod ad Coloſſenſes pauca ſint nomina quæ hic non ferantur aſcripta, ſciat non omnes omnibus aut amicos eſſe aut notos, & aliud eſſe priuatã ad vnum hominem, aliud publicam ad vniuerſá eccleſiam epiſtolá fieri. *Salutat te*, inquit, *Epaphras cõcaptiuus me⁹ in Chriſto Ieſu.* Quis ſit Epaphras concaptiuus Pauli, talẽ fabulá accepimus. Aiunt parentes Apoſtoli Pauli de Gyſcali regione fuiſſe Iudeæ, & eos, cum tota prouincia Romana vaſtaretur manu, & diſpergerentur in orbẽ Iudæi, in Tarſũ vrbẽ Ciliciæ fuiſſe tranſlatos, parentum conditionẽ adoleſcentulum Paulũ ſecutũ: Et ſic poſſe ſtare illud quod de ſeipſe teſtatur: *Hebræi ſunt, & ego: Iſraelitæ ſunt, & ego: ſemen Abrahæ ſunt, & ego.* Et rurſum alibi. *Hebræus ex Hebræis*, & cætera quæ illum Iudæum magis indicát quam Tarſenſem. Quod ſi ita eſt, poſſumus & Epaphram illo tempore captum ſuſpicari, quo captus eſt Paulus, & cum parentibus ſuis in Coloſſis vrbe Aſiæ collocatum, Chriſti poſtea recepiſſe ſermonem. Vnde ad Coloſſenſes vt ſupra diximus ſcribitur: Salutat vos Epaphras, qui eſt ex vobis, ſeruus Chriſti, ſemper ſolicitus pro vobis in orationibus. Hoc ſi ſeita habeat, & Ariſtarchus qui concaptiuus eius in eadem epiſtola dicitur ad eandem intelligentiam deducetur: niſi forte reconditum aliquid & ſacratum, vt quidam putant, in verbo captiuitatis oſtenditur: quod capti pariter & vincti, in vallem hanc adducti ſint lacrymarum. Quod ſi neutrum recipitur, ex eo quod hic additum eſt, in Chriſto Ieſu, poſſumus ſuſpicari eadem eum Romæ pro Chriſto vincula ſuſtinuiſſe, quæ Paulum: & vt vinctum Chriſti, ita captiuum quoque eius potuiſſe dici. Aut certe ita, quod nobilis & ipſe ſit in Apoſtolis, vt Andronicus & Iulia, de quibus ad Romanos ſcribitur: *Salutate Andronicum & Iuliam, cognatos & concaptiuos meos: qui ſunt nobiles in Apoſtolis, qui & ante me fuerunt in Chriſto Ieſu.* Hæc de Epaphra. Cæterum cooperatores euangelij & vinculorum ſuorum, cum ad Philemonem epiſtolam ſcriberet, Marcum ponit, quem puto euangelii conditorem, & Ariſtarchum, cuius ſupra fecimus mentionem, & Demam, de quo in alio loco queritur: Demas me dereliquit, diligens præſens ſæculum, & abiit Theſſalonicam. Et Lucam medicum, qui euangelium & Actus Apoſtolorum eccleſiis dereliquens: quomodo Apoſtoli de piſcatoribus piſcium, piſcatores hominum facti ſunt: ita de medico corporum, in medicum eſt verſus animarum, de quo & in alio loco: *Miſi*, inquit, *cum illo fratrem: cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias*: cuiuslibet quotienſcunque legitur in eccleſiis, totiens eius medicina non ceſſat.

2. Cor. 11. e

G

Philip. 3. a

Rom. 16. a

2. Tim. 4. b

H

2. Cor. 8. e

c ¶ *Gratia Domini noſtri, &c.*] Sicut à meliore parte hominis capite, numeratur populus Iſrael, dicente ſcriptura: ſecundum capita eorum: ita in toto quidem homine & in omni parte ſanctorum, gratia eſt Domini noſtri Ieſu Chriſti, Sed à maiori & meliori parte, id eſt, ſpiritu, per ſynedochen. de toto homine dicitur. *Gratia Domini noſtri* Ieſu Chriſti *cum ſpiritu veſtro.* Cum autem in ſpiritu gratia fuerit: totum facit hominem ſpiritualem: vt & caro ſpiritui ſeruiat, & anima non vincatur à carne, & redacta ſimul in ſubſtantiam ſpiritualem adhæreant Domino: quia qui adhęret Domino, vnus ſpiritus eſt. Interpretatur autem ſecundum Hebræos Paulus admirabilis Timotheus, beneficus, Philemon, mire donatus, ſiue os panis, ab ore, non ab oſſe. Appia, continens aut libertas. Archippus, longitudo operis. Epaphras, frugifer, & videns ſiue ſuccreſcens. Marcus, ſublimis mandato, Ariſtarchus, mons operis amplioris. Demas, ſilens. Lucas, ipſe conſurgens. Quæ nomina, ſi iuxta interpretationem ſuam volueritis intelligere, non eſt difficile, admirabilem atque beneficum præcipue ad eum ſcribere, cui vniuerſa conceſſa ſint vitia, & os eius pateat ad cæleſtem panem. Deinde ad continentem & liberam & ad longitudinem operis: quod nunquam à ſancto labore deſiſtat. Scribere autem pro eo, qui reſpondeat teſtimonio ſuo: nec non ei cui ſpecialiter epiſtola dedicatur, ſalutari ab vbertate creſcente: Et eum qui factus ſit per mandata ſublimior: illoque qui per maiora opera in montem vſque ſuccreuerit: ab eo quoque qui poſuit cuſtodiá ori ſuo, & oſtiũ munitum labiis ſuis: qui idcirco forſitan ſiluit: quia ad modicũ Apoſtolũ dereliquerat: Et ad extremũ ab eo qui per ſe ipſe cõſurgẽs quotidie augeatur, proceſſuſque habeat: dum eius euangelio orbis impletur, & totiens creſcit, quotiés auditus & lectus ædificat.

Num. 1. a

Ser. 70.

2. Cor. 6. d

Pſal. 140.

Commentariorum Hieronymi in Epiſtolam ad Philemonem, Finis.

B # DIDYMI ALEXANDRINI DE SPIRITV SANCTO LIBRI TRES, H

ERVDITISSIMI PARITER ET SANCTISSIMI, A D. HIERONYMO Latinitate donati: & à Mariano Victorio Reatino ſublatis manuſcriptorum Græcorum, Latinorumque Codicum ope, aliquibus mendis, & Sacræ ſcripturæ teſtimoniis margini uppoſitis, reſtituti.

DIVI HIERONYMI AD PAVLINIANVM FRATREM IN LIBRVM DIDYMI DE SPIRITV SANCTO

PRAEFATIO.

CVM in Babylone verſarer, & purpuratæ meretricis eſſem colonus, & iure Quiritum viuerem, volui garrire aliquid de Spiritu ſancto, & cœptum opuſculum, eiuſdem vrbis pōtifici dedicare: Et ecce olla illa, quæ in Hieremia poſt baculum cernitur à facie Aquilonis, cœpit ardere: & Phariſæorum conclamauit ſenatus, & nullus ſcriba vel fictus, ſed omnis, quaſi indicto ſibi prælio doctrinarum, aduerſum me imperitiæ factio cōiurauit. Illico ego velut poſtliminio Hieroſolymam ſum reuerſus, & poſt Romuli caſam, & ludorum lupercalia, diuerſorium Mariæ, & Saluatoris ſpeluncam aſpexi. Hier.1.c *Itaque mi Pauliniane frater, quia ſupradictus pontifex Damaſus, qui me ad hoc opus primus impulerat, iam dormit in Chriſto: tam tuo quàm venerabilium mihi ancillarum Chriſti, Paulæ & Euſtochii nunc adiutus oratu, canticum, quod cantare non potui in terra aliena, hic à vobis in Iudæa prouocatus immurmuro, anguſtiorem multo locum exiſtimans, qui Saluatorem mundi, quam qui fratris genuit parricidam. Et auctorem titulo fatear: malui alieni operis interpres exiſtere, quam (vt quidam faciunt) informis corniculà alienis me coloribus adornare. Legi dudum cuiuſdam libellos de Spiritu ſancto, & iuxta Comici ſententiam ex Græcis bonis, Latina vidi non bona. Nihil ibi dialecticum, nihil virile, atque diſtrictum quod lectorem vel ingratis in aſſenſum traheat: ſed totum flaccidum, molle, nitidum, atque formoſum, & exquiſitis hinc inde odoribus pigmentatum. Didymus vero meus oculum habens ſponſæ de cantico cāticorum, & illa lumina, quæ in candentes ſegetes ſublimari Ieſus præcepit, procul altius intuetur, &* Cant.4.c Ioan.4.f *antiquum nobis morem reddidit, vt videns vocetur propheta. Certe qui hunc legerit, Latinorum furta cognoſcet, & contemnet riuulos, cum cœperit haurire de fontibus. Imperitus ſermone eſt, ſed non ſcientia, apoſtolicum virum ex ipſo ſermone exprimens tam ſenſuum nomine, quàm ſimplicitate verborum.*

DIDYMI DE SPIRITV SANCTO LIBER PRIMVS, DIVO HIERONYMO INTERPRETE.

F OMNIBVS quidem, quæ diuina ſunt, cū reuerentia & vehemēti cura oportet intendere, maxime autem his quæ de Spiritus ſancti diuinitate dicuntur, præſertim cum blaſphemia in eum ſine venia ſit: ita vt blaſphemantis pœna tendatur non ſolum in omne præſens ſæculum, ſed etiā in futurū. Ait quippe Saluator, blaſphemanti in Spiritum ſanctum nō eſſe remiſſionem *neque in iſto ſæculo, neque in futuro.* Matt.12.c Vnde magis ac magis oportet intēdere, quæ ſcripturarum de eo relatio ſit: ne in aliquem ſaltem per ignorantiā blaſphemiæ error obrepat. Expedierat quidē fideli & timido moderanti vires ſuas, magnitudinem præſētis quæſtionis ſilentio præterire, & rem plenam periculo, nō in ſuum diſcrimen attrahere. Verum quoniā quidā temeritate potius quā recta via etiam in ſuperna eriguntur, & hæc de Spiritu ſancto iactitant, quæ neq; in ſcripturis lecta, neq; à quoquā Eccleſiaſticorum veterum vſurpata ſunt, compulſi ſumus celeberrimæ exhortationi fratrū cedere: quæque ſit noſtra de eo opinio, etiam ſcripturarū teſtimoniis comprobare: ne imperitia tanti dogmatis, hi qui contraria opponunt, decipiant eos qui ſine diſcuſſione ſolicita, in aduerſariorum ſententiā ſtatim pertrahūtur. Appellatio Spiritus ſancti, & ea quæ monſtratur ex ipſa appellatione ſubſtantia, penitus ab his ignoratur, qui extra Sacrā ſcripturam philoſophātur. Solummodo enim in noſtratibus literis, & notio eius, & vocabulum refertur, tā in nouis, quā in veterib. Veteris quippe teſtamēti homo Dauid, particeps eius effectus, orabat vt in ſe permaneret, dicens: *Spiritū tuum ſanctū ne auferas à me.* Pſal.50.b Dan.13.c Et Danieli adhuc puero ſuſcitaſſe dicitur Deus Spiritum ſanctum, quaſi iam habitantē in eo. Nec nō etiā in nouo teſtamento, hi viri, qui Deo placuiſſe referuntur, Spiritu ſancto pleni ſūt. Ioannes quippe adhuc in matris vtero ſanctificatus exultat. Et Ieſus à mortuis reſurgens, cum inſufflaſſet in faciē diſcipulorū, ait: *Accipite Spiritum ſanctum.* H Luc.1.a Ioan.20.f Plena ſunt volumina diuinarum ſcripturarum his ſermonibus, quorum congeriē in præſenti opere digerere ſuperſedi: quia difficile nō eſt ex his, quæ aſſumpſimus, vnumquēque lectorē ſibi ſimilia reperire. Nemo autē ſuſpicetur aliū Spiritum ſanctū fuiſſe in ſanctis viris ante aduentum Domini, & aliū in Apoſtolis cæteriſq; diſcipulis, & quaſi nomina indifferentibus eſſe ſubſtantiis. Poſſumus quidē teſtimonia de diuinis literis exhibere: quia idē ſpiritus & in Apoſtolis & in Prophetis fuerit. Paulus in epiſtola quā ad Hebræos ſcribit, de pſalmorū volumine teſtimonium proferens ab Spiritu ſancto id dictum eſſe cōmemorat. Heb.3.b Et ſicut dicit hic Spiritus ſanctus: *Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra,* &c. Pſal.59. In fine quoque Actuum Apoſtolorū cum Iudæis diſputans, ait: *Sicut Spiritus ſanctus locutus eſt per Eſaiam Prophetam ad patres noſtros, dicens: Auditione audietis, & non intelligetis.* Act.28.f Eſaia 6.c Neque enim Paulus alium habēs Spiritū ſanctum, hæc de eo ſcripſit, qui in prophetis ante aduentū Domini alius fuit: ſed de eo cuius & ipſe particeps fuit, & omnes qui in fide conſūmatæ virtutis ferebantur. Vnde & cū articulo eius meminit, quaſi ſolitarium, & vnū eſſe conteſtans: vbi dicit nō ſimpliciter πνεῦμα ἅγιον: hoc eſt, Spiritus ſanctus: ſed cū additamento articuli τὸ πνεῦμα ἅγιον: hoc eſt, hic Spiritus ſanctus. Et Eſaiā prophetaſſe cōmemorat cum articulata voce διὰ τὸ πνεῦμα ἅγιον: id eſt, per hunc Spiritū ſanctum, & non ſimpliciter πνεῦμα ἅγιον. Petrus quoq; in eo ſermone, quo præſentibus perſuadebat: *Oportuerat,* inquit, *impleri ſcripturā, quam locutus eſt Spiritus ſanctus* (id eſt τὸ πνεῦμα Act.1.c

A *ἄγιον) per os Dauid de Iuda*, oſteodens & ipſe cundẽ ſpiritum,& in Prophetis & in Apoſtolis operatũ. Pleniosde boc io cooſequentibus tractabimus:cũ dicere cœperimus, non ſolũ Dominum verbũ factũ eſſe ad propbetas,ſed & Spititũ ſanctũ: quia& inſeparabiliter poſſidetur.cũ vnigenito filio Dei. Ipſa vox Spiritus ſãcti , non eſt vacua appellatio: ſed ſubiacẽtis eſſentiæ demooſtratrix: patri filioque ſocia, & à creaturis penitus aliena Cum enim creaturæ inviſibilia&iouiſibilia:id eſt,io corporalia & in incorporalia partiãtur : nec de corporalibus ſubſtãtus eſt Spiritus ſanctus,animæ & ſenſus habitator,ſermonis & ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ affector: nec de inuiſibilib. creaturis.Hæc quippe oĩa,ſapiẽtiæ,& cæterarũ virtutũ,& ſanctificationis capacia ſũt.Iſta vero ſubſtãtia,de qua nũc ſermo eſt,ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ & ſanctificationis effectrix eſt. Neq; enim iouenirı poteſt aliqua in Spiritu ſãcto fortitudo , aut operatio ſanctificationis, virtutiſq; quá ab extraneo quodã ſuſtineat : quia iſtiuſmodi oatura mutabilis eſt.Porto Spiritus ſanctus, cooſeſſione omniũ immutabilis eſt ſanctificator, ſciẽtiæ diuinæ,& voiuerſorum attributor bonorũ: & vt breuius dicã,ipſe ſubſiſtẽs in his bonis,quæ à Domino largiuntur. Nam eundem euangelij locum Matthæus Lucaſque deſcribens : alter ex his ait: Quanto magis pater cæleſtis dabit bona petentibus ſe? Alter vero : Quanto magis pater veſter cæleſtis dabit ſpiritũ ſuum ſanctum petentibus ſe.Ex quibus apparet Spiritum ſanctum plenitudinẽ eſſe donorũ Dei,& ea quæ diuiditus adminiſtrãtur, non abſque eo ſubſiſtere : quia omoes vtilitates, quæ ex donorum Dei gratia ſuſcipiuntur , ex iſto foote demanãt.

Matt.7.b
Luc.11.b
Se. Gra.

B Quod autem ſubſtantialiter bonum eſt , nõ poteſt extraneæ capax eſſe bonitatis: cum ipſum tribuat cæteris booitatẽ. Igitur manifeſtum eſt,nõ à corporalibus tantum:ſed & ab incorporalibus creatutis extraoeũ eſſe Spiritum ſãctum : quia cæteræ ſubſtantiæ hanc ſubſtaotiam ſanctificationis accipiunt: iſte vero noo tãtum eſt capax ſanctificatiooıs alienæ , ſed inſuper attributor eſt,& creator. Denique qui communione eius fruuntur, participes dicuntur Spiritus ſãcti,ſãctificati vtiq; ab eo. Perſpicue enim ſcriptũ eſt, quod ſpiritui gratiæ,in quo ſanctificatus eſt,contumeliá faciẽs,grauí punietur peccato. Si autem ſanctificatus eſt per commooionem Spiritus ſancti: oſtẽditur quod ipſe particeps eius fuerit, & largitor ſanctificationis Spiritus ſanctus. Apoſtolus quoq; ad Coriothios ſcribens,& enumerans eos qui regnũ cælorũ ſunt conſecuturi, addit dicens : *Et hæc quidem fuiſtis:ſed abluti eſtis,ſed ſanctificati eſtis,ſed iuſtificati eſtis in nomine Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri.* Spiritum Dei oon alium aſſerens eſſe quam Spiritum ſanctum. Etenim in conſequentibus idem approbat,dicens: *Nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Ieſu: & nemo dicit Dominum Ieſum,niſi in Spiritu ſancto*: Spiritum Dei, Spiritum ſanctum eſſe cõfirmans. Si igitur ſanctificator eſt:non mutabilis,ſed immutabilis ſubſtantiæ oſtenditur. Immutabilem autem ſubſtantiam Dei tantum , & vnigeniti filij eius, manifeſtiſſime tradunt diuioa eloquia : conuertibilem & mutabilem omnem creaturarũ ſubſtantiam prædicaotia. Ergo quoniam ſubſtantia Spiritus ſancti oon conuertibilis,ſed incõuertibilis demonſtrata eſt:noo erit creaturæ *ſimilis*. Eſſet

Heb.10.f
1.Cor.6.c
1.Cor.12.a

quippe & creatura immutabilis , ſi cum patre poneretur & filio,eãdẽ babens inconuertibilitatem. Omne enim quod alieni boni capax eſt, ab hac ſubſtãtia ſeparatur. Tales aũt ſunt cunctæ creaturæ:Deus vero cum bonus ſit, fons & principiũ bonorũ eſt:Facit igitur eos bonos, quib. ſe impertit, bonus ipſe nõ factus ab alio,ſed ſubſiſtẽs:ideo capabilis,nõ capax. Vnigenitus quoq; filius, eius ſapiẽtia & ſanctificatio,non fit ſapiens,ſed ſapieotes facit.& nõ ſanctificatur,ſed ſanctificat. Vnde& ipſe capabilis eſt,& nõ capax Cum igitur inuiſibilis creatura , quam rationabilem & incorpotalẽ ſubſtantiá vocari conſuetudinis eſt, non ſit capabilis, ſed capax (ſi.n. capabilis eſſet, nullius booi capax eſſet,per ſe ſimplex ipſa ſubſiſtẽs) & alterius boni receptatrix, participatione babeat bonũ:& non de his quæ habẽtur ab aliis , ſed de bis quæ habẽt alia intelligatur(patre & filio habitis magis quã habẽtibus: creatura vero babẽte,& oon habita) de ſpiritu quoque ſancto retractemus : Et ſi quidem ipſe quoq; participatione alterius ſanctimoniæ ſaoctus eſt,cõnumeretur cæteris creaturis. Si vero ſanctos facit capaces ſui,cum patre ponatur & filio. Quod autẽ ab aliis capiatur Spiritus ſanctus , & non alia capiat:& nunc& io ſectarum volumine,prout potuimus, expreſſimus: & ex omni ſcriptura ſermooẽ noſtrum affirmare facile eſt. Beatus quoq; Apoſtol. ad Epheſios ſcribẽs,ajt: *In quo & credẽtes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto,qui eſt pignus hæreditatis noſtræ.* Si enim ſignantur quidam Spiritu ſancto, formã & ſpeciẽ eius aſſumentes:ex bis eſt Spiritus ſaoctus, quæ habẽtur & oõ habent, babentibus illum ſignaculo eius impreſſis.

C

Epheſ.1.d.

D Ad eoſdem quoque idem ſcribens : *Nolite*, inquit , *contriſtari Spiritum ſanctum, in quo ſignati eſtis* : ſignatos eſſe conteſtans eos qui ſuſceperãt communionem Spiritus ſancti. Quomodo enim diſciplinæ & virtutis aſſumptor, ſignaculum & figuram (vt ita dicam) in ſuum ſenſum recipit eius ſcientiæ, quam aſſumpſit : ſic & is qui Spiritus ſancti particeps efficitur,per communionem eius fit ſpiritualis pariter & ſanctus. Ipse Spiritus ſanctus,ſi vnus de creaturis eſſet: ſaltẽ circumſcriptam haberet ſubſtantiam, ſicut vniuerſa quæ facta ſunt. Nam & ſi non circumſcribantur loco & finib., inuiſibiles creaturæ:tamẽ proprietate ſubſtantiæ finiuntur. Spiritus autem ſaoctus, cum io pluribus ſit, non habet ſubſtantiá circumſcriptá. Mitt eos quippe Ieſus prædicatores doctrinæ ſuæ,repleuit eos ſpiritu,& inſufflans in faciem eorum: *Accipite*, ioquit, *Spiritum ſanctum: & euntes, docete omnes gentes*: quaſi omnes cuoctis geotibus mitteret. Neque enim omnes Apoſtoli,ad omnes gentes pariter ſunt profecti:ſed quidam in Aſiam, quidam io Scythiam , & alij in alias diſperſi nationes:ſecundum diſpenſationẽ illius , quem ſecom habebãt, Spiritus ſãcti: quomodo & Domioũ dicentẽ: Vobiscũ ſum omnibus diebus vſq; ad conſummatiooẽ ſæculi. His& illud coogroit: *Accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis teſtes mihi in Hieruſalem, & in omni Iudea & Samaria, & vſque ad extremum terræ.* Si ergo hi in extremis fioibus terræ ob teſtimoniũ Domini cõſtituti, diſtabant inter ſe longiſſimis ſpaciis: aderat autẽ eis iohabitator Spiritus ſáctus, incircũſcriptã habens ſubſtãtiã, demõſtratur angelica virt⁹ ab hoc prorſ⁹ aliena. Angel⁹ quippe qui aderat (verbi gratia, Apoſto-

Epheſ.4.g
Ioan.20.f
Matt.28.d
Act.1.b

E Apoſtolo in Aſia oranti) nō poterat ſimul eodem
tēpore adeſſe alijs in cæteris partib. mundi conſti-
tutis. Spiritus aūt ſanctus nō ſolū ſeiunctis à ſe ho-
minib. præſto eſt, ſed & ſingulis quibuſq; angelis,
principatib., thronis, dominationib. inhabitator
aſſiſtit: & vt homines ſanctificās, alterius quā ſunt
homines eſt naturæ: ſic & alias creaturas ſanctifi-
cans, alius ab earum eſt ſubſtātia: quoniam omnis
creatura nō ex ſua ſubſtātia, ſed ex cōmunione al-
Luc. 9. c terius ſanctitatis, ſancta perficitur. Dicti ſunt qui-
dem sācti angeli, in Euangelio Saluatore dicente,
vēturum eſſe filiū hominis in maieſtate ſua, & pa-
tris, & sāctorum angelorū. Et Cornelius in Actib.
Act. 10. c Apoſtolorū à ſancto angelo ſcribitur accepiſſe re-
ſponſum, vt Petrū ad ſe Chriſti diſcipulū vocaret.
Verum sāctis sūt angeli participatione Spiritus sā-
cti, & inhabitatione vnigeniti filij Dei, qui sāctitas
Ioan. 17. b eſt, & cōmunicatio patris. De quo Saluator ait: *Pa-
ter ſancte.* Si igitur angeli non ex propria ſubſtātia
ſancti ſunt, ſed ex participatione ſanctæ trinitatis:
alia angelorum oſtēditur à trinitate eſſe ſubſtātia.
Vt. n. pater ſanctificans, alius eſt ab his qui ſancti-
ficātur: & filius eſt alius ab his quos efficit ſanctos:
ita & Spiritus ſanctus alterius eſt ſubſtantiæ ab his
quos ſui largitione sāctificat. S. vero hæretici pro-
poſuerīt, ex natura cōditionis ſuæ angelos sāctos
eſſe: cōſequēter coguntur dicere *ὁμοούσιον* eſſe trini-
F tati, & incōuertibiliter eos iuxta ſubſtantiā sāctos
eſſe. Si autem hoc refugiētes, dixerint vnius quidē
naturæ eſſe eum cæteris creaturis: non tamen ean-
dem habere ſanctitatem, quam homines habent:
neceſſario deducērut, vt dicāt multo melioris ho-
mines eſſe ſubſtantiæ: cum hi per communionem
trinitatis habeant ſanctitatem: & angeli propria
natura sācti ab ea ſint alieni. Sed vota ſunt homi-
num perfectorum, & ad conſummationem ſancti-
tatis venientiū, æquales angelis fieri. Angeli quip-
pe hominib., & nō homines angelis auxilium tri-
buunt: miniſtrātes eis ſalutem, & annunciātes eis
largiora Dei beneficia. Ex quo liquido oſtenditur,
honorabiliores & multo meliores eſſe angelos
hominib.⁹, per germaniorē, vt ita dicam, & plenio-
rem trinitatis aſſumptionē. quapropter cum alius
ſit Spiritus sāctus ab his quę ipſe ſanctificat: nō eſt
vni⁹ naturæ cū cæteris creaturis, quæ eū recipiūt.
Si autē alteri⁹ eſt naturæ à creaturis, & in propria
ſubſiſtit eſsētia: increatus & ineffectus oſtenditur.
Multæ ſcripturæ sūt, quæ ſine ambiguitate cōuin-
cāt, alterius eum à cunctis cōditionibus eſſe natu-
ræ. Quidā etiam Spiritu sācto pleni eſſe dicuntur:
nemo autē ſiue in ſcripturis, ſiue in conſuetudine
plenus creatura dicitur. Neque enim aut ſcriptura
ſibi hoc vēdicat, aut ſermo cōmunis: vt dicas ple-
num eſſe quempiā angelo, throno, dominatione:
ſoli quippe diuinæ naturæ hic cōuenit ſermo: di-
cimus autē virtutis & diſciplinæ quoſdā eſſe ple-
Act. 4. c. 13. nos: vt illud: *Repletus eſt Spiritu ſancto:* non aliud ſi-
gnificātes quā plenos eſſe conſummatæ atq; per-
Luc. 1. b fectæ virtutis. Scriptum eſt de Ioāne: *Et Spiritu ſan-
Ibid. d cto implebitur adhuc ex vtero matris ſuæ.* Et iterum: *Re-
Ibid. g pleta eſt Spiritu ſancto Elizabeth.* Et poſt alia. *Et Spiri-
tu ſancto repletus eſt Zacharias pater eius.* Haud dubiū,
quin & Ioannes prophetauit. Necnon in Actibus
Act. 2. a Apoſtolorum de multis credentibus qui in vnum
conuenerāt refertur: Repleti ſunt Spiritu ſancto.
Cum autē participabilis ſit Spiritus ſanctus, ad ſi-

militudinē ſapiētiæ ac diſciplinæ, non in caſſis no- G
minibus ſcientiæ ſubſtantiā poſſidet: ſed per natu-
rā ſanctificantem, & implentē bonis vniuerſa bo-
nus ipſe ſubſiſtit: iuxta quā & repleti quidem Spi-
ritu ſancto eſſe dicuntur, vt in Actibus Apoſtolo-
rum ſcriptum eſt: *Et repleti ſunt omnes Spiritu ſancto,* *Ibid.*
& loquebantur verbū Dei cū fiducia. Quomodo. n. qui
aliqua diſciplina plen⁹ eſt, quia perfecte eā habet,
erudite & ſubtiliter poteſt de ea proferre ſermonē:
ſic qui ſpiritū S. cōſummatè acceperint, ita vt im-
pleantur eo, cum fiducia verbū Dei loquuntur: quia
præsēs Spiritus S. dignā Deo vocē miniſtrat. Hinc
quidā cū ſupercilio ait: hæc dicit ſpiritus S. Et A-
poſtolos: *Sed implemini,* inquit, *Spiritu S.* Et in multis *Ephe. 5. a*
locis Actuū Apoſtolorū, pleni fuiſſe Spiritu sācto *Act. 6. a*
diſcipuli Domini ſcribuntur. *Cōſiderate ergo fratres* *Ibid. 7. g*
*viros ex vobis teſtimonium habentes ſeptem, plenos Spiri-
tu ſancto & ſapientia.* Et de Stephano: *Cum autem ple-* *Ibid. 13. b*
*nus eſſet Spiritu ſancto, intuens in cælum, vidit gloriā Dei,
& Ieſum ſtantē à dextris Dei.* Et de electionis vaſe di-
citur: *Saulus autem, qui & Paulus plenus Spiritu ſancto,* *Ibid. g*
intuens in eū, ait. Et in commune de vniuerſis credē-
tibus annotatur. *Diſcipuli quoque replebātur gaudio, &
Spiritu ſancto.* Angeli autem pręſentia, ſiue alicuius
alterius excellentis naturæ, quæ facta eſt, non im-
plet mētem atque ſenſum: quia & ipſa aliunde cō-
pletur. Quomodo enim ex plenitudine quis acci-
piens Saluatoris, plenus efficitur ſapientia, & vir-
tute, & iuſtitia, & ſermone Dei. ſic qui Spiritu ſan-
cto plenus eſt, ſtatim vniuerſis donationibus Dei H
repletur, ſapientia, ſcientia, fide, cæteriſque virtu-
tibus. Qui igitur implet vniuerſas creaturas (quæ
tamen poſſunt virtutem & ſapientiā capere) non
eſt ex his quæ ipſe cōplet. Ex quo colligitur alte-
rius eum eſſe ſubſtātiæ, quā ſunt omnes creaturæ.
Diximus & alibi: quia ſuperintelligatur in ſancti
Spiritus ſubſtantia etiā plenitudo munerum diui-
norum. Denīq; impoſſibile eſt gratiam Dei ſortiri
quempiā, ſi non habeat Spiritum ſanctum: in quo
approbamus cuncta Dei dona cōſiſtere. Quod ve-
ro is qui habeat eum, ſermonē quoq; ſapientiæ, &
reliqua bona perfecte cōſecutus ſit, & nunc mani-
feſte ſermo demōſtrat, & paulu ante diximus ſub-
ſtātiā bonorū Dei Spiritum sāctū eſſe, cum poſui-
mus exēplum: *Dabit pater Spiritum ſanctum petenti-* *Luc. 11. b*
bus ſe, & dabit pater bona petentibus ſe. Nec exiſtimare *Sec. Græ. Matt. 7. b*
debemus Spiritum ſanctum ſecundum ſubſtātias
eſſe diuiſū, quia multitudo bonorū dicatur. Im-
paſſibilis. n. & indiuiſibilis, atq; immutabilis eſt: ſed
iuxta differentes efficientias & intellectus, multis
bonorū vocabulis nūcupatur: quia participes ſuos
non iuxta vnā eandemque virtutem cōmunione
ſui donet, quippe cum ad vtilitatē vniuſcuiuſq; ap-
tus ſit, & repleat bonis eos, quib. iudicat [illegible] adeſſe
debere. Deniq; Stephanus primus ille te[illegible]ta- *Act. 7. g*
tis, & dignus ſuo nomine, plenus ſapiētia & [illegible]itu
sācto dictus eſt, ſapiētia cōſequēter ſuperintelle-
cta, cōmorante in eo Spiritu sācto, ſicut inquitur
ſcriptura: *Et elegerunt Stephanum plenum fide Spiritu
ſancto Apoſtoli.* Et: *Stephanus autem plenus gratia &* *Ibid. 6. b*
virtute faciebat prodigia & ſigna magna in populo. Et ad- *Ibid. c*
huc de eodem: *Et non valebant reſiſtere ſapientiæ &*
Spiritui qui loquebatur in illo. Plenius enim Spiritu sā- *Ibid.*
cto vir beatus, & fidei effectus eſt particeps, quæ
ex ſpiritu S. venit, iuxta illud: Alij autē fides in eo-
dem ſpiritu. Et gratiā atque virtutem, iuxta eundē

A ſpiritum habēs, ſigna & prodigia magna faciebat [1. Cor. 12. a] in populo. Necnō & illis donationibus ſecundum eundem ſpiritum affluebat, quæ vocātur curationum gratiæ, atq; virtutes. Et hæc enim in enumeratione donorum Dei, in ſpiritu & ſecūdum ſpiritū, in prima Apoſtoli Pauli epiſtola ad Corinthios collocātur. Initātum autem Stephanus diuina gratia abundabat: vt nemo cōtradicētium, & eorum qui aduerſus eum diſputabāt, valerent reſiſtere ſapiētiæ & ſpiritui qui loquebatur in illo: Erat quippe è Spiritu ſancto ſapiens. Vnde & ad diſcipulos [Mat. 10. b] ſuos Ieſus perſpicue proclamat: Cum introducti fueritis ad principatus, & poteſtates, & conſilia, & ſynagogas, nolite eſſe ſoliciti quid vos oporteat dicere: aut quid loquamini in illo tēpore. Dabuntur. n. vobis à ſpiritu S. ſermones ſapiētiæ, quibus nō queant cōtradicere, ne hi quidē qui vehementer in diſputationib. calleut. Sed ponamus ipſum teſtimonium, quod ita cōtexitur: *Cū autem introduxerint vos in ſynagogas ad principatus & poteſtates, nolite ſoliciti eſſe quo modo, aut quid reſpondeatis. Spiritus enim ſanctus docebit vos in eadē hora, quæ oporteat dicere.* Et [Luc. 21. b] in alio Euangelio: *Ponite ergo in cordibus veſtris non præmeditari quēadmodum reſpondeatis: Ego quippe dabo vobis os & ſapientiā, cui non valeant contradicere, aut reſpondere.* Spiritu vero ſancto tribuente Apoſtolis verba aduerſus eos qui Euāgelio contraibāt, dilucide oſtenditur in ſubſtātia eius ſuperintelligi ſapientiæ & ſcientiæ ſermonem. Quomodo autem Saluator in illa hora os & ſapientiā diſcipulis largiatur, quibus contradicere non queāt, ne hi quidē qui apud homines eloquentiſſimi putantur, nō [B] eſt huius tēporis diſſerere quia nunc propoſuimus oſtēdere ſuperintelligi ſemper in Spiritu ſācto dona virtutū, ita vt is qui eum habet, donationib. Dei plenus habeatur. Vnde & in [illegible] ſ[illegible]a ipſe Deus cui- [Eſa. 44. Sec. 70.] dam dicit: *Ponam [illegible] meum ſuper ſemen tuū, & benedictiones meas ſuper filios tuos.* Nūquam enim accipit quiſquam ſpirituales benedictiones Dei, niſi præceſſerit Spiritus ſanctus. Qui. n. acceperit ſpiritum ſanctum, conſequenter habebit benedictiones, id eſt, ſapientiam, & intellectum, & cætera, de [Col. 1] quibus ita ſcribit Apoſtolus: *Propter hoc & nos, ex quo die audiuimus, non ceſſamus orantes pro vobis, & deprecantes vt impleamini cognitione voluntatis eius in omni ſapientia, & intelligentia ſpiritali, ambulantes digne D.o.* Eos n. qui digne ſibi per opera, & ſermones, & prudentiam incedunt, impleri ait voluntate Dei, ponentis ſuper eos Spiritum ſanctum: vt impleātur ſapientia & intellectu, & reliquis ſpiritualib. bonis. Sapientia autem & intellectus, quæ in Spiritu ſancto ſunt, à Deo dantur. *Dominus*, inquit, [Prou. 2. a] *dabit ſapientiam: & à facie eius ſapientia & intellectus procedit*: cum ea ſapientia, quæ ab hominibus venit, [illegible] it ſpiritualis, ſed carnea & humana. De [2. Cor. 1. c] h[illegible]c Apoſtolus ſcribit: Non *in ſapientia carnali, ſed [illegible] gratia Dei conuerſati ſumus in mundo*: carnalem ſapientiā dicens, quæ in rebus corporeis ex humano ſubſiſtit cogitatu. Porro ſpiritualis ſapientia & intellectualis, circa inuiſibilia & intellectualia ſe tenens, per operationē Spiritus ſancti capientibus ſe, ſui præſentiā tribuit. In multis quoque aliis locis Apoſtolus memorat in Spiritus ſācti ſubſtātia [Rom. 15. c] Dei munera commorari, ſicut in illo: *Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credendo: vt abūdetis in ſpe, & virtute Spiritus ſancti.* Deus autē largi- tor bonorum, ſpem quā promiſit reddet in virtu- [C] te Spiritus ſancti, his qui habent illū: gaudio & pace cōplet eos, qui imperturbatā & ſedatā cogitationē poſſidentes, lætas habent mentes, & ab omni perturbationum tēpeſtate tranquillas. Qui autē in virtute Spiritus ſancti prædicta bona fuerint cōſecuti, etiā rectā fidē in trinitatis myſterio conſequentur. In alio quoque loco eiuſdē epiſtolæ: *Non* [Rom. 14. f] *eſt*, inquit, *regnum Dei cibus & potus: ſed iuſtitia & pax & gaudiū in Spiritu S.* In ſpiritu n. ſancto iuſtitiam, vniuerſā virtutem, & quam ſupra diximus pacem, Dei gaudio copulatā eſſe aſſerens, his qui ſe audire poterant, manifeſtiſſime probat. nō alia hęc bona quā Spiritus ſancti eſſe ſubſtantiā. Cum ergo hæc bona ex largitione Spiritus ſancti ad homines veniāt: vocatio gentiū, quā introduxit per doctrinā euangelicā, acceptabilis & ſanctificata redditur in Spiritu ſancto: quia & in hac ſanctificatos & acceptos faciens Spiritus ſanctus, ſubſtātia eſt bonorū Dei. Et qui illo plenus eſt, vniuerſa iuxta rationē agit, docens recte: viuens irreprehēſibiliter: ſigna atq; portenta vere perfecteq; demonſtrās. Habet. n. fortitudinem Spiritus S. præſtantē ſibi theſaurū, & cauſā plenitudinis omniū bonorū. Nouit [Act. 11. a] Petrus diſcipulus Dñi Ieſu, largitionē Spiritus S. donorū Dei eſſe naturā. Ait quippe ad eos qui obiurgabāt introitū ſuū ad Corneliū. Si itaq. æqualē gratiā dedit illis Deus, præbens Spiritum ſanctū, quomodo & nobis in principio: *ego quis erā, qui poſ-* [Ibid. 15. b] *ſem prohibere Dominum* Et inſuper ad ſuos: *Agnitor*, inquit, *cordiū Deus, teſtimonium tribuit eis, dans ſpiritū ſanctum ſicut & nobis: & nihil diſcreuit inter nos & eos, fide mundans corda eorū.* In hunc ſenſū congruit etiā illud quod in multis locis dicitur, Spiritum ſanctū [D] dari à domino. *Iacob puer meus, ſuſcipiam eū: Iſrael electus meus, ſuſcipiet eū anima mea: dedi ſpiritum meū in eo.* [Eſa. 42. a Sec. 70.] Et adhuc: *Qui dat afflatū populo cōſtituto ſuper eā* (haud [Ibid. c] dubiū quin terra) *& ſpiritū calcantibus eā.* Oſtēdimus aūt ſupra non aliū eſſe ſpiritū Dei, & aliū ſpiritū S. Paulus quoque: *Charitas*, inquit, *Dei diffuſa eſt in* [Rom. 5. a] *cordib. veſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* [Luc. 11. b Sec. Græc.] Et illud: *Quanto magis pater veſter cæleſtis dabit Spiritū ſanctum petentibus ſe* Iſte autē ſpiritus effuſus quoq; eſſe à Deo ſuper omnē carnem dicitur: vt prophetent, & viſiones videant, qui eum acceperint, ſecūdum Ioelem, qui ex perſona Dei loquitur: *Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnē, & prophetabunt* [Ioel. 2. g] *filij veſtri, & filiæ veſtræ.* Effuſio quippe ſpiritus, cauſa extitit prophetandi, & videndi ſenſum pulchritudinemq; veritatis. Ipſum quoq; effuſionis nomē, increatā Spiritus ſancti ſubſtantiā probat. Neque enim Deus cum angelum mittit, aut aliam creaturam: effundam dicit de angelo meo, aut principatu, aut throno, aut dominatione. In ſolis quippe his, quæ ab aliis participantur, hic ſermo cōſenuit: ſicut & nunc paulo ante de charitate Dei diximus quæ effuſa eſt in cordibus eorū qui Spiritū ſanctū receperunt. *Charitas*, inquit, *Dei diffuſa eſt in cordibus* [Rom. 5. a] *veſtris, per Spiritū ſanctum, qui datus eſt nobis.* Saluator quoque, quia & ipſe capabilis eſt, in ſimilitudinem quoque vnguenti effuſus dicitur: *Vnguentum effuſum nomen tuum.* [Cant. 1. Sec. 70.] Nam & vnguentum quod vaſe continetur, habet quidem odoris ſubſtātiā: ſed prohibetur longius ſpargi, quia vaſe intrinſecus clauditur: cum autem vas foris fuerit effuſum, emittit procul beneuolentiam ſuam: ita Chriſti

E nomē bene olens ante aduentū eius, in ſolo Iſraëlis
Pſal. 75.a populo verſabatur, quaſi Iudææ vaſe incluſū. *Notus*
Pſal. 8.a enim, ait, *in Iudæa Deus: in Iſrael magnū nomē eius.* Quā-
do autē coruſcās in carne ſua Saluator, in vniuerſā
terrā, quin potius in omnē creaturam, extēdit voca-
bulū ſuum: impleto eo quod ſcriptum eſt: Quā admi-
rabile eſt nomē tuū in vniuerſa terra: quibus conſe-
quenter Apoſtol. loquitur: *Non enim aliud nomen da-*
Act. 3.c *tū eſt ſub cælo, in quo oporteat ſaluari nos.* Et pſalmiſta ad
dominum loquitur: *Magnificaſti ſuper omnia nomen*
Pſal. 137.a *ſanctum tuum.* tunc completū eſt: *Vnguentum effuſum*
Cant. 1.a *nomen tuum.* Significat autē effuſionis verbum, largā
& diuitē muneris abundantiam. Itaq; cum vnus quis
alicubi: aut duo Spiritū ſanctum accipiunt, non dici-
Tit. 3.b tur: *Effundam de ſpiritu meo*: ſed tunc quando in vni-
uerſas gentes munus ſpiritus S. redundauerit. Et ad
Titum Apoſtol. ſalutem factam gentibus cōmemo-
rat: *Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed per laua-
crum ſecundæ regenerationis, & innouationis Spiritus S.
quem effudit ſuper nos abundanter.* Et hic enim largam
attributionem ſpiritus, verbū effuſionis oſtēdit: Ex
quibus vniuerſis docemur, capabilem ſpiritus S. eſſe
ſubſtātiam, & ex hoc increatam. Capabilem ſubſtā-
tiam vocat, quæ capitur à pluribus, & eis ſui conſor-
tium tribuit: capacē vero, eam quę cōmunicatione
ſubſtantię alterius impletur, & capiens aliud, ipſa nō
capitur ab alio. Capabili quippe ſtatim inconuertibi-
le, & incōuertibili æternum eſt conſequēs: quo mo-
do econtrario capienti conuertibile, & conuertibili
creabile ſubſequēs eſt. Nihil ergo de creaturis incō-
uertibile, propter quod neque ſempiternum eſt. Nō
ſolū igitur quod in hominibus eſt rationale cōuer-
titur & creatur: verumetiā in omnibus creaturis hęc
eadem cōuerſio reperitur. Nam & angelorum con-
uerſationes & ruinas diuina eloquia demōſtrant. Li-
cet enim multitudo angelorum, & aliarum excellen-
tium virtutū, in beatitudine & ſanctimonia perſeue-
rent: tamen cum in ea, quę ſimilem habēt naturam,
conuerſa ſint, dilucide oſtenditur in primo eos ſtatu
non per immutabilitatem ſuæ ſubſtantiæ, ſed per ſo-
licitius in domino ſeruitium permanere. Neq; enim
poteſt coæqualiū diuerſa eſſe natura. Nam quia om-
ne genus hominum mortale eſt, & ſinguli homines
mortales ſunt, vt è diuerſo quoq; ſi qua de ſuperiori-
bus immortalia ſunt, haud dubiū quin omnia in eo-
dē genere & ſpecie cōſtituta ſint immortalia. Cum
autem hęc ſe ita habeant, etiam ſi vnus angelus con-
uertibilis apparuerit, omnes conuertibiles erūt, licet
non ſint conuerſi in beatitudine perſeuerantes: quo
modo & cuncta hominum corpora diuiſibilia ſunt:
quamquā non omnia diuidantur. Quędam enim eo-
rum paſſa diuiſionem, ex reliquorum ſimiliū ſui na-
turam interpretantur. His ita ediſſertis, alterius ſub-
ſtantię à viſibilibus & inuiſibilibus creaturis ſpiritus
ſanctus oſtenditur. Si autē hoc verum eſt, impiiſſimè
quidā inter omnia connumerant Spiritum ſanctum
dicentes in eo, quod omnia per verbum à Deo facta
ſunt, etiam ſignificari Spiritus ſancti facturam. Ne-
que enim vnum ex omnibus, ſed aliud extra omnia
per ſubſtātiam ex vtroque demonſtratus eſt ſpiritus
ſanctus. Nam ſi creatura, vt ſuperius oſtendimus, di-
uiditur in corporalia & in incorporalia, & conditus
eſt Spiritus ſanctus: vtique aut viſibilis, aut inuiſibilis
creatura erit, id eſt, corporalis, aut incorporalis. Ve-
rum corpus nequaquam erit, ſicut prius diximus,
cum doceat & ſcientiam præſtet, & à ſenſu & ani-

ma capiatur. Sed neque inuiſibilis creatura erit: vt G
paulo ante de eo diſputauimus. Vnde & Apoſtolus
in epiſtola quam ad Hebręos ſcripſit, alium eum eſſe
ab omnibus angelis demonſtrat, dicens: *Cui enim an-* Hebr. 1.d
*gelorum dixit aliquando: ſede à dextris meis donec ponam
inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? Nonne omnes ſunt
adminiſtratores ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos
qui accepturi erant ſalutem?* Et poſt alia: *Quomodo nos ef-* Ibid. 2.a
*fugiemus tantam negligentes ſalutem? Quæ principium ac-
cipiens ad loquendum per dominum, ab his qui audierunt in
nos confirmata eſt, teſtimonium dante Deo, ſignis & pro-
digijs, & variis virtutibus, & Spiritus ſancti diuiſionibus,
iuxta ſuam voluntatem.* Hoc enim quod ait: *Cui angelo-
rum*, ęquè accipitur, ac ſi diceret, nulli: per angelicum
nomen ſignificans omnium ſubſtantiam inuiſibiliū
creaturarum. Neque enim vlli quidem angelorum,
& alię cuidam rationabili creaturę dixit Deus: ſede
à dextris meis. In communne itaque ſermo pronun-
ciat, non eſſe dictum cuiquam creaturę: ſede à dex-
tris meis. Et hoc in communne de creatura. Et pro-
nuncians de omnibus inuiſibilibus creaturis, ait eas
eſſe adminiſtratores ſpiritus. Propter quod ſubie-
cit: N*onne omnes ſunt adminiſtratores ſpiritus in miniſte-* Hebr. 1.d
rium miſſi? Licet enim non omnes ſingillatim inuiſi-
biles creaturæ miſſæ ſunt: tamen quia eiuſdem ge-
neris & honoris aliæ miſſæ ſunt, quodammodo &
ipſæ poſſibilitate ſunt miſſæ, miſſatum conſortes æ-
qualiſque ſubſtantiæ. Quomodo igitur alius eſt ab v- Ibid. 2.d
niuerſis creaturis dominus, per quem principium ad
loquendū acceperat illa magna ſalus, cuius negligē-
tes Apoſtol. nolens nos eſſe, ait: *Quomodo nos effugie-
mus tantam negligentes ſalutem? quæ principium accipiens
ad loquendum per dominum ab his qui audierunt in nos con-
firmata eſt*: Sed & Deus qui teſtimonium perhibet ſi-
gnis & portentis iſti ſaluti: alius eſt ab omnibus ad-
miniſtratoriis ſpiritibus. Sic & Spiritus ſāctus, cuius
diuiſionibus iuxta voluntatem eius teſtimoniū per- H
hibet Deus, diſtribuēs eum, nō per conciſionis par-
tes, ſed per communionē, quibus eum præſtare de-
creuerit: alterius eſt & ipſe ſubſtantiæ ab his in quæ
diſparitur effuſus. Igitur quoniam approbauimus
iuxta ſcripturarum ſenſum, aliū extra omnem crea-
turam eſſe, Spiritum ſanctum: incaſſum imo impiè
quidam creatum eum eſſe oſtendere volentes, teſti-
monio vtuntur, quo omnia per verbum facta refe-
runtur: vt ſcilicet in omnibus, etiam æterna ſubſtan-
tia contineatur. Et quia ad conditionem eius appro-
bandam etiā propheticum ſermonem vſurpant, di- Ioan 1.
cente Deo creo ſpiritum: etiam in hoc eos monſtra-
re debemus prorſus ab intellectu veritatis alienos.
Neque enim de Spiritu ſācto propoſitus ſermo pro-
phetæ fuit, vt ex ipſa ſerie & cōtextu eloquii intelli-
gitur. Siquidem Amos propheta ex perſona Dei:
Præparate, inquit, *ad inuocandum Deum tuum ô Iſrael:* Amos. 4.d
quoniam ego ſum, firmans tonitruum, & creans ſpiritum, & Sec. 70.
*annuncians in homines Chriſtum ſuum: faciens diluculum
& nebulam, & aſcendens ſuper excelſa terræ: dominus
Deus omnipotens nomen eius.* Deus enim qui ſe ſpi-
ritum condere fuerat prælocutus & facere, & to-
nitruum dixit ſe firmare & diluculum & nebulas fa-
cere. Si igitur in prædicta narratione perſeueramus:
id eſt, in tonitruo & diluculo & nubibus: eundem
narrationis ordinem etiam in ſpiritu tenere debe-
mus: vt id quod dicitur à Deo tale ſit: Vt inuoces
me qui Deus ſum, qui vniuerſa procuro, qui & crea-
tor ſum omnium, qui firmo tonitruum, & cōdo ſpi-

A

ritum, qui diluculum & nebulam ad quaſdam vtilitates facio hominum: pręparate vt inuoces ó Iſrael: vt cum præparatus fueris ad inuocãdum, & me oraueris, qui ſupradicta conſtituo, felicitate temporum & aliorum bonorum largitionibus perfruaris: me tibi per ſingulos annos omnia iuxta naturę ordinem miniſtrante: vt fœcundè annus fluat, vt ſuis ſpaciis horarum momenta decurrant. vt ſuo tempore tonitrua mugiant, vt ſalutaris aura opportunis flatibus inſpiret. Si vero per allegoriam, tonitruũ & diluculum & nebula & creatio ſpiritus intelligantur: non ſubſtantiam rei, ſed figuratam interpretationem ſignificabũt. Quod ſi e diuerſo oppoſuerit, manifeſtè de ſpiritu S. hæc dici: quia inferatur ad creationem ſpiritus, illud quod ſequitur: Et annunciãs in homines Chriſtum ſuũ, in Hebræo habetur, annunciat in

שיחו

hominẽ loquelã ſuam: quod ſcilicet qui creator eſt omnium, ipſe etiam prophetis inſpiret, & ſuã per eos hominibus indicet voluntatẽ. Et ad hoc reſpondendum eſt (quia quidam hæretici alium extra creatorem dominú patrem Saluatoris mentiũtur: hoc impiiſſimè prædicantes: non ſceleratam eorũ ſuſpicionem prouidẽtes à Deo percuti, dicẽte: Ego formans tonitruum, & creans ſpiritum, & alias mundi partes faciens, & gubernans: annuncio in homines Chriſtum meũ.) Et hoc enim prouidentiæ meæ opus ſuper omnia opera mea eſt. vt non ſolum eorum quæ foris ſunt: ſed & quæ ad emolumentum animæ & mentis humilitatẽ pertinent, cauſa ſubſiſtam. Ergo

B

hoc quod dicitur, creo ſpiritum: æquè arbitror poſitum ac ſi diceretur, creans ventum. Deus quippè flatus hos, qui per aëris motum efficiuntur, diſpoſitione ſua ducit: ſecundũ illud quod alibi legimus: *Qui producit ventos de theſauris ſuis*. Benè autem, quod in ipſa ſententia non ait: qui creaui, ſed qui creo ſpiritum. Si enim de ſubſtãtialitate Spiritus ſancti ſermo eſſet, dixiſſet vtique, qui creaui. Neque enim ſemper eundem creat. Nunc autem conſequenter de flatu dictum eſt, qui creo: quia non ſemel venti facti ſunt: ſed in eo quod ſubſiſtũt, quotidie fiunt. Neque enim fruſtra ſine articulo, qui in Græco ſermone ſingularitatis ſignificator eſt, nunc ſpiritus creatus dicitur: quoniam non eſt ſanctus: cum penè ſemper ſpiritus ſanctus cũ articulo nominetur, vt in illo, αὐτὸ τὸ πνεῦμα, id eſt, *Ipſe ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro*. Et alibi. αὐτός ἐστιν τὸ ζωοποιοῦν, id eſt, *ipſe eſt qui viuificat*. Et rurſum: *Sic & quæ Dei ſunt, nemo cognouit niſi* τὸ πνεῦμα, id eſt, *ſpiritus Dei*: τὸ γὰρ πνεῦμα, hoc eſt, *ſpiritus enim ſcrutatur omnia, etiam alta Dei*. Et multa quæ de ſcripturis ſacris excerpere poſſibile eſt. Quod ſicubi raro ſine articulo nominatur Spiritus ſanctus: ſciendum eſt cum additamẽto eum nominari, ſignificante magnificentiam eius. Siquidem dicitur aliquando & ſine articulo, cum non ipſe per ſe, ſed participatio eius oſtẽditur: vt puta ſpiritus Eliæ: & ſpiritu ambulate, & quæcumque his ſimilia ſunt. Quoniam igitur ex his, quæ memoraui, & ex multis aliis nõ eſſe creaturam Spiritum ſanctum demonſtratũ eſt, nuſquam conditionibus connumeratus eſt, ſed ſemper cum Patre & Filio poſitus: Nunc videamus quam cum vtroque habeat indifferentiam. In fine epiſtolę ſecũdæ, quam ad Corinthios ſcribit Paulus, ait: *Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio ſancti Spiritus ſit ſemper cum omnibus vobis*. Oſtenditur quippè ex ſermone præſenti vna Trinitatis aſſumptio: cum is qui gratiam Chriſti accepit, habeat

Pſal. 134. b
πνεῦμα.
Rom. 8. c
Ioan. 6. h
τὸ πνεῦμα ἐστι τὸ ζωοποιοῦν.
1. Cor. 2. c
2. Cor. 13. d

C

eam tam per adminiſtrationem patris, quam per largitionem Spiritus ſancti. Datur enim à Deo patre & Ieſu Chriſto, iuxta illud: *Gratia vobiſcum & pax à Deo patre & domino Ieſu Chriſto*: non aliam dante gratiam patre, & aliam Saluatore. Si quidem & à patre & domino Ieſu Chriſto eam dari deſcribit, Spiritus ſancti communicatione completam. Nam & ipſe ſpiritus dictus eſt gratia, ſecundum illud: *Et ſpiritui gratiæ iniuriam faciens, in quo ſanctificatus eſt*. In Zacharia quoque repromittit Deus effuſurum ſe, id eſt, abundantiſſimè tributurum, Hieruſalem ſpiritum gratię & miſerationis. Cum enim quis Spiritus ſancti acceperit gratiam: habebit eam datam à Deo patre, & à Ieſu Chriſto domino noſtro. Vna igitur gratia Patris & Filii & Spiritus ſancti operatione completa, Trinitas vnius ſubſtantiæ demonſtratur. In alio quoque loco: *Charitas*, inquit, *Dei cum omnibus vobis*: quæ à Trinitate & tribuitur & firmatur: ait quippe Saluator: *Qui audit verba mea & ſeruat ea: hic eſt qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum*. Neque enim alia dilectio eſt Saluatoris ſuper his qui amantur, & alia dilectio patris. Deus enim diligit in ſalutem: quia *ſic dilexit Deus mundum, vt filium ſuum vnigenitũ daret: vt omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitã æternã*. Similiter & filius, quia vita eſt: vt tribuat vitam & ſalutem, diligit eos quos vult fieri meliores. Vnde amare ſe dicit eum qui amatur à patre. Et de eo ponitur in propheta: Et ipſe ſaluabit illos, quia dilexit illos. Hanc dilectionem, fructum eſſe Spiritus ſancti, conteſtatur Apoſtolus: ſicut & gaudium & pacem, quę à patre miniſtratur & filio, dicens: *Fructus autẽ Spiritus, gaudiũ, pax, charitas*. Quæ charitas effuſa eſt in cordibus credentium per Spiritum ſanctum. *Charitas*, quippè, ait, *Dei diffuſa eſt in cordibus veſtris in Spiritu ſancto*. Omnis quippe qui communicat Spiritui ſancto, per participationem eius communicat, iuxta illud: *Et cõmunicatio ſancti Spiritus ſit ſẽper cum omnibus vobis*. Et in alio loco: *Si qua cõmunicatio ſpiritus*: cum habuerit ſapientiam Dei & ſermonem, & in omnibus veritatem: habebit quoque conſortium ſanctitatis in Patre & Filio & Spiritu ſancto. *Fidelis autẽ Deus, per quẽ vocati eſtis in cõmunicationẽ filii eius*. Scribit & Ioannes de patre: *Si in lumine ambulamus, ſicut ipſe eſt in lumine cõmunicationẽ habemus cũ illo*. Et adhuc: *Cõmunicatio autẽ noſtra cũ patre & filio eius Ieſu Chriſto*. Igitur quicumque communicat Spiritui ſancto, ſtatim communicat patri & filio. Et qui charitatem habet patris, habet eam à filio contributam per Spiritum ſanctum. Sed & qui particeps eſt gratiæ Ieſu Chriſti, eandem gratiam habet datam à à patre per Spiritum ſanctum. In omnibus enim approbatur eandem operationem eſſe patris & filii & Spiritus ſancti. Quorum autẽ vna eſt operatio, vna eſt & ſubſtantia: quia quæ eiuſdem ſubſtantiæ ὁμοούσια ſunt, eaſdem habẽt operationes: & quæ alterius ſubſtantiæ & ἀνομοούσια, diſſona atque diuerſa ſunt. Neque enim ex his tantum quæ pręmiſimus Trinitatis vnitas docetur, ſed ex innumerabilibus aliis: de quibus rurſum ſecundum ſuum ordinem pauca ponemus. Arguẽs Petrus Ananiam in eo quod in venditione agri, cuius ſe totum precium obtuliſſe dicebat, fraudem feciſſet ex medio: ſancti Spiritus vnitatem ad Deum, non ſecundum numerum, ſed iuxta ſubſtantiam comprobauit, dicens: Anania, quare comple-

Rom. 1. a
Hebr. 10. e
Zach. 12. d
Sec. 70.
2. Cor. 13. d
Ioan. 14. c
Ibid. 3. A
D
Gal. 5. d
Rom. 5. a
2. Cor. 13. d
Phil. 2. a
1. Cor. 1. b
1. Ioan. 1. a
Ibidem.
Act. 5.

E compleuit Satanas cor tuum, vt mentireris Spiritui ſancto & abſconderes de precio agri? Nonne manēs tibi manebat, & venditū in tua erat poteſtate? Quare poſuiſti in corde tuo hanc rē? Non hominibus mentitus es, ſed Deo. Si.n. qui domino mentitur, mētitur Spiritui sācto, & qui Spiritui ſancto mētitur, mētitur Deo. nulli dubium eſt, conſortium Spiritus sācti eſſe cum Deo. Et quomodo ſanctitas ſubſiſtit in Deo, eodē modo & deitas intelligitur in Spiritu ſancto. Iſte autem Spiritus sāctus, quem diximus eiuſdem naturæ eſſe cum patre, etiam à filii diuinitate non differt, Saluatore dicente diſcipulis: Cùm in ſynagogam ad principatus & poteſtates introduxerint vos: *nolite ſolliciti eſſe quo modo aut quid reſpondeatis. Spiritus enim ſanctus docebit vos in illa hora quid debeatis dicere.* Matth. 10. b *Ponite in cordibus veſtris non præmeditari ad reſpondendum: Ego enim dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, aut contradicere.* Luc. 21. b Et in his quippe dicens, non debere eos eſſe ſolicitos quid reſpondeant contradicentibus: quia in eadem hora doceantur à Spiritu ſancto, quid debeant reſpondere: ſtatim intulit quæ cauſa fiduciæ: *Ponite*, dicens, *in cordibus veſtris non præmeditari ad reſpondendum: ego enim dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, aut contradicere.* Cum enim dixerit in tempore reſpondendi, doceri eos à Spiritu ſancto quid debeant reſpondere, in ſequentibus ait: Ego enim dabo vobis os & ſapientiam, & cætera. Ex quibus oſtenditur ſapientiam, quæ diſcipulis datur à filio, Spiritus ſancti eſſe ſapientiam: & doctrinam Spiritus ſancti, domini eſſe doctrinam, vnūque naturæ & voluntatis eſſe cōſortium Spiritus ſancti cum filio. Et quia ſuperius demonſtratum eſt F ſocium eſſe per naturam ſpiritum vnigenito Dei & Deo patri: filius vero & pater vnum ſunt, iuxta illud: Ioan. 10. a *Ego & pater vnum ſumus*, non diuiſa & inſeparabilis ſecūdum naturam oſtenſa eſt Trinitas. In alio quoq; Matth. 10. c euangelio dicitur: *Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Si ergo ſpiritus patris in apoſtolis loquitur, docens eos quæ debeant reſpondere, & quę docentur à ſpiritu, ſapientia eſt, quam non poſſumus aliam pręter filium intelligere: liquido apparet eiuſdem naturę ſpiritum eſſe cū filio, & cū patre cuius ſpiritus eſt. Porro pater & filius vnū ſunt. Igitur Trinitas ſubſtantię vnitate ſociatur. Per aliud quoque ſcripturarū exēplum, Trinitatis vnitas & natura & virtus oſtēditur. Filius & manus & dextera & brachium patris dicitur. Sicut crebro docuimus, ex his vocabulis, vnius naturę indifferentia demonſtratur. Spiritus etiam ſanctus digitus Luc. 11. c Dei, ſecundum coniunctionem naturæ patris & filii nominatur. Siquidem in vno de euangeliis, aduerſus eos, qui ſignis domini detrahebant dicentes: *In Beelzebub principe dæmoniorum eycit dæmonia*, Matth. 12. c ſciſcitans Saluator ait: *Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij veſtri in quo eycient? Si autem ego in digito Dei eycio dæmonia: ergo ſuperuenit in vos regnum Dei.* Hunc eundem locū, alius euangeliſta deſcribēns: loquentem intulit filium: *Si autem ego in ſpiritu Dei eijcio dæmonia.* Ex quibus oſtenditur digitum Dei eſſe Spiritum ſanctum. Si ergo coniunctus eſt digitus manui, & manus ei cuius manus eſt, & digitus ſine dubio ad eius ſubſtātiam refertur, cuius digitus eſt. Verum caue ne ad humilia deiectus, & oblitus ſermonis de quo nūc diſputatur, depingas in animo tuo corporalium artuū diuerſitates, & incipias tibi magnitudines, & inæqualitates, & cętera corporum maiora vel minora membra confingere: dicens, digitum à manu, & manum G ab eo cuius eſt manus, multis inæqualitatibus diſcrepare: quia de incorporalib. nunc ſcriptura loquitur, vnitatem tantum volens, non etiam menſuram ſubſtantiæ demonſtrare. Sicut enim manus nō diuiditur à corpore, per quam cuncta perficit & operatur, & in eo eſt, cuius eſt manus ſic & digitus non ſeparatur à manu, cuius eſt digitus: itaque reiice inæqualitates & menſuras cū de Deo cogitas, & intellige digiti & manus & totius ſubſtantiæ vnitatem: quo digito, lex in tabulis lapideis ſcripta eſt. Per aliam quoque ſcripturam, fidei noſtræ probationem monſtrare perfacile eſt. Solus ſapiens dictus eſt Deus: non accipiēs ab alio ſapientiam, Rom. 16. d neque per cuiuſdam alterius ſapiētiæ participationem, ſapiens nominatur. Siquidem multi ſapiētes dicuntur, non ex ſua natura, ſed ex cōmunicatione ſapientię. Deus vero non alterius ſapiētiæ participatione, neque aliunde ſapiens effectus, dictus eſt ſolus ſapiens, & generans ſapientiam, & alios faciens ſapientes. Quæ ſapientia dominus noſter eſt Ieſus Chriſtus, qui dicitur Dei virtus, & Dei ſapientia. 1. Cor. 1. f Spiritus quoque ſanctus dicitur ſapientia. Deut. 34. a Siquidem & in veteribus libris refertur, repletū eſſe Ieſum Naue Sap. 6. d à domino ſpiritu ſapiētiæ. Prou. 13. d Sicut ergo ſolus ſapiēs Deus, non accipiens aliunde ſapientiam: ſed ſapientes faciens & generans ſapientiam, ſolus eſt ſapiens extra omnes qui per nuncupationem eius ſapientes dicuntur: multitudo quippe ſapientium ſalus mundi: & qui ſemetipſos cognoſcunt, hi ſunt ſapientes: & H rurſum cum fueris cum ſapientibus, ſapiens eris: Sic & Spiritus ſanctus non accipiens aliunde ſapientiā, dictus eſt ſpiritus ſapientię: hoc enim ipſum quod ſubſiſtit, ſpiritus ſapientiæ eſt: & natura eius, nihil eſt aliud niſi ſpiritus veritatis, & ſpiritus Dei: de quibus iam abundanter in ſectarum volumine diſputauimus. Vnde ne eadem ſuperflue replicemus, contenti ſimus diſputatione pręterita.

DIDYMI DE SPIRITV SANCTO
Liber II. Diuo Hieronymo interprete.

QVia igitur ſpiritus ſapientiæ & veritatis inſeparabiliter cum filio eſt, ipſe quoque ſapiētia ſubſiſtit & veritas. Si enim capax eſſet ſapientię & veritatis, in id aliquando deſcēderet, vt deſineret habere quod aliūde ſuſceperat, id eſt, ſapientiā & veritatem. Et filius ſapientia & veritas, ipſe ſubſiſtens non ſeparatur à patre, qui ſolus ſapiēs & veritas ſcripturarū vocibus prędicatur. Eundē circulū vnitatis atque ſubſtantiæ Spiritus ſancti, ſecundum id quod ſapientiæ & veritatis eſt ſpiritus, videmus habere cum filio, & rurſum filium à patris non diſcrepare ſubſtātia. Cum autem filius *imago* ſit *Dei inuiſibilis, & forma ſubſtantiæ eius*, Hebr. 1. a quicumque ad hanc imaginem vel formam imaginantur atque formantur, adducuntur in ſimilitudinem Dei iuxta vires tamen humani profectus, iſtiuſmodi formam & imaginē conſequentes. Similiter & Spiritus ſanctus, cum ſit ſignaculum Dei: hi qui formam & imaginem Dei capiunt, ſignati per eum, in eo ducuntur ad ſignaculum Chriſti ſapientię & ſcientiæ, & inſuper fide pleni. *Nam diuiſiones operationum ſunt, idem autem ipſe ſpiritus, qui operatur omnia in omnibus.* 1. Cor. 12. a Operante ergo patre multiplicem chariſmatum plenitudinem, multiplicat eam filius ſubſiſtentem per Spiritum ſanctum. Alii, n. per ſpiritum

A datur ſermo ſapientiæ. Alii vero ſcientiæ ſecundum
eundem ſpiritũ. Alii fides in eodẽ ſpiritu, & cętera
quæ ab Apoſtolo enumerata ſunt dona quib. additur:
Hæc autẽ omnia operatur vnus atque idẽ ſpiritus,
diuidens ſingulis prout vult. Vnde diſcẽtes operatricem,
& vt ita dicam, diſtributricem naturã Spiritus
ſancti, non abducamur ab his qui dicũt operationẽ,
& non ſubſtantiam Dei eſſe Spiritum ſãctũ.
Et ex aliis quoq; plurimis locis ſubſiſtẽs natura, demonſtratur
Spiritus ſancti: vt in illo quod apoſtoli
ſcribunt. *Viſum eſt enim Spiritui ſancto, & nobis*: quia
Act. 15. a. hoc quod dicitur, viſum eſt, non operationẽ ſignificat,
ſed naturam: maximè cum & de domino ſimile
Iob. 1. d quid reperiatur, vt: *Sicut domino viſum eſt, ita factum
eſt*. Denique & ſermones eius ſæpiſſimè lectitãtur,
vt in illo: *Ieiunantibus eis, & miniſtrantibus* (id eſt diſcipulis
Act. 13. a Chriſti) *dixit Spiritus ſanctus: Separate mihi Barnabam,
& Saulum in opus ad quod vocaui eos*. Quæ vox
diuinitatis & auctoritatis index, non creatã, ſed increatam
ſubſtantiam monſtrat. Neq; enim Spiritus
ſanctus in aliud quoddã opus vocauit Barnabam &
Paulum, quod non ſit patris & filii: cum miniſteriũ
quod eis commiſit & tradidit ſpiritus, patris & filii
Gal. 2. b ſit miniſterium. Ad Galatas Paulus loquitur: *Qui enim
operatus eſt Petro in apoſtolatum circumciſionis, operatus
eſt & mihi in gentes, & Barnabæ*. Pariter enim ad
nationes Spiritus ſãcti auctoritate directi sũt. Chriſto
quoque operãte in Apoſtolis, ſpiritus cõpletum
Act. 4. d eſt miniſteriũ: vt ipſi apoſtoli cõfitentur ſe in Chriſto
loqui, & id quod ſuis oculis viderũt, & miniſtri
1. Ioan 1. a facti ſont ſermonis, id eſt, Chriſti, & diſpenſarores
myſteriorũ Dei, Denique quaſi principatũ in ſacer-
1. Cor. 4. a dotio poſſidentes, & initiatores fidei à Chriſto ſunt
Matth. 18. d demonſtrati, dicente: *Euntes ite, & docete omnes gen-*
B *tes, baptizantes eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus*
Ephes. 4. a *ſancti*. Et ſicut Apoſtolus ſcribit rectiſſimè: *Vnus eſt
dominus, vna fides, vnum baptiſma*. Quis nõ ex ipſa cogetur
veritate ſuſcipere indifferentiã ſanctę Trinitatis,
dũ vna ſit fides in Patre & Filio & Spiritu S. &
lauacrũ detur atq; firmetur in nomine Patris & filii
& Spiritus ſancti? Non arbitror quemquã tam vecordem
atque inſanũ futurum, vt perfectum baptiſma
putet, quod datur in nomine Patris & Filii, ſine
aſsũptione Spiritus ſãcti: aut rurſus in nomine Patris
& Spiritus ſãcti, filii vocabulo prætermiſſo: aut
certè in nomine Filii & Spiritus ſancti, nõ prępoſito
vocabulo patris. Licet enim quis poſſit exiſtere ſaxei,
vt ita dicam, cordis, & penitus mẽtis alienæ, qui
ita baptizare conetur, vt vnum de pręceptis nominibus
prætermittat (videlicet contrarius legiſlator
Chriſti) tamẽ ſine perfectione baptizabit: imo penitus
à peccatis liberare nõ poterit, quos à ſe baptizatos
exiſtimauerit. Ex his colligitur quàm indiuiſa ſit
ſubſtãtia Trinitatis, & patrem verè filii eſſe patrem,
& filium verè patris filium, & Spiritũ ſanctum vere
patris & Dei eſſe ſpiritum, & inſuper ſapiẽtiæ & veritatis,
id eſt, filii Dei. Hæc eſt ſalus ergo credentiũ;
Matth. 28. b & diſpẽſatio eccleſiaſticę diſciplinę in hac Trinitate
Ephes. 4. a perficitur. Nã cum Saluator diſcipulos ſuos ad prædicãdũ
Euangelium miſerit, & ad dogmata veritatis
docẽda pater in Eccleſia conſtituiſſe dicatur, primo
Apoſtolos, ſecũdo Prophetas, tertio magiſtros:
ſuper hac re etiã Apoſtoli congruente ſenrentia: Et
1. Theſ. 2. a ſicut probati ſumus à Deo ad credendũ Euangeliũ,
ſic loquimur, non vt hominibus placẽtes, ſed Deo,
qui probauit corda noſtra: hos eoſdẽ, quos Chriſtus
magiſtros eſſe præcepit, & pater probauit, & Spiritus
ſãctus diſpẽſatores & prępoſitos in Eccleſia cõſtituiſſe
perhibetur. Si quidem cum Miletũ Paulus
Apoſtolus Presbyteros de diuerſis locis, & pluribus
eccleſiis cõgregaſſet: *Attendite*, inquit, *vobis, & vni-* Act. 20. f
*uerſo gregi, in quo Spiritus ſanctus poſuit vos epiſcopos, ad
regendam eccleſiam domini, quam acquiſiuit per ſanguinem
ſuum*. Si enim quos Chriſtus ad euãgelizandum
& baptizãdas nationes miſit, Spiritus ſanctus Eccleſiæ
propoſuit, patris ſententia deſtinatos: nulli dubium
eſt, vnã Patris & Filii & Spiritus ſãcti operationem,
& probationem, & conſequenter eandem
Trinitatis eſſe ſubſtãtiam. Necnon & illud conſiderandum,
quod in corde & ſenſu habitare non poteſt
creatura, niſi Deus & ſermo eius in Spiritu ſãcto: ſicut
ad quoſdã loquitur pater. *Inhabitabo in eis, & in-* 2. Cor. 6. d
ambulabo. Et ad ipſum quidam dirigit vocem: *Tu au-* Pſal. 21. a
tem in ſancto habitas laus Iſrael. Altus quippe in altis
habitat vniuerſę cõditor creaturæ: Habitat vero &
vnigenitus filius in mente pura, & corde credentiũ. Ephes. 3. d
Per fidem quippe habitare Chriſtum, vt in interiori
homine: In ſpiritu ait Apoſtolus, ita ſcribens in ſpi- Gal. 2. d
ritu: *In interiori homine habitare Chriſtum per fidem in* 2. Cor. 13. a
cordibus veſtris. Ipſe quoque de ſe loquitur: *Viuit in* Ioan. 14. a
me Chriſtus. Et iterum: *Qui me loquitur Chriſtus*. Et Saluator:
Veniemus, inquit, *ego & pater* (haud dubium,
quin ad eum qui pręcepta eius ſeruauerit) *& manſionem
apud eum faciemus*. Porro ſic ſermo iſte contexitur.
*Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Et pater
meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud
eum faciemus*. In alio quoque loco, omnis natura
rationalium creaturarum, domus dicitur Saluatoris.
Sicut autem ſuper domum ſuam eſt dominus Ieſus,
cuius domus ſumus nos: ita domus Chriſti templum
Dei eſt: in quo ſpiritus eiuſdẽ inhabitat Dei.
Scribens quippe Corinthiis Paulus ait: *Neſcitis quia* D
templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Si au- 1. Cor. 3
tem in domo & templo quo pater & Saluator inhabitat,
ilico inuenitur & Spiritus ſanctus: ex hoc indiuiſa
Trinitatis ſubſtantia demonſtratur. Et poſt non
multa eiuſdem epiſtolę: *Neſcitis*, inquit, *quia corpora* 1. Cor. 6. d
veſtra templum Spiritus ſancti ſunt, quem habetis à Deo?
Cùm ergo Spiritus ſãctus, ſimiliter vt pater & filius,
mẽtem & interiorem hominem inhabitare doceatur:
non dicam ineptum, ſed impium eſt eum dicere
creaturã. Diſciplinas quippe, virtutes dico & artes,
& his contrarias perturbationes, & imperitias, & affectus,
in animabus habitare poſſibile eſt: non tamẽ
vt ſubſtantiuas, ſed vt accidentes. Creatam vero naturam
in ſenſu habitare impoſſibile eſt. Quod ſi verum
eſt, & Spiritus ſanctus abſque vlla ambiguitate
ſubſiſtens, animę eſt habitator & cordis: nulli dubiũ
eſt, quin cum patre & filio credi debeat increatus. Ex
omnibus igitur, quę præcedens ſermo diſſeruit, incorruptibilis
& ſempiternus ſecundum naturã Patris
& Filii, Spiritus ſanctus demonſtratus, vniuerſã
de ſe ambiguitatem abſtulit & ſuſpicionẽ: ne vnus
de creatis ſubſtantiis exiſtimetur, is qui ſpiritus Dei
ſit: quem exire de patre Saluatoris in Euãgelio verba
declarant. *Cum venerit*, inquit, *conſolator, quem ego* Ioan. 15. d
*mittam vobis ſpiritum veritatis, qui à patre egreditur: ipſe
teſtimonium dabit de me*. Conſolatorem autem venientem
Spiritum ſanctum dicit: ab operatione ei
nomen imponens. Quia non ſolum conſolatur eos,
quos ſe dignos repererit, & ab omni triſtitia & perturbatione
reddit alienos: verum incredibile quod-

quod

E dam gaudium, & hilaritatem eis tribuit: intantum vt poſſit quis Deo gratias referēs, quod tali hoſpite *Pſal. 4. d* dignus habeatur, dicere: *Dediſti lætitiam in corde meo.* Sempiterna quippè lætitia in corū corde verſatur, quorum Spiritus ſanctus habitator eſt. Iſte ſpiritus ſanctus conſolator à filio mittitur: non ſecundum angelorum, aut prophetarum, aut Apoſtolorum miniſterium: ſed vt mitti decet à ſapientia & veritate ſpiritum Dei, indiuiſam habentem cum eadem ſapientia & veritate naturam. Etenim filius miſſus à patre non ſeparatur, nec diſiungitur ab eo: manens in eo, & habens illum in ſemetipſo. Quin ſpiritus veritatis ſupradicto modo miſſus à filio, de patre egreditur, non aliūde ad alia trāſmigrās. Impoſſibile quippe hoc pariter & blaſphemū eſt. Si n. hic ſpiritus veritatis iuxta naturas corporum certo ſpacio circūſcriptus eſt, aliū deſerēs locū, ad alium cōmigrauit. Sed quo modo pater non conſiſtens in loco, vltra omnē corporum eſt naturā: Ita & ſpiritus veritatis nequaquā locorum fine clauditur: cum ſit incorporalis, & vt verius dicam, excellēs vniuerſam rationalem creaturam. Quia ergo impoſſibile eſt, & impiū iſta quæ diximus, in corporalibus credere: exire de patre ſpiritū S. ſic intelligendū, vt ſe *Ioan. 16.* Saluator de Deo exiſſe teſtatur, dicens: *Ego de Deo exiui & veni.* Et ſicut loca, & cōmutationes locorū ab incorporalib. ſeparamus: ſic & prolationes, intus dico & foris, ab intellectualiū natura diſcernimus: quia iſtę corporum ſunt recipientium tactum, & habentiū vaſtitates. Ineffabili itaque & ſola fide noto ſermone credendū eſt Saluatorē dictū eſſe exiſſe à *Ioan 15. d* Deo, & ſpiritum veritatis à patre egredi, loquente: F *Spiritus qui à me egreditur.* Et pulchrè, qui de patre, inquit, egreditur. Cum enim dicere poſſet, de Deo, ſiue de domino, ſiue de omnipotēte, nihil horū tetigit: ſed ait, de patre: non quod pater à Deo omnipotēte ſit alius (quia hoc ſcelus eſt etiā cogitare) ſed ſecundum proprietatē, & intellectū parentis, egredi ab eo dicitur ſpiritus veritatis. Licet enim ex Deo frequenter ſe dicat exiſſe Saluator, proprietatē tamen, & (vt ita dicam) familiaritatem, de qua iam ſępè tractauimus, ex vocabulo magis ſibi patris aſſumit, dicens: *Ego in patre, & patre in me.* Et alibi: *Ego & Ioan. 14. b* *pater vnum ſumus*: & multa alia his ſimilia, quæ in *Ibid. 10. f* euangelio obſeruans lector inueniet. Iſte ergo Spi- *Ibid. 15. d* ritus ſanctus, qui de patre egreditur, teſtificabitur, inquit dominus, de me, teſtimonium ſimile ferens ei patris teſtimonio, de quo ait: *Teſtimonium dicit de* *Ioan. 5. f* *me, qui miſit me pater.* Mittēte autē filio ſpiritum veritatis, quem conſolatorem vocauit, ſimul mittit & pater. Neque enim pater mittēte filio nō mittit, cū eadem volūtate patris & filii ſpiritus veniat: Saluatore quoque per prophetam loquente, ſicut manifeſtum eſſe poterit ei qui totum perlegerit locū. *Et* *Eſ. 48. c* *dominus miſit me, & ſpiritus eius*: Siquidem non ſolū filium, ſed & ſpiritū mittit Deus. Sed & Apoſtolus loquitur: *Quæ nunc annunciata ſunt vobis per eos qui* *1. Pet. b* *euangelizauerunt vobis, Spiritu ſancto miſſo de cælis.* Et in libro qui Sapiētia ſcribitur, ab his qui diuina charismata cōſecuti ſunt, vox gratias Deo perferēs deſtinatur. *Quæ autem in cælis ſunt quis inueſtigauit? vo-* *Sap. 9. d* *luntatem autem tuam, quis cognouit: niſi quod tu dediſti ſapientiam, & ſpiritum S. tuum miſiſti de excelſis?* Et ſic correctæ ſunt ſemitæ eorum, qui ſuper terram erāt, & placita tibi edocti ſunt homines. Et in præſēti ſiquidē lectione nō ſola ſapientia Dei, id eſt, vnigeni-

G tus filius eius datur à patre, ſed & Spiritus ſanctus mittitur. In ipſo quoque Euāgelio dari prædicatur à patre, & mitti Spiritus ſāctus Saluatore dicēte: *Et* *Ioan. 14. b* *ego rogabo patrē meū, & alium paracletum dabit vobis, vt ſit vobiſcū in æternū, ſpiritū veritatis.* Et iterū: *Paracle-* *Ibid. d* *tus autē ſpiritus S. quē mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia.* Nā & in his ſermonibus alium paracletum dare dicitur pater, non autē alium ab eo qui à filio mittitur, ſecundùm illud: *Cum autem venerit il-* *Ibid. 15. d* *le paracletus, quem mittam vobis à patre, ſpiritum veritatis.* Quem alium paracletum nominauit, non iuxta naturæ differentiam, ſed operationis diuerſitatem. Cum enim Saluator, mediatoris & legati perſonam habeat, ex qua Pōtifex deprecetur pro peccatis noſtris, ſaluans in ſempiternum eos, qui per ipſum acceſſerunt ad Deū: quia ſemper viuēs interpellat pro *Hebr. 7. d* eis patrem: Spiritus S. ſecūdum aliam ſignificātiam paracletus, ab eo quod cōſolatur in triſtitia poſitos, nūcupatus eſt. Verùm noli ex filii & Spiritus ſancti operatione diuerſa varias æſtimare naturas. Siquidē in alio loco reperitur paracletus ſpiritus, legati ad patrem perſona fungi, vt in illo: *Quid enim oremus,* *iuxta id quod oportet, neſcimus: ſed ipſe ſpiritus interpellat* *Rom. 8. e* *pro nobis gemitibus inenarrabilibus: qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret ſpiritus, quomodo ſecundū Deum poſtulat pro ſanctis.* Saluator quoque conſolationē, à qua ſpiritus S. paracletus nuncupatus eſt, operatur in cordib. eorum, qui ea indigēt. Scriptum eſt enim: *Et humiles populi conſolatus eſt.* Vnde & is qui hoc beneficium fuerat conſecutus, eum prædicans loquebatur. Domine, ſecundū multitudinē dolorū meo- *Pſal. 93. d* rum in corde meo, cōſolationes tuę lætificauerunt *εὐφραναν* cor meū, ſiue dilexerūt animā meā. Vtroque enim *τὴν ψυχήν* ſcriptum eſſe modò, in diuerſis exemplaribus inue- *μου.* H nitur. Sed & *pater, Deus omnis conſolationis* dicitur cōſolans eos qui in tribulatione ſunt: vt ex ipſis anguſtiis per patientiam ſalutē primum, dehinc coronā *2. Cor. 1. a* gloriæ conſequantur. Spiritus igitur conſolator, & ſanctus, & ſpiritus veritatis datur à patre, vt ſemper cū Chriſti diſcipulis cōmoretur, cum quibus & ipſe Saluator eſt, dicēs: *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.* Cum autem ſemper Apoſtolis & Spiritus S. aſſit & filius, ſequitur vt & pater cū ip- *Matth. 28. d* ſis ſit: quia qui recipit filium, recipit & patrē: & manſionē filius cū patre facit apud eos, qui digni aduētu eius extiterint. Sed & vbi Spiritus S. fuerit, ſtatim inuenitur & filius. Siquidē cū in prophetis Spiritus ſanctus ſit, faciens eos futura præcinere, & alia quæ prophetalis operationis ſunt: ſermo Dei ad eos dicitur factus: vt ad id quod ad conſuetudinē prophetarū eſt, hęc dicit dominus, etiā illud addatur: ſermo qui factus eſt ad Eſaiam, ſiue ad reliquos. Quod autē prophetæ Spiritum S. habuerint: Deo manifeſtè loquente cognoſcimus. Ait enim: *Quæcunque mādaui* *Zach. 1. b* *in ſpiritu meo ſeruis meis prophetis.* Et Saluator in Euā- *Sec. 70.* gelio ſignificat iuſtos viros, & eos qui ante aduentū ſuū populo vētura cecinerant, Spiritus S. aſpiratione cōpletos. Interrogans quippe Phariſæos quid eis *Matth. 22. d* de Chriſto videretur, & audiēs quia eſſet filius Dauid loquitur: *Quomodo Dauid in ſpiritu vocat eum dominū, dicens: dixit Dñs Dño meo, ſede à dextris meis? Si ergo Dauid vocat eum in Spiritu S. dominum, quomodo filius eius eſt?* Et Petrus ad conſortes fidei loquitur. *Oporte-* *Act. 1. c* *bat impleri ſcripturam, quam prædixit Spiritus S. per os Dauid de Iuda, &c.* Et in eodē rurſus libro: *Qui per* *Ibid. 4. d* *ſpiritum,* inquit, *ſanctum ore Dauid pueri tui locutus es:*

A *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania?* Eſaias quoque cum ſermone Dei impoſitus ad prophetandum fuiſſet: Spiritus ſancti imperio propheta ſſe perhibetur, vt in fine eorundem Actuum ſcribitur. Act. 28.f *Bene Spiritus ſanctus locutus eſt per Eſaiam prophetam ad patres veſtros, dicens: Vade ad populum iſtum, & dic: Aure audietis.* & reliqua. Hanc igitur prophetiã, quã Apoſtol. Paulus affirmat a Spiritu S. pronunciatam, ipſe liber prophetæ à domino dictam eſſe cõmemorat. Et audiui, inquit, Eſaias, vocẽ domini dicentẽ: Eſai. 6.c *Quẽ mittam, & quis ibit ad populum iſtum? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Vade,* inquit, *& dic populo huic. Aure audietis.* Et poſt alia ipſe dominus ait: *Et conuertẽtur, & ſanabo illos.* Et ſtatim propheta: *Quouſque domine?* cum.n. dominus ad prophetã dixiſſet: vt ea quæ ſcripta ſunt diceret, & propheta iubenti domino reſpondiſſet, vſquequo domine? ea quæ in propheta à domino dicta ſunt, in Spiritu S. cõmemorata Paulus affirmat. Ex quo liquido oſtenditur, vt ſæpe iam diximus, vnam & voluntatẽ & naturã domini eſſe & Spiritus S. & in nuncupatione ſpiritus, 1. Cor. 8.a etiã nomen domini intelligi. Quomodo.n. ad Corinthios vocabulum Dei ſuper patre poſitum, & domini ſuper filio, neque patri aufert dominationẽ, neque filio deitatem: ſic quidem eadem ratione qua pater dominus eſt, & filius Deus eſt: ſic & Act. 5.a Spiritus S. dominus nuncupatur. Si autẽ dominus, conſequenter & Deus: vt paulo ante iam diximus, cum vocem Apoſtoli Petri ad Ananiam: qui pecuniã ſubtraxerat poneremus: quia & deitas ſuperintelligitur in Spiritu S. Verum quoniam inde quæ-

B ſtionis ordo deductus eſt: *Cum autem venerit paracle-* Ioan. 15.d *tus Spiritus S. quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia:* Age nunc ex ipſo ſermone quæramus, ſi quid in eo poſſimus inuenire cum his conſentire quæ dicta ſunt. Spiritum S. a patre in ſuo mitti nomine, Saluator affirmat: cũ proprie Saluatoris nomen ſit filius: ſiquidem naturæ conſortium, & vt ita dicam, proprietas perſonarum ex iſta voce ſignatur. In qua appellatione filii, miſſus à patre Spiritus ſanctus, non ſeruus, nõ alienus, nec diſiunctus à filio intelligatur. Et quo modo filius in patris appellatione venit, dicens: *Ego veni in nomine patris mei* Ioa. 5.g (filii quippe tantummodo eſt in nomine patris venire: ſalua proprietate filii ad patrem, & patris ad filium (ſic e contrario, nullus alius venit in nomine patris: ſed verbi gratia in domini, & Dei, & omnipotẽtis. Quod manifeſtius aduertere poteris prophetas relegẽs ex animo. Nam & Moyſes magnus miniſter & famulus, in nomine eius qui eſt, & in nomine Dei Abrahã & Iſaac & Iacob venit, Deo ad eum loquẽte: ſic dices filiis Iſrael: *Qui eſt, miſit me ad* Exod. 3.d *vos. Et rurſus dices eis: Deus Abrahã, Iſaac, & Iacob mi-* Ibid. a *ſit me ad vos.* Seruorum quippe iuſtorũ, quales erãt de quib. dixit: *mandabo in ſpiritu meo ſeruis meis prophe-* Zach. 1.b *tis,* in nomine Dei facta eſt miſſio. Et quia dignos ſe Iere. 70. exhibuerunt Deo: in nomine Dei veniſſe referuntur. Rurſus proficientes in maius, & ſub vnius Dei imperio cõſiſtẽtes, in omnipotẽtis Dei nũcupatione venerũt. Quia vero filii Iſrael in Ægypto cõmorãtes, didicerũt eos qui nõ ſunt, quaſi deos colere, & mũdi partes diuino honore venerari: cõſequens fuit, vt Moyſes, ſub eius qui eſt, vocabulo ad eos mitteretur, & à falſis eos liberans diis, ad verã trãſdoceret Deitatem, & ad dominũ patrũ Abraham, Iſaac, & Iacob. Quomodo ergo ſerui, qui in nomine domini veniunt, per hoc ipſum quod ſubiecti ſunt & ſeruiunt indicant dominum, proprietatem eius referẽtes (ſerui quippe ſunt domini) ſic & filius, qui venit in nomine patris, proprietatẽ patris portat & nomẽ, & per hæc vnigenitus Dei filius approbatur. Quia ergo Spiritus S. in nomine filii à patre mittitur, habens filii proprietatem, ſecundũ quod Deus eſt, non tamen filietatẽ, vt filius eius ſit, oſtẽdit quia vnicè ſit iunctus ad filium. Vnde & filii di- Gal. 4.b ctus eſt ſpiritus, per adoptionẽ faciẽs filios eos, qui ſe recipere voluiſſent. *Quia enim,* inquit, *eſtis filii Dei, miſit pater ſpiritum filii ſui in corda noſtra, clamantem abba pater.* Iſte autẽ Spiritus S. qui venit in nomine filii miſſus à patre: docebit omnia eos qui in fide Chriſti perfecti ſunt. Omnia autem illa quæ ſpiritualia ſunt & intellectualia: & (vt breuiter vniuerſa concludã) omnia veritatis & ſapientię ſacramenta. Docebit vero nõ quaſi doctor & magiſter diſciplinæ, quam aliunde eſt conſecutus (ſiquidem hoc eorum eſt, qui ſapientiã & artes aliquas ſtudio induſtriaque didicere) ſed quaſi ipſa ars atque doctrina, & ſapientia, veritatiſque ſpiritus, inuiſibiliter menti inſinuat ſcientiã diuinorũ. Nã & pater docet ſic diſcipulos ſuos, dicente illo qui ab eo doctus fuerat: Deus docuiſti me ſapientiã: & audacter alia conclamãte: Pſal. 70.c *Docuiſti me Deus a iuuentute mea,* atque ita omnes fiunt docti. Dei quoque filius & ſapiẽtia Dei & veritas ſic docet participes ſuos: vt diſciplinã nõ arte doceat, ſed natura. Matth. 23.a Vnde & eum docẽtur ſolum magiſtrũ vocare diſcipuli. Has eaſdem diſciplinas, quæ dãtur à patre & filio in corda credentiũ, Spiritus S. miniſtrat his qui animales eſſe deſierint. *Animalis quippe homo non percipit ea quæ ſpiritus ſunt,* arbitrans eſſe ſtultitiam, quę dicũtur. D 1. Cor. 2.d Qui vero à perturbationibus purgauerit mentẽ ſuã, Spiritus S. diſciplinis, id eſt, ſermonib. ſapientiæ, ſcientiæque cõplebitur: intãtum vt is qui ea ſuſceperit dicat: *Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum S.* Deus autẽ his Ibid. c qui ſe ita præparauerint, ſpiritũ ſapientię reuelationiſque largitur ad cognoſcendum ſemetipſum: qui accipientes ſpiritum ſapientiæ, non aliunde, ſed ab ipſo Spiritu S. efficiuntur ſapientes, & ab ipſo intelligunt dominum, & quidquid Dei eſt voluntatis, & eundem ipſum ſpiritũ ipſo reuelante cognoſcũt: vt ſciant quia à domino donata ſunt eis: ita vt is qui fuerit ſpiritum reuelationis & ſapientiæ conſecutus, ſufficiens ſit veritatis dogmata prædicare: non humana, ſed Dei arte ſubnixus: ſicut & vnum ex his apoſtolũ poſſumus audire dicentẽ: *Et prædicatio mea, & ſermo meus, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ* Ibid. b *verbis: ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis Dei.* Æqualẽ vero ſpiritui virtutem nõn poſſumus aliam præter Chriſtum dominum noſtrum interpretari: ipſe enim diſcipulis ait: *Accipietis enim virtutem ſuper vos.* Act. 1.a Et ad Mariam angelus: *Spiritus,* inquit, *ſanctus ſuper-* Luc. 1.d *ueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* Creatrix igitur virtus altiſſimi Spiritu ſancto ſuperueniente in virginem Mariam Chriſti corpus fabricauit: quo illi vſus templo, ſine viri natus eſt ſemine. Ex quibus oſtenditur eſſe Spiritum ſanctum creatorem: vt iam in dogmatum volumine breuiter oſtendimus. Et in pſalmo ad dominum dicitur: *Auferes ab* Pſal. 103.d *eis ſpiritum tuum, & deficient: & in terram ſuam reuertentur: Emitte ſpiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Nec mirum ſi dominici tantum corporis Spiritus ſanctus cõditor ſit: cũ patri filioq; ſocietatus

E

Ibidem. ſociatus, eadẽ poteſtate creauerit omnia, quę pater creauit & filius. *Emitte* enim, ait, *ſpiritum tuũ, & creabuntur.* Porro iam frequenter oſtendimus eiuſdem operationis eſſe Spiritum S. cuius eſt pater & filius: & in eadẽ operatione vnã eſſe ſubſtãtiã, & reciprocè eorũ quę *vnius* ſunt, operationẽ quoq; non eſſe diuerſam. Vt autẽ & aliud quoque teſtimoniũ, quod nos poſſit adiuuare in fide Spiritus S. ponamus: in Euãgelio ita ſermo cõtexitur: *Ioan.16.b* *Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed non poteſtis ea portare modo.* Cum autẽ venerit ille ſpiritus veritatis: diriget vos in omnem veritatẽ. Neque. n. loquetur à ſemetipſo, ſed quæcũque audiet, loquetur, & quæ ventura ſunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. *Ioan.7.f* *Omnia quæ habet pater, mea ſunt. Propterea dixi vobis quia de meo accipiet, & annũciabit vobis.* *Ioan.7.f* *Act.* Ex his. n. ſacramentorum verbis edocemur, quod cum multa docuiſſet diſcipulos ſuos Ieſus, dixerit: Adhuc habeo plurima dicere vobis: quia verbum iſtud, adhuc multa habeo dicere vobis: nõ ad nouos quoſlibet, & penitus Dei gratia vacuos dirigitur: ſed ad eos qui auditores verborum eius, necdum fuerãt omnia conſecuti. Quæcunque enim ſufferre poterãt tradẽs eis, in futurũ tempus reliqua diſtulit: quæ ſine diſciplina Spiritus S. ſciri non poterãt: quia ante aduentũ dominicę paſſionis nõ erat datus hominib. Spiritus S. euangeliſta dicente: *Nõ n. erat cuiquã ſpiritus datus: quia Ieſus necdum erat glorificatus.*

F

Glorificari dicens Ieſum, mortẽ guſtare pro cunctis. Itaque poſt reſurrectionẽ apparens diſcipulis ſuis, & inſufflans in faciẽ eorũ, *Accipite,* inquit, *Spiritum ſanctum.* Et rursũ: *Accipietis virtutem Spiritus S. venientis ſuper vos:* Quo veniente in corda credentium, implentur ſermonibus ſapientiæ & ſcientiæ: & ſic ſpirituales effecti, ſuſcipiunt Spiritus ſancti diſciplinã, quæ poſſit eos deducere in omnẽ veritatẽ. Necdũ. n. inſtãte hora, in qua oportebat eos Spiritu S. repleri, nunc quando dixit ad eos adhuc multa habeo vobis dicere cõſequenter addidit, *Ioan.16.b* ſed *non poteſtis ea portare modo.* Adhuc enim typo legis & vmbræ & imaginib. ſeruientes, non poterãt veritatẽ, cuius vmbram lex portabat, inſpicere: vnde nec ſpiritualia ſuſtinere. Cum autẽ, ait, venerit ille, hoc eſt paracletus, ſpiritus veritatis, diriget vos in omnẽ veritatẽ: ſua doctrina & inſtitutione vos trãsferens à morte literæ ad ſpiritũ viuificãtẽ: in quo ſolo omnis ſcripturæ veritatis poſita eſt. Ipſe ergo ſpiritus veritatis ingrediens purã & ſimplicẽ mentẽ, ſignabit in vobis ſcientiã veritatis: & ſemper noua veteribus adiungens, *Pſal.24.c* *diriget vos in omnem veritatem.* Ad Deum quoque patrem quidã allegãs preces loquitur: *Pſal.24.c* *Dirige me in veritate tua,* hoc eſt, in vnigenito tuo: propria voce teſtante. *Ego ſum veritas.* Quã perfectionẽ tribuit Deus mittẽs ſpiritum veritatis: qui credentes in totam dirigat veritatẽ. Dehinc in cõſequentib. de ſpiritu veritatis qui à patre mittatur, & ſit paracletus, Saluator, qui & veritas, ait. *Non. n.* *Ioan.16.[illegible]* *loquetur à ſemetipſo:* hoc eſt, non ſine me, & ſine meo & patris arbitrio: quia inſeparabilis à mea & patris eſt voluntate. Quia non ex ſe eſt. ſed ex patre, & me eſt: hoc. n. ipſum quod ſubſiſtit & loquitur, à patre & me illi eſt. Ego veritatem loquor: id eſt, inſpiro quæ loquitur. Siquidẽ ſpiritus veritatis eſt. Dicere autem & loqui in Trinitate, nõ ſecundum conſuetudinem noſtram, qua ad nos inuicem ſermocinamur & loquimur, accipiendum: ſed iuxta formam

G

incorporalium naturarũ, & maxime Trinitatis, quę voluntatem ſuã inſerit in corde credentiũ, & eorũ qui eã audire ſunt digni: hoc eſt, dicere & loqui. Nos quippe homines, quãdo de aliqua re ad alterum loquimur: primũ quod volumus, mente concipimus abſque ſermone. Inde in alterius ſenſum volentes transferre, linguę organum commouemus, & quaſi quoddã plectrum chordis dentium collidẽtes, vocalẽ ſonũ emittimus. Quomodo igitur nos linguã, quã palato dentibuſq; collidimus, & ictũ aërem in diuerſa tẽperamus eloquia, vt nobis nota communicemus in alios: ita & auditorẽ neceſſe eſt patulas præbere aures: & nullo vitio coarctatas, in ea quæ dicuntur erigere: vt poſſit ita ſcire quæ proferũtur, quomodo nouit ea ille qui loquitur. Porro Deus ſimplex, & incompoſitæ ſpiritualiſque naturæ, neque aures, neque organa, quib. vox emittitur habet, ſed ſolitaria incõprehenſibiliſque ſubſtantia nullis *Pſal.109.A* mẽbris partibuſque cõponitur. *Gen.1.a* Quæ quidẽ de filio & de Spiritu S. ſimiliter accipienda. Si quando ergo legimus in ſcripturis: *Dixit dominus domino meo.* Et alibi: *Dixit Deus, fiat lux:* & ſi omnia his ſimilia: digna Deo accipere debemus. Neque. n. ignorãte filio, qui ſapiẽtia & veritas eſt, pater ſuam nunciat voluntatem: cum omne quod loquitur, ſapiens veruſque ſubſiſtens, in ſapientia habeat & in ſubſtãtia. Loqui ergo patrẽ, & audire filiũ: vel ecõtrario, filio loquẽte audire patrẽ, eiuſdem naturæ in patre & filio cõſenſuſque ſignificatio eſt. Spiritus quoq; ſãctus, qui eſt ſpiritus veritatis, ſpirituſq; ſapientię, nũ poteſt filio loquente audire quæ neſcit: cum hoc ipſum ſit

H

quod profertur à filio, i. e. procedens à veritate cõſolator manãs de cõſolatore, Deus de Deo ſpiritus veritatis procedẽs. Deniq; ne quis illum à patris & filii voluntate, & ſocietate diſcerneret, ſcriptum eſt: *Non. n. à ſemetipſo loquetur: ſed ſicut audiet loquetur.* *Ioan.16.c* Cui etiã ſimile de ſeipſo Saluator ait: *ſicut audio, & iudico.* Et alibi. *Non poteſt filius facere quicquã, niſi quod viderit patrẽ facientẽ.* *Ibid.5.c* *Ibid.c* Si. n. vnus eſt patri filius: nõ iuxta Sabellii dictum, patrẽ & filium cõfundẽtis: ſed iuxta indiſcretionem eſſentiæ ſiue ſubſtãtiæ: nõ poteſt quicquã abſq; patre facere: quia ſeparatorum diuerſa ſunt opera: ſed videns operãtem patrem, & ipſe operatur: non ſecundo gradu, & poſt illum operãs. Alia quippe patris, alia filii opera eſſe inciperent, ſi non æqualiter fierent. Scriptum eſt autẽ: *Quæ. n. ille facit* (haud dubium quin pater) *hæc eadẽ filius ſimiliter facit.* *Ibidem.* Quod ſi operante patre & filio, non iuxta ordinem primi & ſecundi, ſed iuxta idem tempus operandi eadem & in diſſimilia ſubſiſtunt vniuerſa quæ fiunt, & filius non poteſt à ſemetipſo quicquam facere, quia à patre nõ poteſt ſeparari: ſic & Spiritus S. nequaquã ſeparatus à filio, propter voluntatis naturęque cõſortium, nõ à ſemetipſo creditur loqui: ſed iuxta verbum & veritatẽ Dei loquitur vniuerſa quę loquitur. Hanc opinionem ſequentia domini verba cõfirmant, dicentis: *Ille me clarificabit,* id eſt, paracletus: *Ioan.16.c* quia de meo accipiet. Rurſum hic, accipere, vt diuinæ naturæ cõueniat intelligendum. Quomodo ergo filius dans, non priuatur his quę tribuit, neque cum damno ſuo impertit aliis: ſic & ſpiritus non accipit quod ante non habuit. Si enim quod prius nõ habebat accepit, tranſlatu in alium munere, vacuus largitor effectus eſt, ceſſans habere quod tribuit. Quomodo igitur ſupra de naturis incorporalibus diſputantes intelleximus, ſic & nunc Spiritum

A ſanctum à filio accipere, id quod ſuæ naturę fuerat
cognoſcendũ eſt:& non dantẽ & accipientem, ſed
vnã ſignificare ſubſtantiã. Siquidem & filius eadẽ à
patre accipere dicitur, quib. ipſe ſubſiſtit. Neque n.
quid aliud eſt filius, exceptis his quę ei dantur à pa-
tre: neq; alia ſubſtãtia eſt Spiritus S. præter id quod
datur ei à filio. Propterea autẽ iſta dicũtur: vt eandẽ
in Trinitate credamus eſſe naturã Spiritus S. quæ
eſt patris & filii. Quia ergo omnis humana vox ni-
hil poteſt aliud iudicare quã corpora: & Trinitas, de
qua nũc nobis ſermo eſt, oẽs materiales ſubſtantias
ſuperat: idcirco nullũ verbũ poteſt ei proprie coa-
ptari, & dignificare ſubſtãtiam, ſed omne quod lo-
quimur καταχρηστικῶς, id eſt, abuſiue eſt, & de incorpo-
ralib. cũctis, & maximè cũ de Trinitate loquimur.
Glorificat atque filium Spiritus S. oſtendens illum
& in apertũ proferens his qui mundo corde eũ in-
telligere, & videre ſunt digni, & ſplendorẽ ſubſtan-
tiæ, & imaginẽ inuiſibilis Dei ſcire. Rurſum imago
ipſa oſtẽdens ſe puris mẽtib., glorificat patrem, inſi-
Ioan 15.b nuãs eum neſcientibus: ipſe. n. ait: *Qui videt me, videt
& patrem*. Pater quoque reuelãs filiũ his qui ad calcẽ
ſciẽtię peruenire meruerũt, glorificat vnigenitum
ſuum oſtendẽs eius magnificentiã atque virtutem.
Sed & ipſe filius tribuẽs Spiritũ S. his qui ſe dignos
eius munere præparauerunt, & pandens ſublimita-
tẽ glorificationis & magnitudinis eius virtutẽ: glo-
rificat illũ. Deinde interpretationẽ inſerens quo-
modo dixiſſet, de meo accipiet, protinus ſubiecit:
Ioan. 16.b *Omnia quæ habet pater mea ſunt: propterea dixi, de meo ac-
cipiet, & annunciabit vobis*: quodammodo loquens:
Licet à patre procedat ſpiritus veritatis, & det illis
B Deus Spiritum S. petentibus ſe: tamen quia omnia
quæ habet pater mea ſunt, & ipſe ſpiritus patris
meus eſt, & de meo accipiet. Caue autem cum iſta
dicuntur, ne graue labaris intelligẽtiæ in vitium, &
putes rem aliquã eſſe & poſſeſſionem, quæ à patre
habeatur ac filio: Verum quæ habet pater iuxta ſub-
ſtantiam: id eſt, ęternitatẽ, immutabilitatem, incor-
ruptionem, immutabilẽ bonitatẽ, de ſe & in ſe ſub-
ſiſtentem, hæc eadem habet & filius. Et quæcum-
que ſunt filii, hæc eadem & pater habet. Procul hinc
abſint dialecticorum tendiculæ, & ſophiſmata à ve-
ritate pellantur: quæ occaſionem impietatis ex pia
prædicatione capientia, dicunt: Ergo & pater eſt fi-
lius, & filius pater. Si. n. dixiſſet, omnia quęcunque
habet Deus, mea ſunt: haberet impietas occaſionẽ
confingendi: & veriſimile videretur eſſe menda-
ciũ. Cũm vero dixerit: omnia quę habet pater mea
ſunt: patris nomine ſe filium declarauit, paternitatẽ
qui filius erat, non vſurpauit: quãquam & ipſe per
adoptionis gratiam, multorum ſãctorum ſit pater,
ſecundum illud quod in pſalmis legitur: *Si cuſtodie-
Pſal. 131.c rint filii tui*. Et iterum: *Si dereliquerint filii eius legẽ meã*.
Ibid. 88.c
Ioan 16.b Sed in hoc ſermone ſenſuſque prępoſito, cõſequẽ-
ter ea quæ diximus ſuperius patris eſſe, habet & fi-
lius, & quæ filii ſunt, habet & Spiritus S. Ait quippe,
de meo accipiet: propterea & ventura annunciabit
vobis. Per ſpiritum ſiquidem veritatis, ſanctis viris
futurorum ſcientia certa conceditur. Vnde & pro-
phetę hoc eodem repleti ſpiritu, pronunciabãt ſen-
ſu: & quaſi præſentia intuebantur, quę erant dein-
ceps ſecutura. Satis hæc abundeque iuxta ingenii
noſtri paupertatem de præſenti euangelii capitulo
dixiſſe ſufficiat. Si quibus autem dominus reuelaue-
rit, & in viciniã veritatis adducti ſunt, magiſque poſ-
ſunt cernere veritatẽ: diſputationi illorum cõceda- C
mus meliora, quibus ille ſuffragatur qui eſt ſpiritus
veritatis: & petimus eos, qui lecturi ſunt, vt ignoſ-
cant imperitiæ: ſtudioque dent veniam, cupiẽti to-
tum Deo offerre quod potuit: licet ſuã non quiuerit
implere voluntatẽ. Proponamus & apoſtoli ad Ro-
manos epiſtolę teſtimoniũ: quæque nobis in illa vi-
dentur præſenti materiæ congruere, ventilemus. *Vt
iuſtificatio*, inquit, *legis impleatur in vobis, qui non iuxta* Rom 8.b
carnem ambulatis, ſed ſecundum ſpiritum. Qui. n. iuxta
carnem ſunt: ea quæ carnis ſunt ſapiunt. Qui vero
iuxta ſpiritum, ea quæ ſpiritus ſunt ſentiũt. *Sapientia
quippe carnis mors. Sapientia autem ſpiritus, vita & pax:
quoniã ſapientia carnis inimica eſt Deo*: legi quippe Dei
non ſubiicitur Neque. n. poteſt. *Qui vero in carne ſũt,
Deo placere non poſſunt. Vos autem non eſtis in carne, ſed
in ſpiritu: ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis. Si quis au-
tem ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Si autem
Chriſtus eſt in vobis, corpus quidẽ mortuum eſt propter pec-
catum: ſpiritus vero viuit propter iuſtitiam*. Si autẽ ſpiri-
tus eius qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis habitat in
vobis, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtũ à mortuis, viui-
ficabit & mortalia corpora veſtra propter inhabi-
tãtem ſpiritum eius in vobis. *Ergo debitores ſumus non
carni, vt ſecundũ eã viuamus. Si. n. ſecundum carnem vixe-
ritis, moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaue-
ritis, viuetis. Quicunque. n. ſpiritu Dei aguntur, hi filii ſunt
Dei*. *Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in ti-
more: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis, in quo clamamus ab-
ba pater. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui
noſtro, quia ſumus filii Dei. Si autem filii, & heredes: here-
des quidem Dei, coheredes autem Chriſti, ſi tamen compati-
mur, vt & conglorificemur*. In præſenti apoſtoli capi-
tulo plurima de ſocietate ſpiritus, quam habet cum D
patre, & filio demonſtrãtur. Ait quippe Apoſtolus,
iuſtificationem diuinã, & ſpiritualis legis expleri in
his, nõ qui iuxta carnẽ ambulãt, ſed iuxta ſpiritum.
Iuxta carnẽ ambulantẽ eum qui per voluptates &
vitia carnis corpori copulatus, facit omnia quæ car-
nis ſũt & corporis opera, apoſtolicus ſermo deſcri-
pſit. Porro iuxta ſpiritũ ambulantẽ eum, qui in præ-
ceptis legis Dei & Euangelii gradiẽs, ſpiritualium
ſequitur ordinẽ mandatorũ. Siquidẽ ſicut carnaliũ
vitium eſt ea ſapere quæ carnis ſunt, ea cogitare quę
corporum: ſic econtrario, ſpiritualium virtus eſt ſẽ-
per cogitare de cœleſtibus & æternis, & his tractare
quę ſpiritus ſunt. Sed carnis ſapientia ilico morte ſi-
bi ſociata, interficit eos qui iuxta carnem gradiun-
tur & ſapiunt: ſapientia vero ſpiritus, mentis tran-
quillitatẽ & pacem & vitã habentib. ſe largitur ęter-
nã. Quã cum poſſederint, oẽs perturbationes & ge-
nera vitiorũ, & ipſos q[illegible]q; dæmones qui hæc ſug-
gerere nituntur, habebunt ſub pedib. ſuis. Sapientia
ergo carnis cum morti iuncta ſit, inimica eſt Deo.
Inimicos quippe eos reddit, qui ſuis legib. vixerint:
cõtraria ſemper & repugnãs voluntati, & legi Dei.
Neque. n. fieri poteſt, vt qui in ſapientia carnis eſt,
Dei præcepta cuſtodiat, & voluntati illius ſubiicia-
tur. Quamdiu ſeruimus voluptatib., ſeruire Deo nõ
poſſumus. Cũ autẽ titillãtem ſubiecerimus noſtris
pedib. luxuriã, & totos nos ad ſpiritũ trãſferentes,
nequaquã fuerimus in carne, id eſt, in carnis paſſio-
nib., tunc ſubiiciemur Deo. Neque enim de carne
hac, in qua viuimus, & in cuius vaſculo noſtra ani-
ma cõtinetur, apoſtoli ſermo eſt (quia oẽs ſãcti cor-
pore & carne circundati placuerunt Deo) ſed ad id
potius,

E potius, quod contra Dei præceptũ ex humana ſo-
Deut. 6. a cietate perpetratur, de quibus eſt: *Diliges Dominum*
Matt 7. b *Deum tuum*,&: *Quod tibi non vis fieri*,&c. *Vos autem*, ait
(haud dubium quin diſcipuli Chriſti) qui ſapientiã
ſpiritus ſuſcepiſtis & vitam pacis, *non estis in carne* id
eſt, in carnis operibus, neque eius opera perpetra-
tis. ſiquidem ſpiritum Dei habetis in vobis. Idẽ au-
tem ſpiritus Dei, & ſpiritus Chriſti eſt, deducens &
copulãs eum, qui in ſe habuerit, domino Ieſu Chri-
Rom. 8. b ſto. Vnde & in conſequentib. ſcribitur: *Si quis autem*
ſpiritũ Chriſti non habet, hic non eſt eius. Rurſum in præ-
1. Pet. 1. b ſenti diſcimus ſocietatem, quam habet ſpiritus S.
ad Deum & ad Chriſtum. Sed & in epiſtola Petri,
Ibid. Spiritus S. eſſe Chriſti ſpiritus comprobatur: *Scru-
tantes*, inquit, *& inquirentes* (id eſt, prophetæ, de quib.
ei fuerat ſermo ſuperior) *in quod, aut quale tempus ſi-
1. Cor. 2. c gnificabat is qui in eis erat ſpiritus Chriſti, teſtificãs in Chri-
ſto paſſiones, & ea quæ poſt erant ſecutura decreta, in quib.
Rom. 8. b reuelatum eſt, quia non ſibi, ſed nobis miniſtrabant ea quæ
nunc annunciata ſunt vobis per Spiritum* S. Iſte autem
Spiritus S. dictus eſt & ſpiritus Dei, non in præſen-
ti tantum ſermone, ſed & in aliis locis compluribus,
vt ibi: *Ea quæ Dei ſunt, nemo nouit niſi ſpiritus Dei*. De-
inde ſequitur poſt hoc quod ait. *Si quis autem Spiritũ
Chriſti non habet, hic non eſt eius*, & infertur: *Si autem
Chriſtus in vobis*: & manifeſtiſſime demonſtratur in-
ſeparabilem eſſe Spiritum S. à Chriſto: quia vbicun-
que Spiritus ſanctus fuerit, ibi & Chriſtus eſt: & vn-
decumque Chriſti ſpiritus diſceſſerit, inde pariter
recedit & Chriſtus. Si quis enim ſpiritum Chriſti
non habet, hic non eſt eius. Cui coniuncto, ſi quis
F contrarium aſſumat, dicere poteſt: Si quis Chriſti
eſt, ita vt Chriſtus in eo ſit, in hoc ſpiritus Dei eſt.
Hoc autem idem & de Deo patre ſimiliter vſurpã-
dum. *Si quis ſpiritum Dei non habet, iſte non eſt eius*. Cui
rurſum contrarium ſi quis aſſumat, dicens: *Si quis
Cor. 3. d Dei eſt, in hoc Spiritus Dei eſt*. Vnde ſcribitur: *Neſcitis
Rom. 4. a. d quia templum Dei eſtis, & in vobis habitat ſpiritus Dei?*
Et in Ioannis epiſtola: In hoc cognoſcitur Deus ha-
bitans in quibuſdam, cum manſerit in eis ſpiritus
quem dedit. Ex quibus omnibus indiſſociabilis at-
que indiſcreta Trinitatis ſubſtantia demonſtratur.
Rom 8 b Cum ergo ait: *Si Chriſtus in nobis eſt, corpus quidem
mortuum propter peccatum*: nequaquam vitiis laſciuiẽ-
que deſeruiens, ſed mortificatum peccato non cõ-
mouetur ad vitia, & nequaquam erit vitale peccato.
Poſtquam autem corpus peccato mortuum fuerit,
Chriſtus in his qui ſua corpora mortificauerũt, præ-
ſens ſpiritum vitæ oſtendit per iuſtitiam, ſiue corre-
ctionem operũ virtutum immortalium, ſiue fidem
Ieſu Chriſti in his, qui iuxta fidem illius conuerſan-
tur. Deinde apoſtolus alio ſyllogiſmo coniuncto v-
titur: quod ſignificantius dialectici ἀξίωμα vocant, &
ait: Si autem ſpiritus eius qui ſuſcitauit Chriſtum à
mortuis habitat in vobis, qui ſuſcitauit Chriſtum à
mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra per
inhabitantem ſpiritum ſuum in vobis. Nonne tibi
videtur dicere, quia ſi ſpiritus eius qui ſuſcitauit
Chriſtum Ieſum, id eſt, qui eiuſdẽ Ieſu Chriſti ſpiri-
tus eſt, habitat in vobis: conſequenter viuificabun-
tur & mortalia corpora veſtra, cum immortalium
animab., ab eo qui ſuſcitauit Chriſtũ Ieſum à mor-
tuis, principem & primogenitũ reſurrectionis? Et
quia tale tantũ quę diuinitus per ſpiritum munus in-
dultũ eſt, debitores ſumus ſpiritui non carni, vt iux-
ta eam viuamus. Siquidem qui iuxta carnem vixe-
rit, morietur, illa morte, quę peccatũ, ſequitur. *Pec-* G
catum quippe *cum conſummatum fuerit, generat mortẽ*,
ſecundũ Iacobum. Sed & Ezechiel peccantem ani- Iac. 1. b Ezec. 18. a
mã mori ſcribit. Separatur. n. iã à vita, quæ in ſapien-
tia ſpiritus collocata eſt. Si quis autẽ tranſcenderit
vitam carnis, & ſpiritu opera carnis mortificauerit,
viuet beata, æternaq; vita, relatus in filios Dei, & di-
rectus in viã rectã propter SpiritũS. qui & Dei ſpi-
ritus appellatur. Si enim, inquit, iuxta carnem vixe-
ritis, moriemini. Quod ſi ſpiritu facta carnis morti-
ficaueritis, viuetis. Et in conſequẽtibus: *Quotquot. n.* Rom 8. b
Spiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei. Rurſum refocillans
eos, & conſolãs, & prouocans ſperare meliora, qui-
bus loquebatur, ait. Non. n. accepiſtis iterum ſpiritũ
ſeruitutis in timore: id eſt, nõ ſimilitudine ſeruorũ,
metu & terrore pœnarũ vos abſtinetis à vitiis, quia
habetis vobis datũ à patre ſpiritum adoptionis, id
eſt, Spiritum S. qui ipſe ſpiritus & Dei, & Chriſti, &
veritatis dicitur atque ſapientiæ. Si autem ſpiritus
iſte adoptat in filios Dei eos, quorum dignatione
ſui habitator efficitur, tibi cõſequentium ſuper po-
tentia eius intelligentiam derelinquo. Porro in hoc
adoptionis ſpiritu clamant qui habuerint illum pa-
trem Deum, ſicut oſtendit ſermo, dicẽs: In quo cla-
mamus abba pater, ipſo ſpiritu qui nos adoptat in
filios, teſtimoniũ præbente participatione ſui, quod
à noſtro ſpiritu poſſidetur. quia filii Dei ſumus. Cui
conſequens eſt Deum quidem quaſi patrem, hære-
ditarias nobis diuitias contuliſſe, ſpiritualia dona:
Chriſti vero cohæredes nos eſſe, eo quod fratres e-
ius per gratiam & benignitatem ipſius appellamur.
Erimus autẽ hæredes Dei, cohæredes autẽ Chriſti ſi
compatiamur, vt & conglorificari ei ex paſſionũ ſo-
cietate mereamur. Verũ quia & hoc, iuxta id quod H
potuimus, ediſſertũ eſt. proponamus prophetæ ca-
pitulum quædam de Spiritu S. continẽs, vt non ſo-
lum de nouo, verum etiam de veteri teſtamento ſu-
per eius fide intellectuq; doceamur. Nã & ſuperius
prælocuti ſumus, in omnib. ſanctis, tam his qui poſt
aduentum domini noſtri fuerunt, quam etiã retro,
in patriarchis videlicet & prophetis, Spiritus S.
gratiam fuiſſe verſatã, & eos diuerſis chariſmatibus
virtutibuſque cõpleſſe. Quomodo. n. vnius Dei &
vnigeniti eius gratiã poſſidẽtes, tam hi qui ante, quã
etiã illi qui poſt aduentum eius iuſtitiæ et exere ve-
xillum, veritatis ſunt ſcientiam conſecuti, ſic & Spi-
tus S. gratiam poſſidebant: quia inſeparabilem à pa-
tre & filio eſſe Spiritum S. in multis ſupra locis o-
ſtendimus. Scriptum eſt ergo in propheta: *Miſeri-* Esa. 63. b Sec. 70.
*cordiæ domini recordatus ſum, & virtutis eius, in omni-
bus quæ retribuit nobis dominus, iudex bonus domui Iſ-
rael, inferens nobis iuxta miſericordiam ſuam, & iuxta
multitudinem iuſtitiæ ſuæ. Et dixit: Non populus meus fi-
lij, & non præuaricabuntur. Et factus eſt illis in ſalutem
ex omni tribulatione eorum: non legatus, neque ange-
lus, ſed ipſe ſaluauit eos, eo quod dilexerit eos, & peper-
cerit eis. Ipſe redemit eos, & ſuſcepit eos, & exaltauit
eos in omnibus diebus ſæculi. Ipſi vero non crediderunt, &
irritauerunt Spiritum ſanctum eius, & conuerſus eſt eis
ad inimicitiam. Ipſe debellauit eos, & recordatus eſt die-
rum antiquorum. Qui eduxit de terra paſtorem ouium:
Vbi eſt qui poſuit in eis Spiritum ſanctum? congregans dex-
tera Moyſen*. Qui frequenter Dei adepti ſunt benefi-
cia, ſcientes gratia magis & miſericordia eius quam
propriis ex ſe fuiſſe operibus cõſecutos: quaſi vno
omnes conſenſu & animo concordãtes loquuntur:

A

Miſericordiæ domini recordatus ſum. Cogitantes .n. quæ ab eo frequẽter in Moyſe dona ſuſceperint, gratias referunt, & cum miſericordia, etiã virtutum domini recordantur, ſiue mirabilium, quæ crebro pro eis fecit in populis, ſiue profectuum animę, quibus per legem, & prophetas, & præcepta eius ſalubria eruditi ſunt. Siquidem in ſcripturis nomen virtutis vtrumque ſignificat. Recordari autẽ ſe miſericordiæ, & virtutum eius, inquiunt, in omnib. quæ tetribuit eis: non iuxta iuſtitiam ſuam, ſed iuxta miſericordiam, & bonitatem eius, qui eſt iudex domini vidẽti, & ſenſui mundo corde cernẽti dominũ. Hoc ſiquidem ex Hebræo ſermone in lingua noſtra interpretatur Iſraël, id eſt, mens videns dominũ. Licet.n. tormenta & cruciatus iudex nonnunquã inferat iudicium merentib. tamen qui cauſas rerum altius intuetur, videns propoſitum bonitatis eius, qui cupit corrigere peccantem, bonum illum con- *Pſal. 119. a* fiterur, dicens: *Inferat nobis iuxta miſericordiam ſuam.* Si enim iniquitates eorum quos iudicat attendat dominus, quis ſuſtinebit? Porro quia apud dominũ propitiatio eſt: dominus videlicet noſter atque ſaluator, infert nobis ſecundum miſericordiam ſuam omnia quæ nos prouehãt ad ſalutẽ. Inferẽs quoque iuxta miſericordiam ſuam, & hoc faciens in iudicio cum iuſtitia nobis tribuit, quæ admixta miſericordiæ bonitate largitus eſt.

DIDYMI DE SPIRITV SANCTO Liber III. interprete Diuo Hieronymo.

B

ARguendus eſt ex præſenti capitulo hæreticorum error: qui bonitatem à iuſtitia ſeparãtes, alium Deum bonum, alium iuſtum finxerunt. *Eſa. 63. b* Ecce enim in præſentiarum ipſe eſt Deus & bonus & iudex, & iuxta miſericordiam ſuam iuſtitiamque reſtituens, & pariter bonus iuſtuſque ſubſiſtẽs. Fruſtra igitur iniquum dogma ſimulãtes, bonum Deũ euangelii, & veteris teſtamenti iuſtum eſſe defendunt: quia & in plurimis aliis locis, & nunc in prophetę ſermone, iudex bonus ſcribitur Deus, & ecõtrario quod nolunt, in Pauli apoſtoli epiſtola (qui *2 Tim. 4. b* certe noui Teſtamenti prædicator eſt) Deus iuſtus iudex refertur. *Repoſita eſt mihi*, inquit, *corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex.* Idem eſt ergo (licet nolint) noui & veteris teſtamenti Deus, viſibilium & inuiſibilium conditor Saluato- *Ioan. 17. d* re etiam in euangelio iuſtum & bonum patrem li- *Mar. 10. b* quido atteſtante: *Pater iuſte, mundus te non cognouit.* *Pſal. 10. b* Et alio loco: *Nemo bonus niſi vnus Deus.* Sed & in veteri lege alibi iuſtus, alibi bonus dicitur Deus. In pſalmis: *Iuſtus dominus*, inquit, *& iuſtitias dilexit.* Et *Thren. 3. c* *Sec. 70.* econtrario in Hieremia: *Bonus dominus his qui ſuſti-* *Pſal. 72. a* *nent eum.* Rurſus in pſalmis: *Quam bonus Deus Iſrael,* *Eſa 63. b* *his qui recto ſunt corde.* Et hęc quidem è latere contra *Sec. 70.* hæreticos ſtrictim dicta ſunt. Tempus autem eſt: vt propoſitum prophetæ ordinem proſequamur, qui ita contexitur: *Et dixit*, haud dubiũ quin dominus: *Non populus meus filii, nec præuaricabuntur:* Non erant inquit, ſimiles his qui generati ſunt, & exaltati, & eũ qui genuit illos, deſpexere. *Et factus eſt eis in ſalutem*, id eſt, illis de quibus dominus ait: *Non populus meus filii, & non præuaricabuntur.* Hoc enim ipſum, quod non præuaricati ſunt, nec ſpreuerunt patrem, eis factus eſt in ſalutem: vel ob idipſum quod appellati ſunt filii, cauſa eis ſalutis effectus, Quæ ſalus à Chriſto domino contributa, angeli quoque ad paſtores voce firmatur, dicens: *Ecce euangelizo vobis* *Luc. 2. b* *gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus dominus in ciuitate Dauid.* Ipſe factus eſt cunctis, qui in eum credunt, occaſio ſalutis æternę: & ipſe eſt Saluator mundi, qui venit quærere quod perierat. Et ipſe eſt, de quo chorus ſanctorum canit: *Deus noſter, Deus ſaluandi.* *Pſal. 67. c* Quia igitur Deus erat qui ſalutem prębebat ęternã, dictum eſt: non legatus, neque angelus, id eſt, non propheta, non patriarcha, non legiſlator Moyſes ſaluauit eos. Omnes enim quos nominaui, poterãt ad dominum fungi legatione pro populo. Denique Moyſes interpellans eum pro delinquente plebe, ait: *Si dimittis eis peccatum eorum, dimitte.* Sed obſecra- *Exod. 32. c* uit veniam quadraginta diebus ieiunans: & miſericordiam Dei, animæ afflictione prouocans. Nemo autem de horum numero legatorum poteſt eſſe Saluator, indigens & ipſe eo qui ſalutis largitor verus eſt. Nam & angeli, quamquã ſpiritus ſint, & ad *Heb. 1. d* diuerſa propter eos, qui ſalutem accepturi ſunt miniſteria mittantur: non ſunt tamen auctores ſalutis, ſed eum qui fons ſalutis eſt, interpretantur & nunciãt, Vnde dictum eſt Non legatus, neque angelus, ſed ipſe dominus ſaluauit eos. Non propter aliud quid, ſed propter id quod diligeret eos, & parceret eis. Parcere autem dicitur quaſi creaturis ſuis, iuxta illud quod alibi ſcribitur: *Parces autẽ omnibus domine* *Sap. 11. d* *amator animarum: quia tuæ ſunt: neque enim odies, quos* *Rom. 8. f*

C

fecisti. Quapropter & pro eorum ſalute proprio filio non parcens pater, tradidit eum in mortem: vt per mortem filii ſui deſtructo eo qui habebat mortis imperiũ, hoc eſt diabolo, redimeret omnes qui ab eo captiuitatis vinculo tenebantur. Vnde ſubiicitur: *Ipſe autem redemit eos, & ſuſcepit eos, & exaltauit illos.* Suſcipit enim exaltatque ſaluatos, & redem- *Eſa. 63. b* *Sec. 70.* ptos in ſublime tollit virtutum alis, & eruditione & ſcientia veritatis, non ad vnum tantum & alterum diem, ſed in omnib. dieb. ęternitatis, habitãs in eis, & cum eis, & vſque ad conſummationem ſæculi vitam eis tribuens, ſalutiſque auctor exiſt eos. Omnibus autem diebus ſæculi illuminans corda eorum, non ſinit eos in tenebris ignorãtiæ, & errore verſari. Et hoc puto eſſe quod ſcriptũ eſt: *In omnibus die-* *Ibid.* *bus exaltari eos.* Quia vero mutabiles & ad vitia ſpõte labẽtes, poſt tãta beneficia Deo fuerũt increduli, & pręcepta illius reliquerũt, & exacerbauerũt Spiritum S. Dei, qui eis multa bona largitus eſt: in peccatum ſimile corruerũt his, qui poſtquã geniti ſũt, & exaltati ſpreuerũt patrẽ ſuum. Vel certe nunc ipſi deſcribũtur, qui & ante deſcripti ſunt: ſiquidẽ & ibi poſt peccatum dicitur ad eos. *Dereliquiſtis dominũ,* *Eſa. 1. b* *Sec. 70.* *& ad iracundiã concitaſtis ſanctũ Iſrael:* & nunc quod ipſi nõ crediderunt, & exacerbauerunt Spiritum S. eius. Ex præsẽti ergo loco ſocietas ſpiritus ad dominum oſtẽditur. Qui derelinquit dominum & eſt incredulus, & ad iracundiã prouocat sãctum Iſrael, & exacerbat Spiritum S. eius. Eadem indignatio ſuper peccatoribus tam ad Spiritum S. quam ad ſanctum Iſraël refertur. Vnde & in conſequentibus ſimilis copula Trinitatis oſtenditur, dicente ſcriptu- *Eſa 63. b* *Sec. 70.* ra, dominum ad inimicitias eſſe conuerſum his qui exacerbauerunt Spiritum S. eius, & tradidiſſe eos ſempiterno cruciatui: poſtquam non ſermone, ſed rebus in Sanctum eius ſpiritum blaſphemauerunt. Ipſe igitur, qui eis conuerſus eſt ad inimicitias,

D

del el-

debellauit eos, & ſubiecit multiplicib. lōgiſq; cruciatibus, vt nec in præſēti tēpore, nec in futuro cōſequātur veniam peccatorū. Exacerbauerunt enim Spiritum ſanctū eius, & blaſphemarunt in illum. Si autē volueris hoc de Iudęis intelligere, qui crucifixerūt dominū Saluatorē, & idcirco exacerbauerūt Spiritum S. id quod ſcriptum eſt: Ipſe debellauit eos, ad illā eſt intelligētiam referendum, quod Romanis traditi ſunt, quādo venit ſuper eos ira Dei in in finē. In vniuerſo.n. orbe, cunctiſque regionib. ſoli exules patriæ, in terra vagātur aliena, nō vrbē antiquā, non ſedes proprias poſſidentes: id quod prophetis, & ſaluatori ſuo fecerunt, receperunt. Quia .n. ſanguinarii, & veſano ſēper furore capti, nō ſolum prophetas occiderunt, lapidaueruntq; eos qui ad ſe miſſi fuerāt: ſed ad impietatis culmen egreſſi, dominum Saluatorē, qui pro cunctorum ſalute deſcendere dignatus fuerat ad terras, prodiderunt, & crucifixerunt: propterea expulſi ſunt vrbe, quā prophetarum & Chriſti cruore maculauerunt. Secundum igitur hūc ſēſum debellatos eus à domino intelligere debemus, nō ad breue tempus ſed ad omne futurum ſęculum. Vſque ad conſummationem quippe mundi (vt diximus) profugi atque captiui, in vniuerſis aberrāt nationib., nō vrbē non regionē propriam poſſidentes. Attamen quia naturaliter benignus eſt & miſericors iis, qui eos debellauerat, tribuit eis ſolum pœnitētię, ſi velint ad meliora

Pſ. 76. conuerti. Vnde & dicitur. *Recordatus eſt dierū ſæculi.* Recordatus .n. tēporum futurorum, clauſam ianuā aliqua ex eis parte reſerauit: vt poſtquam intrauerit

Rom. 11. e plenitudo gētium, tunc omnis Iſrael (qui hac fuerit dignus appellatione) ſaluetur. Licet .n. in id temeritatis eruperint vt eum qui propter eos miſſus fuerat

F

Matt. 27. interficerent, dicentes: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*: tamen Deus ſuſcitauit eum de terra, in cuius corde tribus diebus & tribus noctibus fuerat commoratus, paſtorem ouium ſuarum. Siquidē ita

Eſa. 53. b contexitur: *Qui eduxit de terra paſtorem ouium ſuarum.*

Sa. 70. Quod vero paſtor ouium Deus, qui nunc prophetali ſermone deſcribitur: dominus ſit, manifeſtius in

Ioan. 10. euangelio diſcamus: ipſo Saluatore teſtāte: *Ego ſum paſtor bonus, & animam meam pono pro ouibus meis.* Et

Eſa. 63. b iterū: *Oues meæ vocē meā audiūt.* Poſt hęc omnia prophetes ait: Vbi eſt qui poſuit ſuper eos ſpiritum S.? Admiratur quippe de quāta felicitate ad quātas miſerias peruenerint. Et quomodo loquitur: Qui eos

ὁ θεὶς ἐν αὐτοῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. redemerat, qui poſuerat in illis Spiritū S. ſuū habitans cum eis, vbi nunc eſt? quo abiit? Dereliquit eos: quia ipſi prius dereliquerunt, & ad iracundiā prouocauerunt ſanctum Iſrael. Poſuerat autē dudum in eis Spiritum S. Deus, cum adhuc boni eſſent. & præceptis eius obſequi niterentur. His.n. tantummodo Spiritus ſanctus inſeritur: qui vitiis derelictis, virtutum ſectantur chorum: & iuxta eas & per eas in fide Chriſti victitāt. Quod ſi paulatim negligētia ſuggerēte, cœperint ad peiora cōfluere: cōcitāt aduerſum ſe habitatorem ſuum Spiritum S. & eum, qui illum dederat, cōuertunt ad inimicitias. Huic quid ſimile & Apoſtolus ad Theſſalonicenſes ſcribens, ait. *Neque.n. vocauit nos Deus ad immun-*

1. Theſ. 4. b *ditiam, ſed ad ſanctificationē.* Itaq; qui ſpernit, ſiue quod melius habetur in Græco, qui præuaricatur, nō hominē præuaricabitur, ſed Deum, qui dedit Spiritū S. ſuum in nobis. Nā in his ſermo. b Deus vocans per fidē in ſāctificationē, id eſt, vt ſā fierēt credētes: dedit eis Spiritum S. Et quādiu pręcepta Dei ſeruauerunt: permāſit in eis Spiritus S. quē acceperūt. Quando vero amore lubrico corruerunt, & ad immunditiā ſunt delapſi: ſpreuerunt, ſiue pręuaricati ſunt dominum, qui dederat eis Spiritum S. vt non immunditię deſeruirent, ſed vt ſāctificarentur. Vnde pœnas luent qui iſta cōmiſerunt, nō quaſi hominem, ſed quaſi Deum ſpernentes. Et vt ſciamus dominum eſſe Spiritum S. qui datur credentib. ex ipſius prophetæ Eſaiæ diſcamus eloquio, qui inducit

Eſa. 42. a ad quempiā dicentem dominum: *Spiritus meus in te eſt, & verba mea dedi in os tuum.* Oſtenditur .n. ex ſermone præſenti, quod qui acceperit ſpiritum Dei, ſimul cum eo & verba Dei poſſideat: ſermones videlicet ſcientiæ & ſapientiæ. Necnon & in alio loco eiuſdem prophetæ Deus loquitur: Dedi ſpiritū meum ſuper eum. Qui ergo poſuit in eis Spiritum S. Moyſen dextera ſua ſanctificatum eſſe cōmemorat: ſiue illum illuſtrē virū & myſteriorum Dei initiatorē, de quo ad Ieſum filium Naue dominus ait:

Ioſ. 1. a Moyſes famulus meus ſiue legem ſuā, quæ in veteri ſcripta eſt inſtrumento. Nā crebro legiſſe me memini Moyſen appellatum eſſe pro lege: vt in Apoſtolo: *Vſque in hodiernum diem, quando legitur Moyſes.*

2. Cor. 3. d Et Abrahā ad diuitem in ſuppliciis cōſtitutum: *Ha-*

Luc. 16. f *bent* inquit, *Moyſen & prophetas.* Et certe liquido cōprobatur ibi, Moyſen, nō ſupradictum virum ſignificatū eſſe, ſed legē. Porro quæ eſt dextera Dei, quæ adduxit Moyſen, niſi dominus & Saluator noſter? Ipſe eſt.n. dextera patris, per quā ſaluat, exaltat,

Pſal. 97. a & facit virtutē: ſicut alibi de Deo dicitur: *Saluauit ei*

Ibid. 117. d *dextera ſua, & brachium ſanctum eius.* Et rurſum: *Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me:*

H

Non moriar, ſed viuam, & narrabo opera domini. Et certe vocem hāc ex perſona dominici hominis proferri, quem vnigenitus filius Dei aſſumere dignatus eſt ex virgine, ex ipſo loco manifeſtiſſime cōprobatur: quia ipſe eſt dextera Dei, ſicut ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorum: quod *factus ſit ex ſemine Da-*

Act. 2. d *uid ſecundum carnē*, genitus in virgine ſuperueniēte in eā Spiritu S. & virtute excelſi obumbrāte eam. De quo Dauid prophetauit in ſpiritu, quod à mortuis reſurgens, aſſumptus ſit in cœlos, dextera Dei ſubleuatus. Scribitur ibi autē in hunc modum. *Præui-*

Pſal. 15. b *dens idem Dauid locutus eſt de reſurrectione Chriſti: quoniā non eſt derelictus in inferno: neque caro eius vidit corruptionem. Hunc Ieſum ſuſcitauit Deus cuius nos omnes teſtes ſumus.* Dextera igitur Dei eleuatus, & repromiſſionem Spiritus S. accipiens à patre, effudit hoc donū in nobis quod vos videtis & auditis: neque.n. Dauid aſcēdit in cælos. Nulli quippe dubium, exaltatū dextera Dei & ab inferis reſurgentē eſſe dominum Ieſum, ſicut ipſe ſcripturæ ſermone teſtatus eſt. Iſte ergo qui reſurrexerit à mortuis, dicit: Ego dormiui, & ſomnum cepi. & reſurrexi, quia dominus ſuſcitauit me. Ipſe ergo ſermone Dei aſſumptus in cęlum, eleuatus eſſe ab ea (de qua ſupra diximus) dextera Dei prædicatur: & accepiſſe repromiſſiones Spiritus S. a patre, & effudiſſe illum in credentes, ita vt omnium linguis loquerentur magnalia Dei. Nā & dominicus homo accepit communicationē Spi-

Luc. 4. a ritus ſancti: ſicut in euangeliis ſcribitur: *Ieſus ergo re-*

Ibid. c *plenus Spiritu ſancto, regreſſus eſt à Iordane.* Et in alio loco: *Reuerſus eſt Ieſus in virtute ſpiritus in Galilæam.* Hæc autem abſque vlla calumnia de dominico homine, qui totus Chriſtus, vnus eſt Ieſus filius Dei,

A ſenſu debemus pietatis accipere, nō quod alter & alter ſit: ſed quod de vno atque eodē quaſi de altero ſecundū naturā Dei & hominis diſputetur: & quia Deus verbū, vnigenitus filius Dei neque immutationē recipit, nec augmentū: ſiquidē ipſe eſt bonorū omniū plenitudo, ſatis abundeque de prophetæ teſtimonio diſputatū eſt. Nūc ad reliqua pergamus, vt quomodo ſcimus quod pater & filius, ſanctos & bonos ſui cōmunicatione perficiūt: ſic ſāctus quoque ſpiritus, participatione ſui, bonos efficiat ſanctoſque credētes: & ex hoc etiā vnius cum patre & filio ſubſtantiæ eſſe doceatur. Dicitur in pſalmis ad
Pſal. 142. e dominum. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Scimus autem in quibuſdam exemplaribus
2. Ezd. 9. d ſcriptum eſſe. Spiritus ſanctus tuus. Porro in Ezdra abſque vlla ambiguitate bonus ſpiritus appellatur:
1. Theſ. 5. d; *Spiritū tuū bonū dediſti, vt eos faceres intelligere.* Quod autē pater ſāctificet, Apoſtolus ſcribit, dicens: *Deus*
Ioan. 17. e *autem pacis ſanctificet vos perfectos.* Et Saluator ait: *Pater ſancte, ſanctifica eos in veritate, quia verbum tuum eſt veritas.* Perſpicue dicens: in me qui verbum tuum ſum & veritas tua, ſanctifica illos fide & conſortio mei. Dictus eſt & alibi bonus Deus: *Nemo bonus niſi*
Matt. 10. b *vnus Deus.* Superius quoque oſtendimus quoniā filius ſanctificet, Paulo in eadē verba congruente. *E-*
Heb. 2. e *tenim qui ſanctificat, & qui ſanctificantur, ex vno omnes.*
1. Cor. 1. d Sanctificantem ſignificans Chriſtum, & ſanctificatos eos, qui poſſunt dicere. *Factus eſt nobis ſapientia ex Deo Chriſtus, & iuſtitia & ſāctificatio.* Appellatur ſiquidē & ſpiritus ſanctificationis. Vnde & ad eum
B dicitur: Et omnes ſāctificati ſub manib. tuis, & ſub te ſunt. Bonus dominus noſter Ieſus Chriſtus, & ex
Pſal. 117. d bono patre generatus eſt: & de eo legimus: *Confitemini domino quoniā bonus* Confiteantur autem illi, qui ab eo aut veniam obſecrant peccatorū, aut gratias referūt eius clementię pro indultis beneficiis. Spiritus quoque ſanctus eos quos dignatur implere ſāctificat: vt ſuperius iam demonſtratum eſt: quando oſtendimus eum participalem, & à multis ſimul ca-
2. Theſ. 2. d pi poſſe. Et nūc in præſēti Pauli teſtimonio ſagitor ſanctificationis oſtēditur, in eo quod ait: Debemus autē & nos gratias agere Deo ſēper pro vobis, fratres dilecti a domino: quia elegit Deus nos primitias in ſalutē, in ſāctificatione Spiritus ſancti, & fide veritatis. Nā & in hoc loco charismata Dei ſubintelligūtur in ſpiritu, cum in ſanctificatione ſpiritus, fides pariter & veritas poſſidētur. Quia ergo recte & pie, & vt ſe veritas habet, hæc diximus, ſāctificationis, bonitatiſque vocabulum & ad patrē, & ad filiū, & ad Spiritum ſanctum ęque referetur: ſicut ipſa quoque appellatio ſpiritus. Nā & pater ſpiritus dicitur, vt ibi: *Spiritus eſt Deus,* & filius ſpiritus. *Domi-*
Ioan. 4. f *nus,* inquit, *ſpiritus eius.* Spiritus autem ſanctus, ſemper Spiritus ſancti appellatione cenſetur, nō quod ex conſortio tantū nominis ſpiritus cum patre ponatur & filio: ſed quod vna natura, vnum poſſideat & nomen. Quia vero ſpiritus vocabulū multa ſignificat: enumerādum eſt breuiter, quibus rebus nomē eius aptetur. Vocatur ſpiritus & vētus, ſicut in Ezechiele. *Tertiam autem partem diſperges in ſpiritum.* hoc
Ezech. 5. a eſt, in ventū. Quod ſi volueris ſecundū hiſtoriā il-
Pſal. 47. b lud ſentire, quod ſcriptum eſt: *In ſpiritu violento conteres naues Tharſis*: non aliud ibi ſpiritus quā ventus accipitur. Necnō Salomō inter multa hoc quoque munus à Deo accepit, vt ſciret violentias ſpirituū: non aliud ſe in hoc accepiſſe demonſtrās, quam ſcire rapidos ventorum flatus, & quib. cauſis eorū natura ſubſiſtat. Vocatur & anima ſpiritus, vt in Iacobi epiſtola. *Quomodo corpus tuum ſine ſpiritus mortuum* Iac. 2. d
eſt, & reliqua. Manifeſtiſſime. n. ſpiritus, hic nihil aliud niſi anima nūcupatur. Iuxta quā intelligētiam & Stephanus animam ſuam ſpiritum vocās. *Domine,* inquit, *Ieſu ſuſcipe ſpiritū meū.* Illud quoque quod Act. 7. g
in Eccleſiaſte dicitur: *Qui ſcit an ſpiritus hominis aſcendat ſurſum, & ſpiritus iumenti deſcendat deorſum.* Conſiderādum vtrum nam & pecudum animæ ſpiritus appellentur. Dicitur etiam excepta anima, & excepto Spiritu ſancto, ſpiritus alius quis eſſe in homine, de quo Paulus ſcribit: *Quis enim ſcit hominum ea* 1. Cor. 2. c
quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in eo eſt? Si enim voluerit contendere quiſpiā animā hic ſignificari in ſpiritu, quis erit homo, cuius cogitationes & arcana & ſecreta cordis occulta neſciat homo, niſi ſpiritus eius: quia de corpore ſolitario hoc intelligere velle perſtultū eſt. Quod ſi arguta nititur fraude ſurripere, de Spiritu ſācto hæc ſcripta cōteſtās: ſi diligēter verba ipſa cōſideret, ceſſabit aſſerere mēdaciū. Siquidē ita ſcriptū eſt: Quis. n. ſcit hominū quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in eo eſt? Sic & ea quæ ſunt Dei, nemo ſcit niſi ſpiritus Dei. Quomodo. n. alius eſt homo, alius eſt Deus: ſic & ſpiritus hominis, qui eſt in eo, ſeparatur à ſpiritu Dei, qui eſt in eo, quē Spiritū S. frequenter oſtēdimus. Sed & in alio loco idem Apoſtolus à noſtro Rom. 8. c
ſpiritu ſpiritū Dei ſecernens, ait: *Ipſe ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro:* hoc ſignificans, quod ſpiritus Dei id eſt, Spiritus ſanctus, teſtimoniū ſpiritui noſtro præbeat, quē nūc diximus eſſe ſpiritum hominis. Ad Theſſalonicēſes quoque: *Integer,* inquit, D
ſpiritus veſter & anima, & corpus. Sicut enim alia eſt 1. Theſ. 5. d
anima, & corpus aliud. ſic & aliud eſt ſpiritus ab anima, quæ ſuo loco ſpecialiter appellatur. De quo & orauit, vt integer cū anima ſcrutetur & corpore: quia incredibile eſt, atque blaſphemū orare apoſtolū, vt Spiritus S. integer ſeruetur, qui nec immutationem poteſt recipere, nec profectū. De humano ergo, vt diximus, ſpiritu in hoc loco apoſtoli ſermo teſtatus eſt. Appellātur quoque ſupernę rationabileſque virtutes, quas ſolet ſcriptura angelos & fortitudines nominare, vocabulo ſpiritus, vt ibi: *Qui fa-* Pſal. 103. a
cis angelos tuos ſpiritus. Et alibi: *Nonne oēs ſunt admini-* Heb. 1. d
ſtratores ſpiritus: Puto ad hūc ſenſum & illud referri quod in Actib. Apoſtolorū ſcribitur: *Spiritus domini rapuit Philippum, & non amplius eum vidit eunuchus,* id Act. 8. g
eſt, angelus domini in ſublime eleuans Philippum, trāſtulit illum in alium locum. Rationales quoque aliæ creaturæ & de bono in malum ſponte propria profluentes, ſpiritus peſſimi, & ſpiritus appellantur immundi, ſicut ibi: *Cum autem ſpiritus immundus exierit ab homine.* Et in conſequentibus: *Aſſumit ſeptem* Matth. 12. d Ibid.
alios ſpiritus nequiores ſe. Spiritus quoque dæmones Luc 9. c Matth. 8.
in euangeliis appellantur. Sed & hoc notandum: & 12. d
nunquam ſimpliciter ſpiritum, ſed cum aliquo ad- Mar. 1. 3. 9
ditamento ſpiritum ſignificari contrarium, vt ſpiritus immūdus, & ſpiritus dęmonis: hi vero qui ſancti ſunt ſpiritus, abſque vllo additamento, ſpiritus ſimpliciter appellantur. Sciendum quoque quod nomen ſpiritus, & voluntatem hominis, & animi ſententiam ſonet. Volēs quippe appoſtolus virginem non ſolum corpore, ſed & mente ſanctam eſſe, id eſt, non tātum corpore, ſed & motu cordis interno, ait: *Vt ſit ſancta corpore & ſpiritu,* voluntatem ſpiritu, 1. Cor. 7. f
& cor-

E & corpore opera ſignificaos. Conſidera vtrum hoc
ipſum in Eſaia ſonet quod ſcriptum eſt: *Et ſcient, qui*
Eſa.29.g *ſpiritu errant, intellectum.* Qui enim errore iudicii alia
pro aliis bona exiſtimant, accipiēt intellectū, vt cor-
rigatur error illorum: vt pro patuis ea quę recta ſunt
eligant. Necnon & illud: Vna fortitudo ſpiritus ve-
ſtri, vide an idipſū oſtēdat. Et ſuper omnia vocabu-
lum ſpiritus altiorē & myſticum in ſcripturis ſanctis
2.Cor.3.b ſignificat intellectum: vt ibi. *Litera accipit, ſpiritus au-*
tem viuificat· Literam dicens ſimplicem & manife-
ſtam iuxta hiſtoriam narrationem: ſpiritū vero, ſan-
ctū & ſpirituale eſſe quod legitur. In hanc congruit
Phil.3.a voluntatem & illud: *Nos ſumus circunciſio, qui ſpiritu*
domino ſeruientes ſumus, & non in carne confidentes. Qui
enim non litera carnem concidunt, ſed cor ſpiritu
circuncidūt, auferētes omne eius ſuperfluum, quod
generationi proximum eſt & amicum, hi vero ſpiri-
Ioan.1.g tu circunciſi ſunt in occulto Iudæi, & vere Iſraelitę,
in quib. non eſt dolus. Qui trāſcendentes vmbras, &
imagines veteris teſtamēti, cultores veri adorāt pa-
trem in ſpiritu & veritate. In ſpiritu quia corporalia
Ibid.4.c & humilia tranſcenderunt. In veritate, quia typos &
vmbras & exemplaria relinquentes ad ipſius verita-
tis venere ſubſtātiā: & vt iam diximus, humili & cor-
porea verborum ſimplicitate cōtempta, ad ſpiritua-
lem legis notitiam peruenerunt. Hæc interim iuxta
poſſibilitatē iogenii noſtri, quot res ſpiritus ſignifi-
caret attigimus, ſuo tēpore quid vnumquodque ſi-
gnificet, ſi Chriſtus tribuerit, diſſeretur. Nonnūquā
Sap.1.c autem ſpiritus, & dominus noſter Ieſus Chriſtus, id
eſt, Dei filius appellatur. *Benignus* ſiquidē *eſt ſpiritus*
F *ſapientiæ* Et in alio loco: *Dominus autem ſpiritus eſt*, vt
ante diximus, vbi etiam illud adiunximus: *Spiritus*
Deus eſt: non iuxta nominis tantum cōmunionem,
ſed iuxta naturæ ſubſtantiæque conſortiū. Quo mo-
do enim quorum diuerſa ſubſtantia eſt, interdum e-
uenit vt communi vocabulo nuocupentur, & hæc
dicūtur ὁμώνυμα, ita eorum quorum eadem eſt natura
atque ſubſtātia, cum ſocietate vocabuli, naturę quo-
que æqualitas copulatur, & diſciplinæ dialecticorū
eſt appellare hęc συνώνυμα Idcirco & ſpiritus vocabu-
lum, & ſi quid aliud in Trinitate vſurpari ſolet, συνώ-
νυμον eſt, verbi gratia: ſpiritus bonus, & cætera his ſi-
milia, de quibus paulo ante perſtrinximus. Porro ad
hæc neceſſario deuoluti ſumus, vt quia frequenter
appellatio ſpiritus in ſcripturis eſt reſperſa diuinis,
noo labamur in nomine, ſed vnumquodque ſecun-
dum locorum varietates & intelligētias accipiamus.
Omni itaque ſtudio ac diligentia vocabulum ſpiri-
tus, vbi & quo modo appellatum ſit, contemplātes,
ſophiſmata eorum & fraudulentas decipulas conte-
ramus, qui Spiritum ſanctum aſſerunt creaturā. Le-
gentes enim in propheta: Ego cōfirmaui tonitruū,
& creās ſpiritum: ignorantia multiplicis in hac par-
te ſermonis putauerunt Spiritū ſanctum ex hoc vo-
cabulo demonſtrari, cum in præſentiarum ſpiritus
Amos 4.c nomen ventum ſonet. Nec in Zacharia audiētes lo-
7 cutum dominum, quod ipſe ſit qui creat ſpiritum
Zach.12.a hominis in eo, exiſtimauerunt Spiritum ſanctum e-
tiam in hoc capitulo ſignificari: non animaduertēn-
tes quod animam hominis, aut ſpiritum, quem ter-
tium in homine eſſe iam diximus, ſpiritus appella-
tio ſignificet· Ergo, vt prælocuti ſumus, quo modo
vnumquodque dictum ſit cōſideremus, ne forte per
igoorātiam in barathrum decidamus erroris. Siqui-
dem in aliis rebus ex cōſortio vocabulorum error-

G eueniens, confuſionē & pudorem ei qui errauit im-
portat de ſupernis vero & diuinis lapſus ad patua, ad
æternam pœnam deducit & barathrum, maxime
cum ſemel deceptus noluerit reſipiſcere, ſed ſuum
defenſare impudenter errorem. Docebat etiam, &
magnitudo voluminis exigebat. vt finem acciperet
oratio Verū quia inferri ſe quæſtio aduerſus ea quæ
ſuperius diſputauimus, quam idcirco tūc prætermi-
ſimus, ne textum ſermonis irrumperet, & inter piā
prædicationem impia contētio poneretur: neceſſa-
rium puto ad propoſitum reſpondere, & lectoris ar-
bitrio quid ſuper his ſentiat derelinquere. Diſputā-
tibus ergo ſupra, quod animam vel mentem homi-
nis nulla creatura iuxta ſubſtantiam poſſit implere,
niſi ſola Trinitas: quia tantummodo ſecūdum ope-
rationem & voluntatis errorem ſiue virtutem, ani-
mus de his quę creata ſunt impletur, oborta eſt quę-
ſtio noſtra quaſi ſentētiam ſoluēs, quod creata ſub-
ſtātia, quæ in ſcripturis Satanas appellatur, ingredia-
tur in aliquos, & cor quorūdam implere dicatur. Nā
ad eum qui medietatem pretii de agro vendito ſibi
aliud profitēs reſeruarat, à Petro apoſtolo dictū eſt:
Anania, quare impleuit Satanas cor tuum? Et de Iuda Act.5.a
loquitur ipſe Saluator, quod intrauerit in eum Sata- Sec. Græc. Ioan.13.d
nas. Ad quod poſtea reſpōdendum eſt: interim nūc ἐπλήρωσεν
ad id quod ſcriptum eſt, quare impleuit Satanas cor ὁ Σατανᾶς
tuum: quo modo Satanas mentem alicuius & prin- τὴν καρδίαν σου.
cipale cordis impleat, non ingrediens in eum, & in
ſenſum eius, atque vt ita dicā adytum cordis intro-
iens (ſiquidem hæc poteſtas ſolius eſt Trinitatis) ſed
quaſi callidus quidam, & nequam, ac fallax, fraudu-
lentuſque deceptor, in eos animam humanam mali-
tiæ affectus trahit per cogitationes & incētiua vitio-
rum, quibus ipſe plenus eſt. Denique & Elymas ma-
gus filius diaboli, iuxta malitiā, nequitiāq; ſubſiſtēs, H
plenus omni dolo, & omni malitia ſcribitur, Satana
patre eius hanc ei voluntatem, quaſi ex conſuetudi-
ne vitiorū in naturam vertente. Arguēs itaque eum
apoſtolus Paulus atque corripiēs ait: O plene omni
iniquitate & omni dolo, fili diaboli, inimice iuſtitię
Dei. Quia enim verſipellis & callidus omnem in ſe Act.13.b
dolum fraudulentię ſuſceperat, appellatur filius dia-
boli: quia implebat ipſe omne principale illius frau-
de & iniquitate, & omni malitia: intantum illiciens
eum atque decipiens, vt ipſe Satanas impleſſe ani-
mam ipſius, & habitare in eodem putaretur, quē ad
omnes ſuę peruerſitatis dolos miniſtrum ſibi ac fa-
mulum præparauerat. Ad id vero quod ſecundum
poſueramus exemplum, quia in Iudam introiſſet Sa- Ioan.13.b
tanas: hoc dicendum eſt. Obſeruans diabolus qui-
buſdam motibus & operationum ſigois, ad quæ po-
tiſſimum Iudę cor eſſet vitia procliuius, deprehēdit
eum patere inſidiis auaritię, & reperta cupiditatis ia-
nua, miſit in mentem eius quo modo deſideratam
pecuniam acciperet: & per occaſionem lucri, prodi-
tor magiſtri & Saluatoris ſui exiſteret, argētum pro-
prietate commutans, & ſuſcipiens pretium ſceleris
à phariſæis atque Iudæis Hæc ergo cogitationis oc-
caſio locum tribuit Satanę. vt in cor eius introiens,
impleret eum peſſima volūtate. Introiuit ergo non
ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum operatio-
nem: quia introire in aliquem, increatę naturę eſt e-
jus, quæ participetur a pluribus. Imparticipabilis er-
go diabolus eſt, non creator, ſed creatura ſubſiſtens.
Vnde & cōuertibilis atque mutabilis, ſanctitate de-
cidit atque virtute. Diximus ſupra τὸ μεθεκτόν, id eſt,

A quod participatione capiatur, eſſe incorruptibile, & immutabile conſequenter æternum. Quod autem mutari poteſt, factum eſſe, & habere principiũ. Porro quod incorruptibile ſit, eſſe & retro & deinceps ſẽpiternum. Non ergo, vt quidam putant, participatione naturę ſiue ſubſtãtiæ implet quempiam diabolus, aut eius habitator efficitur: ſed per fraudulentiam, & deceptionem, & malitiam inhabitare in eo creditur quem repleuit. Hac autem fallacia etiam in presbyteros, qui aduerſus Suſãnam in crudelitatem ſe verterant intrauit, implens animas eorum incendio libidinis & fera ſenii voluptate. Scriptum eſt enim:
Dan. 13.d *Venerunt autem & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione.* His inſidiis impleuit & vniuerſum populum Iudæo-
Eſa 1.b Sec.70. rum, dicente propheta de eo: *Væ gens peccatrix, populus plenus peccatis, ſemen peſſimum, filii iniqui.* Semen quippe nequam diabolus, & filius eius, propter iniquitatem & plenitudinem, dicti ſunt peccatores. Si autem ab his, qui eius in ſcripturis filii nominantur, iuxta ſubſtantiæ participationem non capitur (ſiquidẽ impoſſibile hoc eſſe in creaturis frequenter oſtẽſũ eſt) neque alius quis poteſt eum capere participatione ſubſtantię: ſed tantummodo aſſumptione fraudulentiſſimæ voluntatis. Operationem quippe & ſtudia, non ſolum bonorum operum, ſed etiam malorum in creaturis diximus: naturam vero atque
B ſubſtãtiam ſolius in alios poſſe Trinitatis intrare. Abũdè vt reor occurſũ eſt propoſitæ quæſtioni. Quia vero ineptum & ſtultum videtur aduerſus fatua reſpondere, & ſi quid in buccam ruerit impiorũ, hoc velle diſſoluere: non enim tãtum impietas eſt ſcelerata proponere, quantum & de ſceleratis ſaltem reſiſtentem velle tractare: idcirco illud quod ſolent tractare prætereo, ſacrilega aduerſus nos audacia proclamantes. Si Spiritus ſãctus creatus non eſt: aut frater eſt Dei patris, aut patruus eſt vnigeniti Ieſu Chriſti: aut filius Chriſti eſt, aut nepos eſt Dei patris: aut ipſe filius Dei eſt, & iam non erit vnigenitus dominus Ieſus Chriſtus cum alterum fratrem habeat. Miſeri atque miſerabiles, non ſentiẽtes de incorporeis inuiſibilibus iuxta corporalium & viſibilium diſputari non licere naturam. Fratrem eſſe non patruum, nepotem vel filium, corporum nomina ſũt, & imbecillitatis humanæ vocabula. Trinitas vero omnes has prætergreditur nuncupationes. Et quotiẽſcumque in aliqua de his cadit, nominibus noſtris & incõgruis vocabulis, non ſua natura loquitur. Cum igitur ſancta ſcriptura amplius de Trinitate non dicat, niſi Deum patrem eſſe Saluatoris, & filium generatum eſſe à patre: hoc tãtummodo debemus ſentire quod ſcriptum eſt. Et oſtenſo quod Spiritus ſãctus increatus ſit: conſequenter intelligere, quod cuius non eſt creata ſubſtantia, rectè patri, filioq; ſocietur. Hæc iuxta eloquii noſtri paupertatem in pręſenti dicta ſufficiant: timorem meum, quod de Spiritu ſãcto loqui Matth. 12
auſus ſim, indicantia. Quicumque enim in eum blaſphemauerit, non ſolum in hoc ſęculo, verumetiam Heb.10.f
in ſuturo non dimittetur ei: nec vlla miſericordia & venia reſeruabitur illi, qui conculcauerit filium Dei, & iniuriam fecerit ſpiritui gratiæ eius, in quo ſãctificatus eſt. Quod quidem & in Deo patre eſt intelligendum. Nam qui blaſphemauerit in eum & impiè egerit: ſine venia cruciabitur, nullo pro eo dominũ deprecante, ſicut ſcriptum eſt: *Qui autem in dominum* 1.Reg.2.c
Deum peccauerit, quis orabit pro eo? Necnon & qui fi- Matth.10.d
lium negauerit coram hominibus: negabitur ab eo coram patre, & angelis eius. Ergo, quia nulla venia in Trinitatem conceditur blaſphemantibus, omni ſtudio & cautela eſt prouidẽdum, vt ne in breui quidem paruoque ſermone de ea diſputantes, labamur. Quin potius, ſi quis hoc volumen legere voluerit: quæſumus vt mundet ſe ab omni opere malo, & cogitationibus peſſimis: quo poſſit illuminato corde ea intel- D
ligere quæ dicuntur, & plenus ſãctitate atque ſapientia, ignoſcere nobis, ſicubi voluntatem noſtram non impleuit effectus: & tantummodo conſideret, qua mente quid dictum ſit, non quibus expreſſum ſermonibus. Sicut enim pietatis ſenſum nobis audacter iuxta noſtram conſcientiã vendicamus: ita quantum de eo loqui pertinet: venuſtatem rhetoricam facundiamque iuxta conſequentiam textumque ſermonis, nos procul abeſſe ſimpliciter cõfitemur. Studij quippe noſtri fuit, de ſcripturis ſanctis differentibus, piè intelligere quæ ſcripta ſunt: & imperitiam menſuramque noſtri ignorare ſermonis.

C

Sexti Tomi, Commentaria. D. Hieronymi in Matthæum, & in D. Pauli epiſtolas, videlicet ad Galatas, Epheſios, Titum, Philemonem, cum Commentario in Marcum incerto auctore: Item Euangelium Lucæ & Ioannis: poſtremo Didymi de Spiritu ſancto librum à D. Hieronymo verſum complectentis, Finis.

F I N I S.

MARIANI VICTORII
REATINI IVRECONSVLTI
ET SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORIS,
ANNOTATIONES IN COMMENTARII D. HIERONYMI
In Matthæum, & in Epiſtolas ſancti Pauli ad Galatas, ad Epheſios ad Titum, & ad Philemonen.

CAPVT I.

N*aaſon autem genuit Salmon, &c. Iſte eſt Salomon princeps tribus Iudæ, ſicut in Numeris legimus.*] Correximus, iſte eſt Naaſon. Naaſon enim, non Salmon princeps tribus Iuda ſcribitur in Numeris, cap 1. & 2. & hanc lectionem manuſcripti aliquot codices retinebant.

Si frater aut propinquus abſque liberis mortuus fuerit, alius eius frater accipiat vxorem ad ſuſcitandum ſemen fratris, vel propinqui ſui] Sic legunt Florentini codices tres & Brixiani aliqui: Deerant enim antea voces, eius frater.

Tale quid & in pſalmis legimus. Aſcendens in excelſum, captiuam duxit captiuitatem: accipiet dona in hominibus.] Correximus vulgatæ editionis, & codicum manuſcriptorum ſuppetiis, accepit dona in hominibus. Nec refert quod in pſalmo alia ſit perſona. Satis enim eſt vt tempus ſeruetur. Accommodauimus autem poſtea ſecundi, & tertij capitis initium ad vulgatæ editionis diſtinctionem. Aliud enim, quam eſſet in vulgata, habebât initiũ, præter Hieronymi ipſius mentem.

Cap. III.

De pilis, inquit, habeat, non de lana: Aliud auſteræ veſtis indicium eſt, aliud luxuriæ mollioris, zona autem pellicea, qua accinctus fuit & Eſaias, mortificationis cingulum eſt.] Magis placuit Brixianorum codicum lectio: Mortificationis ſymbolum eſt, hoc eſt ſignum: ſicut dixerat antea auſteræ veſtis indicium.

Siue qui ignis eſt Spiritus ſanctus, vt Acta Apoſtolorũ

Eſaiæ 9. dum locum hunc citat.

Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnã.] Text. Correximus, populus qui ſedebat in tenebris, ex vulgata editione & Græco codice qui legit καθήμενος. Quam lectionem, vti genuinam Matthæi, ipſemet Hieronymus agnoſcit in commentario ſuper nouum Eſaiæ caput: Quamuis ibi tam ipſe quam LXX. legant, ambulabat, & eam lectionem vox Hebraica הלכים tueatur: Qui locus hunc vitiauit. In Matthæo igitur ſedebat. In Eſaia autem, ambulabat, legendum eſt: Quam vtramque diuerſitatem agnoſcens ibi Hieronymus in Commentario, ait inter cętera: Ita vt populus, qui vel ſedebat, vel ambulabat in tenebris, lucem videret.

Cap. V.

Inter πάθους & προπαθείας, id eſt inter paſſionem & propaſſionem hoc intereſt: quod paſſio reputatur in vitium: propaſſio licet vitij culpam habeat, tamen non tenetur in crimine.] Correximus, ab exemplaribus moniti: propaſſio licet initij culpam habeat, tamen non tenetur in crimine. Eſt enim propaſſio ea, quam nos tentationem vocamus: quæ quidem ad culpam initium eſt, non tamen reputatur in crimine, ſi non accedat conſenſus.

Et Hieremias in lamentationibus: Bonum eſt homini cum ſederit ab adoleſcentia ſua.] Correximus, ex cũctis editionibus, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Alioqui non etiam viri ſancti mentem aliter citatum teſtimonium aſſequeretur. Locus eſt Thren. 3. Hebraicum, טוב לגבר כי ישא על Græcum, ἀγαθὸν ἀνδρὶ ὅταν ἄρῃ ζυγὸν ἐν νεότητι αὐτοῦ.

Sic enim ſæpe in Bibliis locus loco ſuppletus eſt.

Neque mittatis margaritas veſtras ante porcos: ne forte conculcent eas pedibus ſuis, & canes conuerſi dirumpant vos.] Text. Vox, canes, ſuperflua eſt, proptereaque à nobis cancellata: carent enim ea non ſolum omnes fere manuſcripti codices, verum etiam meliores impreſſi: vt qui Gryphij & Louanienſium Theologorum ſunt. Nec eam in commentario agnoſcit Hieronymus.

Cap. VIII.

Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus.] Text. Sic legit vulgata editio. Græcus autem codex: ἐγὼ ἄνθρωπος εἰμι ὑπ' ἐξουσίαν. Ego homo ſum ſub poteſtate. Vtraque lectio bona.

Et ille pariter ſenſus impletur, de quo ſupra diximus in centurione, fidem gentilium fieri prærogatiuam.] Correximus ad fidem manuſcriptorum codicum: De quo ſupra diximus, in centurionis fide gentium fieri prærogatiuam.

Cap. IX.

Vterque enim populus cæcus erat, Domino per hoc ſæculum tranſeunte, & cupienti reuerti ad domum ſuam.] Emendauimus, cupiente: Exponit enim illud, Cum autem veniſſet Ieſus in Domum.

Cap. XI.

Pauperes euangelizantur: Vel pauperes ſpiritu, vel certe operibus pauperes, vt nulla inter nobiles & ignobiles, inter diuites & egenos in prædicatione diſtantia ſit.] Correximus ad exemplarium fidem: vel certe opibus pauperes.

Cap. XII.

Conſtringit eos Syllogiſmo, quem Græci vocant δίλημμα, nos ineuitabilem poſſumus appellare: qui interrogatos hinc inde concludit, & vtroque cornu premit.] Ideo dicit vtroque cornu premit, quod cornutus etiã huiuſmodi Syllogiſmus appellatur: veluti hinc inde, tanquam Phalangium cornu aduerſarios appetat. Interrogatus hic antea legebatur.

Quidam fratres Domini de alia vxore Ioſeph filios ſuſpicantur, ſequentes deliramenta apocryphorum, & à quadam Eſcha muliercula confingentes.] Alia lectio: Et quandam Eſcham mulierculam confingentes, quæ nobis magis placuit: ſicut diſplicuit illa. Et quandam mœcham mulierculam confingentes: Aiebant enim huiuſmodi Apocryphorum ſectatores, aliam Ioſeph habuiſſe vxorem, eiuſque nomen Eſcham fuiſſe aſſeuerabant, ex eaque fratres domini vocatos progenitos contendebant. At tolerabiliores hi quam Heluidius, qui ex ipſa Maria Virgine & Ioſeph poſt Chriſtum eos natos blaſphemabat: quippe cum ex alia vxore Ioſeph fratres domini dictos, aliqui noſtratibus natos aſſeuerent: licet verior ſit Hieronymi ſententia, ex ſorore Mariæ Virginis, quæ Chriſti matertera fuit, illos progenitos, vt ex Hypolito martyre, Epiphanio, ipſoque Euangelio clare apparet. Tractamus nos hoc ipſum proprio in opere, quod ſuo edetur tempore. Hieronymi ſententiam D. Thomas multis in locis ſequitur, ſed præcipue in tertia parte ſummæ quæſt. 58. Articul. 3. & in hoc euangelij capite.

Cap. XSSS.

Vt adimpleatur in eis prophetia Eſaiæ.] Text. Correximus, & adimpletur: καὶ ἀναπληροῦται, eſt in Græco: & ita habent impreſſi meliores codices, & ex manuſcriptis apud me plures, & vetuſtiſſimus S. Pauli in via Oſtienſi liber.

Lubrica eſt earum poſſeſſio: dum huc, illucque circumferuntur, & inſtabili gradu vel habentes deſerunt, vel non habentes refarciunt.] Referciunt, melior lectio, quam habent manuſcripti codices. Itaque nos emendauimus. Referciunt, id eſt, replent. Diuitiæ enim lubricæ ſunt, & vel habentes deſerunt, vel non habentem replent.

Si habuero tantam fidem ita vt montes transferã.] Correximus, totam fidem, quod eſt Græce 1. Cor. 13. πᾶσαν τὴν πίστιν. In quem ſenſum vulgata editio legit, omnem fidem: & Hieronymus ſubdit. Ergo quod dominus dixit fide fieri, quæ grano ſinapis comparatur, hoc Apoſtolus docet tota fide fieri poſſe.

Cap. XIV.

Ego non excuſo Herodem, quod inuitus & nolens propter iuramentum homicidium fecerit. Qui ad hoc forſe iurauit, vt futuræ occaſioni machinas præparet.] Correximus, occiſioni, ex manuſcriptis codicibus.

Herodias timens ne Herodes aliquando reſpiceret, vel Philippo fratri amicus fieret.] Correximus, reſipiſceret.

Si ſciremus quid in noſtra lingua reſonaret Genezareth.] Genezareth, quod eſt Hebraice גיאנצרת interpretatur, vallis florida: quæ expoſitio Hieronymi ſenſum aſſequitur, dum de littore, & tranquilliſſimo portu, quo Eccleſiæ nauem Chriſtus tranſduxit, mentionem facit.

Cap. XV.

Et quia crebro teritur in eccleſiaſticis ſcripturis, ſcandalum: breuiter dicamus, quid ſignificet σκόλιον, & ſcandalum, nos offendiculum, vel ruinam, & impactionem pedis poſſumus dicere.] Pro σκόλιον, quæ vox nihil hic ad propoſitum, correximus πρόσκομμα quo nomine Græci offendiculum vocant, à προσκόπτειν, quod eſt offendere, idemque prorſus eſt quod ſcandalum: σκολιὸς autem obliquum, tortuoſumque ſignificat.

Dicit & ipſe: Dei agricultura, Dei ædificatio eſtis: & in alio loco: Cooperatores Dei ſumus.] Correximus, & in eodem loco, quod alibi quoque à nobis factum eſt: Mutuo enim inter ſe iuncta 1. Cor. 3. hæc teſtimonia ſunt. Dei enim, inquit vulgata editio, ſumus adiutores, Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. Pro adiutores, cooperatores Hieronymus dixit: quod Græcæ voci συνεργοὶ magis reſpondet. Græcæ linguæ imperitus aliquis, & ad fidem Latinæ tantum editionis teſtimonium examinans, nec vbi erat inueniens, locum initio vitiauit.

Quamuis enim tenuis humor, & liquens eſca in corpus fundatur: tamen cum in venis & artubus concocta fuerit & digeſta per occultos meatus corporis, quos Græci πόρους vocant, ad inferiora dilabitur, & in receſſum vadit.] Verba, in corpus fundantur, ſine quibus ſenſus nullus, à nobis ex ipſomet Hieronymo è loco ſuperiori, repoſita ſunt.

Cap. XVS.

Illud quoque quod in pſalmo legimus: Filij hominum vſquequo graui corde, in Hebræo dicitur, filij Adam.] Ita fuiſſe olim Hebraicũ codicẽ Pſ. 4. non ſolũ ex hoc Hieronymi teſtimonio, ſed clare etiam ex ipſis conſtat LXX qui tranſtulerunt υἱοὶ ἀνθρώπων. Quippe eam vocem Hebraicam

braicam אדם ἄνθρωπον ſemper interpretantur: איש autem ἀνὴρ reddât Pſalmo primo, אשרי האיש μακάριος ἀνήρ. Pſalmo III. אשרי איש μακάριος ἀνήρ. 1. Reg. 26. הלוא איש אתה οὐκ ἀνὴρ εἶ σύ. Et ita alibi ſemper. Sicut enim Græce ἄνθρωπος, & Latine hominem: Ita איש Græce ἀνήρ, & Latine virum vocamus. Illum enim quarti pſalmi locũ Iudæos corrupiſſe, apparet etiam ex eo, quod pro לכלמה ſubſtituerint לכבודי, & pro כבדי graues, fecerint כבודי gloria mea. Vera. n. illius loci, & vetuſtiſſima lectio eſt ea, quã Latina, Græcaq; Lxx. editiones retinuerũt. Hoc eſt: Filij hominum vſquequo graui corde? Vt quid diligitis vanitatem: Et non, quam corrupte Iudæi nunc legunt: Filij viri vſquequo gloria mea ad ignominiam: Vt quid diligitis vanitatem? Vera me hic prodere, non ſolum Hieronymi & Lxx. cõſtat auctoritate: ſed ex ipſa etiã Hebraici idiomatis proprietate, ipſoque etiam ſenſu, diſerte appatet. Corrupiſſe autem Hebræos initio naſcentis Eccleſiæ loca alia, quæ illuſtre de Chriſto teſtimonium propalarent, præclariſſimus teſtis eſt Iuſtinus Martyr, qui centeſimo à Chriſto vixit anno in libro contra Tryphonem Iudæum. Eius generis illud inter cætera recẽſens, in quo de Chriſti cruce Pſalmiſta loquebatur, ſcribens, pſal. 95. Dicite in gentibus, quia dominus regnauit à ligno. Abſtulerũt enim ex Hebraico codice vocem, à ligno: Quod verum fuiſſe, non ſolum Iuſtinus prodit, aſſerens adhuc ſuo tempore extaſſe incorruptos codices, qui eam haberent, ſed Eccleſia etiam canit, dum ait. Impleta ſunt quæ concinit Dauid fidelis carmine, dicens in nationibus, regnauit à lignõ Deus. Sunt etiam apud me vetuſtiſſimi aliquot manuſcripti Bibliorum codices, è cœnobio Montis Caſſini, qui vocem eam adhuc retinent.

Cap. XVII.

Et ecce apparuit illis Moyſes & Elias cum eo loquentes.] Emẽdauimus, apparuerunt, ex Græco ὤφθησαν, & vulgata editione, tam in codice, quam in commentario.

Vox quoque de cælo patris loquentis auditur: quæ & teſtimonium perhibeat filio, & Petri errore ſublato doceat veritatem.] Correximus, & Petrum, errore ſublato, doceat veritatem. Supra quoque, vbi legebatur, Et ras Petre, ſicut & alius euangeliſtæ teſtatur, Neſcis quid dicas: Correximus, & ſicut alius Euangeliſta teſtatur. Vtrumque exemplarium ope.

Cap. XVIII.

Scio quoſdam iſtum qui habebat decem millia talenta, diabolum interpretari cuius vxorem, & filios venundatos, perſeuerante illo in malitia, inſipientiam, & malas cogitationes intelligi volunt.] Correximus, venundandos, ex Medicæo Carthuſiano, & Feſulano codicibus. Conſtat enim ex Euangelio iuſſos quidem illos venundari, ſed ad preces ſerui non fuiſſe venundatos.

Cap. XIX.

Non dixit, qui reliquiſtis omnia: Hoc enim & Socrates fecit philoſophus: Et multi alij diuitias contempſerunt.] Emẽdauimus, Crates, pro Socrates, Brixianorũ codicũ monitu. A Crate enim, non à Socrate, qui nec diues fuiſſe legitur, id factum proditur. Error natus, quod notior ac celebrior eſſet Socrates quam Crates, & nomen ſit fere idem: Hieronymus de Crate multis in locis hoc aſſerit. Ad Paulinum de inſtitutione monachi. Crates ille Thebanus: homo quondam ditiſſimus cum ad philoſophan-

cipientium eſt, non perfectorum. Fecit hoc Crates Thebanus, fecit Antiſthenes. Item libro ſecundo contra Iouinianum. Et Crates ille Thebanus proiecto in mare non paruo auri pondere: Abite, inquit, peſſimæ malæ cupiditates. Ego vos mergam, ne ipſe mergar à vobis.

Cap. XX.

Tolle quod tuum eſt & vade. Iudæos intellige, non gratia, ſed opere ſaluatos. Qui enim fecerit eam viuet in ea. Vnde dicitur ad eum: An oculus tuus, &c.] Sic corrupte legebatur antea. Nos Florentinorum, & Brixianorum codicum ſuffragio, ita emendauimus. Iudæus in lege, non gratia, ſed opere ſaluatur. Alioqui non reſpondet. Qui enim fecerit eam ſcilicet legem, viuet in ea: niſi de lege ipſa mentio prius ſit facta: Nec etiam conuenit. Vnde dicitur ad eum ſcilicet Iudæum, niſi Iudæos, non Iudæus legatur.

Cap. XXI.

Pullus quoque laſciuus, & frænorum impatiens cum matre, ſecundum euangelium Lucæ, multos habebat dominos, non vno errori, & dogmati ſubditos.] Tres è Florentia codices. Medicæus, Carthuſianus, & Feſulanus: Item aliqui è Brixia, legunt. Multos habebat dominos, non vni errori, & dogmati ſubditus. Hoc eſt, Pullus aſinæ, quo gẽtium populus ſignificatur, propterea multos habuiſſe dominos dicitur: quod ipſe non vno tantum errore, vnoque dogmate teneretur obnoxius, ſed multis erroribus dogmatibuſque ſubditus eſſet: Multos dominos, multos vocans errores. Quæ lectio verior eſt, & ſenſum Sanctiſſimi viri magis aſſequitur.

Qui à propheta mons corruptus appellatur.] Hier. 51. ὄρος διαφθαρμένον ſcribitur. Vbi nos habemus, peſtifer.

Cap. XXIII.

Piſtariola illa decalogi, phylacteria vocabant.] Emendaui, Pyctariola, eſt enim πυκτάριον libellus, epiſtolium, tabella, prauaque ſcriptura: vox ducta πυκτίς, & πυκτίον: quo nomine liber ſignificatur: De qua re vide Suidam. Lampridius in Alexandro, Et perlegebat cuncta Pyctatia: Ab eo Hieronymus Pyctatiolum dixit.

Scribæ & Phariſæi totum luſtrantes orbem, propter negotiationes, vel diuerſa lucra, tam à diſcipulis captanda, quã per imaginem ſanctitatis, ſtudii habebant de gentibus facere proſelytum, id eſt aduenam.] Tres prædicti codices ita legunt: vel diuerſa lucra à diſcipulis captanda, quaſi per imaginem ſanctitatis. Nos nihil mutauimus. Vtraque enim lectio bona, niſi quod pro ſtudij, ſtudium repoſuimus.

Si quis in contentione, ſeu in aliquo iurgio, vel in cauſæ ambiguo, iuraſſet in templo, & poſtea conuictus eſſet mendacij, non tenebatur criminis eius.] Correximus, non tenebatur criminis reus, iiſdem talibus opitulantibus codicibus: & ſtatim, tenebat pro retinebat, ibi: Periurij reum nemo retinebat.

Sin autem periuraſſet in dono, vel in oblationibus: Hoc eſt in hoſtiis, in victimis, & in ſimila, & cæteris quæ offerentur Deo ſuper altare: hæc ſtudioſiſſime repetebantur.]

doſis Ioiada iuſtitia, Hebræo nomine dino ſtratur.] Quod Barachias, id eſt ברכיה Benedictũ domini ſignificet, nemo Hebraice eruditus ignorat. Quod autem Ioiada, hoc eſt יהוידע domini iuſtitia exponatur, nemo ſciret, niſi iuſtitia pro bonitate ipſa, quod ſæpe fit in ſcripturis ſacris, acciperetur. Quippe cum alio qui Ioiada, domini cognitio ſeu ſciẽtia interpretatur, non autem domini iuſtitia. Late enim iuſtitiæ vox patet: vnde Pſalmus 18. Iuſtitiæ domini rectæ, lætificantes corda: Præceptum domini lucidum, illuminans oculos, ſimilem habet ſignificationem. Voxque Hebraica ibi non eſt צדק ſed פקדי. Sicut in Pſalmo 17. Et iuſtitias eius non repuli à me: pro iuſtitias eius, וחקתיו legitur in Hebræo.

Hieruſalem non ſaxa, & ædificia ciuitatis, ſed habitatores vocat, quam patris affectu plãgit: ſicut in alio loco legimus: quod videns eam fleuerit.] Vox, plangit, codicũ ſuffragio à nobis repoſita eſt.

Cap. xxiiii.

Quomodo, inquit, quando teneres fuerint in arbore ficus clamculi, & gemma erumpit in florem, cortexque folia parturit, intelligitis æſtatis aduentum.] Correximus, ad fidem manuſcriptorum codicum. Quando teneri fuerint in arbore ficus cauliculi.

Tunc duo erunt in agro: Vnus aſſumetur & vnus relinquetur: Duæ molentes in mola: Vna aſſumetur, & vna relinquetur. Duo in lecto: Vnus aſſumetur, & vnus relinquetur. Hic tertius verſus: Duo in lecto: Vnus aſſumetur, & vnus relinquetur: additus eſt ex Euangelio Lucæ c. 17. qui illũ habet. Sæpe enim, vt alibi diximus, in Biblus locus vnus ex altero ſuppletus eſt: Quod ante ipsũ Hieronymũ factũ, in epiſtola ad Damaſũ, quã quatuor præfixit Euãgelus, dilucide his verbis ille conqueritur. Magnus ſi quidem hic in noſtris codicibus error inoleuit, dum quod in eadem re alius Euangeliſta plus dicit, in alio, quia minus putauerit, addiderunt: Vel dum eũdem ſenſum alius aliter expreſſit. Ille qui vnum è quatuor primum legerat, ad eius exemplum ceteros quoque exiſtimauerit emendandos. Quod autẽ hic verſus, de quo diximus, deſit in Matthæo, non ſolum conſtat ex multis manuſcriptis exemplaribus, & etiam ex Græco codice, qui illo carent. Item ex Louanienſium theologorum editione, qui eum vt adſcititium è codice in marginem reiecerunt: Sed præclare, dilucideque ex Hieronymo idipſum apparet: Nuſquam enim in commentario, cum alios duos exponat, de illo meminit. Tunc, inquit Hieronymus, duo erunt in agro, quando tempore videlicet conſummationis atque iudicij in agro pariter inuenientur, eumdem habentes laborem, & quaſi parem ſementem: ſed fructus laboris non æque recipientes. Duæ quoque molentes ſimul erunt, vna aſſumetur, & vna relinquetur. In duobus qui in agro commorantur, & in duabus, quæ pariter molunt, vel ſynagogam intellige, vel eccleſiam: quod ſimul molere videantur in lege, & de eiſdem ſcripturis farinam terere præceptorum Dei. Item in fine capitis. Sæpe diximus hypocritam, aliud eſſe, aliud oſtendere: ſicut & in agro, & in mola idem videbatur facere, quod eccleſiaſticus vir. Sed exitus diuerſæ voluntatis apparuit. Item paulo poſt initium capitis 25. Sicut enim duo in agro, & duæ molentes, duos ſignificant populos, Chriſtianorum, & Iudæorum, ſiue ſanctorum, & peccatorũ: qui in eccleſia, cõſtituti videntur quidem & ipſi arare, & molere, ſed cuncta in hypocriſi faciunt. Et clariſſime infra, dum exponit ea verba, Vigilate itaque. Ex hoc ergo quod inſert: Vigilate, quia neſcitis diem, neque horam, intelliguntur vniuerſa, quæ dicit: id eſt, de duobus, qui in agro ſunt, & de duabus molentibus, & de patre familias eredidit ſubſtantiam. & de decem virginibus, Ex quibus ſole clarius liquet, Hieronymum eo verſiculo caruiſſe. Illũ enim ſemper omittit, & quamuis tam ea quæ præcedant, quam etiam quæ ſequantur commimeter interpreteturque de eo tamen ne verbum quidem in Matthæo faciat. Hoc dicimus ne quis obganniat, ſi viderit à nobis illum in Matthæo: omiſſum eſt enim, vt diximus, in Lucæ, nõ etiam in Matthæi euangelio.

Cap. xxv.

Qui idcirco omnes virgines appellantur: quia gloriantur in vnius Dei notitia, & mens eorum idololatriæ turbine nõ conſtupratur] Correximus, idololatriæ turba, ad fidem manuſcriptorum codicum, præſertim Medicei Carthuſiani, & Feſulani. Quia gloriantur, inquit, in vnius Dei notitia, nec idolorũ turba, ac multitudine cõſtuprantur, propterea virgines appellantur: Meretrices enim turbis populorum diuaricant pedes ſuos.

Et poſtquam illud tempus tranſierit ſecuritate præſumpta, feſtum cunctis agentibus diem.] Emendauimus, feſtũ cunctos agere diem, ex Brixianis exemplaribus: alioqui nullus ſenſus.

Omnes virgines ſurrexerunt, ornauerunt vnaquæque lampades ſuas, id eſt ſenſus, in quibus oleum ſcientia recipiebãt: vt haberẽt opera virtutum, quæ ante verum iudicem refulgerent.] Correximus, ex tribus illis Florẽtinis codicibus, iunctis etiam Brixianis aliquot: Vt alerent opera virtutum: ſic enim ad naturam olei, quo lumen alitur, magis alluditur.

Non noua opera parare ſed præteritorum coguntur rationem exoluere.] Correximus, eorundem codicum ſuffragio, Non noua opera parare.

Quando feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.] Correximus. Quandiu, vti eſt in vulgata editione, ἐφ' ὅσον enim Græce idem eſt, quod Quandiu, Quatenus.

Cap. xxvi.

Gethſemani interpretatur, vallis pinguium.] Vt vallem pinguium ſignificet, legendum eſt Geſſemani, quod eſt Hebraicè, גיא שמני: Verum quia Græce ſcriptum in Matthæo inuenitur γεθσημανῆ aliqui Hebraice periti, Syriaca potius nomina eſſe גת שמני, quã Hebraica putant: ſignificareque aſſerunt, Pecuaria butyri: Quippe cum apud Syros) quorum lingua è Babylone aduecta tunc vtebantur Iudæi גת idem ſit quod Hebraice עטן & עטש, idem quod חמאה, id eſt butyrum: Veluti locus dictus ſit à butyro, quod ibi exprimebatur. Hieronymus Hebraicam ſemper ſequens nomenclaturam, etiam in libro de nominibus Hebræis, perſtans in ſententia, vallem pinguedinum interpretatur: שמני pro שמנים vocem accipiens.

Reſpondeant, quomodo exponãt illud quod ex perſona Dei per Ezechielem dicitur: Et in omnibus iſtis cõtriſtabas me.] Sic legitur ad verbum apud Lxx. Ezech. 16. καὶ ἐλύπεις με ἐν πᾶσι τούτοις: Quo in loco vulgata Latina legit editio: Et prouocaſti me in omnibus his.

Ne nos inueniant quaſi timentes, & retrahentes, vltro pergamus ad mortem.] Correximus, retractantes, ex tribus illis Florentiæ codicibus.

Quid adiuras impiiſſime ſacerdotum? Vt accuſes, an vt credas? Si vt accuſes, arguunt alij, voluntque condemnare tacentẽ: Si vt credas, quare confitenti credere noluiſti: Mutilus antea erat hic locus, nulloque ſenſu legebatur: Deerat enim verbum, volũtque. Senſus autem eſt: Si tu Caiphas adiuras Chriſtum, vt dicat tibi, an ſit filius Dei: Aut hoc facis vt credas aut vt accuſes. Si facis vt accuſes, ſuperflua eſt interrogatio tua: quippe cum abſque te alij illum accuſent, volũtque etiam tacentem morti addicere. Si autem hoc facis, vt credas, quare confitenti iam credere tu noluiſti?

Vt adimpleretur quod dictum eſt. Dedi maxillam meam alapis: & faciem meam non auerti à confuſione ſputorum.] Correximus, maxillas meas, ex uſdem tribus Florẽtiæ codicibus, & ipſis, quos citãt Lxx. Ita enim ad verbum illi habent Eſa. 50. *ἔδωκα τὰς σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων.*

Cap.

Cap. XXVII.

Tunc milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorio, congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem.]Tex. Melior lectio, in prætorium, vti eſt in vulgatis emendatioribus codicib. impreſſis: Eá enim retinent omnia ferme apud me manuſcripta Bibliorũ exẽplaria, hoc eſt, numero quadraginta, inter quæ librum cœnobij S. Pauli, ſæpe à me nominatum, plurimi facio: Aſſentiuntur huic lectioni etiã antiquiſſimi Montis Caſſini codices, Longobardicis characterib. conſcripti, numero decem & ſeptem, & Louanienſium Theologorum omnes: Græcus codex eiuſdem lectionis fons, ipſe quoque legit, εἰς τὸ πραιτώριον. Iure igitur nos eam ſecuti, emendauimus, in prætorium, tam in textu, quam in commentario.

Et venerunt in locum, qui dicitur Golgatha.] Golgotha non Golgatha, ſecundum vulgatam editionem legendũ eſſet. Græce enim γολγοθᾶ ſcriptum. Verum quia Hebraicum nomen eſt, ſeu verius Syriacum (cuiuſmodi ſunt cũcta quæ in Euangelijs Hebraica putantur: Syriaca enim, ſiue Chaldaica, è Babylone relata, vulgo tunc erant in v-ſu,) גולגלתא Golgotha, legendum: hoc enim nomine Caluariam illi vocant: ſicuti Cacheldema, quod eſt Syriace חקל דמא, non Acheldemach, Ager ſanguinis. Item אלי אלי למא שבקתני Eli, Eli, Lamma Sabacthani, Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquiſti. Itẽ גבתא Gabbatha, idem quod Græce λιθόστρωτον: hoc eſt lapidib. ſtratum: גב enim Syriace idem eſt, quod Hebraice סל, id eſt, viam lapidibus ſternere. Item טביתא Tabitha, δορκὰς, ſeu Damula Latine. Demum בני רגש Banerges, filij tonitrui. Hæc enim omnia Hebraica eſſe nomina, nemo Hebraice peritus aſſeuerabit: Quippe eum Hebraice Ager non חרל ſed שדא: Damula, non טביתא ſed הצביה: Tonitrus nõ רגש ſed רעם: Dereliquiſti me non שבקתני ſed עזבתני: Puella non טליתא ſed עלמה ſeu נערה, dicantur.

Cap. XXVIII.

Erat autem aſpectus eius ſicut fulgor. Tex.]Emendauimus, fulgur, ex vulgata editione, quæ nullo exẽplari diſſentiente, ita conſtanter legit, & ex Græco, quod habet, ἀστραπή.

IN EPISTOLAM AD GALATAS.

CAPVT I.

Fiducialiter agentes in nomine domini.] Emendauimus, agens. Act. 9.

Nunc hoc ſufficiat, vt propter egregios mores, & incomparabilem fidem, ſapientiamque non mediam, frater dictus ſit domini.]Emendauimus, ſapientiamque non modicã.

Cap. II.

Necdum quippe ad eam menſuram peruenerat, vt poſſint ei Chriſti mercimonia ex æquo tum maioribus credi, & eundem tenere negotiationis locum, quem Barnabas tenebat & Paulus.]Melior lectio noſtrorum codicum. Vt eundem teneret, alioqui Latina locutio claudicat.

Congrega mihi omnes ſacerdotes Baal.]Correximus, cõgregate, tam ex vulgata editione, quam ex Lxx. Verba ſunt Hieu regis ad populum 4. Reg 10. Vocate ad me, eſt in vulgata, & in Græco καλέσατε πρός με.

Cum autem veniſſet Petrus Antiochiam.]Cephas eſt in vulgata, & in Græco, & ita nos emendauimus, tam hic quam paulo infra. Licet enim idem ſit Petrus & Cephas, vt late hic probat Hieronymus, & vt Ioannis primo legitur, Tu es Simõ filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus: tamen ſeruanda vbique nomenclatura eſt.

Aliquotiens cum adoleſcentulus Romæ controuerſias declamarem, & ad vera certamina fictis militibus exercerem, currebam ad tribunalia iudicum.]Licet militum nomen ad certaminis vocem magis reſpondere videatur, tamen verior lectio eſt, fictis litibus exercerer: vt legunt quatuor manuſcripti Florentiæ codices. Mediceus, Carthuſianus, Feſulanus, & quartus è cœnobio S. Marci: & aliqui etiam Brixiani: Exemplaria quædam ſimiliter è Brixia habent, factis litibus exercerer.

Sed cum vidiſſem quod non recto pede incedunt ad veritatem euangelij.]Correximus, incederẽt, vt in vulgata ὀρθοποδοῦσι nunc eſt in Græco, pro ὀρθοποδοῦσιν: Vulgata vbique ſibi conſtans, incederent, legit: altera lectio nec ſenſum, nec Grammatices ſequitur regulam.

Non mihi gratis Chriſtus eſt mortuus: In quo fruſtra credidi, ſi putaui abſque fide eius in veteri lege ſaluari.] Si potius noſtrorum codicum lectio melior.

Omnis caro fœnum & omnis gloria eius quaſi flos agri.] Emendauimus, quaſi flos fœni: vt eſt in Lxx. Eſa. 41. ὡς ἄνθος χόρτου, codicum ſuffragio: Qui Hieronymi conſuetudinem ignorabant, quod Lxx. ſcilicet, non ſuam ille citex. Hæc verba, non credere veritati, ſcribit in cõmentario, à ſe omiſſa, propterea quod in Origenis exemplarib. nõ inueniebãtur. Legitur, inquiens, in quibuſdã codicib. Quis vos faſcinauit, non credere veritati? Sed hoc quia in exemplarib. Adamantij non habetur, omiſimus. Aſſerit hoc ipsũ clarius infra, dũ exponit ea capitis quinti verba. Currebatis bene: qui vos impediuit veritati non obedire? Ita ſcribens. Id quod nunc Latinus poſuit interpres: veritati non obedire, & in Græco ſcriptum eſt: τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι in ſuperiori loco ita interpretatus eſt, nõ credere veritati. Quod quidẽ nos in vetuſtis codicib., nõ haberi in ſuo loco annotauimus. Licet & Græca exẽplaria hoc errore cõfuſa ſint. Lectio ergo Hieronymi eſt: O inſẽſati Galatæ, quis vos faſcinauit? Verba.n. quæ ſequũtur, nõ credere veritati, deerant apud eum: Propterea inducta ea à nobis eſſe nemo miretur: quamuis in Græcis Latiniſque codicibus inueniri non ignorem: Inducta ſunt etiam à Hieronymo, quamuis ſuo tẽpore in Græcis quoque quibuſdam exemplaribus inuenirentur.

Iuſtus autem ex fide mea viuit.]Viuet legendum eſt Sic enim habetur Habac. 2. tam Hebraice quã Græce apud Lxx. qui legunt ζήσεται. De eo autem, ex fide mea, vel ex fide eius, diximus in annotationibus ſuper Habacuc.

Quod eſt oſtenderit Iſrael in legis opere manum ſuam, & eam prophetarum, & ipſis Saluatoris pollutam cruore contraxerit.]Correximus, ſubtraxerit: ſicut ſuperius dixerat: dehinc illo manum intrinſecus tetrahẽte loquitur de Zara, myſtice interpretans quid ſit quod obſtetrix coccinũ in illius manu ligauerit, & ille deinde manum retraxerit, Hiſtoria habetur. Gen. 38.

Cum etiam per angelos, qui in hominibus ſunt, loquatur Deus in prophetis, dicente Aggeo. Et ait angelus qui loquebatur in me, ac deinceps inferente: Hæc dicit dominus omnipotens.] Correximus ad fidem antiquorum codicum dicente Zacharia. In Zacharia enim cap. 2. penes Lxx. ita legitur. In Aggeo autem nuſquam.

Mediator autem vnus non eſt.] Text. correximus, vnius non eſt, ex vulgata editione, ipſoque Græco codice.

Cap. IV.

Deus iudicium tuum regi da, & potentiam tuam filio regis.]Correximus, cunctis codicibus, & editionibus adiuuantibus. Et iuſtitiam tuam filio regis. Pſal. 71.

Vt eorum ſedaret inuidiam, qui catechiſati de eo fuerant,

magis inimicitias, quã amicitias dici debere perſpicuum eſt.] Sic falſo legebatur antea, correximus: Nõ tã obſequium eſt, & aſſentatio: quas clãdeſtinas magis inimicitias dici debere, perſpicuum eſt. Minutiora quædam alia hoc in capite emẽdauimus. Vt viuat, pro viuet, ibi. Iſmael autem viuat in cõſpectu tuo: vocem, niſi, in illo teſtimonio addentes. Quando veni ad vos, nõ veni in ſermone ſapientiæ: ſed homo humilis, atque contemptus, nihil, magnum deferẽs niſi crucifixum. Et ſimilia.

Cap. V.

Si circumdamini, Chriſtus vobis nihil prodeſt.] Vulgata editio conſtãter in cũctis exẽplaribus tã impreſſis quã manuſcriptis legit, nihil proderit: ſimiliter & Græcus codex legit ὠφελήσει. Hieronymus in cõmẽtario quinquies, hoc eſt, vbicunq; locũ citat, legit, nihil prodeſt. Lectionem, ab exemplaribus Hieronymianis deſtituti mutare auſi non ſumus. Ita enim forte ipſe legebat.

Nã quod ait: Si circũcidamini: tale eſt quaſi dicere voluiſſet, ſi circũcidamini.] Inepta prorſus, ac eadẽ replicatio: Correximus, Florẽtinis, Brixianiſq; codicib. opitulãtib. Tale eſt, quaſi dicere voluiſſet: ſi carne circũcidamini. Statim quoq;, Deo pro Dei ſuſtituim᷒, ibi. Nos .n. ſumus circũciſio, qui ſpiritu Deo ſeruim᷒. Philip. 3.

Perdit ergo gratiã Chriſti, & euangeliũ, quod tenuerat, amittit, qui in aliqua obſeruatione legis ſe iuſtificari putat: & cũ gratiã amiſerit, à Chriſti fid: deſtituitur, & in eius opere non cõquieſcit:] Correximus, & in eius opere cõquieſcit id eſt, ab eius opere ceſſat: exponit enim ſeipsũ ſtatim, dũ ait: κατηργήθητε enim ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, nõ vt in Latino male interpretatum eſt: Euacuati eſtis à Chriſto: ſed in Chriſti opere ceſſaſtis. Alioqui ſenſus prorſus contrarius. Brixiani nos codices monuerunt.

Quod ſi ceſſet dilectio, & non ſit charitas, per quam lex vniuerſa c mpletur, publicum quoddam inter homines latrocinium erit: vt contra ſe inuicem deferentes, ſeque mordentes, conſummantur ab inuicem] Correximus, codicum manuſcriptorum ſuffragio deſerentes.

Et inter octo euangelij benedictiones.] Correximus, beatitudines exemplarium ope.

Cap. VI.

Qui autem infirmus eſt, holus manducet.] Correximus, manducat, ex vulgata editione. Rom 8.

Hi qui circũcidi Galatas volebant, diſſeminauerunt alia Paulũ facere, alia prædicare, & ſuo opere deſtruere ſermonẽ.] Correximus, & ſuũ opere deſtruere ſermonem.

Has igitur perſecutiones hi qui Galatas deprauauerãt, declinare cupiẽtes, circuncisionẽ pro defẽſione diſcipulis perſuadebãt: quã nunc Apoſtolus cõfidentiã in carne vocat: quod ſcilicet tã gentib. quas timebant, quã Iudæis, quib. volebant placere, circũciſionem in perſecutione proponerent: Nam nec Iudæi perſequi eos poterant nec Gentiles si quos volebant & proſelytos circuncidere, & ipſos legis præcepta ſeruare.] Correximus, ad fidẽ manuſcriptorũ codicum: quos videbant & proſelytos circuncidere: Senſus eſt. Circunciſos nec gentiles, nec Iudæi perſequi poterant: Iudæi, quia videbãt illos proſelytos circumcidere. Alioqui legendum fuiſſet, qui videbant. Manuſcripti codices ſuperias mihi tulerunt.

IN EPISTOLAM AD EPHESIOS,

Caput I.

NEc putandum quod in Latinis codicib. habetur, ſcriptum eſſe, in dilecto filio ſuo: ſed ſimpliciter, in dilecto: Et ſiquidem eſſet additum, dilecto Dei, vel dilecto patris, eſſet ſimplex intelligentia, & omnium opinione vulgata, quod dominus noſter Ieſus Chriſtus diligeretur à patre: ſed magnum aliquid proprietati filij cõcederemus, cum ſic filius diligeretur, vt cætera.] Quis nõ videat hic mendum ſubeſſe, prorſuſque contrariam Hieronymi ſenſui eſſe ſententiã: Correximus codicum ope: Sed nõ magnum aliquid proprietati filij concederemus: cum ſic filius diligeretur vt cætera.

Cap. II.

Facientes voluntatem carnis, & cogitationum.] Tex. Sic habet vulgata editio: Hieronymus tamen, mentium legit non cogitationum, quod eſt Græce διανοιῶν. Facientes inquiens, non vnam voluntatem carnis, ſed plures: & non ſolum voluntates carnis, ſed etiam mẽtium: pro quo in Latinis codicibus habetur, cogitationum. Inter peccatum autem carnis, & mentium, hoc eſſe puto: quod carnis peccatũ eſt impudicitia, atque luxuria: & ea quæ per miniſterium eius in libidinibus explentur. Mentium vero delictum ad dogmata pertinet contraria veritati, & hæreticam prauitatem. Infra quoque idipſum multis replicat. Correximus ergo, ipſum ſecuti Hieronymum, mentium.

Cap. III.

Propterea curuo genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur.] Tex. Hieronymus nõ habet ea verba: domini noſtri Ieſu Chriſti: legit autem hoc modo. Propterea curuo genua mea ad patrem, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur. Ait enim in commẽtario. Porro quod ſequitur, ad patrem, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur: non vt in Latinis codicibus additum eſt: ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti: ſed ſimpliciter, ad patrem, legendũ: Vt Dei patris nomẽ, non domino noſtro Ieſu Chriſto, ſed omnibus creaturis rationalibus coopterur. Locum ergo ad Hieronymi mentem emendauimus.

Cæterum mecum ipſe pertractans, vbi de gentibus paternitatũ vocabulum legerim, nunc iuxta rim aliud non inuenio, niſi viceſimi primi pſalmi teſtimonium, in quo ſcriptum eſt. Et adorabunt in conſpectu eius omnes patriæ gentium: Et in nonageſimo quinto, & viceſimo octauo. Afferte domino patriæ gentium: afferte domino gloriam, & honorem: Afferte domino filios arietum.] In viceſimo octauo Pſalmo, nulla de patris mentio fit. Propterea cancellata à nobis ſunt ea verba, & in viceſimo octauo, vna cum illo Pſalmi verſu. Afferte domino filios arietum: Imperitus aliquis ea immiſcuit, πατριαὶ eſt in Græco.

Tunc impleatur in omnibus plenitudine Dei.] In omni plenitudine Dei: vel potius, vt in vulgata legendum: In omnem plenitudinem Dei, quod eſt Græce: εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα, & ita nos emendauimus.

Cap. IV.

Hieremias quoque in ſecundo alphabeto teſtatur, dicẽs, Vt humiliaret ſub pedibus ſuis omnes vinctos terræ] Correximus, in tertio alphabeto, Inuenitur.n. hoc teſtimoniũ Threnorũ, capite tertio: quod caput tertiũ, tertium quoque eſt alphabetum: Primo enim lamentationum capite, primum, ſecundo ſecundum, tertio tertium, quarto quartum, quod & vltimum eſt, alphabetum Hebraice comprehenditur. Quadruplici enim alphabeto ruinam vrbis Hieroſolymitanæ Hieremias fleuit.

In fallacia hominum, in nequitia, ad circumuentionis errorem.] Correximus, ex ipſomet codice: Ad circumuentionem erroris.

Arbitror itaque de priori ita nunc dictum, & nobis quaſi hominibus eſſe conceſſum, vt ad indigna aliquas rei: faciem moueamur: tranquillitatemque mentis, velut lenis quadam aura conturbet nequaquam tamen intumentis gurgitis furoris impetu ſubleuemur.] Correximus, ad fidem manuſcriptorum codicum: Nequaquã tamen intumentes gurgites, furoris impetu ſubleuemur.

Occidis ſuper prophetas noſtros.] Emendauimus, occide ex 8. cap. Amos prophetæ, cuius hæc verba ſunt.

EX PROOEMIO IN TERTIVM LIBRVM.

Quis ſapiens, & intelligit hæc: prudens, & agnoſcit iſta.] Emendauimus, intelliget, agnoſcet. Futurum enim tempus habent editiones omnes. Oſee 14.

Tichicus enim ſilens interpretatur.] Ideo forte dicit Tychycum ſilentem interpretari, quod eſt Hebraice תחת: quia Pſal. 50. תחת δῆλα ſiue incerta, & Iob. 38. viſcera, ſignificet: in quam ſententiam facit, quod פח cruſtis obducere notet Leuit. 14. & 1. Paralip. 29. quod eſt Ezech. 13. linire. alioqui τυχικὸς Græce, fortuitum, ſeu qui caſu euenerit ſignat.

Cap. v.

Benedictus Deus: minora neſcio ſuſtinere, quam mereor.] Correximus, minora me ſcio ſuſtinere, quam mereor: & infra, charitati pro charitate, in eo verſu. Quę magis vicina eſt charitati. Et inferius, lactantibus pro lactentib., in eo verſu. Væ, inquit ſaluator, prægnantibus, & lactātibus in die illa, quod eſt Græce θηλαζούσαις, Luc. 21. & Matth. 24. Quo in loco nos habemus, nutrientibus.

Ipſe eſt ſaluator corporis. Quoniam propinquior atque inferior eſt ſubſtantia Chriſti à natura eccleſiæ, propterea eam corporis Chriſti æſtimo nominatam.] Correximus, codicum ope. Quoniam propinquior atque inferior eſt à ſubſtantia Chriſti natura eccleſiæ. Corpus enim capite inferius eſt, illique propinquum: & non contra.

Cap. vi.

Si genuerit vir centum filios, & annos plures vixerit, & multi fuerint dies annorum eius.] Vox, filios, deerat antea: verba ſunt Eccleſiaſtæ capite ſexto.

· *Et quod in corbonā pro peccato virgo vel vidua, vel totam ſubſtantiā ſuā effūdens, quilibet pauper obtulerat: hoc in Calendariam ſtrenam, & Saturnalitiā ſportulā, & Mineruale munus, grammaticus, & orator: aut in ſumptus domeſticos, aut in tēpli ſtipes, aut in ſordida ſcorta conuertit.*] Correximus: aut in ſumptus domeſticos templi ſtipes: quo modo corrigēdū eſt etiā in Gratiano C. Legunt. Diſt. 37. Senſus eſt, aut in vſus domeſticos, aut in ſordida ſcorta, ſeu turpe lucrum, vt Gratianus legit, Presbyteros templi ſtipes, hoc eſt, quod templo donatum eſt, conuertere.

Fidelis autem Deus, qui non permittit vos tentari ſupra id quod poteſtis.] Correximus, permittet ex 1. Cor. 10.

Hæc autē omniū doctorū opinio eſt: quod aer iſte, qui cælum & terrā medius diuident, inane appellatur, plenus ſit cōtrarys fortitudinibus.] Vagari dæmones per hunc aërem ad tentandos homines, ſupra quoque cap. [illegible]. his verbis clarius aperit. Princeps quippe aëris, & ſpiritus poteſtatis, qui in aëre iſto eſt, diabolus intelligitur: qui nunc operatur in filiis diffidentiæ. In his enim, qui domino credunt non poteſt operari. De quo & infra ait. Non eſt nobis pugna aduerſus carnē, & ſanguinem: ſed aduerſus principatus, & poteſtates, aduerſus rectores tenebrarū iſtarū, aduerſus ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus. Nō quod diabolus & ſatellites eius, qui per mundū iſtū vagantes peccata hominibus inſinuant, in cælo verſari queant: de quo ob ſua merita corruerunt: ſed cælum dicitur aër iſte, qui ſupra nos eſt, iuxta illud Saluatoris eloquium, conſiderate volatilia cæli, & cætera. Quāuis autem dæmones aliqui, ex inferno ad tentandos homines egreſſi, verſentur in aëre (qui tenebroſus & caligine plenus ad hoc ipſum illis debetur) habent tamen ſecum, quocunque perrexerint, inferni pœnas: quippe cum infernus ob ſua demerita proprius eorū locus, & carcer ſit: Sicut & bonis angelus non diminuitur gloria: propterea quod in miniſterium, & auxilium è cœlo ad nos mittantur: ſi qui dē ſcriptum eſt, Angeli eorum ſemper vidēt faciem patris mei, qui in cælis eſt. Hoc autem eueniet vſque ad diē iudicij, poſt illud enim tempus tam boni angeli omnes in cœlo quam cuncti mali in inferno in perpetuum erunt: Et hoc modo exponendus eſt D. Hieronymus, quando alibi ſub iudicij diem, dæmones ex aëre in infernum (ad perpetuā ſcilicet manſionem) detrudendos aſſerit: ſicut veriſſime, doctiſſimeq; hoc ipſum in Auguſtino interpretatur Catholicæ veritatis aſſertor, & orthodoxæ fidei acerrimus propugnator D. Thomas in prima parte ſummæ q. 64. art. 4. & alibi multis in locis: præter quod receptum penes Theologos eſt, vſque ad illum diem, pœnā, quam accidentalem vocant, ob mala, quæ quotidie operātur, dęmonibus augeri: vt ſatis hoc ipſum cōſtare poteſt ex eodem D. Thoma, ſuper quartum librum ſententiarū diſt. 50. & aliis in locis. Hunc autem præcipuum eccleſiæ doctorum, Pij V. Pontificis Opt. Max. mandato, Illuſtriſſimus Cardinalis Vincētius Iuſtinianus D. Dominici ordinis Primas: Et eruditiſſimus ſimul, ac nunquā ſatis laudatus, F. Thomas Marriques, ſacri Palatij magiſter (qui in reſtituēdo Hieronymo primus manū impulit, & ſæpe operis pondere fatiſceſcentē ſubleuauit animauitq;), omni ex parte emendatiſſimum, integræ Romæ impreſſum, magna Catholicorum omnium vtilitate, nuper Chriſti Eccleſiæ reddiderunt.

IN EPISTOLAM AD TITVM,

CAPVT I.

AT nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere: vt non quærant eos in Eccleſia columnas erigere: quos plus cognoſcant Eccleſiæ prodeſſe: ſed quos vel ipſi amant.] Ita ex Gratiano 8. q. cap. Moyſes, hunc locum reſtituimus. Antiqua enim lectio erat: Vt non quærāt eos, qui poſſunt Eccleſiæ plus prodeſſe, & in Eccleſiæ erigere columnas: ſed quos vel ipſi amant.

Cum autem nequam filius in vna tecum communicat domo.] Magis placuit quorumdam codicum lectio: in vna tecum conuiuat domo.

Et à vino abſtinere, & ab vua paſſa, & à dilutiori, quæ ſolet ex vinaceis fieri potione: omnique ſicera, quæ mentem ab integra ſanitate peruertit.] Correximus, & à delicatiori.

Corrumpunt mores bonos colloquia mala.] Clemens Alexādrinus primo Stromatum libro, ſcribit Paulum Iambo tragico vti, dum dicit φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. In eundem ſenſum Iambum eſſe e   dri comœdia ab Athenienſib. erectā, non ſolū ex Actis Apoſtolorum, verū etiā ex Diogene Laërtio in vita Epimenidis diſerte apparet. Diogenis autem verba ſunt hæc. Vnde & Athenienſes cum aliquando peſte laborarent, reſponſo à Pythia accepto, vrbem expiari oportere, Niciam Nicerati filium naui miſere, Epimenidemque ex Creta aduocarūt. Profectus autem Olympiade xxvii. luſtrauit vrbem, peſtemque compeſcuit hoc modo. Sumpſit oues nigro, & candido vellere, duxitque in Ariū pagum, atque inde quo vellent, abire permiſit: his qui illas ſequebantur mandās, vbicumque illæ accubuiſſent, ſingulas mactarent peculiari cuipiam Deo: Atque in hunc modum quieuit lues. Ex eo iam, hodieque per Athenienſium pagos, aras ſine nomine inueniri certum eſt, in eius, quę tum facta eſt expiationis memoriam. Non tamen propterea falſum eſſe quod Hieronymus prodit, dicendum: Aram ſcilicet erectam fuiſſe cum hac inſcriptione. Diis Aſiæ, & Europę, & Aphricæ: Diis ignotis, & peregrinis. Conſtat quippe

affirmationem legi debere autumant, in hunc modum. Ita illa erubeſcet etiam ſecretum cubile: Hoc eſt, ſi Deū ante oculos ſemper habebit, erubeſcet etiam in ſecreto cubili aliquid inhoneſtum, ac impudicum agere.

Poſſumus & pudicitiam & incorruptionem: & in doctrinæ integritate interpretari.] Melior lectio, quā nos reſtituimus. Poſſumus & pudicitiæ incorruptionem etiam in doctrinæ integritate interpretari. Supra quoq; reſtituimus illum locum. Verbum autē domini blaſphematur, vel cum contemnitur Dei prima ſententia, & pro nihilo ducitur: vel cum Chriſti infamatur euangelium, & cætera. Confer loca & quā recte ſint emendata, cognoſces.

Vt cunctū populum cui præſident, conuerſatione, ſermone, ac ſcientia præcedant] ita ex Gratiano VII. q. 1. cap. qualis, reſtituimus: In quo vltra æditúos, quos cuſtodes ædium ipſe vocat, fit mentio etiam de acolythis.

Cap. III.

Viuificauit nos in vitam æternam. Cuncta manuſcripta apud me exemplaria, legūt: iuſtificauit: quod verbū magis conuenit teſtimonio illi, quod exponit: Vt iuſtificati illius gratia, hæredes efficiamur ſecundum ſpem vitæ æternæ.

Vnde & nobis curæ fuit omnes veteris legis libros, quos vir doctus Adamantius in exempla digeſſerat, de Cæſarienſi Bibliotheca deſcriptos, ex ipſis authenticis emendare. Correximus, in exempla digeſſerat. Sic enim vocauit Origenes, laborem ſuum, in quo ſex veteris inſtrumenti editiones, columnis inter ſe ſeparatas, in vnum volumen collegit, hoc eſt, editiones, Lxx. Aquilæ, Symmachi, Theodotionis. Itemque quintam, & ſextam, in doliu repertas: vt alibi ex Epiphanio me ſcripſiſſe memini.

Inter hæreſim, & ſchiſma hoc eſſe arbitramur, quod hæreſis peruerſum dogma habeat: ſchiſma propter epiſcopalem diſſenſionem de eccleſia pariter ſeparet: quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi poteſt diuerſum. Cæterum nullum ſchiſma non ſibi aliquam confingit hæreſim, vt recte ab eccleſia receſſiſſe videatur.] Ita ex Gratiano cap. inter 24. q. 3. & ex manuſcriptis codicibus locū reſtituimus. Antea, interpretantur, & pro pariter ſeparet, ſeparetur: & vox, diuerſum deerat.

Omnia veſtra in fide fiant.] Correximus ad ſenſum ipſius Hieronymi, loquitur enim de charitate, & ad fidem vulgatæ æditionis cum Græcæ, tum Latinæ. Omnia veſtra in charitate fiant. Locus eſt 1. Cor. 16. Vnde & ſubdit. Diligite inimicos veſtros, &c.

IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM,

EX PROOEMIO.

QVi nolunt inter epiſtolas Pauli recipere, quæ ad Philemonem ſcribitur, aiunt. & cætera.] Correximus, ad fidem Florentinorum codicum, Qui volunt. Rationes enim, quas ſubiungit, ſunt pro illis, qui volunt hanc epiſtolam recipere, vt Pauli epiſtolam, non pro illis qui contrarium aſſerebant.

Excepto domino noſtro Ieſu Chriſto, in nullo ſanctum Spiritum remanſiſſe] Correximus, permanſiſſe, ex cunctis codicibus, & ex ipſo euangelio Ioannis, quod ſtatim citat: Vt ſuper quem vidiſſet Spiritum ſanctum deſcendentem, & manentem in eo, ipſum eſſe cognoſceret.

Aſſerere à ſe refugari Spiritum ſanctum, ſi corpuſculi paulisper neceſſitatibus ſeruiamus.] Correximus, Aſſerere fugari Spiritum ſanctum.

Si autem breuitas habetur contemptui: cōtemnatur Abdias, Nahum, Sophonias, & alij duodecim prophetæ.] Correximus & alij duodecim prophetarum, ex Brixiæ codicibus: alioqui præter hos tres, duodecim viderentur eſſe minores prophetæ: cum tamen non ſint omnes, niſi XII.

Cap. I.

Et filij Zebedæi בנירגש *hoc eſt filij tonitrui vocarentur.*] Correximus ex euangelio Lucæ cap. 3. בנירגש quod eſt Græce βοανηργὲς, Boanerges. Syriaca enim vox eſt, non Hebraica, vt late ſuperius ſcripſimus.

Gratias, inquiens, ago Deo meo ſemper, memoriam tui faciens: in orationibus meis. Ambigue vero dictum, vtrum gratias agat Deo ſuo ſemper: an memoriam eius faciat in orationibus ſuis ſemper.] Ita locum reſtituimus. Antiqua enim lectio erat Gratias, inquiens, ago, & memoriam tui faciens in orationibus meis.

Sit talis quoque, qui & opus habeat, & ſcientiam: ſed non omnis agnitionem habet boni.] Vocem, agnitionem, moniti ab exemplaribus nos repoſuimus: neceſſaria enim erat: exponit enim illa verba. Vt communicatio fidei ſuæ euidens fiat in agnitione omnis boni.

Oneſimus ſeruus Philemonis, fuga furto cumulans, quædam rei domeſticæ compilarat.] Correximus, fugam furto cumulans.

Iam non quaſi à domino, ſed quaſi à conſeruo, & coeuangeliſta, ignoſceretur ei.] Correximus, & coeuangeliſta. Vt enim conſeruum, ita & coeuangeliſtam appellat. Brixia ſuppetias tulit.

Ioſeph fratres ſui zeli ſtimulis incitati, Iſmahelitis viginti aureis vendiderunt.] Ita legunt Lxx. Gen. 37. hoc eſt, εἴκοσι χρυσῶν. Alioqui ſecundum Hebraicam veritatem, viginti argenteis legendum eſſe, ipſe Hieronymus Matth. 26. aſſerens iuſtum non fuiſſe, vt plus venderetur ſeruus quam dominus.

Non puto tam diuitem fuiſſe Apoſtolum, & tantis ſarcinis occupatum, vt de præparando ageret hoſpitio, & non vna contentus cellula, breue corporis ſui ſpatium, ædes ampliſſimas exiſtimaret.] Error conſpicuus, & ſibilo explaudendus. Correximus ergo ad fidem meliorum codicum: Vt præparato egeret hoſpitio, & non vna contentus cellula, breues corporis ſui ſpacio ædes, ampliſſimas exiſtimaret, hoc eſt, etiam breuiſſimas & anguſtiſſimas ædes exiſtimaret ampliſſimas ſui corporis ſpacio.

Sed vt dum eum ſpectat Philemon ad ſe eſſe venturum, magis faciat quod rogatus eſt.] Correximus, ſed vt dū eū expectat Philemō. Infra quoque, bienniū, pro biennio, orbem pro orbe, oſtenditur, pro oſtendit, ſubſtituimus.

FINIS ANNOTATIONVM.

VA1 152,1782